

Est libro es del collegio de la comp^a de S^{ta} de granada

Del collegio de la comp^a de Jesus de granada

B² 7-10852

A L M A E

FLORENTISSI
MAE COMPLUTEN-
SIVM ACADEMIAE,

Commentaria vnà cum Quæstionibus super vniuer-
sam Aristotelis Logicam Magnam dicata.

*Auctor e P. F. Petro de Oña Burgenfi, S. Theologiae Praesen-
tato, Provinciae Castellae in fituti, Redemptorum san-
ctæ Mariæ de Mercede de Observantia.*

Porphyrij Prædicabilium, Arist. Prædicamentorum, Perhierarchias, Priorum, Posteriorumq^{ue}, Analyticorum, Topicorum, & Elenchorum libri sunt, qui eodem ordine & methode in hoc opere explicantur. Copioso indice Quæstionum, & Articulorum in fine adiecto.

Sub vigilantissimo Pastore nostro Magistro Generali F. Francisco Salazar.



CVM PRIVILEGIO.

Compluti, apud hæredes Ioannis Gratiani, Anno 1588.

Esta cassado acaes rras y medio el pliego.

Del Collegio de La Comp^a de Jesus de Granada

B²
7-10-852

A L M A E

FLORENTISSI
MAE COMPLUTEN-
SIVM ACADEMIAE,

Commentaria vnà cum Quæstionibus super vniuer-
sam Aristotelis Logicam Magnam dicata.

*Auctor e P. F. Petro de Oña Burgenfi, S. Theologiae Praesen-
tato, Prouincia Castellæ in fituti, Redemptorum san-
ctæ Mariæ de Mercede de Observantia.*

Porphyrij Prædicabilium, Arist. Prædicamentorum, Perhierarchias, Priorum, Posteriorumq;, Analyticorum, Topicorum, & Elenchorum libri sunt, qui eodem ordine & methodo in hoc opere explicantur. Copioso indice Quæstionum, & Articulorum in fine adiecto.

Sub vigilantissimo Pastore nostro Magistro Generali F. Francisco Salazar.



CVM PRIVILEGIO.

Compluti, apud hæres Ioannis Gratiani, Anno 1588.

Esta tassado a tres reales y medio el pliego.

Summa Priuilegij regalis.

Regali priuilegio cautum est, ne quis intra decennium, librum *Commentaria super vniuersam Arist. Logicam Magnam F. Petri de Oña S. Theologiae præsentati Prouinciæ Castellæ appellatum, typis mandet, vel mandare præsumat, sine licentia prædicti patris Præsentati, vel eius vicem gerentis, sub pœna prælorum ac librorum amissionis certæque & magnæ pecuniæ: vt magis late in eodem regali priuilegio cõtinetur, dato apud S. Laurentiũ, sexta die mensis Augusti, anno Domini, 1588.*

A P R O B A T I O H V I V S operis, Senatus regij iussu data, à Patribus Societatis Iesu.

*S*umma Summularum libri, ac in vniuersam Aristotelis Logicam expositio, Auctore F. Petro de Oña, in sacra Theologia præsentato, Ordinis sanctæ Mariæ de Mercede, de obseruantia Redemptionis captiuorum: nõ solum contra fidei dogmata omnis erroris est expers, bonorumque morum integritati innocua, ac dissona à veritate vacat doctrina: sed potius quam plura, magna solitudine & industria, diligentiaque accuratissime elaborata continet, quæ ingenuarum artium viris studiosis plurimum vtilitatis afferet. Quamobrem sanè opus est, vt in lucem prodeat, perque eorum ora vagetur. In Collegio nostræ Societatis IESV, decimo quinto Calendas Augusti, Anno Domini, 1588.

Ludouicus Ferrer.

F

Rater Franciscus Salazar, sacra Theologia professor, Dei & Apostolica sedis gratia, Magister Generalis, totius S. Religionis S. Mariae de Mercede, regularis, obseruantiæ Redemptoris captiuorum, &c. Dilecto nobis in Christo, filio fratre Petro de Oña sacra Theologia presentato Prouincia Castella, salutem in Domino qui est vera salus. Cum pastoralis officij nostri cura, eo præsertim spectet, ut eos qui non propria, neque sua, sed quæ publicæ utilitatis, & Iesu Christi sunt intendunt, ab incepto, virtutis itinere, continuis laboribus, & vigilijs, Deique lucubrationibus (proprio commune bonum præponentes) non desistant, charitatis amore amplectamur: illius veri Patris familias imitatione, qui dies & astus laborem portantibus, plene & iuste premium impertiunt, ut sic laudata virtus viri, incrementumque accipiat, alijsque ipsam emulantibus, perseuerantia calcare adhibeatur. Cumque etiam labores, quos in continuis, publicisque scientiarum disceptationibus indefesse sustinisti, pro comperito habeamus, simulque commentaria quædam super Arist. Logicam & Philosophiam, non paruo vigiliarum sudore, in summam collectam, publicæ utilitati consecranda intendebas, nos pio feruore iuuantes, quantum in nobis est, prius sufficienti diligentia doctissimi patris fratris Francisci de Medina nostri Vicarij generalis in curia regia (ut innotis est) in dictis Commentarijs perlegendis, & approbandis, adhibita: damus & concedimus tibi plenam facultatem, ut prædicta opera typis mandentur. Et ne tantus labor virtutis obedientiæ premio careat, sub eiusdem sanctæ obedientiæ præcepto tibi præcipimus, & mandamus, ut breuitate qua poteris id feliciter exequaris. Dat. in nostro almo Cõuentu Marriti, Idibus Maij, anna Domini, Milleesimo, Quingentesimo Octuagesimo octauo.

Fr. Franciscus Salazar
M. Generalis Ordinis.

Pro Secretario Ordinis F. Philippus de la Vega.

AL

ALMAE COMPLVTENSIVM ACADEMIAE toto terrarum orbe celebratissima. &c.

F. Petrus de Oña, Sacra Theologia Presentatus eiusdem alumnus S.F.G.D. precatur.

S

AE PENVMERO mihi memoria repeti primam illam disciplinam, seuerissimamque, doctrinae normam, qua me in ipso adhuc adolescentiæ flore constitutum tenerrime educasti (indulgentissima mater Academia Complutensis) venit in mentem celebre illud & apertissimum cunctorum testimonijs comprobatum eloquentiae patris testimonium: nihil scilicet esse, tam inhumanum, tam immane, tam ferum quam committere ut beneficio non solum indigni sed victi videamur: cuius quidem contemplatio animo insita, ac penitus inherens, eas apud me vires habuit, ut cum prima bonarum artium rudimenta, primas ad rerum cognitionem igniculos primamque, & suavissimum disciplinarum lac ex tuis abundantissimis vberibus degustauerim, tantorum munerum magnitudinis turpiter succumberem, nisi tibi meorum studiorum fructus, peractosque in abstrusis & receditis totius Logicae arcanis penetrandis labores, tui foelicis ac fortunati nominis auspicijs protegēdos dicarem. Non quia semper nobili ingeniorum patre foecundissima non sis: ex te enim quotidie tanquam ex equo Troiano innumerabiles Philosophandi magistri prodirent: sed quia acerbissimam ingrati animi notam subirem, nisi charissimae matri gratam vicem rependerem, & quidquid est in me eruditionis, (quod sentio quam sit exiguum) quod pene omne tuum est, tibi referrem. Cum ergo te ut matrem ardentissimo fuerim complexus amore, te etiam ut ducem in earum rerum explicatione, quae pertractanda sunt sequar, inuete ratumque in Logicae totius interpretatione, & in tuo domicilio institutum ordinem

obseruabo, teq; vt vnicum Mœcenatem contra malebolorum morsus, qui velut scorpionis ictu optimū quemquā lædunt, ac fistulato vulnere (vt Hieronymi vtar verbis) viam aperiuēt, statimq; pestilēs & importunū virus euomūt, vt tuome protegas & defendas præsidio, inuocabo. Quod vero præcipue lucubrationē hāc tuo nomini dicandā percensuerim, non minor causa extitit, tuorū filiorū incredibilis virtus vitę integritas, & eruditio singularis, summa deniq; eorundem omnibus in rebus prudētia: ex quo fit vt hęc literaria Respublica virtute honesta, pietate atq; religione integra, iure ac legibus æqua, opibus firma, & gloria semper præ reliquis insignis efflorescat, ad quam tanquā ad celebre quodā bonarum disciplinarū emporium, ex varijs gentibus ac nationibus varia hominū multitudo sciendi confluant auiditate cōmota, cuius quidem famę, nominis, atq; dignitatis splendoribus hic meus labor illustratus, eiusdemq; auspicijs semper protectus, meę quoq; erga te obseruatię perpetuū monumentū, nō longis tantū sæculorū spatijs, verū omnino (si fieri possit) inuersis naturę legibus, sempiterna cuiusdā cū diuturnitate donatus, perpetuō floreat & elucescat, pro tua igitur incredibili humanitate, munusculum hoc benigne vt soles, accipe. Putaq; omnem meam operam, studium, industriam, quidquid est in me vel ingenij, vel viriū, tuę amplitudini esse paratissimum. Ego autē ea quę sequūtur opuscula, in tantis difficultatibus, & grauissimorum studiorum occupationibus, ea qua potui diligentia elaborauī. Quę si studiosis placuisse sensero, in maiori otio, non solum perficere, sed etiā meliora maioraq; literis conabor consecrare.

Quibus & ars hęc in dies crescat & augeatur, & alij huius nostri instituti æmuli, ad eadem vel etiā alia lōgē præstantiora ex cogitāda inflamētur. Vale foecundissima & amplissima Mater.

Fra-

FRATER PETRVS DE

Oña sacre Theologię præsentatus, Lectori salutem in Domino dicit.



Intentum simul & laborem hac in parte (prudens Lector) tibi palam facere decreui, prius tamen rerum omnium, cōtemplatione vndiquaque adhibita, & in hac facultate diu exercitatus: non enim semel tantum, & iterum: sed etiam tertio ipsam publice, pro locorum diuersitate diuersis auditoribus illam audientibus, ne dicam ab ore pendentibus perlegi: quorum quidam in hac celeberrima Academia altiore doctrinam excipientes, non solum religioso meo proprio habitu condecorati, sed ex his etiam qui primum secularem institutum retinent, mihi, & discipuli, & testes sunt. Accipe ergo vniuersa Arist. Logica interpretationem, & forte sensum verum, vniuersa inquam: nam quamuis alia aliorum Commentaria hoc nomine & titulo vagentur: si tamen rem ipsam attendas, facile eos, & te decipi cōperies. Quibusdā, nāque Priorum libri deficiunt, Elenchorum, & Topicorum alijs, nec non & alia istis, & Per hibernias carent, sicq; fere omnia defunt. Siquis vero horum omnium unquam mentionem fecit (qui a quo iure magnus Apollo appellari licet) truncata methodo consumauit. Hi autē quos tibi libros offerimus: integram Arist. Logicam complectuntur, integroq; dicendi ordine seruato a quo pede currunt, taliter vt prius Arist. littera in breui summa collecta, literalibusque annotationibus expositis, sic vt nec legenti tedium afferant, nec minus bene aliquid literale difficile omitatur, tandem, quę difficiliora sunt maiorique examine indigent, per quæstiones ad quas, vt ad præcipua capita sparsa, & sine ordine tractata reduco, vt & sic rectus disciplina ordo seruetur, & memoria fragili non nihil inuaminis afferatur, & quod magis est idem bis non repetatur. Quam, rectam methodum non piget appellare, cum sanctissimus præceptor Diuus Thomas diuinam Theologiam sic collegit, sic docuit sic etiam insigniuit, cuius utilitas & necessitas solus qui id incendit cognosceret, & deinceps qui ad Bacchalaurei gradum aspirant, qui integrum examen hic reperient, paruo hoc volumine contentum, & coarctatum: Addecimus etiam latē in eiusdem gratiam quę ad Verbi mentis, Verstatas, & Futurorum contingentium tractationem spectant: ita vt nihil sit dictum, aut dici potest, quod negocij
Logici

FLORENTISSIMAE

Complutensium Academiae,

COMMENTARIA VNACVM

Questionibus super vniuersam Aristotelis logicam dicata.

PER P. F. PETRVM DE OÑA, BVRGENSEM S. Theologiae praesentatum instituti S. Mariae de Mercede de Obseruantia redemptionis captiuorum.

PRAEFATIO.

De scientiarum partitione, ordineque in dialectica seruando.



Aristotelis Stagiritae philosophorum facile principis, vitam, strenuamque in philosophando ingenij aciem, & vtriusque summae encomia, quae in praesenti solent ad caelum usque ex tolli, silentio praeterire aequum duxi, cum quia oratoris potius officium est, & narrantis, quam difficilima ruminantis, & docentis praesertim quod graues auctores: vt Laertius, Apollodorus, Gellius, Augustinus, Hieronymus, Cicero, Plutarchus, Crinitus, Hieronimus, Instinus, Plinius, Budaeus, Seneca, Crinitus, Nazianzenus, Eusebius, Carpentanus, Sanctus Thomas, Phylloponus, & Auerroes, fuisse de hoc loquuntur, quos licebit legere. Interim ad nostram dialecticam deueniamus, quam (deo dante) aggredimur explicare in cuius primo limine, quia scientiarum prima est (vt infra patebit) praemitti solet scientiarum diuisio, de qua Metaphysici omnes cum Aristotele metha. praeter quos Hugo² de Sa-

cto Victore per tres primos libros eruditionis, Richardus tractatu de exceptionibus. 1. p. per totum, Isidorus 1. Aethymologiarum, & Laertius li. 2. c. 2. Eugubinus. 1. de perenni philosophia. c. 2. Didascalice, & Petrus Gregorius in syntaxi artis mirabilis Scalliger lib. 3. poeticae, & recentiores philosophi, tum in principio dialecticae, tum in principio physicae, ex quibus aliqui etiam agunt de inuentoribus singularum scientiarum, aliqui veto probant scientias ab Adamo usque ad graecos ab ore, & quasi per manus euenisse, vnde ad nos dimanarunt, quae decursu temporis, & cum vix mandarentur literis pene obscuratae est, & extincta. Alij tandem philosophos scientiarum inuentores ponunt, sed varios, de quo 3. Eusebius de praeparatione euangelica lib. 1. c. 2. & li. 11. Fuffius Verolus etiam, Iosephus, & alij, quos citati referunt.

Ex citatis liceat vnam tantum diuisionem scientiarum sed vniuersalem nos diducere colligere

Hugo² S. Victor. Richar. Isido Eugub. Didasc. Petrus Gregorius. Scallig. & alij diuisionem scientiarum tradidere.

Eusebius, Verolus Iosephus, scientias ab Admodicis vtiq; ad nos diducere colligere

Logici sit, quod hic non inueniatur, licet aliquando breuitati studentes simul & grauitati materia, nonnihil verborum obscuritatis alijs quibus vi deatur, sine ratione tamen, cum non semper, nec grauitas indicendo, nec facultas in res difficiles & abstrusas, explicando seruari potest, nec debet: attente leget qui legit, & fructus leget, quem non parum inter alios iudico, quod ex his ad altiora intelligenda, capienda, que facilius euadet. Ad hac autem & ad illa iam Summularum introductio nem apposui, quem modum per omnia seruantes, argumentis tantum solutionis substantiam adhibuimus, impertinens iudicando semper in forma contrariorum obiectiones soluere, in his quae typis mandantur, cum non semper sub eadem forma mihi & tibi aduersarius argumentum proponat. Si quae vero sunt quae peculiarem, olutionem in forma requirunt, illa etiam in forma soluta reperies, quod per totam Philosophiam & Metaphysicam seruari operam dedimus, omnia & singula bono animo (eo scilicet quo tibi offerimus) accipe, quae bona iudicaueris, & perfecta tribue Deo, quae vero imperfecta cognoueris humana fragilitati non negligentia. Nec opus erit longam nostrorum Genealogiam hic texere, sicut nec propria studia & labores recensere: primum enim parum ad rem (maxime ore proprio prolata) conducunt: secundum autem praesens hoc opus, & quae (Deo dante) sequentur, manifestabit, & sigillabit.

Vale.

colligere, quæ conformior sit veritati, & Aristoteli. Pro qua aduerte hominis intellectum (vt philosophi docent) esse vt tabulam informem, & (vt quidam dicunt) rasam in qua nihil est figuratum, quia nescitur sine vlla rerum cognitione, propensione tamen naturali inclinatur ad sciendum, alia tamen appetit scire, quia illorum cognitio illi necessaria est, aut utilis, alia verò tantum vt intelligat. Item 4 ergo primo ille scientiæ dicuntur Theorica, vel Speculatiua, quarum finis est veritatis contemplatio, & ille dicuntur Practicæ, quæ habent pro fine ipsum opus, & hanc n quidem, quæ dicitur actiua, quæ scilicet eas actiones dirigunt, quæ maneat in ipsa potentia agente v. g. intelligere, &c. Quædam autem factiua dicuntur, quæ inquam dirigat transeuntes actiones ad extra, id est extra ipsum agens, vt edificatio, pulsatio citharæ, &c. Et ita Arist. 3. Topic. cap. 1. & alibi ait scientiæ alia contemplatiua, alia actiua, effectiua alia, quibus homo, & intellectum rerum cognitione perficit, & suas actiones dirigat, sibiq; necessaria præparat.

4 Quæ sciētiæ Practicæ & speculatiuæ dicuntur.

5 Specularia sciētia multipliciter partitur.

culatur, Mathematicæ mediæ sunt quia cum ista quatuor sensibilia tractent ad physicam accedunt. Nostra vero dialectica & inter speculatiuas potest numerari, & inter actiuas numerabitur quia dirigit intellectus operationes, & est organum instrumentumque, scientiarum.

Relictis 6 speculatiuis actiua scientiæ, hoc est, quæ interiores actiones dirigunt, alia est, quæ dirigit intellectus actiones, scilicet dialectica. Alia memorandi ars, de qua Cicero. 7 alia tandem, est philosophia moralis ad dirigendas actiones voluntatis, vt autem homo iuxta rationem rectam voluntate, quæ princeps, & regina est seipsum gubernet est Aethica: vt domum, familiamque administrat est Oeconomica, & vt rempublicam Politicam, cui deseruit in rebus forensibus ius ciuile, & in spiritualibus ius canonicum, quamuis quo ad ea, quæ ad proprium cuiusque bonum attinet, cadat sub ipsa Aethica.

Præterea 8 factiua scientiæ hoc est, quæ dirigunt operationes transeuntes, alia congruitatem sermone docet, in quo homo à brutis distinguitur, quæ est Grammatica, illius vero elegantiam Rethorica, iucunditatem Poetica, quæ dux etiam animos, quo volunt alliciunt. Ars verò scribendi est, vt cum absentibus agamus, vnde ortæ sunt historiæ, vt aliorum experientia cauti, & exemplis doctissimi. Aliæ artes rerum externarum materiam præparant, vt ars fodendi lapides, & metalli, aliæ ipsum opus faciunt vt ars faciendi domos, &c. Aliæ operem confectio vt docent, vt nautica, alia necessaria vitæ parant, vt Medicina, Agricultura, Ars cõ diendi cibos, quam Plato vocat adulatri

6 Actiua scientia etiã vtriusque fecatur.

7 Et inseruntur etiam vtriusque. F. Didacus Valades in sua Rethorica Christiana.

8 Rursus factiua scientia partitur in inferiores.

9 Septem artes liberales simul numerantur & explicantur.

10 Seruiles artes numerantur & explicantur.

11 Modus traditur.

dem medicinæ. Aliæ tandem vitæ iucunditati in feriuunt, vt ars canendi, pulsandi lyram, venandi, &c. Theologiam missam facio, quia tantum loquor de scientiis quas homo naturaliter inuestigare valet.

Aduerte tamen quod ex his scientiis septem dicuntur artes liberales, alia vero seruiles, primæ 9 hoc versiculo memoriæ mandatur.

Lingua, tropus, ratio, numerus, tonus, angulus, Astra.

Lingua id est grammatica tropus Rethorica, ratio dialectica, numerus Arithmetica, tonus Musica, angulus Geometria, astra Astrologia. Quæ quidem artes, vt intuenti patet, aliquid docent facere. Sunt autem septem trium inquam, & quadriiuga, tres primæ tres vique ad orationem, quatuor vltimæ quatuor vitæ ad quantitatem.

Seruiles 10 autem præcipuè hoc etiam versiculo continentur, sunt alia multa.

Rus, nemus, arma, faber, vulnere, lana, rates.

Rus id est Agricultura, nemus ars venandi, arma ars gladiatoria, faber ars fabrilis, vulnere chirurgia, lana lanifactoria, rates nautica, &c. Quæ dicuntur seruiles, quia corpori seruiunt, sicuti liberales, quia animus excolitur, suntque dignæ homine libero, sic etiam Mechanicæ aliæ dicuntur, quia sunt vt adulteræ auocates homines ab ijs, quæ animi propria sunt, ad ea, quæ corpori spectant, & hæc satis de scientiarum diuisione in communi.

Nunc 11 iam ad nostram dialecticam accedamus in particulari, prius tamen quæstiones, quas præambulas

communiter vocant, discutientur, in modo autem proceder di tam in logica, quæ in tota philosophia sanctissimum præceptorem D. Thom. imitabor, qui exactè cuncta absoluit per quæstiones, quas in articulos partitur. Fuit Deus vt laboriste in aliqualem sui nominis honore eius quæ sanctissimæ matris Mariæ de Mercede, & in proximorum utilitatem, & commodum cedat.

QVÆSTI. PRIMA. præambula.

De Logica secundum se considerata.

Ipsa tractationis ratio postulat, vt prius quid Logica in se sit consideretur, in hac prima quæstione, 1 deinde verò de eadem cum alijs comparata, quod quæstione sequenti fiet multum enim confert ad rei intelligentiam habendam, sicut ad memoriam inuendendam recta series indicendo seruata, sic namq; non datur locus quæstioni multiplicationi, nec fastidioso eiusdem repetitioni: Circa primo inquiruntur septem primò cuius scientiæ munus sit has difficultates aperire: Secundo, an sit scientia ipsa logica? Tertio, an sit vna vel plures? Quarto, practica, vel speculatiua? Quinto, de eius obiecto, Sexto, de dignitate, & fine, quem habet? Vltimo, de diuisione in suas partes.

ARTICVL. I.

V. Metaphysica, Physica, vel Logica, vel alterius scientiæ sit quæstiones has præambulas discutere?

in logica proponitur

Dispositio quæstiones omnes præambulas.

Pereira li. 2 Phylosophi. ca. 4. idē Fonsca 1. Meth. c. 2. q. 1.

Prima sententia recentiorū tribuit metaphisico, ita vt ab illo nos mutuo eas accipimus primo quia metaphisicus communis est artifex ad illum ergo spectat omnibus sciētijs obiecta propria prescribere, & consequenter has quaestiones tractare, in quibus obiectū logicū signatur.

Secundo metaphisicus, vt supra dicebā considerat ens spiritale, & omnis materiz expert, constat autem scientiam quae est habitus intellectiuis spirituale quid esse ergo, ad metaphisicum atque illius proprietates inquirere, quod fit in his quaestionibus.

3 Secunda opinio Auerro.

Secunda sententia 3 Auerr. 2 phys. text. 16. id tribuit logico vt ei, qui de instrumento cōmuni omniū sciētiarū agit, ad de quod licet metaphisica agat de ente in cōmuni rationes tū illius in particulari, vt in ante predicamentis dicā, nō expectat ad ipsū dicere ergo quod obiectū dialecticū sit, & quomodo, dialecticum est non metaphisicum, &c.

4 Tertia opinio Codicum.

Alij 4 physica dicit esse hoc probare cum scientia sit habitus potentiae intellectiuae, quā ipse considerat. Sciētū 5 primo certū est: metaphisicā nō cognoscere omniū rerū essētiās, nec proprietates illarū in particulari, aliter, alia scientia frustra essent, sed solum sic cognoscit, quae cōmunita sunt substantiae corporeae, & spiritali, & quae propria sūt, entis spiritalis, vnde physica est agere de homine, eiusq; partibus anima scilicet rationali, &c. Sicut & mathematicū quantitate contemplari.

6 Sciētiā dicitur etiam ex parte instrumentū quibus acquiruntur, vt sciētia distinguitur ab opinione, quia sciētia acquiritur per certā, & ordinatā rationē, quae demonstratio dicitur, opinio autē per

probabilē rationē, quae ratio topica vocatur, & sciētiā inter se quia vna procedit ab effectu ad causam, alia a causa ad effectū, & primus processus dicitur demonstratio quia, secundus demonstratio proprie quod, de quo latius in posteriorib; distinguunt etiam penes varias rationes rerum, & obiectorum, quas considerant.

Iā dico. 7 ad metaphisicū ea spectat ex his quaestionibus disputare, in quibus cōueniūt angelica cognitio, & hominis sciētia, vt an sint accidentia, & qualitates, & de praxi, & speculatione, patet quia haec cōmunita sunt sumpta in cōmuni angelicā & humanae cognitioni, imō & ipsius dei.

Dico. 2. ad physica, ea in parte quae agit de anima spectat ferē omnes has quaestiones tractare. Patet ratiocinatio & discursus propriae sūt hominis, vt homo est, cōstat autē quod omnis sciētia humana habet discursum, & ratiocinationē ergo propria est homini, ea autē, quae peculiaris sūt homini vt homo est, ad sciētiā de homine, & eius anima pertinet, ergo ad eā sciētiā quae de hoc agit, spectat discutere de sciētijs, quomodo inueniantur, an in quā per rationē certā, & clarā, vel probabilē, & circa quid versentur, vt distinctae sunt: id est ea distinctio quae nascitur ex nostro naturali modo acquirēdi sciētiās, quomodo iuuat ad alias indagandas, talis autē est physica ea in parte, &c. Notāter 8 dixi quod omnis scientia humana habet discursum, propter angelos, qui sine discursu, per quasdam species sibi cōgenitas, & Deus seipsum res intelligit de quo. 1. p. q. 54. agit & infra. Confirmatur conclusio, quia sciētia, quae agit de aliqua potētia necessum est etiā consideret proprias perfectiōes illius, agere autē de potētia intellectiua hominis, & quod sit ei obiectū

7 Sententia authoris explicatur. 1.

2. Cōcl.

8 Omnis scientia humana habet discursum.

4. Cōcl.

physicum est, ergo & agere etiam de sciētijs, quoad ea, quae, habent in quantum hominis sunt,

Dico. Tertio ad logicum spectat illam diuisionem scientiarum speculatiua, quae nascitur ex varietate instrumentorum, & modorum sciēdi. Patet: logica docet quomodo inter se differant haec instrumenta, & organa sciēdi, scilicet ratio topica, demonstratio a causa, vel effectu vt infra magis patebit, necessatio ergo haec distinctio scientiarum, quae oritur ex distinctione horū instrumentorum logica est, & hoc vult Auerr.

9 Diuersi modo Physicus & logicus considerant materia argumentationis.

Cōsidera 9 rāmen quod diuersi modo de physico, & logicus tractant an cognitionem habeatur per euidētem rationem, & necessariam vel topicā & probabilem physicus enim solū attendit entitatem certitudinis, & claritatis discursus, quae sit, quomodo; causet cōclusionis cognitionē Logicus vero solum attendit an bene fiat demonstratio, & inferatur conclusio ex propositionibus claris sine erroris periculo.

10 Soluitur Argum. ex dictis 1. e. & 1. cōcl.

Ad argumenta patet ex dictis. Ad de quod metaphisicā nō descendit ad ea, quae sunt propria sciētijs, vt hominis sunt, sed qualibet sibi ex suo modo procedendi determinat obiectū, similiter non considerat spiritalia, quae dicunt ordinem ad corpus, qualis est anima nostra. Cum hoc rāmen ne scientes logicam quid ipsa sit ignorent communi vsui seruiētes quaestiones propositas pro virili explicabimus.

ARTICVL. II.

Utrum Dialectica sit scientia.

Q Via vt docet Aristot. equiuocum prius distinguendū est in ipso laboremus, & vt trius quaestiones intelligatur;

Primo, aduerte 1 quod dialectica duplex est una est docens, alia vtens, vt vt antiqui dicebant alia est autē facta rebus, id est docens, quae scilicet tradit modos tenendi, quae quia Aristoteles potissimē ea ca tēgit cōmuniter dicitur ante Aristotēle fuisse. Alia vero est coniuncta cum rebus, sicut vtens, quae quid dicitur contra ista est.

Prima sententia logica vtentē 2 vocat autē probabiliū disputari de de quaestione per principia intellectuum intentioni logica docentis. v. g. si probes vniū rem: nō esse aliam, vt rationale, & irrationale quia sum mēbra vniū diuisi, vniū autē mēbra diuidens 3 est formaliter aliud, ita S. Tho 4 metaph. lect. 4. & 1. 2. q. 37. ar. 6. ad 3. bide m. Cas. Secz q. 1. legi ca, & 1. bide m. q. 1. & vti dicitur 3. Scalliger 4 exercitacione prima de subtilitate, c. 3 dicit esse Aristotelis, & ab ea recedit ipse.

Secunda 5 tenetur a Valduini, qui inuenit esse Auerr. & aliorū logicā vtentem vocat alias scientia, vt vtūtur logica ad modum, quo textarius vini dicitur mensura vini, & vinum mensuratur, ita logica vt mensura, est docens, quāuis vero alia sciētia mensurata ipsa, dicitur vtens, sicque intelligitur mens Platonis cum dicit dialecticā esse primam omnium scientiarū, & agere de ente, & de re, vt res & ens sunt, sumit enim dialecticam pro metaphisica vtente praecipit logica, vt quidam dixerunt bene. 6

Vltima sententia dicit logicam vtentem esse ipsam: met docentem passiuē, quatenus, scilicet illa vtitur in alijs sciētijs quod 7 explicant vt eius obiecto vtuntur in alijs sciētijs, ita Soto, & alij 8 recentiores, vt de patet secur dum istos quod vtens non est scientia sicut nec secundum primam sententiā: bene tamen est tenentia in secunda sententia. De docente vero n vlti et 9 regit

1 Dialectica duplex docens & vtens.

2 Prima opinio Thomae & aliorū de logica vtente Seco. Cai.

3 Palat. 1. de anima fol. 30. & Len. off. 1. de erroribus dialecticis. c. 1 & 2.

4 Scalliger Author sollicitus.

5 Secunda opinio Valduini de Logica vtente. Plato.

6 I. mos. li. c. 9. vbi sup. & Physic. argu. ad Euthide. & lib. de republ. ex Ploti. & Matz. c. 1. de

Rodagi. lib. 7. ca. 30. Föſe. 2. Meth. c. 3. q. 1. ſectio. 7. quod Nu ñeſi. ma- le negat. 7 Merca- dolie. 3 Tertia opinio de Logi ca vtete Teler. hic prin. Poſter. aliter ſe ſit cum 1. & töl. v. ſ. ſe. 6. 9 Primam opinio- nē de do- ctae logi- ca Pie- rij Vale- ria. He- bræis tri- buit. Boetius & antiqui id habēt. Zimara. Mirandu- lanus, 11 Lemof. lib. 1. c. 2 1 Argu. 2. Cōfirma- tio. 3

esse scientiam, & fuit antiqua ſentē- tia, & ita non eſſe partem phyloſo- phiæ Pierius Valer. in ſuis hierogli- ficis lib. 33. probat, hanc ſententiam ab Hebræis vſque profectam, quia de phyloſophia naturali ſcripſit Sa- lomon Eccleſiaſten. de morali pro- uerbia, de Metaphyſica cantica; lo- gicam vero. omiſit quia eſt vt ſpiri- tus alijs inſtus, & in ſine capitis quod eſt miſtra aliarum, idē pro- bat ex alijs figuratis loquutioni- bus. c. cui titulus eſt trias, Boetius. c. 1. de Trinitate eam non numerat inter partes phyloſophiæ, & in pro- logo in Porphyrium editione. 2. & S. Tho. eum explicans opuſculo. 70. ar. 1. ad ſecundum idē docet, Alex. Ammo. Phyloppoaus, Themift. & Aegidius, quos referūt recentiores, Zimara. Theoremate. 89. Mirandu- lanus lib. 4. apolloptarum, ſectio- ne. 1. & de parte topicorū tenēt alij 11 alios referūt Soro & ſuadetur. 1. Modus ſciendi non eſt ſcientia, ſicu- ti modus operationis non eſt opera- tio ipſa, conſtat autem ex Ariſtot. 2. metaph. c. 3. Logicam eſſe modum ſciendi vbi dicitur abſurdum eſſe que- rere ſimul ſcientiam, & modum, vbi per modum ſecundum Auerr. S. Th. & Niphum intelligitur logica. Secundo effectus non eſt maioris entitatis quam ſua cauſa, nec meſu- ratum, quam meſura obiectum au- tem ſcientiæ meſura eſt, & cauſa il- lius ex Ariſto. 1. metaph. ſcientia er- go non eſt maioris entitatis quam obiectum quod in logica eſt ens ſe- cundum quid & rationis ergo ipſa eſt ſcientia ſecundum quid. Cōfirmatur quia logica eſt inſtru- mētum ſcientiarum, nec appetitur propter ſe, nec cogitatio entis ratio- nis, quam tradit eſt digna ſtudio. Tertio, non poteſt aliquis actus eſſe ſcientificus quia regulatur, & dirigatur à dialectica vt. contrarij,

docent, ergo omnis actus dialecti- cus impoſſibile eſt quod ſit ſcienti- ficus conſequentia tenet primus ac- tus dialecticus non habet a quo re- guletur cum non ſit alius primus, vt ſuppono ergo. Cōfirmatur quia ex Ariſt. 6. Aethic, ars diſtinguitur cōtra ſcientiā ex di- ctis autem in prologo logica eſt ars ergo nō ſcientia, quia vāū membrū diuidens non eſt formaliter aliud. Adde ex Ari. 6. met. & 3. de anima. c. 8. ſcientiæ diuiduntur in xtra rerū di- uiſiones, de quibus vt de proprijs ob- iectis agunt, Logica autem nō agit de ente ſimpliciter ergo nec de re, quia iſta conuertuntur. Quarto & vltimo ſaltim dantur in dialectica aliqui actus, qui ſunt vſus ipſius vt ſcientia eſt, & quod non ſine ſcientifici patet, ſyllogiſmus qui cōſtituitur in Barbara ex terminis nō ſignificantibus v.g. a. b. c. nō genera- t ſcientiā, & tamen eſt vſus dialecticę ſcientiæ vt docens eſt, ergo nō eſt ſciē- tia quoad omnes ſuos actus. Simili- ter quando quis audito hoc ſyllogiſ- mo omnis homo eſt equus omnis leo eſt homo ergo omnis leo eſt equus affirmat rectam eſſe conſe- quentiā talis actus dialecticus eſt, & ab habitu dialecticę elicitus, tamē non eſt ſcientificus quia nulli inniti- tur veritati, aut principio reali ergo maior patet nam aliter in quouis actu ſcientifici alterius ſcientiæ da- rentur duo actus ſcientifici, alter per- ſectus ex vi veritatum realium vade oritur actus ſcientificus conſe- quentis, ſiue conſequentiæ, alter ve- ro ex vi connexionis vade oritur actus ſcientificus conſequentiæ. Pro intelligētia aduerte 12 nomē ſcientiæ dupliciter ſumi, primo pro actuali ſcientia quādo actu aliquid cognoscimus. Secūdo pro habituali quæ dicitur habitus, & eſt facilitas relicta ex ſciētia actuali ad aliquid cognosc-

Cōfirma- tio.

12 Nomen ſcientia multipl- citer v- ſurpatuz

13 Triplex ſenſus quaſtio- nis pro- poſiti.

docuſcendum, & vtroq; modo tri- pliciter ſumitur: primo large pro quacūque cognitione etiā proba- bili, & ex auditu, quæ ratione dici- mus ſcio Romā eſſe. Secundo magis ſtriſte pro certa cognitione, & cui denti etiā ſine diſcurſu, qualem etiā Deus habet. Tertio, ſtriſtius, & pro priſſime pro certa, & euidens cog- nitione habita per demonſtrationē adhuc autem pleriq; autores anti- qui maximē, tantum vocant ſcien- tiam hanc cognitionem, quando eſt cognitio alicuius nature ſolum ra- tionis ſui, illa ergo dicitur minus im- propria ſcientia, quæ magis partici- pauerit aliquā, vel aliquas diſtarum proprietatum, & ita fides etiam di- uina appellatur ſcientia improprie Luca. 1. ad dandā ſcientiā, &c. Quia participat certitudinē, quæ eſt pro- prietas ſcientiæ, imo in hoc excedit illam, experientia etiam ſcientia ap- pellatur Gene. 42. nu. 34. vbi fratres Joſeph retulerunt dixiſſe ſibi fratē vnum minimum adducite ad me vt ſciam quod non eſtis exploratores, id eſt vt experimento cognoscam, vt patet ex eodem. c. nu. 16. & 20. do- num etiam quoddam ſpiritus Sācti appellatur ſcientia. 1. ad Cor. 12. & 13. Similiter prudentia dicitur a Ci- cerone lib. de officijs rerum expe- tendarum, fugiendarumq; ſcientia, habitus etiam primorum principio- rum dicitur ſcientia cū ſit cognitio certa, & euidens rei neceſſariæ, tan- dem cognitio a poſteriori, id eſt cau- ſa per effectū dicitur ſcientia impro- prie tamen, quia non eſt per cauſam vnde quomodocūque tantum proba- biliter cognoscatur conſequentia non eſt ſcientia, ſed opinio phyſica, vel metaphyſica, &c. Quales fuerit præmiſſæ, vt etiam in Logica ſunt multæ opinionēs. Quaſtio igitur poteſt habere tri- plicem 13 ſenſum primus eſt verum

obiectum logicæ, ſiue veritatis, quæ in illa docentur, ſint a nobis ſcibiles. Secūdo vtrum de facto iam ſcientur, ſunt enim aliqua ſcibi- lia, nec tamen ſcita vt eſt illud de quadratura circuli, cuius meminit Ariſtote. impoſter. Tertius vtrum dictæ veritates ſcientur propter ſe, vel propter aliud. Prima cōcluſio ſi ſcientia ſumatur hoc tertio ſenſu pro cognitione de monſtratiua, ita perſe optata, vt etiā ratione alterius non optetur proſe- cto logica docens nō eſt ſcientia, pa- ter, quia etiā optatur propter alias ſcientias, vt quaſtione ſequenti de- monſtratur, & hoc vult S. Th. & alij ideoq; Ariſt. aliquando eam non nu- merat inter ſcientias atque etiam quia ens reale non conſiderat. Secunda conſequentia: omnia quæ tra- ctantur in dialectica ſunt a nobis ſci- bilia, vel tanquā conſequentia: perſe nota, vel vt demōſtrabiles per ſua propria principia. Patet: omnia illa ſunt proportionata lumini natura- li noſtri intellectūs, nec illius capa- citatem, vel facultatem naturalem excedunt. Tertia conſequentia, habitus dialecti- cę docentis quoad omnes ſuas par- tes absolute, & proprie eſt ſcientia & pars phyloſophiæ in quantum do- cens eſt, volo dicere dialecticam continere in ſe habitum certum & euidens ſuorum primorū prin- cipiorum, & etiam conſequentiarum illatarum ex illis. per euidens conſequentiam. Probatur ad hoc vt aliqua facultas ſit proprie ſcien- tia ſolum iſta duo requiruntur, ſcilicet, vt prima principia cer- to & euidens cognitis tantum terminis cognoscantur, & vt ex illis ita cognitis inferat euidens conſequentias pro euidens conſequentiam: conſtat autem quod in Logica illa duo principia

1. Cōclu- ſio.

Optima- ratio.

dici de o mai, & dici de nullo sunt per se manifesta ipsi intellectui, ita ut terminis explicatis, nulla alia probatione, statim intellectus illis assentiat, ex quibus per euidens consequentiam infert syllogismos perfectos esse: res autem consequentias & inde causarum habitus certus & euideas rei necessitate, per sum causam: ergo Logica est proprietas scientia, & hinc rationem existimo esse euidens circa subiectam materiam.

Confirmatur. Confirmatur, Logica docens demonstrat non posse dari antecessivum, & consequens falsum, & quauis syllogismus topicus generet opinionem, & sophisticus, seu Eléctus errorem, hoc Logica demonstratiue probat, quia scilicet topicus procedit ex probabilibus, & sophisticus ex defectibus, &c.

Ratio. Secundo Logica habet propriam subiectam, ut infra patebit, de quo demonstrat proprias passiones, scilicet modum sciendi, qui, ut dicam in summa, (& dicam magis lib. de interpretatione) comprehendit definitionem, diuisionem, & argumentationem, de quo in communi probat quod sit aptus ad docendum de diuisione quod confusione mentem liberet, de definitione, quod perfectam rei cognitionem pariat, de argumentatione, quod fides faciat id esse assensum, &c. ergo. Rationes alias plures omitto, quia non est cur in refacili memoriamur.

14. Tertia conclusio nem tenent in numeri Author. Cleanth. Rodaginus. S. Thom. Scot. & Arabes. Sic tamē probata, 14. est Arist. qui. Top. philosophicas. quæstiones diuidit, in logicas, morales, & naturales: est etiā Platonis qui & ut Arist. vocat partē Phylosophicæ: D. Tho. Alb. Scot. Auic. quos refert, & sequitur M. Soto: tenet Boet. editione. 2. in Porphy. hoc exemplo, ut manus est instrumentum, & pars hominis, ita Logica est instrumentum, & pars

Phylosophicæ, & sic eam vocat, scientiā, Alpharab. Algazel, Auerr. Clef. in diuisione Phylosophicæ, Rodaginus. li. 27. c. 12. & colligitur ex antiquissima diuisione scientiæ, in Logicā, moralem, & Phylicam, quam Euseb. li. 11. de præparat. euang. c. 1. etiā ex Arist. probat esse Platonis, & à c. 2. esse Hebræorū probat 15. Pierius, li. 38. c. Enciclopedia, imo Aug. 8. de Ciuitate eam maxime laudat, ubi Vixit ex Apaleyo & Aug. 11. etiam li. 11. c. 25. in ea reperit vestigium Trinitatis. & alij. 16.

Quarta, & vltima conclusio, 17. Logica vtens, siue sumatur pro Logica docente passiuè, siue pro alijs scientijs, quatenus vtuntur Logica, siue pro arte probabiliter disputandi de qua uis re, per principia secundarū intentionum Logicæ, non est scientia: Probatur vsus rei non est res nec vsus operationis est ipsa operatio ergo nec vsus scientiæ erit scientia ac consequenter nec Logica vtens scientia erit.

Secundo Probatur efficaciter, antea tamē aduerte, quod hoc interest inter principale agens, & instrumentale, quod illud producit effectum sibi similem in specie, instrumentale vero non item vnde effectus primo agenti assimilatur non instrumento. Explicatur, homo. v. c. potentia generatiua hominem generat, qui homini assimilatur, non potentia generatiua: & idē patet in artificiosis: non enim statua similis est ferrē, vel malleo, quæ sunt instrumenta: sed potius arti in mente Artificis existit: ita ergo sic officio argumentū, Logica vtens est instrumentū Phylicæ, vel Methaphisicæ, &c. ad demonstrandas passiones de subiecto: ergo scientia per illas genita Phylica est, vel Methaphisica, qualis est sua causa principalis, non Logica quæ est instrumentum, ergo non est scientia

Euseb. li. 11. Celsar.

15. Pierius probat esse Hebræorū.

16. Diogenos enim tribuit Zenoni quoque accipere Crispus, Apollodorus & alij stoici.

16. Tolet. proleg. Phys. & Fons. v. 5. q. 3. qui ex diogene similitudines plures Logicæ adducunt.

17. 4. & vlt. conclusio.

17. 4. & vlt. conclusio. probatur optime aduerte.

scientia, quia scientia scit & actus scientifici ab illa elicitur, per se primo generant scientiam, ac consequenter, si quando demonstrat instrumentaliter in alijs scientijs non est scientia, nec illam generat, multo maius quando probabiliter disputat illam generabit, vnde nunquā erit scientia, est enim Logica vtens ut in summa dicam, materialiter tantum aliq. scientiæ, non formaliter, si calor in aqua iam calefacta, materialiter est idem eam illa, licet formaliter distinguatur cum habeat diuersas, rationes utpote instrumenti, & subiecti patientis & recipientis.

18. Soluuntur argumenta contra ad 1.

19. Lemos. li. 1. c. 5. ex Alexand.

20.

Ad Argumenta in principio ad primum 18. patet ex vltima conclusione, Adde ut bene Scot. q. 1. Logicæ Dialecticam docentem dici modum sciendi non quia sit sed quia docet modum sciendi, & ita consequenter, q. 2. & 1. Post. quæstio. 43. docet idem author Logicam dici scientiam communem, quia quod docet omnibus rebus potest applicari, ut dicam quæst. de obiecto Logicæ ex Iabel & Soncinat. & ita modum sciendi esse communem, communitate applicationis bene etiam ex Alexand. alij 19. Aristotilem explere est absurdum esse, ante aliquam scientiam non discere, quis modus procedendi sit in ea.

Ad secundū, maior est falsitas vniuersaliter intellecta, nam ens naturale, v. c. homo, maiorem essentiam dicit, quam propria eius causa materialis ex qua constat, hæc enim, ut late dico in Physic. lib. 1. q. 3. non est ens, illud vero, est ens perfectum in propria specie, est autem obiectum, causa veluti materialis scientiæ, cum sit materia circa quam versatur scientia: vnde non inuenit quod scientia illud excedat in entitate: adde & melius (meo videri)

quod obiectum vere & proprie non causar scientiam, cum nil in illam influat, propriūque sit causæ, aliquid influere in effectū: sed dicitur causa scientiæ, quia hæc specificatur ab illo per ordinem intrinsecum ad tale, similiter dicitur mensura scientiæ, quia quælibet cognitio mensuratur penes rem cognitam, cum veritas sit adæquatio rei ad intellectū non autem inconuenit, quod talis causa & mensura, minoris entitatis sit suo mensurato & causato.

Ad confirmationem patet, quod fabeat primæ conclusioni, aduerte tamen vt colligitur ex Arist. 1. de anima vbi S. Tho. Perez & alij, & Iabel tractatu. 1. Logicæ. c. 4. docent, scientiam esse bonum honorabile, quod est perse appetibile, omni scilicet necessitate Logicæ ad alias scientias, de qua infra, perfectio est expectabilis, scilicet virtutes eius, & ita quauisquam obiectum Logicæ generat instrumentum, etiam est expectabilis propter se, ut Medicinæ dulcis & salubris, sicq. Logicæ cum sit scientia bona est, perfectioque intellectus, quem in reflexione supra proprios actus perficit in quo intellectus sensum excedit.

Ad Tertium, Respondens, actum scientificum in Dialectica resoluendum esse, in aliquo principio per se notum, sicuti & in quauis alia scientia, & ita cognitio illius principij in Dialectica erit cognitio prima, non tamen erit scientifica, quia cognitio principiorum ut dicitur in Post. non cadit sub habitu scientifico, & ita non indiget alio actu illam regulante:

Sed Dices nullum tale principium datur in Logica, quia indiget applicatione terminorum, quibus constat, imo & nature, orationis & propositionis, & quod magis est, cognitio termini indiget etiam alio

Ad est. Palat. & Perez, idem

Ad 3.

notificante, vt, enim deseruit ad propositionem proxime & ad syllogismum remote, non potest cognosci certo & euidenter, nisi per diuisionem definitio nem, & argumentationem ergo datur processus in infinitum, cum non detur aliquod primum notum quod non pendeat ex alijs ac consequenter nulla conclusio in Dialectica est scita, quia nil est scitum quin resoluitur, in id quod est per se notum. Quod si dicas quod hec cognitiones inuicem se manifestant contra quia sic idem respectu eiusdem esset causa & effectus.

Soluitur replica.

Respondeo, diuersa ratione nil verat quin idem respectu eiusdem sit causa & effectus, sic cognitio effectus a posteriori est causa cognoscendi causam esse: & cognitio causae a Priori est causa cognoscendi effectum, sic etiam in proposito cognitio termini, vt cognitio partis ad cognoscendum ipsum totum, deseruit ad cognoscendam orationem, &c. Et contra cognitio orationis, &c. Vt cognitio totius & causae iuat ad cognitionem, partis, quae est terminus.

Ad confirmationem, Artes Mechanicae contra scientiam distinguuntur non contra liberales, quae etiam scientiae sunt, sicut intellige Arist. primo Methaph. docentem Artes esse propter aliud ad alia vero quae ibi tanquam dicam articulo 5.

Ad vltimum.

Ad vltimum, dicendum quod ibi solum datur actus scientiae consequentiae non consequentis, qualis est actus Hypoteticus conditionalis, qui nil curat de Cathgoricis, sed tantum de illatione, & ita assentior illi consequentiae, vt euidam veritati, non ex vi syllogismi, cum in illo non inferatur vt conclusio, quod sit bona dicta consequentia: sed ex vi cuiusdam principij, antea cogniti

in se, scilicet dici de omni, per quod antea fueras mihi demonstrata, hoc pacto, quoties aliquid dicitur de aliquo, &c, Est recta consequentia, sed in Barbara ita fit ergo vnde patet quod ista consequentia in Barbara facta solum assentior vt conclusio est, vnde patet solutio ad alia in argumento dicta.

ART. III.

Virū Dialecticae sit vna scientia?

Questio haec solum controvertitur de Logica Decentia, quae solum ex dictis, 2. scientia est, nec de hac dubitatur an sit vna, vel plures numero, nam cum accidentia (quorum vnum est scientia, cum sit qualitas) diuersorum subiectorum numero, sint proculdubio etiam ipsa numero plura, constat, quod in me & in alijs Logicis, sunt distinctae Logicae numero: difficultas ergo est de vnitae specificae, vel genericae, sit ne Logica, vna vel potius plures specie, quae communis est difficultas, etiam alijs scientijs, Methaphisicis inquam & Physicis, &c. Et secundum hunc sentum conabimur illam explicare, nam alius sensus, quem potest habere, scilicet, an Dialectica sit vna simplex qualitas necne & similiter quaeuis alia species scientiae, difficultas est Physica, lib. de Anima examinanda quae sine ratione, hic à quibusdam, imo sine occasione, imperfecte & truncate tractatur, eam tamen eruditae agit, M. Cumel. primo tom. 1. p. q. 1. art. 3.

Iam vero pro maiori intelligentia tituli & quaestionis, aduerte quod, in summulis, prima parte, de terminis attingimus, vnitatem, 2. duo dicere, & diuisionem in se, & diuisionem à quolibet alio, & ita eius concretum, vt potest vnum alia duo inuol-

Sensus questio: nis aperitur & inuoluitur & inuoluitur & inuoluitur

Precedenti art.

Vnitae duo dicit inuoluitur

in uoluit, est enim illud, indiuisum in se & diuisum à quolibet alio, v. c. Sortes, Plato, &c.

3. Vnitae triplex est.

Secundum considerandum, quod vnitae triplex est, 3. alia numerica, alia specifica generica alia, numerica est illa, secundum quam res singularis, est indiuisa in se, & diuisa à quolibet alia re singulari: ea autem dicitur vnum, specificae vnitae, quae vna est proxima & adaequata definitio, vna essentia, & denique vna natura communis, ita vt solum differant penes accidentia, sicut Porphyrius docuit participatione vnius speciei plures homines, sunt vnus homo. Tandem ea dicitur vna vnitae generica, quorum licet proxima definitio diuersa sit, differantque essentia & natura, conueniunt tamen in aliqua definitione superioris: sicut homo & equus, quibus communis est ratio animalis: Ex dictis etiam elicitur quot modis aliqua differat, quia vnam & multa opponitur oppositorum autem eadem est ratio, quaestio ergo est, V. Logica sit vna vnitae specifica, vel generica, & vt res radicaliter intelligitur prius videndum iudico, vnde scientiae vnitae, & diuersitatem summam: Circa hoc autem, licet conueniant omnes, quod ab obiecto vt obiectum est, hoc est, vt habet rationem formalem sub qua quae est modus tendendi in obiectum, sumitur vnitae, & distinctio scientiae quae autem sit haec hoc opus hic labor.

4. 1. modus dicendi de vnitae scientiae, antiquorum

Prima sententia 4. solum ponit vnam scientiam omnium rerum Physicam vero Methaphysicam, &c. esse partes vnius scientiae probatur ex Aristot. 4. Methaph. c. 2. qui ait, sicut Grammatica est, omnes voces considerat, ita entis quotquot species sunt, & species specierum contemplari vniuersae scientiae.

Secundo, Omnes scientiae conueniunt, in vna ratione sub qua, & modo procedendi, scilicet per demonstrationem, ergo sunt vna scientia ita tenet Bernard. Mirad. libr. 13. de euestione singularis certaminis, cap. 6. & 7. & alij antiqui quos nouitij 4. Philosophi referunt.

1. Ratio

Secunda sententia extrema & superioriori 5. opposita, est multorum nominum quos longum esset & inuoluit recensere, potentiam tot habitus scientificos specie, quos sunt species actuum & Demonstrationes: sed profecto hoc, (sicut & alia multa) ridicule ab istis asseritur, nec habet fundamentum, esset, enim, alia abstinentia virtus à carnibus, alia à vino, &c. Cum sit vna specie, virtus abstinentiae de quo suo loco, vt bene, M. Soto.

4. Perit. 1. Physic. 3. refert Crasimus apud Cicelonez

5. 2. opinio nouina lium.

Tertia opinio media, 6. ponit scientias distinguuntur penes differentias scibilis, vt sic, quas vocat, differentias abstractionum: Explicatur, supposito scientias non considerare per se singularia materialia, vnde sunt de vniuersalibus, hoc est, de abstracto à singularibus, de aliquo inquam considerato, non consideratis nec actibus singularibus quorum est, in hoc conueniunt omnes scientiae: sed aliae sunt de rebus, quae nequeunt intelligi sine materia sensibili id est sine qualitatibus sensibilibus, vel earum radice, v. c. Animalia & Plantae: alia possunt esse, & intelligi, sine materia sensibili, vt Deus & Eas, alia tandem non possunt esse sine materia sensibili, bene tamen intelligi, vt quantitas, extensio figurabilis & ita, iuxta varias naturas, nos quasi diuersis luminibus duci, ad res primi generis sensu, de quibus est Physica: ad res omnino abstractas intellectu de quibus est Methaphysica: ad res

6. 3. Sententia quorundam realium probabilis.

vero tertii generis imaginatiua, de quibus est Mathematica, de quo late Theologi, agentes de suarum scientiarum ueritate: & hunc modum diceodi, multi uiri docti amplectuntur, D. Thom. uide in eius tabula, uerbo ueritas, praeicipue opate. 79. q. 5. M. C. uemel. p. q. 3. Et ibide Caict. qui ens. 1. Post ca. 22. M. Sot. & alij. Et uidetur Arist. 6. Meta. qui hac ratione sic distinguit scientias.

Et probatur, quia ex dictis & ueritate, scientia agunt de abstractione, ergo penes uarias abstractions, distinguenda sunt.

Habitibus scientificus plura petit.

Pro intelligentia huius, aduertendum maxime, quod 7 ad habitum scientificum, non solum exigitur ratio & species obiecti, illud representans, sed etiam praeter hoc requiritur facultas, seu habitus, ex parte potentia, ad ordinandas dictas species, & recte indicandum per ordinam demonstrationum.

Passiones subiecti inter se natura sua ordinatae sunt.

Aduerte secunde, passiones & multas & subiecti proprietates, ita natura sua esse ordinatas, ut una alteri praetelligatur, ratione cuius, secunda conuenit subiecto: explicatur, in homine multas passiones inuenimus, quae ab eius essentia, radicaliter pullulant, inter quas est ordo nam of se intellectuum, est radix per quam conuenit homini, esse disciplinatum acceptum, & harum passionum series, dicitur etiam coordinatio passionum. Iam ergo demonstratum discursus, procedit ad prima passione, usque ad ultimum, unde praemissae, in quibus prima passio de subiecto praedicatur, indemonstrabiles sunt a Priori, quia non est aliud primum, per quod ut per causam, possit demonstrari. v. c. Hac omne animal rationale est intellectuum, omnis homo est animal rationale, & c. Subsequentes autem passiones supponunt demonstrationem, cum hac

sunt principia, quando & ipsa demonstrantur.

Tertio & ultimo sciendum, quod licet demonstratio a Priori, ut confideratur a logico, sit una tantum specie quia ipse non attendit, per quae principia, probetur conclusio, respicit tamen scientiarum quarum proprium est, attendere principia, & per talia principia, tales inferre conclusiones, iuxta distinctionem principiorum, distincta, etiam sunt rationes formales demonstrationum a priori.

Iam dico primo scientia non nullo modo possunt distinguere specie penes diuersas dictas abstractions, itaque abstractio nullo modo potest specificare intrinsece & per se primo habitum scientificum probatur primo quia si logica, quae petit pro subiecto materiali operationes intellectus humani distinguitur a metaphysica in abstractione, sequitur quod sit eiusdem speciei cum scientia de anima, consequens tamen est ridiculum, sequela patet, quia erit eiusdem abstractionis cum illa, cum petat pro subiecto ut dictum est actus potentiae intellectus, quos scientia de anima tractat.

Secundo quia sequeretur etiam quod Arithmetica, & metaphysica essent eiusdem speciei, quia eiusdem abstractionis cum illa, patet, obiectum Arithmeticae, quod est numerus, & eius demonstrationes reperitur etiam in angelis, constat autem ex dictis articulo. 1. quod metaphysica agit de ente, quod est in corporibus, & in angelis, dicere uero quod Arithmetica nititur imaginatiuae non est ex abstractione distinguere specie ipsas scientias, praeter quae quod non ita patet, quomodo magis in Geometria considerando continuu nititur imaginatiuae, quae in Arithmetica numeru, ad hoc ut sunt duae abstractions & modi considerandi.

9 Demonstratio a priori a uariis specie.

10 Prima conclusio.

11 Probatur. 1.

12 Probatur. 2.

13. Confirmatur.

Confirmatur, 13. quia Musica, & aliae Mathematicae mediae si considerant quantitatem determinatam ad qualitatem sensibilem sunt tam parum abstractae quam Physica, & ita eiusdem speciei cum illa, si non sunt ita abstractae, quam purae Mathematicae.

14. Probatur 3.

Tertio, 14. si propter maiorem abstractionem actus intellectus quam uoluntatis Logica distinguitur, ut ponunt isti, a Morali, euidenter consequitur ita distingui scientiam de natura intellectus, & de uoluntate, cum tamen & ab omnibus negetur, & probetur aliquid habere uoluntatem quia habet intellectum, & hac rationem considera.

15. Confirmatur.

Tandem confirmatur, 15. quia si ueritas abstractionis facit ueritatem specificam scientiae, facile quis diceret ueritatem Logicam demonstrationis in Logica, in Mathematicis Mathematicam, & c. facere ueritatem scientiam.

16. Corollariū sciētie non distinguuntur penes quaedam lumina.

Ex quo infero multo minus scientias 16. posse distinguere penes tria illa lumina, quibus uicimur, quia in Logica & morali aut nitimur eidem lumini, cui in Metaphysica, aut cui in scientia de anima, & ita erunt eiusdem speciei cum illa uel cum illa: Dicere autem Aristotele, tantum distinxisse scientias reales speculatiuas non est dare regulam distinguendi scientias, praeter quam, ut infra patebit conclusione tertia subtilis tribus continentur specie distinctae, cum abstractio nihil aliud sit quam ipsa principia scientiarum sic uel sic suaprenatura abstrahibilia, constat autem quod sub eadem abstractione potest esse, & est, multiplicitas specifica multorum principiorum, & scientiarum 17.

17. Reijci contraria solutio

Nec ualet fingere quod quia obiectum Logicae dicit ordinem ad intellectum humanum, qui petit materiam sensibilem, & usque intellectus magis esse abstractos, quam uoluntatis, ideatione primi Logica differat a Metaphysica, ratione uero secunda a Morali. Similiter quod Arithmetica magis nititur intellectui, quam Geometria, quae est de quantitate continua, & sic differunt inter se, & a Metaphysica, quia cum numerus sit extenso discreta etiam Arithmetica nititur imaginatiuae, Theologia uero lumini reuelato. Quae omnia uero facta, ut in uenti patet, magis subtilia sunt, quam uera, quae non nituntur soli fundamento, ut supra uisum est.

Dico secundo 18. abstractio, quae uocant rationem sub qua etiam simul cum ratione, quae, id est cum entitate scibilis, nullo modo potest specificare scientiam, patet nam secundum omnes Medicinae, & Physica eandem habet abstractionem, & si demonstrent hanc conclusionem corpus glacie est tenue, uirtutis tunc utraque ratio sub qua, & quae, utriusque erit communis, ergo utraque erit una scientiae speciei, consequens tamen est absurdum.

Dico Tertio, 19. scientiae illae sunt unum genere, quae conueniant in principijs eiusdem generis demonstrationum, quae uero differunt distinctis principijs genericis differunt genere, uoco genus quod licet non sit supremum sub eo tamen continentur plures species, pro qua recolendum est ultimum notabile, probatur ergo. principia demonstrationum sunt media per quae tendimus ad conclusionem ergo ab eorum ueritate, & distinctione sumenda est ueritas, & distinctio scientiae, cum sit ratio sub qua scientia tendit ad conclusionem, & sic intellige Aristotele. S. Th. & alios in e. tract. de syllogismo. c. 12. Soaz. q. Metaph. q. 8. conclusio 2.

Confirmatur quia 21. in uno modo abstractio

18. Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

abstractionis sunt plura principia speciei distincta, vt sunt ea, quibus hincabilitas equi, & risibilitas hominis probatur, & ita multi eorū, qui per abstractionē distinguūt sciēcias facientur de metaphysica, & physica habere distinctas species subse, q̄ in mathematicis magis patet, & quod Aristō. & alij egerint de differentia generica dum loquuntur de abstractione patet, quia Mathematicam distinxit à physica, mathematicæ autem constat esse vnum genere, & non tantum specie.

Dico quarto, 2^a tot sunt sciētiæ distinctæ specie, quot coordinationes passionum, & demonstrationes ab alijs nō dependentes, probatur à priori. prima principia sunt ratio formalis sub qua sciētia tēdit ad conclusionem, ergo si hęc sunt diuersa, diuersa etiā erit sciētia, etiā si cōclusio sit eadem, vt terram esse rotūdā, quæ probatur a physico, & Mathematico per diuersa principia, quod expresse S. Tho. docet. 1. 2. q. 14. art. 2. ad 2. & 22. q. 1. art. 1 & 3. dum dicit formalitas sciētiæ sumitur a modo demonstrationis. Explicatur exemplo Scoti. 3. post. q. 47. vt vna est arbor, truncus, rami, & fructus, ita vnius sciētiæ est tractare omne quod ab vna rā dice procedit.

Secundo probatur ex Aristō. 1. post. c. 23. 2^a vbi hanc quæstionem tractans inquit altera sciētia est ab altera quarūcūq; principia nec ex eisdē nec alteræ ex alteris sunt, id est quādo principia demonstratiōnū vniū non inferuntur ex principijs alterius, cuius signum est (inquit Philosophus ibidem textu. 4) quando ad in demonstrabilia venerit, hoc est à primis præmissis in demonstrabilibus sumitur vnitas, & distinctio sciētiæ, nam cognitio secundæ, & tercię conclusionis, & sequentium ad illā sciētiā spectant, quæ primam de

monstrat, Themistius. 1. post. c. 43. diuersæ inquit, sciētiæ sunt, quarum prima principia sunt diuersa, idem omnino Auerr. 1. post. textu 179. S. Tho. 1. metaph. lect. 4. in plurali, inquit, ad sciētiās speciales pertinet agere de bobē, & equo, & 1. post. c. 23. dat rationem dīcti Aristō. quia principia sunt ratio formalis sciēbilis, Sonz. 6. metaph. q. 8. conclud. 3. Corollario. 325. Niphus ibidē q. 4 Flandria. q. 48. art. 2. & 3. Fauet Durand. q. 4. prologo. & alij multi ex antiquis, quos affert Sonz. 4. metaph. 2^a 6^a q. 11. Mathuzi. 1. demonstrat. re. c. 18. & alij 2⁸ Sed dices quomodo Theologia, quæ varia habet principia naturalia dicitur S. Tho. vna? multi explicant esse vnum genere, nec in nostra sententia est peculiaris difficultas, nam aliquando sumit principium metaphysicum, aliquando physicum, & c. ci. vniuersum abstractionum, & certitudinum, sed de hoc suo loco, vel forte melius dices, quod principia Theologiæ sunt super naturalia, vnde tantum illa accipit vt reuelata non in se videndo, & ita idem habet formale, naturalia autem principia forte tantum a sumit, vt explicationes reuelatorum, vnde autem sumatur maior, vel minor certitudo, & euidētia sciētiæ, dicam in posterior.

Ex dictis pro hac conclusione infertur 2^a vere Scotum. q. 3. prologo, dicere subiectum ad æquarum sciētiæ in specie debere continere veritates illius, quod clarius. S. Tho. 1. p. q. 1. art. 7. subiectum ait sciētiæ, & principiorum est idem, quia cum per principia passionis demōstrentur virtute in principijs tota sciētia continetur quicquid Cæcæ, ibi, & Soto q. 5. proemiali detorqueant sensum inutiliter glossantes quod in suis inferioribus hæc conti-

25: Niphus Flandria: Durand. D. Tho. Matizi. tenē idē 27. Scot q. 1. Palat. q. 9. prolo. Greg. q. 2. Gab. q. 8. Ayala. q. 1. Logica. Tolet. q. 3. 26: Sonz. tribuit. d. Tho. Albert. mag. Scot & 6. Meth. q. 3. con. 3. & Corroll. 3. imo excedit in 4. con. 28: Dubitatio pro obiecto ne.

30: Coroll.

31: Vltima conclus. responsi ua. q. 1.

neat, hoc autem nihil ad propositum S. Tho. & sic in principijs metaphysicis tanquam in genere continentur species, quod etiam insinuant ex positores ibidem

Infero secundo 3^o distinctionem scientiarum hominis ad physicum pertinere, quia principia per quæ omnes, talem distinctionem probat sunt physica, nituntur que nostro modo intelligendi vt pote vnam facilitatem esse, quam acquirimus, aut per vnitatem demonstrationis vel diuersi modo abstracta diuersi modo considerando, vel nitēdo sensui, vel imaginatiuæ, & c. vel vt nos dicimus tendendo per diuersa principia. In angelis autem distinctio specierum, quibus sciunt, profecto non inde sumitur, sed à maiori, vel minori eorum perfectione, vt docet S. Tho. 1. p. q. 56. per varios articulos

Dico quinto & vltimo 3¹. tot sunt species Logicæ, & habitus specie, distincti quot sunt coordinations demonstrationum in illa, probatur alijs principijs probamus proprietates modi sciendi in communi, & alijs diuisionis, & argumentationis, & earum specierum, vt articulo præcedenti dicebam, ergo erit vna genere, vt de physica, & de alijs docent multi etiam oppositæ sententiæ.

Ad argumenta fateor 3². sciibile distingui per se penes varias rationes formales sciendi, quæ vt probatum est sunt diuersa principia, quibus tendimus ad conclusionem, & est exemplum appositissimum sicuti enim diuersæ species coloris, quia non sunt principia potentie visiuæ, sed actuum videndi, actus distinguunt specie, potentia vna eademq; manente, quia medio lumine vno specie mutatur quasi spiritaliter, de quo S. Tho. 1. p. q. 28. art. 3. & nos deo dante lib. de anima.

ART. III.

Verum Dialectica sit practica sciētia, vel speculatiua.

Prima sententia ponit esse practica ita Scalliger 1 exercitacione 37. c. 23. Gabr. q. 11. pro Logi. 2. id tribuitur, Aueroi. & fauere Aureo. tribuitur Veneto in principio Logicæ lādū. 6. met. 1. phys. q. 3. & 5. fauentq; omnes dicentes Dialecticam esse artem.

Secunda sententia ait esse speculatiua ita M. Soto, & 3 recentiores. Iabel. 6. metaph. q. 7. Sonz. q. 6. Anton. Andre. q. 3. capreo. q. 2. prolog. ad argumenta S. Tho. 1. 2. q. 57. art. 3. ad 3. colligitur etiam art. 1. ad 1. & 2. 2. q. 179. art. 2.

Tertia sententia non esse practica, nec speculatiua, sed instrumentum vtriusq; hoc tenent negantes esse scientiam, sed instrumentū sciētiæ, & Arist. 1. topic. ait esse speculatiuæ, & practicæ instrumentum & in metaphysica diuidēs practicas ab speculatiuis non meminit Logicæ vnde August. 8. de ciuitate c. 4. & 5. Tho. opusc. 70. q. 5. art. 1. eam iungunt speculatiuis, vt earum instrumentum, quia magis ad miniculatur speculatiuis.

Vltima sententia, quæ tribuitur 4. Nominalibus (sed Gabr. & Occan in 1. d. 39. q. 6. tenent primam sententiā, Greg. secundam, tribuitur etiā Auicennæ. & Arabigis, & Alberto: dicunt esse practica, & speculatiua horum Argumenta quia facilia omito.

Pro resolutione Nota primo vtdicā tacta. 2. in Periharm. 5. quod ueritas speculatiua sumitur per conformitatem ad res, falsitas vero e conuerso (vt tetigimus in summu-

7: Scallig. & alij. 2. Ayala id tribuit. 3 Toletus:

4 Ayala tribuit.

4: Quarta conclusio

24: Probatur 2. ex Arist.

mulis) at vero veritas practica sumitur per conformitatem ad appetitum rectum respectu operabilium, nam vt inquit Arist. actiū mentis veritas est consentaneum esse appetitui recto.

Secundo Aduerte quod particula 6. practicum grecum est, quod nulum habet Latinum nomen, quod ipsum ad æquate explicet, & licet tria habeamus nomina, quæ uidentur explicare id quod apud grecos practicum id est practicum dicitur, puta actiuum, factiuum, & operatiuum, tamen actiuū, & factiuum inferiora sunt, nam actiuum est proprium prudentiæ, factiuum uero Artis, practicum uero est quid commune ad prudentiam, & Artem, deinde operatiuum est quid superius, quia etiam ad speculatiuum se extendit, speculatio namq; etiam est operatio, nomine ergo practicum intelligimus operatiuum, vt distinguitur contra speculatiuum, & sic praxis id est quod operatio vt distinguitur ab speculatione vt sic, nam praxis nihil aliud est, quam effectus practici, quoniam ita se habet ad practicum sicut operatio ad operatiuum, & speculatio ad speculatiuum. Sed dico quod quicquid sit de nomine praxis, & Metaphysicè digladiantur 6. metaph. nos in presenti habitu practicum uocamus docentem operari, etiam si illud opus sit actus intellectus, siue dicatur praxis siue actus, practicus, unde illa decisio questionis, quam multi assignant Logicam esse speculatiuam, quia dirigit actus intellectus, qui non dicitur praxis est decisio uocis.

Pro quo aduerte nos non agere de habitibus practicis, quidam bonum usum vt virtutes, sed de his, qui dant facultatem operis, id est qui docent illud facere, qui in hoc non subordinantur voluntati recte, qm ad mo

dū, vt illi, quanquam enim mala uoluntate iuxta regulas Artis quis edificet domum, uirtutem habitu docente facere, & est bene edificata.

Explicato quid nominis explicandum erit quid rei, pro quo. Nota tertio quod in hoc omnes conueniunt quod 8. praxis est operatio practici quia cum vnum quodque sit propter suam operationem vt docet Arist. primo de celo, & praxis sit operatio sequitur, quod est finis proximus ipsi practici. Est igitur praxis actio imperata ab intellectu per impulsum uoluntatis, quæ nihil aliud est quam, vel uis uoluntatis. vel actio potētis imperatæ per impulsum uoluntatis, ita M. Cumel. ubi supra & alij Theologi. vel cum nostro M. Perez ibidem, praxis à qua scientia dicitur est 10. electio, vel operatio electa vt electa est, id est est operatio uoluntatis libera contradictorie siue sit electa, siue imperata, unde etiam speculatio ipsa prout à uoluntate imperatur est praxis, hinc etiam scientia dicitur practica à praxi, quia est directiua praxis, siue operationis eicitæ, siue imperatæ a uoluntate, hoc infert uterq; autor ex S. Tho. quæst. de uirtutibus, ar. 6. ad 1. & 22. q. 47. ar. 2. ad 2. quod magis patebit in fra.

Quarto sciendum quod sicut 11. uirtutes duo facit primum est colores percipere, secundo dirigere hominem, quomodo ambulet, uirtutes duo habet officia primum est res percipere, secundum, dirigere, & ostendere homini modum operandi in quo potest errare, ratione primi dicitur intellectus speculatiuus, & habet habitus speculatiuos, ratione secundi dicitur practicus, & habet habitus practicos unde differentia 12. potissima habitus practici, & speculatiui est quod finis speculatiui est cognoscere, practici autem, licet

8. Conueniunt omnes.

Praxis secundum re quid sit.

10. M. Perez aliter diffinit ut ambo ex D. Tho.

11. intellectus duo officia

licet cognoscat, finis eius est opus hoc autem non intelligitur de fine scientis (potest enim quis metaphysicam ipsam propter quæstum addiscere) sed ex parte scientiæ, illius autē scientiæ finis est scire, quæ in definito obiecto, eiusque proprietatibus ostendendis, & intelligendis occupatur, illius autem finis est opus, quæ docet facere opus, & hæc differentia est intrinseca modi procedendi scientiæ, quod graues philosophi dicunt speculatiuam procedere modo resolutorio id est rem in sua principia retoluendo, & per ea illam cognoscendo, practicam autem procedere modo compositiuo, docendo scilicet quomodo res sit faciendæ, & componendæ. Alias differentias assignant Theologi in prologo sentent. Metaph. libr. 6. S. Thom. & reliqui Thomistæ. p. ubi supra, & q. 14. Philosoph. 3. de anima & c. omnes dum quæstiones præambulas cuiusuis scientiæ discutunt.

13. dicta differentia essentialis est. Ex Duran. Scallige. Marfil. Scot. Caie. Niph. & alijs.

Duran. Marfil. Scallige.

Hæc differentiam, quæ posui potissimum esse intellectualem & essentialē scientiæ, existimo enim habitus naturales practicos distingui essentialiter à nostris speculatiuis (vt Deum & angelos omittam & habitum Theologiæ, qui bus propter suam eminentiam concedunt Theologi per idem rem, & modum faciendi rem cognoscere) estque communis sententia eos differre essentialiter; ita Durand. q. 6. prologi. Gabr. q. 11. Marfil. q. 3. Scalliger exercitatione. 3. 7. c. 23. Caie. q. 1. arti. 4. Soto hic. Niphus de scientia vt respicit obiectum. 6. metaph. q. 2. label. q. 6. Scot. q. 4. prologi ait esse passiones scientiæ, vt par & impar numeri, unde eidem non poterunt conuenire, Patet practica scientia, & speculatiua procedunt intrinsecè diuersimodè, & per diuersa principia modo: dicto ergo intrinsecè differunt.

Aduerte tamen aliquos autores uelle, vt complete aliquid sit habitus

practicus, vt intentio habentis sit operari per illum, & sic dicunt differre accidentaliter ab speculatione 14. Capreo. q. 3. prologi. Soto 6. metaph.

Sonz. 6. metaph. q. 4. & supra, & q. 5. nec admodum reflagatur. S. Tho. 1. p. q. 14. & noster M. Perez ubi supra sed hoc non est contra nos, quia non agimus de fine scientis, sed uocamus habitum practicum, qui procedit docendo operari intrinsecè & ita Sonz. fatetur practicum, distingui ab speculatione essentialiter ex parte obiecti.

Pro quo quinto, sciendum quod scientia duo dicit, & includit in se primum est rationem qualitatis, secundum rationem talis qualitatis, id est scientiæ vt sic, unde scientia quo ad illam primariam rationem absolutum quid est de prima specie qualitatis, quo ad secundum uero relatiuum quoddam per se scibile, & ita secundum primam rationem cum sit species habitus, differentie essentialis eius nequeunt esse practicum, & speculatiuum, & ratio est clara, quia scientia vt sic est ultima species habitus, species autem ultima solum differentijs accidentalibus partitur, at uero scientia in secunda significatione sub relatione inquam ad scibile cum sit quoddam relatiuum, sic profecto practicum, & speculatiuum sunt differentie illius essentialis respectu operabilium & scibilium per ipsa, 16. nam practicum, & speculatiuum relationes sunt scientiarum sicque bene possunt esse differentie essentialis illarum in dicto esse respectiuo: ubi obitor aduerte, quod si modus faciendi opus consideretur contemplando eius essentialiam, vt alio rationem entium, illiusque proprietates talem scientiam esse speculatiuam practica enim non docet quid sit factio, uel modus faciendi, sed quomodo faciendum opus.

14. Palat. in Prolog. Nolter Magister Perz.

15. Scientia duo in uoluit.

16. practicum & speculatiuum relationes sunt scientiarum.

7. non loquitur auctor de omnibus habitibus practicis.

Ad
tendū

Vitio a luertendum impertinens esse, vt habens cognitionem quomodo sit operandum, possit illam rem operari; nec nec ad hoc vt talis sciētia sit practica, dummodo doceat, quomodo res debeat confici: ratio, quia habitus intellectualis non potest alio modo dirigere quam docendo, quomodo sit res faciēda, quod etiam probat ex Auicēna, & Auerrhoe, Gregorius. q. 3. prologi cōtra Aureo. sicque philosophantur, qui essentialiter eadistinguant practicum ab speculatiuo, cum ex modo intrinseco procedendo eos distinguant, speculatiuus namque in passionibus intelligendis versatur, practicas vero docet opus efficere, vt explicatum est Notab. 4. Vnde huic modo intrinseco procedendi impertinens est, quod subiectum habitus habeat facilem motum manus ad illam mouendam, &c. quod est facere ipsum opus.

17
Prima
Conclus.

Prima Conclusio habitus 17 originaliter magis est practicus ex obiecto quam ex fine, licet completiue illud habeat a fine, patet prima pars, nam si obiectum non esset practicabile, aut operabile, nunquam posset perfecte considerari modo operabili, & multo minus cum intentione operandi, cum voluntas non sit impossibile, ergo magis est originaliter practicus ex obiecto, quam ex fine. Secunda pars probatur sine intrinseco sciētię posito absolute, & simpliciter ponitur habitus practicus. & illo ablato remouetur & habitus, ergo ab illo completiue habet habitus, quod sit practicus, antecedens licet ex dictis pateat magis patebit infra.

Coroll.

18
Tribus
modis
dicitur
habitus
practicus:

Vnde infero quod tribus 18 modis dicitur habitus practicus primo praecise solum ex obiecto, quando scilicet obiectum est aliquid operabile, sed per habitum consideratur, ac si non esset tale, & eo modo quo non

est tale. V.g. cum res producibilis solum attenditur, quantum ad rationes vniuersales, & quantum ad suam essentiam, vt potest quod statua est quaedam figura, & qualitas, &c. Secundo potest esse practicus, non solum ex obiecto, sed quia consideratur modo quo in particulari est operabile, non tamen cum intentione operandi: tandem tertio dicitur practicus, non solum ex obiecto, & modo considerandi, verum etiam ex illius fine, & quia eius productio est intenta, & talis est pure, & exactissime practicus. Vnde sciētia, cuius obiectum non est factibile, speculatiua erit. Moralibus autem Philosophia, licet sit practica ex obiecto & ex fine, speculatiua est ex modo procedendi.

18
Secunda
Conclu

Secunda Conclusio, de eodem obiecto, & de eade re potest haberi sciētia practica & speculatiua, & tunc erunt duę sciētię, non vna. Hęc conclusio superiorem manifestat, nam si de eodem potest vtraque sciētia haberi, manifestum est, quod obiectum solum originariue faciat practicum V.g. de domo habetur sciētia practica, quomodo scilicet fini construenda dolandaque ligna, &c. & de eade habetur speculatiua illā definiendo, & illius passionibus demonstrando. Vnde S. Tho. super Boetium de Trinitate. q. 5. art. 1. p. 1. & q. 14. art. 16. docet sciētiām practicā ex obiecto posse esse speculatiuā, quo ad finē & modum. Iam probatur Conclusio, 19 si Deus condonaret Petro. V.g. Virtutem productiuam rosę, & notitiām practicā operatiuā illius, talis notitia simpliciter esset practica, at notitia Pauli de eadem rosā esse simpliciter speculatiua, quę distinctio praecise non est ex obiecto, ergo de eodem potest dari vtraque notitia, & sciētia. Alię rationes adducuntur, sufficiant tamen istę.

19
Probatur
Cōcl.

Tertia
Cōcl. cōtra Scot.

Tertia Conclusio, intellectio potest

20
Probatur
conclusi

21
a. probatur.

21
Intellectus
operatiuus,
dupliciter
consideratur.

22
Quarta
& vltima
Conclu.

est esse praxis. Hęc ponitur contra Scot. & alios, qui asserunt quod praxis est operatio alterius potentie ab intellectu naturaliter posteriori intellectione, nata ei conformiter rationi rectę, vt recta sit, quod non potest intelligi, nisi originariue: probatur 2^o imperium est substantialiter actus intellectus, & est actus practicus. Confirmatur, quia intellectus diuiditur in practicum, & speculatiuū, aliqua ergo eius operatio erit praxis. Secundo, intellectus subiectum est omnium sciētiarum proprium quidem, illarū autē alia est speculatiua, alia est practica: aliqua ergo operatio intellectus, potest esse praxis Confirmatur, & declaratur: nam omnis actus directus per habitum practicum praxis dicitur. Condit autem quod speculatio ipsa multoties dirigitur per habitum practicum, nam hoc est distinctum a praxi, quę & hunc speculandum est, ergo talis speculatio hoc dictantur euerit praxis erit.

Pro quo obiter a, quoniam 21 intellectus operatio potest considerari, primo, quod ad exercitium actus hoc est considerata ex parte agentis, in cuius potentia positū est agere, vel nō agere. Secundo consideratur, quantum ad intellectiōem, hoc est quando talis operatio contempletur ex obiecto, vnde colligitur quod aliqua intellectio potest esse praxis, quod ad exercitium, quāuis non quo ad specificatiōem ex parte obiecti, patet, quia ex parte obiecti, id est, secundum suam naturam speculatio est, quantum vero ad exercitium a voluntate imperatur, cum hoc tamen talis operatio est verē & proprie praxis, quāuis non rigorosis, me, cum sit speculatio ex sua natura, sed praxis dicitur, quatenus per dictamē practicum dirigitur. Quarta & vltima Conclusio decisiva sua quęstionis 22 duo sunt habitus Logice sciētię essentialiter distincti, alter practi-

cus, alter speculatiuus, & quidē quod practica sit, multi tenent in quo est difficultas, Gregor. in prologo, & Ochan, Venerus in initio Logice. Iandun. 6. Metaph. q. 3. & 5. Alber. 2. de anima. c. 2. & videtur Arist. expresse 6. Metaph. text. 2. vbi tres tantū sciētiās speculatiuas numerat Metaphysicam, Physicam, & Mathematicas, idem Boet. de Trinitate, & Aristot. iterum. 1. Topic. 9. vbi significat problemata Logica, ad praxim pertinere, & ideo vocat illa admisculantia, siue subseruientia sciētijs. Et idē. 1. Metaph. 2. probat Metaphysicā non esse practicā, quia gratia sui addiscitur. Contra ergo 2. Elench. 2. ait sciētiās morales practicas esse, quia illas non addiscimus, tā vt cognoscamus quid sit virtus, quā vt boni efficiamur. Idem sentit S. Tho. opusc. 70. constat autē ex dictis art. 1. Logicam nō propter se optari, quod autem etiam sub speculatiuis cadat Logica, alio inquam habitu expresse docet S. Tho. super Boet. de Trin. q. 5. art. 1. & Aug. 8. de ciuitate. c. 4. & Aegidius in initio Logice, sed ratione probatur, Logica considerat modos sciendi, & eorū proprietates, vt quod Syllogismus ex vero inferat verū, & ex opposito consequentis oppositum antecedentis, &c. ergo ex dictis ab intrinseca modo procedendi est speculatiua. Finis enim intrinsecus ostenditur esse sciēre, sicut Arithmetica, quę proprietates numerorum, & Moralibus Philosophia, quę passionibus virtutum, vt conformes rationi sunt, considerat, sunt speculatiuę, 23 & hoc vult secunda sententia, & Scot.

Secunda pars probatur, Logica docet modum faciendi modos sciendi, ergo ab intrinseco modo procedendi est intrinsece practica, 24 & hoc vult prima sententia, & quarta, quę vtrumque attendendo dixit esse practicā, & speculatiuam

respon
sua quę
stioni.
duo sunt
habitus
Logice
essentialiter
distincti.
Arist. Be
net. Alber.
respon
sua quę
stioni.
duo sunt
habitus
Logice
essentialiter
distincti.
Arist. Be
net. Alber.
da sentē
tia & Sco
tus.
Cōcl. 24
sent. 23.
24

latuam. 3 tertia autem sententia non men practica, & speculatiua sumpsit pro scientijs, quæ propter alias appetit non possunt, & ita sicut negauit esse scientiam. consequenter negat esse practica vel speculatiua: sed de hac re inuocatione nominis dixi articulo sequendo.

Quod 2^a autem logica practica, & speculatiua sint duo habitus essentialiter distincti euidentis est cum probatum sit practicum & speculatiuum esse essentialiter differentiam nostrorum habituum naturalium, attestaturque experientia, qua videmus multos ex assiduitate considerandi modum faciendi syllogismos &c. melius id scire cum forte proprietates illius eiusque definitionem ignorat, nec hoc peculiare est in logica, nam etiam multi bene docent Mathematicas, & Morales practicas esse, quatenus docent modum acquirendi virtutes, numerandi &c. quæ distincte sunt a Mathematicis speculatiuis, & Moralibus, & sic intellige. S. Thom. opusc. 7. vbi supra & 1. 2. q. 17. art. 3. ad 3. dum vocat Dialecticam artem pro Dialectica scilicet practica, quæ docet operari, vt explicat M. So. & alij. 2^o 6

fauerque quod grauissimi Peripatetici, vt suo loco videbimus, in practica mentis præcipue constituunt voces, immo Porphy. tractatum suum in scriptis de quinque vocibus & hanc sententiam amplectitur Villalp. vir alias doctissimus q. 5. præambula ad logicam, & refert pro se Ludouicum Viues lib. 3. de corruptis disciplinis dicitque ita sentire magnam partem interpretum Aristoteli. idem Matitius prologo ad Porphy. c. 4. in fine & c. 3. refert. Quintilia. lib. 1. c. 3. sed profecto verba, quæ ex Cicero, & Seneca refert tantum probant, in Dialectica etiam agi de vocibus, sed has omnes omittamus sunt enim iadignæ viro philosopho.

Opposita 2^a sententia scilicet agi de rebus in logica, & ens reale esse obiectum, quo ad ea, quæ extrinsece habent ad intellectum videtur Eustratii 2. poster. quem refert Villalp. Gandauē: 2 metaph. q. 12. ad 1. sed iste melius se explicat 4. metaph. q. 6. ad 2. dum dicit agere de rebus, vt subitane secunde intentioni, sed quidem sententia hæc sola voce distat ab ea, quæ ponit ens rationis obiectum logicæ.

Hæc est S. Tho. 4. meth. l. 4. & Thomilla id videtur sequi, Caiet. c. de genere Soro. q. 5. præambula. est etiam Auer. c. ultimo e. itome prædicamentorū, & clarius 4. metaph. textu secundo Auic. primo metaph. ca. 2. dum dicit subiectum logicæ esse secundas intentiones adiunctas primis, Scot. tribuit Boetio loco infra citando Zimara annotatione vltima super questiones lib. 2. metaphysicæ, & esse omnium bene sententiam, Valdui. quaesito secundo. Angelus Thius tractatu de præ cognitionibus logicæ.

Quarta sententia operationem intellectus non quo ad eius entitatem sed modo infra explicando ponit obiectum logicæ, quæ est eadem cum sententia aliorum, qui dicunt esse modum sciendi,

2. Sententia realium

Zimara. Valduin. Angelus Thius.

Quarta sententia

3 Tolet. & Mercad.

sciendi ita Sanctus Thomas principio Perhier. & poster. Bernard. Mirandul. refertur & aliqui Arabes & Neoterici licet Auic. in principio suæ logicæ. c. 2. Alpharab. & Algazer tantum dicunt hunc modum sciendi communem esse definitioni, & demonstrationi, sed Auic. ibi se explicat: sed profecto hæc sententia bipartita est quidam enim modum sciendi vocant ens rationis logicum, nam aliqua entia rationis, vt vocū significatio, &c. ad Grammaticam spectant, ad logicam autem ea solum, quæ ab actu intellectus conueniunt rei, & sic profecto eadem est hæc opinio cum tertia. Alij verò formale modum sciendi ens reale ponunt, & obiectum logicæ de quo statim.

Vltima sententia Scoti in sua logica, quaest. 3. ponentis syllogismum esse obiectum logicæ Alber. Mag. esse argumentationem, Taber. tractat. 1. c. 3. tenent 4. & alij.

4 Lemos libr. 1. de erratis. cap. 6. 1. Argu.

Sed quod obiectum logicæ sit ens reale (uaderet primo, obiectum specificat & terminat scientiam, sed logica, & eius actus est ens reale, ergo non possunt habere pro obiecto & termino ens rationis.

Secundo recta intellectio est maxima hominis perfectio ergo est ens reale. Confirmatur quia etiam obiectum philosophiæ moralis, sequitur esse ens rationis pro formali, quia etiam illa relictio, & ordo actuum voluntatis, habet se sicut relictio, & ordo, actuum intellectus.

Tertio de obiecto demonstrat scientia passionem media definitione, sed ens rationis vt sic, nec est causa passionis, nec est scibile, quia non cadit sub sensu nihil autem est in intellectu ex Arist. quin prius fuerit in sensu ergo debet esse ens reale.

Confirmatur ex Arist. 4. metaphysic. cap. 2. dicente, logicam & metaphysicam versari circa idem, constat au

tem quod metaphysica versatur circa ens reale, vt circa obiectum ergo & logica versabitur circa ens reale.

Quarto principaliter, quia forma modi sciendi est ens reale ergo si ille est obiectum ens reale obiectum logicæ, antecedens efficaciter probatur demonstratio verè, & realiter producit realem habitum scientiæ, nec produceret nisi sub tali forma ergo illa est ens reale, nam licet in his, quæ pendunt à voluntate ad libitum pro conditione possent poni eas rationis, impossibile tamen videtur naturales actiones pendere ab ente rationis, vt à forma instrumenti, realiter productiuum entis realis, instantiæ autem, quas afferunt de actionibus politicis, quæ ex voluntate pendunt nihil ad rem.

Confirmatur ex parte habitus, quia realis habitus realiter concurrens non ad materiale demonstrationis, sed ad eam formaliter ordinandam, nam materialis actus non eget habitu, ergo eius ordo formaque est realis, alia omittitur quia facilia.

Notandum primo ex omnibus, qui agunt de subiecto cuiuscumque scientiæ nomen 6 subiectum varias habere acceptiones, de quibus præter alios Scot. 1. Prior. q. 2. hic autem sumitur pro eo, quod in scientia consideratur, quia subijcitur omnibus prædicatis, quæ de eo ostenduntur, dicitur etiam obiectum, quia in id tendit scientia, vt obiectum potentie visuæ est color, quia in id tendit visus, vt enim optimè M. C. umel, scientia est quidam motus in obiectum. Vnde pro eodem sumuntur, licet Durand. q. 5. Prolog. solam conclusionem quæ per scientiam cognoscimus, dicat proprie esse obiectum. Similiter quæuis materia multipliciter sumatur, hic sumitur pro obiecto, quod quidem est materia circa quam versatur scientia.

25 Quod lo gica practica & speculatiua sint duo habitus probatur.

26 Tolet 24.

ARTICVLV.

Vtrum obiectum logicæ sit ens reale, vel rationis?

Sinuosa satis questio hæc sententiarum diuersitate reddita est. Nominales vt Ochan Grab. & alij dicunt voces esse obiectum Dialecticæ, agere quæ de earum compositione, diuisione, & argumentatione vt rerū significatiua sunt, & ideo Plato, in quiuocis, vocat Dialecticam garrulam, & Stoicorum axiomata erat Dialecticæ proprium locum esse de voce

1 opinio nominalium & Villalp.

5 Mercad. principio logice fol. & col 4. 6 Quid no mine subiecti intelligatur.

6 Obiectū duplex. Sciendum secundo quod obiectum est ad scientiam, aliud est ad operationem seu attributionem, quod scilicet nec excedit scientiam nec excedit attributionem, & sola ea continet, que in scientia tractantur cuius est obiectum, aliud vero dicitur obiectum principale, quod inquam principaliter in scientia consideratur, ut Deus in Metaphysica. In obiecto autem ex communi sententia & Galetæ. 1. p. quæst. 1. aliquid est ut materiale, & aliquid ut formale, ut in domo, aliquid est materiale, puta lapides ligna, &c. Et aliquid formale, ut potest illorum compositio, & hoc formale dicitur in obiecto ratio formalis quæ (intelligitur consideratur) & obiectum ut res est, modus autem sub quo à tali scientia consideratur dicitur, ratio formalis sub qua, quæ ut dictum est articulo. 3. est medium per quod probatur, & cognoscitur conclusio, sicuti, cognoscere aliquid, ratione euidenti vel probabili, ratio sub qua nominatur, & obiecti ut obiectum est.

7. Vltimo considera quod inter entia, 7. alia sunt realia, quæ scilicet in re habent esse, vel possunt habere, alia vero dicuntur entia rationis, quæ late sunt explicanda, quæ rationibus vniuersalium: interim tamen aduerte, quod de rebus duo possunt dici, primum quod sine nostra consideratione habent, ut musci de homine, secundam, quæ non possunt de eis dici, ratione alicuius quod habeant, sed propter aliquid extrinsecum, ut cum columna dicitur, quod sic dextra vel sinistra, quia ego brachium habeo dextrum vel sinistrum iuxta illam. Et ergo, prædicata primi generis dicuntur entia realia, prædicata vero secundi generis dicuntur entia rationis.

8. tam in hac dico primo, voces non sunt obiectum logicæ perse intentum sed in quo perse intentum declaratur. Hæc est communis modo

Auicennæ M. Soto 38 & recentiorum contra nominales.

Probatut efficaciter, logica non agit de voce ut ens naturale est, scilicet ut verberatus, &c. Quia hoc ad physicum spectat, nec agit de voce declarando eius significationem, quæ sit, cum hoc sit Grammatici, restat solum agere de voce, ut est manifestatiua conceptus, ergo perse intendit conceptus, voces vero ut eos alijs manifestat, ut etiam dicebam in Summularum. Confirmatur exemplo Astrologiæ que per Spheram materiale, lignæ, vel cæcæ, declarat cælestes (ut dicebam tractatu de Sphæra mundi Super Sacrum Bosc.) ita Logica per vocem & verba sensibilia spiritalia manifestat.

Dico secundo nec modus sciendi ut tantum complectitur, definitionem & demonstrationem, nec syllogismus, nec argumentatio sunt adæquatum subiectum logicæ. Patet de diuisione propositionum & alijs ita perse agitur in logica, & ratione sui, acti nunquam intrare debent nec componere syllogismus, vel demonstrationem, ergo

Dico tertio materiale obiectum logicæ est operatio intellectus, res vero sunt remotum. Probatut prima pars obiectum formale logicæ est forma suo modo operationis & actuum intellectus, ut statim patebit, ergo ipsi actus solum materialiter cadunt sub obiecto. Secunda pars probatur operatio intellectus versus ut circa res ipsas ergo res sunt obiectum remotum.

Dico quarto ens rationis quod se habet ut forma in modo sciendi (ut statim explicabitur) est obiectum formale logicæ: ita tenent auctores pro quarta sententia adducti:

Pro huius intelligentia considerandum, quod in omnibus artibus quæ aliquod artificium docent, v. c. in arte Domificatoria, obiectum non est forma Domus sed Domus ipsa, cuius materia sunt lapides ligna, &c. Forma

8 Mercad. & Tolet.

2. Cōclu.

3. Concl.

4. Concl.

9 In artificiatu duoreperiuntur.

Probat efficaciter.

ma vero illorum compositio & ordinatio, ita in Dialectica, obiectum est recta operatio intellectus, quæ communiter dicitur modus sciendi, contentens sub se diuisionem, definitionem & Argumentationem in communi, imo etiam est hæc sententia illorum quos aduximus pro tertia opinione, scilicet: Dialectica dicitur Ars recte intelligendi.

Probatut primo, nihil consideratur in Dialectica quod non sit, vel modus sciendi, vel eius pars, & considerat omnes modos sciendi, ergo. Modus sciendi est obiectum adæquatum, cuius quidem materiale satis patet esse ens reale, actus scilicet intellectus, quod autem formale sit ens rationis. Demonstratur sic, cuiuslibet actui intellectus extrinsecum est, esse subiectum vel prædicatum, esse maiore, & quod sub ea ponatur minor, vel esse antecedens, hoc est quod ab eo deducatur conclusio, vel esse consequens, hoc est ut cognoscatur quia alia cognita sunt: sed hæc omnia sunt forma in syllogismo & argumentatione, ergo forma syllogismi & argumentationis, est ens rationis: idem patet in definitione cuius formale est, ut cognitio generis & differentia, sint simul in vna oratione vnita, hoc est eadem, & in diuisione extrinsecum est diuisio & illius cognitio, ut alia sub illo distribuuntur: sicut & membris diuidentibus & eorum cognitioni, extrinsecum est ut cognoscatur diuisum, sub quo continentur & distinguuntur, ut totum potenziale, cum ergo cognitionibus ipsis sit extrinsecum, quod est formale in modo sciendi, sequitur modum sciendi pro formali esse ens rationis, si cui etiam esse genus vniuersale, &c. Extrinsecum est conceptus, quia conceptus v. c. hominis vniuersalis est non ratione sui, sed ab extrinsecum, quia in quam natura representata potest diuidi in plura inferiora contenta ac cō-

sequentem, ens rationis quod se habet ut forma operationis intellectus, erit formale obiectum logicæ, & per sortitum, hoc est per locum de primo ad ultimum, modus sciendi sub hac forma explicata, est obiectum adæquatum logicæ.

Sed dicit quispiam actus quo hæc vniuerses sunt, & quo fit illud quod est formale in modo sciendi, est ens reale ergo & ipsum formale ens reale erit. Respondetur 1º negando consequentiam & datur instantia in simili forma, ut enim positio columnæ, iuxta meam dextram, vel sinistram, est vera physica & realis actio, quod tamen consequitur per illam, ut potest esse mihi dextram, vel sinistram est ens rationis: pari ratio, & actus quo conceptus qui est argumentatio, definitio generis &c. sunt est ens reale, quod tamen per illum conceptum fit, scilicet antecedens syllogismus, &c. est ens rationis, cum conueniat ab extrinsecum modo explicato: vnde cum illud ens rationis sit secunda intentio, bene Auicenna docuit logicam agere de secundis intentionibus adiunctis primis, hoc est de composito artificio cuius forma sunt secundæ intentiones, & primo Metaphysicæ capit. 2. aduertit logicam non considerare has secundas intentiones, quoad suum esse intelligibile: hoc est quæ entia sint realia in quibus vel rationis: sed tantum ut ex notis ad ignota ducunt, & dirigunt, id est ut sunt forma modi sciendi, qui est ignoti manifestatiuus solus ergo oportet quis sit modus, quæ vestigata ad bene syllogizandum non sunt entia realia vel rationis. Secundo suadetur conclusio quia si talis forma modi sciendi esset reale quod eam consideraret Physicus non logicus. Confirmatur quia spectaret ad logicum attendere modum entitatis sui obiecti qualis sit, ut Physica scientia agit. Confirmatur secundo quia non diceretur logica rationalis nec ageret de

Repellitur.

10 Respōditur.

secundis intentionibus vt dicitur ab antiquis & recipitur a neotheoricis, & quidem ista est vniuersalis opinio de obiecto Logice adæquato, secundum quam omnia quæ dicuntur de Logica facile intelliguntur faciliusq; saluantur.

Vnde infero Primo Logicā 11 non agere de ente rationis in communi, quia significatio vocum: columnam esse dextram, vel sinistram, &c. quæ sunt entia rationis non se habent vt formale in modo sciendi, cum non dirigant actus intellectus ad ignotum manifestandum.

Inferitur secundo ratio propter quā Dialectica dicatur scientia rationalis, quia scilicet eius obiectū est recta operatio intellectus nil autē aliud est recte intelligere, quam recte diuideri diffinere & argumentari, quod in communi præter esse modum sciendi, quod est tanquā exemplar, quod imitando bene intelligimus, & ideo dicitur modus scienditatis particularis definitiones, & diuisiones porius deberent dici ipse scientiæ, & cognitiones sed dicuntur modi sciendi, vt dicebā in summis quia est extensum nomen ad id quod facit scire formaliter, vel instrumentaliter.

Inferitur tertio, quam differenter Logicus, & Physicus tractant actus intellectus, Physicus enim eorum naturas considerat, Logicus vero vt habent veluti pro forma, dicta entia rationis.

Dico quinto, probabile 12 iudicio sententiæ, quæ obiectū Logice ponit ens reale, quod probant argumenta facta in principio questionis, & etiam patet ex solutione argumentorum pro quarta conclusionis.

Ad primum negari debet extrinsecū esse subiecto V. c. q. de eo aliud dicatur, imo intrinsecum sicuti, & ante cedenti, quod ex eo inferatur aliud, si cuti & maiori propositioni, quod sub

ea ponatur minor sub tali formadif cursiua, quæ est ens reale verum, & non fictum, nec ab aliquo extrinsecō tantum proueniens, idem dicendū de definitione, & diuisione. & c.

Ad secundū dicendum non idē considerare Physicum, & logicum, sicuti enim Physici, qui naturam ligni, lapidum, &c. considerat, non est considerare modum faciēdi domum ex eis sed potius Architekti, quia hic modus nō est proprietas, illorum naturam consequens, sed libere ab arte factus, ita alia scientia considerat naturam actuum intellectus, illiusq; proprietates: at modus artificialis eos ordinandi inuentus discursu, & experientia, vt alia artificia logicum est, eorum naturam non consequens.

Ad primā confirmationē, vt neq; Architectus de definitione considerat an sit accidens, vel substantia, &c. sed tantum definit, & demonstrat quod habet, vt artificium quoddam est, & Moralis non tractat an aliqua, quæ vere sunt entia rationis habeant esse obiectiuū tantum, necne: sed definit, & demonstrat quod ad regimen spectat, ita Dialectica, quæ docet artificium, non debet attendere modū entitatis, licet sit reale, sicuti etiā, qui ponunt esse ens rationis non dicunt illud considerare logicum, sed illud de finit & tractat, vt artificium est.

Ad secundā confirmationē S. Thom. principio Posterior. & Perier. & communis vocat logicam rationalem, quia dirigit, & ordinat actus intellectus, qui dicitur ratio, qui autē dicitur agere de secundis intentionibus rationis non pugnant contra hoc, quia etiam conceptus reales dicuntur secundæ intentiones formales, & secūdo intellecta vt quæstionibus vniuersalib; parebit.

Sed dices logica 12 agit de actibus nostris, non couertendo nos ad actus sed ad obiecta, quib; sunt extrinseci, & ens rationis, ergo non est obiectū ens reale

Resol.

reale. Respondetur quod etiam reale esse est circa obiecta (licet extrinsecā) habere actus, & q; vel vnū, vt ex alio illatū, vel vt diuidens, partē ve alterius realiter apprehendendo, & enuntians quod, quod docetur in logica, à quo artificiali modo ad ea tendendi, dicitur definitio, diuisio, vel demonstratio obiectiua extrinsecæ talis.

Hinc inferitur logicam habere dignitatē non tantū ab exacto, & nobili modo procedēdi, sed etiā habere præstans & formaliter reale obiectū terminatiuū modi sciendi, quo vt dux exercitiū regat alias scientias, & vt magistra sciendi realiter ordinās earū definitiones diuisiones demonstrationesq;.

Dico vltimo obiectum principale logicæ est argumentatio inde pendēter ab utraq; sententia supra posita, ita M. Soto. ex Alphragano & alijs, patet quia potissime considerat argumentationem, imo si tantum consideremus, quæ habemus Aristoteli. obiectū est ad æquatum, quia nec de diuisione, nec de definitione extat peculiare libri, quos tamen composuisse asserit Diogenes in vita Aristo. argumentationem tamen fuisse prosequutus est, & de alijs propter eam agit, nec omisit syllogismos hypotheticos, vel in directos vt probat 13 bene de hoc sentientes immo hæc conclusio est Scoti, Ramus Prior. 9. 2. obiectum logicæ, ait in se consistere est modus sciēdi.

Ad argumēta in principio Ad primū vt cognitio chimære est ens reale terminus autem, & obiectum talis cognitionis est ens fictum, ita etiam ens rationis poterit esse obiectum logicæ, quia differentia constitutiua logicæ est realis quidam ordo ad ens rationis, sicuti ordo potentia visuæ ad actum vidēdi etiam quando non videt, & ordo cognitionis chimære ad chimeram sunt entia realia, dicunturq; relationes transcendentales, li-

cet terminetur ad ens rationis, & ideo dicantur ab eo specificari.

Ad secundum, verum, est materiale modi sciendi esse ens reale, & perfectio intellectus, formale vero ens rationis est cuius cognitione intellectus alia cognoscit, non tamen ipsum, est realis perfectio illius.

Sed dices modus sciendi non prædicatur de omnibus tractatis in logica, nā nec propositio, nec terminus sunt modi sciendi, ergo nō est obiectum ad æquatum. Respondetur, 13 satis esse obiectum prædicatur in obliquo de consideratis in scientia, nā ex S. Tho. 1. p. q. 1. art. 7. ad 2. vbi, & noscitur M. Perez deus, qui est obiectum ad æquatum Theologiæ non prædicatur in recto de virtutibus, & vitijs, neque enim humilitas est deus, sed in obliquo humilitas ducit ad deum, vitium separat à Deo, ita considerata in logica, vel sunt modi sciendi, de quibus per se agitur, vel eius partes, de quibus agitur quia partes illius sunt, de propositione autem in communi tractatur vt genus ad argumentationem in quo falluntur obiectum in recto prædicandum de omnibus.

Ad confirmationem dicendum quod philosophia moralis non attendit an actus, vel habitus virtutum sint vnū ens in genere naturæ? (scilicet enim vnus actus in genere naturæ V. c. videre, si prius iubeat videre postea vero claudere oculos est vnus visio in genere naturæ, & duplex in genere moris primum bona secundo mala) nec considerat an sint entia realia, nec ne? sed tantum eius obiectum est ens morale, hoc est conforme, vel disforme rationi, licet aliquando sit ens reale.

Ad tertiu ens rationis habet suomodum proprietates ipsum consequentem licet realiter illas non causet, V. c. ex hoc quod est vniuersale, sequitur, vt possit de multis prædicari ita M.

11 Corol. ar.

2.

5

12 5 corol. probabili.

Ad 1. Ref pond.

Ad 2.

Ad confirmatio. nem. 1.

Ad 2.

12 Replica tur.

6. Corol. fio.

13 lemosius de erratis c. 11.

Soluuntur argumēta.

Replicatur. 15 Respondetur.

Astus. lo. q. 2. Prolog. ad Physicam. Ad confirmatio nes.

Soto. ad 4. illa autem propoſitio Ariſtot. nihil eſt in intellectu, & c. Iabel. primo metaph. h. q. 6. explicat fatiſ eſſe vt fuerit in ſenſu per ſuas partes vt chimera, vel per aliquid ſimile, Meſſius Scotus intelligit de his, quæ dire- ctæ, & primo intelliguntur, vt animal, non autem de illis, quæ cum diſcurſu, & reflexione, vt eſt ens rationis.

Ad confirmationem reſpondeo, Ariſto. ibi ſumere dialecticam pro arte probabiliter diſputandi, de qua artic. ſecundo ſupra. Vel ſecundo dico cum ſouz. 6. metaph. q. 1. & Iabel. primū metaph. q. 1. quod Ariſt. id docuit, quia ſecundæ intentiones logicæ minimis rebus poſſunt attribui, quælibet enim res ſuo modo cadit ſub definitione diuifione & c.

Ad quartū & vltimū ſicuti in exercitu poſitio huius ad dextrā illius, vel ſiniſtram extrinſecum quid eſt animali, & ens rationis. & tamen vere, & realiter cauſat ſuo modo ens reale phyſicum, ſcilicet inimicorum occiſionem ita dicendum de artificio quod logica conſiderat, notitiæ enim reales, & veræ ſub hac forma maioris, vel minoris, prædicari, vel ſubiecti, realiter cauſant realem & clarā cognitionem. Similiter concauum apparens, artiſcioſe in pectura parietis, quod ſolum habet eſſe obiectum, vere, & realiter cauſat talem, vel talem realem viſionem, Et in naturalibus (ne in iſtis ſubter fugiam) idē ostendo, nam Ariſto. ipſe in Meteoris docet in eſtate propter nimium calorem apparent quædam voragineſ, & hiatus terræ, qui ſolum habent eſſe obiectum, & cum hoc habent cauſare reales timores, & horrores in animali, nec mirum, quod ens reale ſub forma entis rationis cauſet notitiā realem, cum in probabiliori ſententia accidens virtute, ſubſtantia ſubſtantiam producat, & improbabiliter propria virtute cum tantum diſtict

accidens à ſubſtantia, quatum ens ratio nis à reali.

Ad confirmationem patet ex dictis qualiter confirmationis ſimul cum ente reali, hoc eſt artificioſum ex vtriuſq; cōpoſitum, poſſit concurrere ad actionem realem productiuam terminā realis.

ARTIC. VI.

Quæ ſit dignitas, & finis Dialecticæ?

Cum manifeſtum ſit quod ſcientia, quæ conſiderat, v. g. murem non habeat pro fine murem, manifeſte etiam colligitur improprie quodaſdam idem ponere obiectum, & finem, & ita particularis eſt diſſicultas de fine diſtincta ab ea, quæ eſt obiecti, in quæ eadem pæne opinionones ſunt quæ in præcedenti propter huius aſſinitatem ad illam.

Græci ſinem poſunt demonſtrationem, ſicuti & obiectum, ſed hic non eſt ad æquatus finis, nam etiam Dialecticæ per ſe intendit definitionem, diuiſionem, & ſyllëgiſmum topicum.

Alij cum Stoicis ſinem dicunt eſſe diſcernere verum à falſo, ſed ſimiliter, neq; iſte ad æquat Dialecticam, quia per ſolam argumentationem diſcernitur verum à falſo, & tamende finitio, & diuiſio, ſunt perfe intentione.

Rodolphus lib. ſecundo de inuentione aſſerit ſinem logicę eſſe probabiliter dicere, vel diſſerere de quauis re, ſed hic quidem Dialecticam ſumit pro facultate probabiliter diſputandi.

Aduertendum ſinem eſſe ad quem alia diriguntur, ipſe vero alio non re-

fertur, & ita finis ſcientiæ, ille erit propter quem alia docentur, ipſe tamen ad alia eiufdem ſcientiæ non ordinatur, vt etiam tetigi præſatione Summularum

2. Nota

Secundo conſidera ſinem ſcientiæ ſpeculatiuæ non eſſe obiectum, ſed cognitionem illius, illa namq; eſt ſpeculatiua ſcientia, cuius finis eſt veritas & cognitio illius, in practica vero licet dentur præcepta modi faciendi opus, finis non eſt operis factio, ſed opus quod fit, quia non intenditur factio propter ſe, ſed propter rem, quæ fit v. c. in arte domificatoria finis eſt domus, non illius factio, quæ docetur propter domum. Similiter in Muſica finis artis pulſandi tyram non eſt pulſatio illa cordarum, ſed concertus, & harmonia, quæ pulſatione fit: ſic etiam tamen quod in aliquibus opus eſt in genij dexteritate, ad conſiſtinguendam rem ab actione, quaſit, His poſitis Certū ſit cum Dialectica modum ſciendi conſideret, & id doceat facere, ſive id fit vnico, ſive duplici habitu, ſi eam conſideres, vt ſpeculatur modum ſciendi, finis Dialecticę eſt illius cognitio, quia id intenditur per ſe, ſi vero eam attendas vt practica eſt, id eſt vt docet facere modum ſciendi, finis non eſt actio, quaſit diuiſio & c. ſed opus quod actione fit, & licet vtrumq; modus ſciendi appelletur intellectus tamen vnum ab alio diſcernit, & hic eſt vltimus finis logicę in eadem arte.

esundo certum.

Secundo certum ſit quod remotus finis Dialecticę eſt diuidere, beneq; argumentari & c. in quacunq; ſcientia patet, quia vt artis, quæ facit inſtrumenta alijs artiſtibus, vt malleos & c. proximus finis eſt ipſum inſtrumentum v. g. malleus, ferra & c. remotus vero opus, quod omnes artiſtes faciunt, ita Dialecticę remotus finis erit bene diuidere, beneq; argumentari in quacunaq; ſcientia, cum finis illi duo af-

ſignati in Dialectica ordinentur ad bene definiendum & c. in particulari.

Vnde colligitur diſtictum iater Dialecticam, & alias artes, quia iſta cum doceat bene intelligere, per ſe, & proxime, dirigit intellectum illam habentem, ſecundario vero aliorum etiam intellectus perficit, exprimendo conceptus ordinatos, aliæ vero artes v. c. Medicina, non reſpicit prius ipſum Medicum, nec per illius ſanitatem alios ſanat, ſimiliter Rhetorica non ordinatur, vt intellectus Rhetoris perficiatur, ſed eius finis eſt ornatuſ factio, qua conatur animos allicere & ita Ariſtoril. primo Rhetor. c. 2. & 4. Rhetoricam vocat propaginem hoc eſt germen Dialecticę, quia poſtquam intellectus per ſuaſus eſt rationibus, à Dialectica, & ab alijs ſcientiis datus, Rhetorica id ordinate dicit, & ita elegantia ad Rhetoricam, vox vero ſecundario & non ordinata, ſed expreſſiua conceptuum ad Dialecticam ſpectat, quæ per bonam intellectiōnem ipſius Dialectici alios etiam perficit,

Infero ſecundo quantum oporteat bene ſcire, beneque docere Dialecticam quandoquidem ipſa doceat quoluis bene intelligere, quæ ſe habet reſpectu aliarum, vt prudentia reſpectu virtutum, quæ dirigit hominem, quo modo loſacquirat fines virtutum, & ita Dialectica docet quomodo ſcientias acquirat, propter cuius ignorantiam docet Ariſtor. antiquos lapſos fuiſſe in multis erroribus. De Dialecticæ tamen laudibus in principio logicę multi S. Thom. in principis Poſter. Soto. q. 2. præambula vbi & recentiores.

Sed Obijciat quis nobilitas ſcientię penes obiectam penſatur, ſed illud in Dialectica in probabiliori ſententia eſt ens rationis, ergo potius eſt igitur alij ſcientiis, quæ agunt de entibus realibus, cū tamē Plato, 7.

4
Diferim
inter Dia
le&.
&
alias ar
tes.

9
Dialecti
cæ accet
ſitis.

6
Titelmã:
Tolet.
Replica
ur.

15
Notãda
ſolutio
qualiter
enarati
o cau
ſet ens
realẽ.

1
Non eſt
idẽ obie
ctum &
finis.

2
Variæ
ſententiæ
de fine
Dialecticæ.

3
Doct. Vi
llanpad.
q. 4.

4
Finis
quidẽ

Plato, Augusti.

de republica S Augusti & alij illam faciunt præstantissimam, & scientiarũ scientiam.

Pro explicatione aduerte inde scientiam sumere nobilitatem essentialiam, unde sumit essentialiter, tanta enim est scientiæ præstantia quantum perfecta est in essentia, quæ ex artic. 2. & 3 sumitur a ratione formali sub qua, vel à modo considerandi obiectum, unde etiam sumitur nobilitas, & præstantia.

Prima conclusio notanda.

Dico primo demonstratiuam cognitionem, quantumuis minimæ rei, præstantiorem esse essentialiter, quã opinio etiam de Deo, & Angelis habita Patet, demonstratio vt suo loco videmus est euident, & certa, opinio verò incerta, erroriq; exposita, ergo, &c. Quod si Aristot. dicat nos magis eligere quantumcumque cognitionem de rebus altissimis, quam maximam de infimis, loquitur respectu nostræ estimationis secundum quam cumus, & formica essentialiter præstant aurum & gemmis, malunt homines aurum, &c. Et hac ratione profecto dialectica maximè fit, quia sicuti sine auro res, ita sine ea scientiæ non acquiruntur.

Cõd.

Dico secundo, cum obiectum dialecticæ possit etiam in angelis reperiri non pendet essentialiter à materia, & in hoc logica physicam excedit in certitudine, cum eius obiectum sit in re magis abstracta, quicquid velit Soaz. 6. Metaph. q. 6. Mathematicas etiam excedit, quia illæ imperfecto modo sciunt, cum non considerent naturam sui obiecti, quod est quantitas, & vt referunt Neoterici ex Platone, & Proclo Mathematici circa quantitatem somniant, & nihil sciētificè, id est à priori, & ex proprijs principijs sciūt licet magna cum certitudine: excedit tamen logica à Physica quia hæc contemplatur, quæ sit entitas sui obiecti. Logica vero non item, etiam in

P. Toler. P. Perci.

opinionem, quæ ponit ens reale pro obiecto illius, sed tantum considerat quomodo manifestet ignotum, vt dictum est. Ille autem modus procedendi multum facit ad scientiæ dignitatem, & ita quantum res parũ sit certa, & videtur tamen ponenda primo loco Metaphysica: Secundo Physica: Tertio Logica: Quarto Mathematica, ratione dicta. Philosophia autem moralis inter logicam, & Mathematicam poni posset, quia procedit à priori & ex proprijs, quod non habet Mathematica, exceditur tamen à Physica quia non considerat realitatem sui obiecti à logica vero, quia demonstrationes morales cum sint circa voluntatem magis dependentes sunt, & minus certæ, quam logicæ quæ sunt circa actus intellectus, qui est prior voluntate, quæ illum supponit.

Ad illud Platonis dicendum, quod nomine dialecticæ Metaphysicam intelligit, Augusti. & Cicero. & multi iuniores, ideo scientiarum scientiã illã vocant, quia vt explicatũ est ad alias scientias est necessaria.

Ordo scientiarũ ostenditur inter se.

Aug. Cic.

ARTICVL. VII.

& vltimus.

De diuisione Dialecticæ in suas partes?

Reuiter prima diuisione partitur in Dialecticã veterem quæ erat ante Arist. & innouam, scilicet syllogisticam artem, quæ illi tribuitur: Hæc tamẽ diuisio solum est (vt patet) ex parte temporis & Authoris.

Secunda diuisione partitur à Cicerone, & Phylop. i. Top. in partem inueniendi, & partem iudicandi, sed profecto etiam non placet, quia materia

Prima diuisio. Dialect

in qua

in qua sunt Demonstrationes &c. quæ est inuentio scientiarum non est Logica, formæ autem inuentio logicæ est, quantumuis etiam doceat modũ inueniendi medium syllogismi, sine quo plane Logica constaret.

Tertio diuiditur ab ipso Arist. 3 in partem Analyticam, quæ de necessarijs tractat, & in Topicã quæ de probabilibus, sed quidem vel per istam diuisionem tantum comprehendit, duas species argumentationis demonstrationem, scilicet & syllogismum Topicum: vel per artem Analyticam, tantum intellegit artem probabiliter disputandi, per principia logica.

Quarta diuisione partitur à D. Tho. secundum 4 triplicem operationem intellectus, scilicet simplicium apprehensionem, compositionem, & diuisionem, & ratiocinationem, vel discursum, quia Dialectica eas dirigit, & quidem hæc diuisio multum placet, sed cum ex dictis, obiectum sit modus sciendi, non agit per se de cognitione simplicium nisi vt hæc cognitio, est definitio, quæ sumpta sine definito, pertinet ad primam operationem intellectus, similiter, agit de propositione, vt pars est modi sciendi, vel potius genus ad illum, nam per se nõ facit scire quod docet Logica, vt explicatum est art. v.

Quinto Albertus tractatu primo Prædicabilium. c. 1. 6. & 7. clare & bene eam diuidit, in partem quæ docet & ordinat apprehensionem, & in partem quæ docet bonitatis iudiciũ modi sciendi, ad quod multum prodest apprehensio: similiter Auerroes eam secatur in informationem & verificationem, Algazer. c. 1. & 2. logicæ in imaginationem & credulitatem.

Sexto Auicenna 6 diuidit in principia logicæ in partem quæ docet diffinire & argumentari, sed quia per se etiam agit de diuisione.

Septimo & vltimo Optime 7 Boet.

Secunda diuisio Cicer. & Phylop. 3. Arist.

4. S. Tho.

Hæc diuisio Alb. Auerr. & Algaz.

Sexta Auicenz. vltim. be. ne Boet. nus.

lib. primo Topicorum in tres diuidit partes, prima est de diuisione, secunda de definitione, tertia de argumentatione, sic enim eius obiectum diuiditur: potestq; addi esse aliam partem de modo sciendi in cõmuni, & hæc factis de prima quæstione Præambula:

Quæstio. II. Præambula. De logica in ordine ad alias scientias considerata.

Post disputationem eorum quæ Dialecticæ secundũ se 1 & secundũ suam naturam conueniunt: cõsequens est, vt ea que ex ipsiusmet logicæ essentia vt à radice quadam produunt comparatione ad alias scientias explicemus, impossibile est enim, vt aliquid vtile vel necessariũ appelles nisi quid in se tale sit prius consideres de quo quinq; restant videnda, Primo si maneat distincta ab alijs, Secundo de ordine quem teruat cũ alijs, Tertio de eius necessitate ad alias, Quarto de eadem necessitate simul & post alias. Vltimo, cui subalternetur sub quacũq; conuectur.

Dispositur quæ

ARTIC. I.

Vtrũ Dialectica ab alijs scientijs distinguatur?

Non est cur multum in hac diuisione immoremur, tum quia facilis tum etiam quia multa in superioribus manet explicata multum ad illius solutionem conducentia, præcipue de nomine Dialecticæ & in præsentia simul etiam agemus de illius inuentione.

Supposito ergo ex summulis quid nomen logica quo ad Ethymologiam importet, & quod eadem scientiam signi-

3
Canter. de nomi ne logicę
3
Perio - nius teru tator Arist.
4
Lamo - sius. 1 li. capi. 3.

significat quam dialectica (de qua vs que modo fuit noſter sermo) quod no men, logicę inquam ² Canterus, Pro log. Predicament, & alij dicunt ince pisse ab Alexand, Aphrodisiensis, & Pe rionius 3 diligens seruator Aristot. non mouit in Aristotele se le gisse: sed ecōtra alij ⁴ pp̄bāt sapē Arist vium fuisse nōmiac logicę, licet Cant, solum dicat solum vocasse illogismos & demonstrationes logicas, non tamē ipsam artem, sed parum interest, nam benē inde colligitur nomen logicę pro ipsa arte, & ita indiscriminatim vtar illo,

1. conclu sō.
Dico. 1. Dialectica inuenta est ex obseruatione humanorum actuum patet, quia vt Physica visis rerum effe ctious, cum homo cępisset Philoso phari & inuenire causas, inuenta est, ita etiam logica cum homo quando verē silogizabat diffiniebat, &c. & si ne errere, illud aduerterit, inuenta est imperfecta prius, de inde tēporis dif cursu à Platone est perfecta, vt tribuit Isid, sed hęc perfectio exigua fuit vs que dum venit Arist, qui eam perfecit vt dicebam præfatione ad summulas vbi etiam de alijs inuentoribus dixi.

Dico. 2. lumen naturale intellectus dedit principium huic predictę in uentioni, patet, lumen naturale ostendit consequentiam in Barbara &c. ef se bonam, & quod, quidquid dicitur vniuerse de prædicato dicitur etiam de contento sub illo, que sunt, princi pia Logicę vt dicebam art. 1. q. 9. præce dentur, quorum cognitio licet. M. Sor, q. 1. proxi mali neget esse dialect. cam naturalem de qua infra magis meri to vocatur Dialectica naturalis, à la bel, tract. 1. logic. 4. & expressē docet, Arist. 1. Reithor. c. 1. & 2. lib. Ethico. c. 1. vt bene Angelus Thius, de præcogni tionibus dialect, fol. 3. qui Auerroem citat, imo ipse M. Sor, ea voce vtitur. q. 1. huic autem Dialecticę naturali dedit ars perfectionem quod docet Al

bert. dum ait Dial. Et, a natura incipit, sed arte perficitur ad modum quo im perfecte placere pene omnes etiam nō arte sciunt. cum arte vero ipsa per fecte, ita in Dialectica euenit, quan tus maior huius cognitio à natura tra hatur, quia est magis conformis intel lectui, qui rationalis est.

Dico tertio nimis difficilis fuit Dia lecticę inuentio, patet. 1. quia agit de modo intelligendi valde abstruſſo & occulto. 2. quia ex dictis, illius inuen tio petit reflexionem supra, proprios actus quod est difficile & à sensu, à quo nostra cognitio incipit, valde remotū quomodo hic actus fiant diiudicare.

Dico vltimo logica vel Dialectica, idem enim polleat, ab alijs omnibus scientijs est distincta, patet quia ex Arist, scientiæ diuersa docentes sunt diuersæ & ipsæ, sed modus sciendi & in telligendi bene, ex dictis. diuersus est ab homine qui intellegit, & ab obie ctis aliarum scientiarum ergo & lo gica necessario distincta erit. 2. ideo. Moralis Philosophia ponitur distin cta scientia, a naturali quia licet ista naturam hominis & entitatem aēuū voluntatis consideret, illa vero eos or dinat, vt iuxta rationem rectam fiant & boni sint, ergo licet Physica naturā actuum intellectus tractet, cum Dia lectica eos ordinet vt sine errore fiant distincta et. à scientia erit, habet enim se dialectica comparatione ad intelie ctum dum intellegit, sicut ars pingendi respectu manus & penicilli, in pin gendo.

ARTIC. II,
Vtrum Dialectica sit prior ordi ne alijs scientijs?

Quesitio solum procedit de ordi ne doctrinæ an inquam lo gica ante omnes alias scien tias

2
Prima opinio.
tas sit addiscenda ² nāde ordine dig nitatis, dixi cum de fine agebam, ar. 6 quæst. præcedentis

Prima sententia a Metaphysica inci piendum præcipit, nam quemadmodū vifus & qualibet alia potētia, potest errare propter duo, vel quia organum est lesum, vel quia obiectum, nō sit in debita distantia, ita intellectiua poten tia, non solum potest errare, ex parte sui male procedendo, sed etiam ratio ne obiecti, quod prius est actu, cuius quidem naturam, cum sit ens Metaphy sica, tradit, præcedere ergo debet Me ta. hysica Dialecticam ad predicta be ne ordinanda.

3
Secunda sentētia
Stoyco sum.
Secūda opinio 3 Phycam di cit primo addiscendam ita Possidoni us. & Panatius Stoiicus, quos, & alios refert Laertius, nam ad bene dirigen das operationes intellectus opus est earum naturas præscire, quas tradit Physica. Adde quia sensibilia, de qui bus Physica agit, faciliora sūt cognitu quam obiectum logicę, quod est dif ficile.

4
Secunda opinio
Græcor. & Aegyptiorū.
Pierius Valeri. vetō lib. 38. in quo dā hieroglyphico de concatenatione scientiarum, tribuit græcis, & Aegyp tijs, ex significatione, & ordine veſtū lummi sacerdotis incipierdum esse amoralis quia nisi moribus bonis im butus, nequit quis bene discere, tenet etiā Eustratius. Aethico, ex Cyrilo, & alij multi, quos refert Laer. li. 7. in vi ta Zēnonis, & videtur aperte Arist. 7. Politicor. c. 15. dicentis appetitum priorem esse ratione, prius ergo perficiendus est morali, quam intellectus logica.

5
Quarta opinio
Plotini,
Quarta sententia est Platonis. 7. de republica prius discendas Mathe maticas, quia suis certissimis, & infallibi libus demonstrationibus ingenium, acuum, & ita præforibus habebat ne quis in grediatūr Geometrix expers, est etiā Plotini Aeneade, 1. c. 3. & vide

tur Aristot. qui quasi Mathematicis iam, tradenda esset dialectica exem plis mathematicis res logicas decla rauit,

Certum tamen sit dialecticam primo addiscendam esse, hęc est vera, & cō munit, & S. Aug. supra, Sanct. The. opusculo. 70. & antiquorum, qui tritium, & quadriuum posuere vias ad scientias, & Neotericorum, & Pe ri pateticorū omnium, probatur, quia sic ars naturā imitatur, quæ primō lo qui docet, secūdo, ratione vti tertio scientias addiscere, ita Grammatica, præmissa, quę cum sola autoritate nitatur non est scientia, discenda est dialectica, docens ratione vti, ante quam aliæ scientiæ, discantur, sed con clutio hęc limitaada est. & intelligen da conformiter ad vltimam conclu sionem articuli subsequentis. Nam Mathematicas prius possemus doce re, vt & docebat Plato, non tamen est necessarium, quia satis imo multum profecto logica acuit ingenium, vt Aristoteles autē exēpla mathematica apposuit in logica quia tunc pueri sciebant mathematicas, sine quibus Logica exacte valet intelligi & per hoc patet ad argumenta quartę sen tentiæ.

Ad rationem primæ sententię intel le ctus suis actibus bene 8. vel male sibi proponit luum obiectum, at dialecti ca tradens modum sciendi, sub quo etiā tradit, vt supra dicebam, modos bene, & ordinate apprehensionis illi malo quasi medetur, manifestum est autem quod entis cognitio supponit modum ipsum cognoscendi, vt & illa perfecta sit, quem dialectica docet.

Ad rationes secundę sententię Ad primū non est opus exacte nosse: na turam actus intellectus ad eos ordinan dos & dirigendos, sed satis est nonnulla

Angelus Thius

sensus q̄f tione.

5
prima conclus. Aug S. Them.

7.
limitatur conclus.

8
soluatur Argu.

supponere de eis, quæ penè scimus per experientiam.

Ad secundū immo facilius est aliquas veritates phyicas quam logicas scire, difficilius tamen vel impossibile physicam scientiam habere sine logica ut statim probabimus, simul autē vitans dicere esset duplex labor, nec bene sine ordine, & seorsum utraque discitur. At facilius vero non est incipiendum quando ab alijs pendet, qualicet alijs suppositis sunt facilia, nequeat sine alijs etiam difficultibus perfecte intelligi.

Ad argumentum pro tertia sententia dicendum satis posse informare nostros mores, instructionem patientum, & nostræ religionis, nec appetitus poterit exacte scientiæ ordinari nisi intellectus prius ordinetur in modo sciendi, licet, ut ait Aristot. prius appetant, quam discurrant.

ARTIC. III

Utrum Dialectica sit necessaria ad alias scientias?

1 Explicatur titu.

Pro titulo Aduerte quod loquimur non de utilitate tantum, sed de necessitate simpliciter, dupliciter enim accipitur necessarium uno modo absolute, & sine respectu ad aliud, alio modo in ordine & cum respectu ad propriam causam, primo modo solus Deus est ens necessarium esse, & in se, sine dependentia ab alio, secundo modo dupliciter contingit esse necessarium aliquid puta vel ab intrinseco, hoc est à causa intrinseca nempe à forma, vel etiam à materia, sicut quod homo sit corruptibilis mortalis, & generabilis, vel à causa extrinseca id est ab efficienti, sicut quod sagitta proiecta feratur in scopum, & combustibile igni applicatum calefaciat, vel à causa finali, sicut respiratio

necessaria est ad vitam tuendam, in his, quæ aere immediate ambiuntur, & inedia infirmitate ad sanitatem recuperandam.

Secundo sciendum quod necessarium propter finem est in duplici differentia aliud est necessarium simpliciter, aliud secundum quid, id est quo melius, necessarium simpliciter est illud sine quo finem consequi est impossibile, sicut cibus necessarius est ad vitam tuendam, secundum quid necessarium illud dicitur sine quo talis finis potest consequi conducit tamen ad meliorem, & faciliorem consequutionem finis, quod alio nomine dicitur utile, sic equus necessarius est ad iter agendum ita Aristot. metaph. Quæstio ergo est V. Dialectica simpliciter sit necessaria ad hunc finem, qui est alias scientias acquirere, an ad melius acquirendas, an nullo modo?

Scotus secundo metaph. q. 12. & 1. metaph. q. 1. idem tenet tabellus tract. 1. logicæ. c. 4. dicunt 3 scientiam logicam tantum esse utilem probatur 1. Opinio Scot. Ia. fine Dialectica fertur Hippocrates excelluisse in Medicina, & Mathematicæ tempore Platonis prius docebantur quæ logica, septem sapientes Græciz ante inuentores dictos Dialecticæ, & oruere, Socrates Dialectica spreta in Morali philosophia floruit, præclari Iuris consulti non tunc Dialectici, & sancti, infansit pene locis videntur Dialecticam damnare.

Secundo ad idem. Dialectica non est necessaria tardis ingenio, quia vix eam intelligunt, nec ingeniosis, quia sine ea ingenij acumine scientias acquirunt, estq; præclara similitudo Augustinum referunt Iuniores Methaphysici de illo qui v. c. velit docere ambulare, dicens sic leuandum pedem finistrum politum cardine &c. sine quibus præceptis ambulat, qui potest, qui non potest vix, & inutiliter intelligit.

Tertio

3 Tertio ad idem dialectica est ens contingens, ergo non est necessarium patet consequentia, quia contingens, & necessarium sunt oppositi, & pugnantia inter se, est enim contingens quod potest esse, & non esse, necessarium vero quod non potest non esse, antecedens probo dialectica est ens industria humana acquirunt, nempe habitus genitus proprijs actibus, ergo est ens contingens.

4 Quarta si Dialectica esset necessaria simpliciter daretur processus in infinitum in scientijs, consequens est falsum, ergo & antecedens, probatur sequela, Dialectica est scientia, ut dictum est, ergo ad ipsam necessaria est alia priora, rursus idem argumentum erit de illa priori cum sit scientia & sic in infinitum ergo idem quod prius.

Et confirmatur, si dialectica est necessaria scientijs, quia docet scire sibi est necessaria, & ante se ad discenda, quod implicat.

Ultimū. Vitimo ad idem sic, si dialectica esset necessaria maxime ut per se in intellectu, in ordine ad proprias operationes ut articulo præcedenti docebamur id est ut moteretur simpliciter apprehensionem, compositionem seu ratiocinationem, sed ad hoc non est necessaria ergo simpliciter non est necessaria: probatur minor, vis intellectiua se ipsa sufficiens est operari circa proprium obiectum ergo ad proprias operationes exerceas non indiget habitu superaddito dialecticæ, explicatur vis argumenti, sicut virtus visua nulla qualitate superaddita potens est ferri in proprium obiectum visibile, id est videre quæ ratione vis intellectiua indiget habitu, id est Dialecticæ: Confirmatur primo quoniam quælibet scientia circa propriam materiam tradit proprias definitiones sed ad hoc solum videtur necessaria Dialectica ergo non est necessaria, Secundo confirmatur saltem liber de

fallatijs superfluit, quia ex Aristot. cognitio veri est etiam cognitio recti, & obliqui, & ita cognitio conditionibus Syllogismi superfluit liber de defectibus.

Pro intelligentia quæstionis aduerte intellectum nostrum in intelligendo dupliciter procedere, primo exacte rem in sua principia reducendo & per ea probando, sic procedit Physica & Metaphysica &c. secundum non ita exacte procedit, sed ex his quæ videntur facili probando, & docendo ita esse hoc vel illud, quia sic rei claritas contenta est, & sic procedunt, Mathematicæ, Mechanicæ Peritia juris, quod si hæc etiam exacte tractet intellecta idem quod de illa dicendum est.

Aduerte secundo quod in scientijs etiam primo modo procedentibus, aliud est loqui de vna vel altera Conclusionem, aliud de tota integra scientia & rursus aliud est loqui de hac, imperfecta confusa & erroribus mixta aliud vero est loqui de illa in esse perfecto: & hæc maxime sunt notanda.

Prima conclusio in hac re sit, Dialectica naturalis necessaria est ab intrinseco ratione formæ, sicut enim in similitudine quæ profuit ab essentia humana ideo necessaria est homini ab intrinseco ratione formæ: ita Dialectica naturalis (de qua superiori articulo loquebamur) dicitur necessaria homini & intrinseca ratione formæ, quasi dimans ab essentia quæ rationalis est & discursiua. secundum illud Philosophi 1. Reho. v. S. dicens: est quædam naturalis Dialectica quam etiam in Literarij participant, sed hæc est ad artem reducenda, modus nanque intelligendi per discursum & ratiocinationem &c. naturalis est homini ab intrinseco ratione formæ.

Secunda conclusio, Dialectica quæ est ars maxime utilis est homini, & necessaria ad melius esse Pro hæc aduer-

Intellectus processus duplex.

1. conclusio.

1. 2. 3.

secunda

te ex Auice. u. Meta. c. 3. quod aliquid alicui esse vtile potest intelligi dupliciter, aut vtilitate generis, utpote quia perfectio est illius; sicque omnes scientiae sunt animae vtilis, cum ipsam perficiant, secundo vtilitate speciei quatenus aliquid perficit in ordine ad tale, vel tale obiectum, sicut Philosophia perficit animam in ordine ad ens naturale, rursum quod est vtile vtilitate speciei, aut est vtile vtilitate seruili, sicut regum seruiens regiae maiestati, aut vtilitate regali, sicut viceversa rex vtilis est regno per regimen & bonam gubernationem eius. Doctrina est Arist. 1 lib. Politic.

Ad propositum ergo dico, quod Dialectica est vtilis homini, tum vtilitate generis, quia perfectio est animae, tum etiam vtilitate speciei, quia perficit animam in ordine ad ens rationis. Demum etiam est vtilis ad alias scientias, non solum vtilitate seruili, sed etiam quodammodo vtilitate regali, quasi earum gubernatrix, eademque continens in certo pondere & mensura, quod patet ex eo quod Dialectica sit scientia quae docet inter verum & falsum discernere, statuitque, & probat prima principia scientiarum, in quantum docet resolvere conclusiones in sua prima principia.

Tertia. Tertia conclusio. Ad sciendam vnam vel alteram demonstrationem in modis perfectis factam, non requiritur alia Dialectica praeter Dialecticam naturalem, quam mihi persuadeco, quia veritas praemissarum non spectat ad Dialecticam artem, & bonitas illationis est evidens, & per se nota cognitis tantum terminis, nec aliud reperitur in demonstratione, ergo ad vnam vel alteram demonstrationem cognoscendam sufficit Dialectica naturalis.

Quarta. Quarta conclusio. Ars Dialecticae non est necessaria ad eas artes quae non procedunt primo modo exacte, Probatur, quia ille modus procedendi, naturaliter est notus, imo obesse fabro

vellet addiscere tuam artem diuisionibus & argumentationibus.

Quinta conclusio. Ars Dialecticae etiam non est necessaria ad scientias quae exacte procedunt imperfectis tamen. Probatur, unica conclusio facit imperfectam scientiam, quae in modo perfecto non eget, ut sit eundem arte Dialecticae, ut probatum est 3. conclu. Si vero fiat in modis imperfectis non erit scientia sine Dialectica, quia ulla ratio non est evidens, ergo ad tales artes & scientias impertinens est ars Dialecticae, quod summo opere est notandum.

Sexta & vltima conclusio. Necessaria est Dialectica ad perfectum habendas scientias exacte procedentes. Multis rationibus probatur haec conclusio ab auctoribus, & hoc voluit, qui dicunt ad scientias necessariam esse Dialecticam, satis tamen sit haec ratio. Vt ego sciam opus est ut certus sum me scire. Aliter erit opinio, sed ad hoc necessarium est scire syllogismum, vel definitionem esse bonam, quod sine Dialectica non scitur nisi in modis perfectis vna vel altera demonstratione: necessaria ergo est Dialectica: qui enim eam non habuerit saepe errabit, eritque vtiartifex sine instrumentis, cum ignoret modos sciendi, conclusio sic explicata, est Augusti. Boetij, Iamblicij, Platonis, Alexan. Auer. Phylopponi, Ammo. Simplicij, Procli, Alber. Mag. S. Tho. Scotij, Arist. & ceteris Neoteri, bene sententium, qui sit praedictos referunt, & eorum verba. Auic. probat e. 2. Logicae, & qui agunt de laudibus Dialecticae cuius defectu errasse antiquos Philosophos, saepe ait Arist. Scotus vero Iamblicij, & Iand. intendunt quod nos. 3. & 4. conclusione.

Vltimo tandem argumentis respondemus, ad primum non esse necessariam Logicam ad scientias modo dicto exacto non procedentes, ut de peritia iuris, & Mathematicis dixi, licet

Quinta.

6. Sextacō. Aug. Boetij. Iamblicij. Platonis, Alex. Auerroes Philop. Ammo. Sim. Procli, Alb. S. Tho. Scot. Arist. Iamblicij.

Soluuntur arg.

certi inuictum, ut Cicero de claris Oratoribus, de Iurisperitia docet, similiter neque ad moralem, si tantum ut quaedam institutio morum tradatur, si vero exacte, ut medicina, necessaria est Dialectica, quae antiqui sciebant, licet non ita perfectum, nec seorsum discernere, & qui nesciebant ideo toties errarunt.

Sancti vero tantum abest, quod dant Dialecticam, quod ipsam laudant, amant autem praefidentes argutias fidei, & nimietatem Dialecticae. Imo Seneca damnat lib. 13. epist. 89. & Plato lib. de summo bono, de sanctis, & Philosophis abbi dicitur, circa hoc tantum dico nunc Eugen. Papam, decreto iussisse, ut docerentur artes liberales.

Eugenij Papa.

ad 2.

Ad secundum dicendum, tardis & ingeniosis est necessaria Dialectica, aliter quando non est per se nota illatio nescient, & errabunt, modus autem ambulandi est naturalis, & August. non bitum sentit, ut dixi, ibi autem dicitur quae dicitur ad primum.

ad 3.

Ad tertium dicendum quod nihil concordat contra nos, solum enim probat quod non est ens necessarium necessitate absoluta, id est independens ab alia causa sicut Deus, quod sane non vertitur in dubium, sed solum quaeritur an sit necessaria ad finem?

ad 4.

Ad quartum dicendum negando sequelam, ad impugnationem respondetur quod Logica est scientia, & modus sciendi, seu instrumentum ad sui ipsius & aliarum scientiarum acquisitionem, ita Arist. 1. Metaph. text. 18. itaque vna pars Dialecticae inuenit ad cognitionem alterius. Et tamen deueniendum est ad Dialecticam naturalem, & lumen naturale intellectus, quod est veluti semen scientiarum.

Et ad confirmationem dicendum, quod ista met Dialectica naturalis est

aduertentia nostrorum actuum facta ad imperfectam inueniendam artem Dialecticae, quae & maiori discursu, & temporis decursu perfecta est.

Dices tamen, Dialectica docet v. g. naturam definitionis, & probat proprietates argumentationis, sed id fit per definitionem, & argumentationem, ergo idem docet ut seipso, & est instrumentum sui, & consequenter solutio nulla.

Respondetur quod natura definitionis, & proprietates argumentationis docetur, & probatur qualiam particulari definitione, & argumentatione, ut natura termini in communi, si gnificatur per ly, terminus, quia est quidam terminus categorematicus.

Ad vltimum dicendum quod potentiae naturales animae sunt in duplici differentia, aliae sunt determinatae ad vnum effectum, id est, non indifferentes ad bene vel male operandum instar naturalium virtutum, aliae sunt liberae, id est, indifferentes ad bene, vel male operandum prompte, facilitate, & delectabiliter, vel cum difficultate maxima primi generis sunt potentiae sensitiuae, vnde Arist. 2. de anima saepe docet, quod sensus circa proprium sensibile non errat. Secundum generis sunt intellectus, & voluntas: est enim intellectus indifferens ad bene, vel male intelligendum, & voluntas ad bene vel male profectendum. Differt tamen inter utramque potentiam, quod potentiae determinatae eadem ratione non egent aliqua qualitate superaddita ad operandum, sicut vis calefactiua non eget aliquo ad comburendum, ad potentiae liberae egent habitu, & qualitate superaddita ad bene, prompte, facilitate, &c operandum: vnde Dialectica est necessaria intellectui, ut determinetur ad bene & sine errore iudicandum, ipsumque intellectum flexibilem in rectitudinem continentem, &

8. Replica tur.

9. Respon decur.

ad vltimum.

1300

1500

reuolet ad verum, nec est simile de- uisu, & per hoc patet ad argumētū concedendo maiorem, & negādo mi- nozem.

Ad primam cōfirmationem dico, quod alia scientia si definiat, & c. non faciunt ex proprijs, sed ad mai- culo Dialecticæ.

Ad secundam quod in lib. de falli- tijs docetur syllogismi cōditiones, quarum defectu est malus, quæ om- nes si traditæ essent in Prioribus, & quæ necessariæ, superfluerent.

ARTIC. IIII.

Vtrum sit necessaria Dialecti- ca simul cum alijs scientijs, & post alias?

x. Cōclu

Prædictis bene intellectis facile perit horum solutionem perci- pere, & breuiter dico primò, 1. ars Dialecticæ simul cum alijs scien- tijs est necessaria modo explicato su- pra, patet Dialectica in alijs scien- tijs concurrat ad formandos Syllogis- mos, definitiones, & c. sed ex dictis cō- stat, quod requiratur euidētia illa- tionis, quam Logica docet, necessa- riò ergo debet & ipsa reperiri simul cum alijs, ostendereque bonitatē dis- cursus, nem materiam, cōditionem, & necessitatem talium præmissarum alia scientia considerant.

Secūda:

Dico secundò, 2. ad est opus actu re- flexo ab actu Dialecticæ elicito ad- uertere in alijs scientijs ad eorū actus illationē esse bonā, sed satis est impli- citè, & virtute id videre vt sciamus. Probat, qui propter antecedens as- sentitur Conclusioni, licet non dicat formaliter, neque actu reflexo, illa- tionem esse bonam, implicite dicit, & rogatus etiam explicitè diceret, vt qui videt, licet implicite tantum

aluerat, rogatus tamen diceret se videre.

Dico tertio 3 & vltimo, Logica pro- dest maximè, etiam post alias scien- tias acquisitas, vt eas magis perficiat modis sciendi cognitis. Patet, quia homo hoc differt à brutis quod in- suos actus potens est reflectere, dis- cursusque perficere, quod Logica ar- te fit perfectè.

ARTICVLVS .V.
& vltimus.

Vtrum & quomodo Dialecti- ca subalternetur alijs scien- tijs?

Ad exactam & completā Dia- lecticæ tractationem compara- ratione ad alias scientias, vi- sum est succinè hanc dubita- tionem explicare, quauis. 1. Pos- ter. de subalternatione latius sit agendum.

Interim aduerte pro titulo 1. quod cum obiectum formale Logicæ ex- dictis sint secundæ intentiones, actus consequentes intellectus, & denomi- nantes, multa principia accepturi su- mus à scientia, quæ illos actus cōsi- derat ad melius & perfectius intelli- gendas secundas intentiones. Dubita- tur ergo à qua scientia talia princi- pia sint petenda, cui Logica quodam- modo erit subiecta, quod voco in præ- senti subalternari, licet largo modo.

Secundo considera pro decisione ex Auicē. in principio suæ Logicæ, hominis intellectum 2. indigere re- gula directiua suorum actuum, quia multoties errat, quod satis constat, imò etiam probat varietas opinionū, quarum altera falsa est, & impossibi- lis, cum alteri sit contradictoria. An- gelus vero, quia naturaliter est ad ve-

Tertia.

Explica- tur titu.

Intello- ctus in- diget re- gula.

rum determinatus, ac si haberet ha- bitum directiuum non eget regula di- rigente, & ordinante.

Tertio considerandum ex S. Tho. 1. p. q. 18. quod licet Angelus 3 non in- digeat discursu saltem in naturalibus nec formare propositiones compo- nendo, & diuidendo, sed simplici in- tuitu rem intelligat, posset tamen si velit prius præmissis cognoscere ab- stractiue, indeque inferre conclusio- nem, quanquam non ita proprie dica- tur iste discursus, cum sine eo sciret conclusionem, & præcipue non sit il- li per se via ignoti, similiter potest for- mare propositiones, si prius extrema apprehendat, maximè que repræsen- tātur per diuersas species, vt homo, & lapis, deinde neget vnum de alio, & in hoc 4 sensu vera est, neque spernen- da sententia Scoti, Greg. & aliorum dicentium Angelū discursu multa co- gnoscere, de quo in Theologia, neq; est contra S. Thom. Rursus poterit prius intelligendo singulas partes es- sentia eas simul percipere, atque vni- re, quod est definitio, & iterum ani- mal v.c. apprehendere in vniuersali abstractiue, & vt distinctum per va- rias species, quod est diuisio, Deo au- tē optimo & maximo, varietas hæc cōceptuum nequit tribui propter suā immutabilitatem, sicut neque etiam Angelo modus definiendi, & diuiden- di, & c. nec præcepta eorum, quia sit remedium erroris, nec alicuius ma- nifestatiua, quod confuse cognosce- ret Angelus.

4. Explica- tur sen- tentia Scoti, Grego. & alio- rum de cog- nitione angeli- ca.

5. Conc.

Iam manet primo certum 3 quod

Metaphysica potest vobis nuocere principia, & illi Dialectica quodam modo subalternabitur, patet materia le obiecti Dialecticæ potest esse ope ratio intellectus cuiusvis creati ex dictis, cum etiam in Angelis possit reperiri: ergo Metaphysicæ officium est præstare principia Dialecticæ, cū illius etiam sit considerare, que com- munita sunt Deo, & Angelo, spiritui, & corpori.

Secūda:

Secundo, certū sit q̄ Dialectica p̄ prius subalternabitur Physica in par- te, quæ de anima tractat, patet, quia quanquam isti modi sciendi possint esse in Angelo, cum tamen ille non possit errare, nisi ex peruerfione vo- luntatis: profectò hi modi sciendi sua pte natura directiui sunt hominis, ac consequenter petunt pro naturali, & consono sibi subiecto, operationem intellectus humani, sicut enim sanus pede tibia lignea vt posset, tamen il- lud instrumentum suapte natura ad claudum ordinatur.

Tertia:

Tertio & vltimo, certum sit habi- tum speculatiuum Logicæ habere se vt subalternantem practico. Probat- tur quia cognitio modis sciendi & eo- rum proprietatibus, facile potest co- gnosci modus faciendi eos, & ita mo- dico discursu adhibito acquiratur ha- bitus practicus: & ideo Arist. & Dia- lectici in primo habitu potius versan- tur. Nosque iam in difficiliori ver- mur, & ad explicationem Porphyrij accedamus: multa enim hic sunt omis- sa, vel quia facilia, vel quia inutilia, taliaque semper omittentur.

SVPER LIBRVM PORPHYRII, DE QVINQVE VNI uersalibus Commentaria, vnà cum Quæstionibus.

AVCTORE FRATRE PETRO DE
Oña Burgenfi. sacra Theologia
Præsento.



Via (vt docet S. August.) pluribus in locis suz doctrinæ, sic debemus Philosophorum, licet Gentilium dictis, & ratioibus vti, nos Christiani, ac Israeliticus populus vasis, donisq; muneribus Aegyptiacis, quæ in exitu Israel de Aegypto omnipotens, vt propria illis cõdonauit, sic cõmunis Doct. vniuersalisq; consuetudo, Porph. introductio nem ad Arist. prædicamenta prædocere sinit, imo iubet, licet alijs hæretici, & Apostataz, quam ipse in gratiam cuiusdam discipuli Crisostomi nomine composuit, 2^o ordoq; tum circa istum tum circa Arist. seruandus talis erit, tam propter eos, qui ad Baccalaureatus gradum aspirant, quam propter ipsius materiz exactam tractationem vt prius summam textus mox dubiola, & annotationes circa ipsum, tandem per quæstiones, & articulos difficultates explicabo.

& quid accidens sit cognoscere, cūq; & ad definitiones etiam assignandas, ac omnino ad diuisiones, demonstrationesq; conficiendas, utilis horum sit contemplatio breuius entar tibi ea quæ apud maiores nostros de his ipsis sunt, tradere, quasi ingressum quendam tibi ad hæc omnia demonstrando. Atque ab altioribus quidem quæstionibus ab itinere, faciliores autem sic afferat, qualiter nunc quidem tibi accommodatas esse coniecto. Protinus igitur genera quidem, & species in rerum natura sint necne? an in solis, nusq; coneeptibus collocentur? & si corporea sint an expertia corporis, & vtrum separabilia sint? an in ipsis sensibilibus rebus, & circa eas subsistant, dicere nunc omittam: quippe cum altissima sit talis tractatio, & alia maiori indigeat perlcuratione. Vt de ipsis verò ceterisque propositionis magis differendi modo veteres, horumque maxime Peripatetici tractauere, recentere nunc atque ostendere tibi conabor.

Summa textus.

Quis fuerit Porphyrius, M. Soto, Manzius, & recetiores ex Volaterra no docet parum refert. Inicetio est ad Arist. introducere, vnde patet utilitas, ordo est vt prologo præmisso de

Circa lit. prologi Porph.

Annotationes parus. 28.

3
Inicetio,
& ordo
Porphyrii.

singulis vniuersalibus agat, primoq; de essentialibus, & ita primo de genere, quod est prima pars essentia: secundo de differentia, quæ est secunda, tertio de specie ex vitroq; composita scilicet de accidentibus. Et primo de proprio, quod ab essentia dimanat: secundo de accidenti, quod non dimanat, & in vlt. c. combinationes horum inter sese explicat, cur vero in tractatu prius egerit de specie quam de differentia, cū hic numeret prius differentiam, quam speciem dicetur. c. de specie, 4^o definitione vero diuisioni præposuit, quæ naturæ videtur prior, quia parū hoc curauit, vel quia diuisum, quod supponit diuisio potest suo modo definiri, & ita aliqua definitio est prior, licet diuisio sit via ad perfectam definitionem.

4
Definitio præ
ponitur
diuisioni.

Annotations circa literam.

Dubitatio 1.

Primo, dubitatur an hic tractatus sit utilis tantum, vel etiam necessarius ad prædicamenta Arist. quia vtraque voce vti videtur Porphyrius.

Dico primò aliquam cognitionem vniuersalium simpliciter esse necessariam ad dicta: patet quia in prædicamentis sit eorum mentio, & quia, vt Deo auspice, videbimus, prædicamentum est prædicabiliū coordinatio, vnde olim à Magistris mixtim in prædicamentis docebantur, & ab Arist. in Topi. quare ipse non fuit diminutus, ita Aiber. Ammon, & Neotherici.

Dico secūdo, hic tractatus Porph. specialis, hoc est, vt est Porphyrii tantum est utilis nam ante ipsam, alij dicta sciebant: utilis est tamen quia de istis seorsim, & facile egit Porphy. ita Ammon, Boetius, & alij.

Dubitatio 2.

Dubitatur secundo, quos Philosophos intelligit Porphy. cū dicit se sequitur Peripateticos, quidquid dicat Soto, & alij, dicendum intelligere Aristotelicos, non Platonicos, nam à diuisione scholæ Platonis, Xenocra

tis discipuli Academici, Arist. vero Peripatetici sunt dicti, etiã tpe Porphy. qui etiã expresse dicit ad Arist. prædicamenta, & c. Sed iã videtur sunt quæstiones vniuersales, quas Porphy. noluit tractare, quod laudat Cano, lib. 9. de locis. c. 9. & alij scias omittunt, & Sotus coactus tractat, & nos id temporidamus, præter quam quod non erit commodior locus ea: examinandi, earumq; intelligentia multum conducit, non solum alias scientias ad euntib⁹, sed & ipsa dialect. speculãtib⁹.

M. Cano.
Merca.
do.

Quæstiones super prologum
Porphyrii.

Vniuersam hanc vniuersaliū tractationem, animus est (re vnde. quæq; considerata) in quatuor diuidere partes. Primò disputabimus de ipso ente rationis in communi, cuius species est vniuersale, deq; ipsa vniuersalitate, ipsius vniuersalis forma. Secundo de fundamento proximo vniuersalitatatis ipsiq; natura denominata. Tertio, de passione huius coniuncti, scilicet, prædicabilitate. Quarto de speciebus in communi & in plurali vniuersalis: deinde vero de singularis agemus, & hic congruus videtur modus docendi, & addicendi.

Quæstio I. vniuersalis.

De ente rationis secundum se & in communi, vniuersalis genere.

Q Via vt infra patebit, & supponimus modo, vniuersale species est entis rationis, à communioribus incipientes, prius de illo agendum est prius explicato, ad quam scientiã spectet hæc quæstiones dilucidare, de illo quatuor sunt videnda: primo an sit, quid & quæplex sit, 2. si præexistat antequam cognoscatur, 3. quomodo cognoscatur, vltimo peculiariter

Diuisio
tur quæ
stiones
vniuersales,

Disponitur quæstio.

1
Dicta
Philosophorum
Chistian.
amplectuntur.

2
Ordo p
petuo
seruandus
ostenditur.

PROLOGVS
Secundum translationem
Ioannis Argypoli.

Tex.

C Vm necessarium sit Crisostomi, & ad Arist. prædicamentorum doctrinam, quidnã genus, quid differetia, quid species, quid proprium,

de ipsa relatione rationis quid sit.

ARTICV. I.

Ad quā scientiā spectet has quaestiones vniuersales discutere?

Reuter, in vniuersali tria reperiuntur, vt infra magis dicitur, natura ipsa denominata talis, v. c. homo, & forma denominans, scilicet, vniuersalitas quæ est ens rationis & aptitudo in natura ad recipiendam hanc denominationem: sicuti in albo & reperitur subiectum quod sit album, & albedo dans esse formaliter album, & ipsa aptitudo sub ecti, ad recipiendam albedinem, siue talis sit superficies & quantitas, siue non.

Dico primo ad Metaphysicum spectat ex his questionibus tractare, quæ communia sunt enti reali, id est, naturæ denominatæ, & quæ communia sunt enti rationis, id est, formæ denominanti: de primo quidem quomodo à parte rei sit, vel non sit vniuersale in essendo, & similiter vniuersale in causando, licet hoc aliquo pacto ad Physicum pertineat, sed non ita latè sed solum in causando motum, similiter ad Metaphysicum spectat, quæ sit vnitas formalis, & quomodo detur à parte rei, qualiterque distinguantur fundamenta generum & specierum, ac differentiarum eiusdem prædicati, quæ reperiuntur in eadem re, quæ à illarum ratio sit prior altera à parte rei, quæ etiam sit compositio ex genere & differentia, quomodoque priuatiuum possit esse differentia entis realis, tandemque qualiter natura superior contineat actu, vel potentia solum inferiores naturas, de quibus prædicatur, & si tota ratio superioris nature saluetur in quolibet inferiori.

De secundo vero ad Metaphysicū attinet considerare ad eum, & quid

sit ens rationis, & ad quæ scientias pertineat, statueretque qualiter istæ vniuersalitates cadant iubente rationis, & an dicantur sic, quia inhæsiue sunt in rebus, vel quia res à ratione denominantur vniuersales, & quomodo? & an talis denominatio extrinseca sit absoluta, vel potius relatiua quodque esset rei denominatæ, inrinsicum inquam, vel extrinsecum, & alia huiusmodi, in Metaphysica sunt docenda.

Dico secundo ad Physicū vbi de anima agit pertinet tractare, an natura vniuersalis, sit obiectum intellectus, & quomodo? & qua ratio superior abstrahatur prius genericè inquam, vel specificè? Similiter an sit, & quid sit vniuersalitas illa, quæ denominat rem vniuersalè, an inquam sit species vel imago intellectus, vel potius actus eiusdem? sitque; accidens subiectiue in intellectu? an sit formaliter vniuersalis? quotuplexque; sit: & quomodo ab eadem forma possit res denominari prædicabilis deo, & subijcibilis alteri, quæ vniuersalitas cõsurgat prius generis vel speciei, de alijsque; secundis in rationibus, quatenus sunt actus animæ à Physico est agendum.

Dico tertio & ultimo. Ad Logicū de his pertinet ea tantum cognitio, quæ conducit ad cognoscendam propositionem veram vel falsam, & illa, quæ est per se primo, per se secundo. Voco per se primo, propositionem, in qua pars essentialis definitionis de subiecto dicitur, vel de definito, v. c. rationale vel animal, vel virtusque; simul de homine: per se vero secundo dicitur propositio in qua passio de subiecto, vt risibile de homine enunciat: & propositionem per accidens, & c. quid sit vniuersale in significato? quid vero in representatione, vt deseruit ad Logicum: quid in prædicando? similiter quod sit vniuersale in esse significato, & in esse representatione formaliter: quotuplexque sit hoc vniuersale: qualiterque

Secunda conclusio

Tertia conclusio

conueniat in cõmuni omnibus inferioribus, & inter hæc quis ordo seruandus, cum hoc tamen multa à Physico, & Metaphysico mutuo accipiemus, vt magis nostra pateant, & in primis de ente rationis, quod inquirat articulus sequens.

ARTIC. II.

An sit, quotuplex, & quid sit ens rationis?

Valles controuersa. 10. Physicarum controuersarum, & vt refertur Gandauus, & Bernard. Mirandul. in commentario, vtrū Prædicamenta pertineant ad Logicam negant esse entia rationis.

1 Sententia singularis Valle s. Gandau. & Bernard. Mirand. Arg. 2.

3

2 Quæ intelliguntur duplicia sunt.

Primo, quia intelligibile supponit ens, ens enim est quod intelligitur, si ergo ens rationis intelligitur ante intellectum est ens, & cõsequenter reale. Secundo, negatio nulli habet fundamentum in re, ergo est nihil, ac cõsequenter nec est ens rationis, nec reale.

Tertio, secluso omni beneficio intellectus, priuatio est à parte rei, ergo non habet tantum esse obiectiuum in illo, realiter homo est cæcus à parte rei. Aduertendū quod intelligibilia sunt in duplici differentia, alia enim omnia non habent esse extra intellectum, vt leo, homo, & c. alia verò habent esse in intellectu, & cum hoc illi inhærent, qualia sunt actus & habitus intellectualis, & vtraque sunt entia realia, sed secunda dicuntur entia rationis, quia intellectui inhærent, qui est quædam ratio. Alia verò sunt, quæ non habent esse extra intellectum, cum hoc tamen illi non inhærent sed dicuntur esse purè obiectiue in illo, quia non habent aliud esse, quæ cognoscitur: & hæc dicuntur entia rationis, quia non sunt entia absolute, sed cum addito rationis:

Hoc obito 3 ens rationis explicatū non est sicuti quid, sed potius necessarium, ut a cõmuni tenentia S. Tho. Scoti, Dur. & Arist. 4. & 2. Meta. text. 2. vbi docet quod ens est quadruplex. aliud est ens in substantia, & hoc quidem perfectissimū, aliud est affectio substantiæ, tertium est accidens, minusque; perfectum. Tertium est productio entis, vt generatio, vltimū tandem est negatio, & priuatio, quod Cõmentator explicat quæ sunt entia rationis.

Cõfirmatur ex eodẽ Arist. 6. Meta. textu. 8. expresse docete, quod ens est duplex, vñ reale, aliud in mente, id est ens rationis. Dices quod loquitur de ente reali subiectiue in intellectu. Contra. quia ipse. 10. Metaph. docet quod Metaphysicus agit de ente reali subiectiue etiam:

Ratione verò demonstratur, quia cū illi negant esse entia rationis vel intelligunt quod negat, vel non, si non intelligunt non est habenda eorū ratio, si verò intelligunt, ergo iam habet esse obiectiue in intellectu, cum sit cognitum, & hoc est ens rationis.

Secundo, nã Propositio Cathorica constat subiecto, & prædicato, vt latè dicebã in Summulus, sed relatio subiecti, & prædicati nõ est realis, cū subiectum & prædicatum aliquando sint idem realiter, sola ergo ratione distinguuntur, à consequenter relatio illa distinctionis solū habet esse obiectiue in intellectu, & est ens rationis.

Cõfirmatur primo, quia Dei ad creaturas est relatio, vt ferè omnes concedunt rationis, & non realis, dices quod à relatione quæ est in creatura denominatur talis. V. g. creans. Contra, quia ab æterno dicitur prædestinans, & c. vbi nulla erat creatura, ergo relatione rationis in ipso intellectu.

Cõfirmatur 2. quia negari non potest nos multa apprehendere, quæ in se non habent esse reale, vt chymera,

3 Conclu. 1. S. Tho. Scot. & Duran.

4 Acutatio & insolubilis

Prima conclusio

hoc quod est duas contradictorias simul esse veras, necessario ergo tantū habet esse obiectiuū quod est ens rationis. Quod optimè S. Tho. explicat esse id, quod cum non sit in se intellectus tamen circa illud format argumentationes, diuisiones, & c. illudque apprehendit, ac si ens reale esset.

Notabili procluf. 2. ens rationistiplex.

Ut autē s' possis intelligere quotuplex illud sit, aduerte primò, quod multipliciter diuiditur, communior tamē diuisio est in fictionē, negationē, & relationē, fictio dicitur ens fictū, vt Chimera, Hicorcerus, negatio est ipsum non esse alicuius rei, quæ si sit in subiecto naturaliter capaci habere formam negatā dicitur priuatio, vt cæcitas hominis, de quarū distinctione. c. de oppositis plura dicā: relatio est ordo vnus ad aliud, non fundatus proximè in natura reali illius, vt relatio dextri respectu colūnx, & c. Secundò, solet diuidi ens rationis, vt diuiditur ens reale in substantiā scilicet rationis, id est, in id quod per se intelligitur, & in accidens rationis, id est, in id quod intelligitur ratione, & vt aliquid alterius, vt relatio, prior tamen diuisio clarior est.

Notabile procluno. 7. species entis rationis multæ.

Sciendū secundò, quod fictionis tot sunt species, quod velit intellectus fingere, negationis verò, & priuationis, quot sunt formæ, quarū negationes, vel priuationes sunt, quod latius explicat. Physic. q. 5. relationis autē multæ sunt species, vt relatio dextræ colūnx subiecti, prædicati, hic tamen agendū est tantū de relationibus vniuersalibus in denominando, id est, quæ dominant naturas vniuersales.

Notabile procluf. 4.

Tertiò notandū, quod omnes relationes rationis maximè denominationes ab actu intellectus dicuntur secundæ intentiones alio sensu, quam actus voluntatis, dicitur à Philosopho moralis intentio, scilicet respectu finis, naturæ verò, quas denominant, quæ primò cognoscuntur dicuntur

primæ intentiones, relationes autem, quia reflexe ab intellectu percipiuntur secundæ intentiones, vel notiones appellantur, at conceptus quibus istæ relationes intelliguntur dicuntur secundæ intentiones formales, sicuti conceptus quibus istæ naturæ cognoscuntur dicuntur primæ intentiones formales, sunt namq; conceptus vt formæ quibus intelligimus; at vtraque intentio obiectiua dicitur conceptus obiectiuus, & vtraq; formalis, conceptus formalis, & ratio huius est, quia obiectiua est conceptū, hoc est quod concipitur, formalis verò est conceptus, quo concipimus.

Notabili procluf. 5.

Ultimò 4 considerandū, quod cū relatio rationis, etiā relatio sit, & contentet fundamentū requirat, aliquādo reperitur inter duo entia rationis vt similitudo duarū specierū, aliquādo verò inter duo entia realia quādo nō fundatur proximè in natura vtriusq; vt relatio superioris, colūnx dextræ, idē aliquādo inuenitur inter duo entia realia quæ nō faciūt duo à parte rei, vt relatio Petri ad se ipsū, vel relatio Petri ad hominem, manet ergo explicatū quod sit & quotuplex ens rationis.

Solutio 2. Argu.

Ad argumēta ad primū dico quod intelligibile, passio est entis realis nō rationis, & sic cū consequatur ens reale necessario supponit illud sicuti quælibet passio suū subiectū, quod Iapeitē docet Physic. 6. Meth. text. 8. dicente quod in Metaphysica demonstratū est passiones entis, quæ quidem solū ens reale considerat at vt infra patebit art. 4. ens rationis non cognoscitur per propriam speciem, sed per speciem entis realis, secundū quā est intelligibile, & præsupponitur, cognitioni reflexæ nō quidē directæ, per quā sit & habet esse, vt art. vlt. dicam.

Ad confirmationē, sicut intellectus intelligit hominē & lapidē, sic etiam intelligit negationem hominis & lapidis fundatā in i, sicut natura vtriusque

que, ad hoc enim quod aliquid nō sit realiter & verè non est opus fictione intellectus, sicq; in rebus ipsis realiter quodlibet est vel non est, licet trō determinatē.

Ad tertiū solum probat fundamentum, cæcitas esse, à parte rei quod habet suū esse formale dum est in esse cognito ab intellectu, pro quo sit ar. 3

ARTIC. III.

Vtrum præexistat in re aliquod ens rationis antequam cognoscatur?

Dux extant sententiæ de hac re. Prima negat de priuatione & negatione, quod existant à parte rei antequam cognoscatur, & affirmat de relatione, ita dicit. 10. Meth. q. 1. 5. & 6. Meth. q. 1. 8.

Dux sententiæ oppositæ.

Argu. 1.

Secunda sententiæ huius opposita affirmat de priuatione & negatione, & negat de relatione, ita label. 10. Meth. q. 10. estq; fundamentum eorū qui ponunt vniuersale fieri per abstractionem de quo suo loco.

Et primò pro hac sententia redit Argumentū supra factum, quia homo est realiter cæcus, & realiter non albus, & paries non visus, & aer tenebrosus, similiter à parte rei sunt termini qui vt dicebam in Summulis de formali dicunt ens rationis, ergo.

Confirmatur cum quis intelligit, quod homo est animal, hæc est formalis propositio, & particula homo formaliter subiectū, sicut & particula animal formaliter prædicatū, quæ omnia & sunt entia rationis, & formaliter dantur à parte rei seclusa omni intellectu attentione.

Secundò, quia si ens rationis nō est nisi quando cognoscitur, cognoscat ergo nunc, genus entis rationis: & deinde intelligat speciem entis ratio

nis. V. g. relationē sine propria passione quæ est prædicabilitas, tunc sic ens rationis non est nisi quando cognoscitur, & solū cognoscit genus, ergo erit genus sine speciebus, & species sine propria passione: consequens est impossibile etiā per Dei summā omnipotentiam, quod sit. V. g. animal sine speciebus, & species vt homo, sine resibilitate, ergo antecedens est plane impossibile.

Concluf. certa.

Cōfirmatur, obiectū præcedit actū sup potētia. V. g. color prior est omni visione, sed ens rationis cognoscitur ab intellectu, ergo est eius obiectū & cōsequenter præcedet oēm intellectio nē, sicq; erit in re antequam cognoscat. Certū tamē sit, quod nullū ens rationis existit in re, vel præexistere potest antequam cognoscatur. Probat, nam si ens rationis habet actu esse aliud quā cognosci, ergo est ens reale, nā ens rationis solū dicitur quod est purè obiectiue in intellectu. Cōfirmatur, quia idē ens rationis dicitur ens verū & ens in anima, & ens rationis, quia in actu nō est nisi vt cognitū in potētia verò quādo potest cognosci, & esse obiectiue in intellectu, & hæc est cōmunis sententiā Arist. & grauiū Philosophorū, 6. Meta S. Tho. 1. p. q. 2. 8. art. c. 1. vbi Canariensis, noster M. Perez, & Caiet. & 1. Petrar. q. 1. lect. 10. imò Iabellus tractatu de transcendētibus, in hoc inclinatur estq; fundamentū eorū qui dicūt vniuersale fieri per cōparationē intellectus, omnesq; citati docent, tantū habere esse fundamentaliter in re, hoc est dari fundamentū quod cognoscitur est ens ratiois. Sed de hoc latius quātū ad priuationē. 1. Phys. q. 5. per var art. c. dico

Illatio aduertenda.

Vnde infero quod licet hæc nomina cæcitas non esse album, priuationem & negationē, columnam esse dextram, & c. significant fundamentum illud quod cognitum est actu ens rationis, non tamen id significant in esse cogni-

Cognito: ly autem ens rationis, signifi-
cat inesse cognitio, quia significat, et
modum ens, & similiter ly relatio,
per modum ens videt et significare
idem, et negatio & priuatio funda-
mentum illud videtur significare non
quidem in esse cognitio, ly verò su-
iectum prædicatum, &c. utroque mo-
do solent sumi, & per hoc patet ad pri-
mum & similiter ad confirmationem.

Soluun-
tur Arg.

Ad secundum dicendum, quod cum ge-
nus reale. V.g. animal cognoscipoi-
sit non cognitio inferiori, & homo nõ
cognita risibilitate, non est inconuen-
iens inesse ens rationis, dari genus
& specie sine inferiori vel passione,
quia nihil aliud est quæ cognosci sine
illis. 3 Dices genus & species sunt rela-
ta, ergo nequit vñ etia cognosci sine
alio. Respondeo, quod genus materia-
liter, hoc est natura quæ denomina-
tur genus, vt animal, non est relatiuũ
ad speciem cum homine, sed verè vt ha-
bet relationem generis & speciei, de
qua quando & quomodo exiit dicã
in 2. q. art. 5. ibi vide.

Replic.

Ad Confirmationem dicendum, quod
prius est fundamentum illud quod intel-
lectus intelligit, quã quod intelligat-
tur, nõ tamen est prius ipsum ens ratio-
nis actu: sed tantum fundamentum. It-
ter & prius intelligitur & est actu ens
rationis, quam intellectus intelligat
reflexe esse actu ens rationis, vt dixi
supra, solutione ad primũ Valesij,
Chimera etiã prius est secundũ suas par-
tes quæ intellectũ mouet, et in esse en-
is, nequit esse antequã fingatur, cum
id habeat ab intellectu fingenti.

Replic.
tur. 3.

Dices 4 tamẽ omne quod aliquando
est, & aliquando non est deditur de
non esse a deesse per aliquã causam, cũ
ergo ita se habeat ens rationis habe-
bit aliquã causam effectiuam, ac con-
sequenter non erit tantum purè obie-
ctiuè in intellectu. Respondeo quod
verũ est quod omne quod antea non
est, & postea est cum existentia reali

Respon-
detur.

habet causam, secus illud quod po-
stea est solum obiectiuè in intellectu.
Hoc enim totũ habet causam secun-
dum quid, sicut enim supra. q. 1. præ-
bula dicitur, concavũ apparens in pi-
ctura parietis, nec est verè in pariete
nec impotentia visiva, cum solũ quod
reale est in pariete percipiatur, sed
tãtũ est obiectiuè in esse viso & cogni-
to, nec habet causam nisi secundum
quid, pari modo philosophandũ est
de ente rationis.

Dices adhuc secundũ ens ratio-
nis præsertim relatio & priuatio fun-
dantur in ente reali secundũ omnes,
illud autẽ quod in aliquo fundatur in
hæret illi, ergo ens rationis inhæ-
ret enti reali, ac consequenter non
est tantũ purè obiectiuè in intellectu.
Pro solutione considera, quod 6 fun-
datio est duplex, alia propria secundũ
quam fundatum est in fundamento
& inhaerentia vt domus in fundamento
accidens in subiecto. Alia verò est
fundatio, metaphorica & impropria,
secundum quã aliquid dicitur in ali-
quo fundari, à quo accipit funda-
mentum suæ veritatis & sui esse,
& hoc modo ens rationis fundatur
in ente reali, quia ab eo accipit fun-
damentum suæ veritatis, & sui esse, &
ea quæ sic in aliquo fundantur nõ inhæ-
rēt illi in quo fundantur, & per hoc
patet ad argumentum distinguendo
minorem, doctrina est Cap. reol. in. 1.
23 q. 1.

Sed dices tertio, nil prædicatur de
aliquo quin sit in illo, sed vniuersale
genus & species, sicut relique alie se-
cundæ intentiones prædicantur de ente
reali, V.g. de homine, homo senim est
species, & animal genus, ergo sunt in
illo & non tantum metaphoricè fun-
dantur, maior est Arist. 7. & 10. Me-
taphysicorum, text 46. contra Plat.
Respondeo & pro solutione notandũ,
quod ea quæ prædicantur de aliquo &
denominat rem, sunt in duplici diffe-

5
Replic.
tur. 2.

6
notandũ
pro so-
lut.

6
Replic.
tur. 3:

Respon-

rentia, quãdã denomi: at intrinsecè,
quando scilicet forma intrinseca est
rei, vt cum dicimus, Petrus est ratio-
nalis, ignis est calidus, & quidem quæ
sic prædicantur debent esse in illo,
alia verò sunt quæ prædicantur de re,
ipsam quæ denominant, extrinsecè, vt
potè à forma extrinseca ipsi rei, vt
cum dicimus paries est visus, Petrus
est indiuiduum, homo est species, & c.
quæ sunt entia rationis & quæ sic præ-
dicantur, non est necesse inhereant
illi de quò dicuntur, pro quo sit
Art. 4.

ART. IIII.

Quid sit relatio rationis?

DE qua solum peculiaris est
difficultas, inter species en-
tis rationis, nam quomodo
priuatio & negatio distinguã-
tur. c. de oppositis est dicendum; &
de relatione etiam non esset difficul-
tas, nisi multi modo loquendi plus li-
citò lineam vt dicunt transissent. Ma-
gister Soto, & alij 1 dicunt quod ex
natura taliter cognita resultat ens &
intentio rationis.

2
Mercad.
de gene-
re.

3
Argu. 1.
pro hac
sententia.

Suadetur primò 2 quia rem co-
gnosci est me cognoscere rem, quod
quidem est in me, & non in re cog-
nita, in me autè est ens reale, ergo aliud
est ens rationis.

Secundò, quia si denominatio ra-
tionis tantum est denominatio ex-
trinseca vt dictũ est, cum paries. V.g.
videretur, vel quoduis aliud, etiam re-
sultaret ens rationis, scilicet videri
quod est illi extrinsecum.

Tertio, quia relatio superioris ad
inferiora, hoc est vniuersalis ad parti-
cularia, est relatio rationis, & tamen
non est denominatio ab extrinseco.
ergo.

Quarto & vltimò, quia signum
videtur dicere, quod nõ habeat aliud

esse quam cognosci, quia, vel co-
gnoscitur per propriam speciem,
& hoc non, quia idem esset du-
bium de illa, vel per speciem entis
realis, & multò minus, quia vna spe-
cies nequit vtrouque representare, so-
lum ergo est quid resultans.

Sit tamen Conclusio certa 3 Re-
latio rationis nullo modo est aliquid
resultans, sed tantum denominatio
quædam extrinseca, explicatur, cum
V.g. res cognoscitur signum est di-
cere aliud resultare, & esse relationem
rationis quã rem esse obiectum co-
gnitionis, & ita ab actu sibi extrinse-
co dicitur res cognita, sicuti ab ani-
mali columna dicitur dextra. 4 Pro-
batur, quia noster intellectus nil cau-
sarin re ipsam cognoscendo, res ergo
tantũ acquirit denominationem extrin-
secam, scilicet esse cognitã, & aliud
bene ait. M. Soto esse vani hominis
credere; hæc tamen relatio non est
actu antequã cognoscatur, vt artic. 3. Mag. Ca-
dic: bã: & Cano lib. 9. de locis. c. 7. no.

5
Conclu-
sionem.

4
Probatur.

Mag. Ca-
no.

5
Mercad.
vbi sup.

Soluun-
tur Arg.

si dat esse reale, & in passiva paries, cui est extrinseca visio, & ita mihi est ens reale, parietis vero fundamentum entis rationis.

Ad. 3.

Ad secundū libenter concedo, tam esse ens rationis videri quā intelligi, & columnam esse dextram, quia tantum sunt actu dum cognoscantur, imò perfectius ens, & plus habens de entitate, est intelligi, quia est denominatio à perfectiori actu: verum est tamen, denominationem ab intellectu, quia ratio dicitur, magis ex vi nominis dici ens rationis.

Ad tertium respondeo, quod esse vniuersale, vel superius, vt beate M. Scot. supra, est cognosci tali conceptu, quo scilicet non cognoscantur inferiora, sed natura illis communis, & ita dicitur intellecta & communis, nō quia illi aliquid affigatur, sed referri dicitur ad cognitionem, quia est eius obiectum, ad intellectum mediātē, quia actus cuius est obiectum, est factus ab intellectu, ad inferiora tandē, quia cum sit obiectum cognitionis, illis communis, inesse cognito est ad illa communis & indifferens nullique indiuiduo determinata.

Quartum Argumentum petit Articulum sequentem.

ARTIC. V. & VI. LT.

Quomodo ens rationis ab intellectu cognoscatur?

Merito quidem vertitur in dubium, quomodo entia rationis cognoscantur, cū ex dictis totum eorum esse sit cognosci: & cum quodlibet aliqua specie cognoscatur. Dubitatur I an entia rationis per propriam speciem, vel potius per speciem entis realis cognoscantur ab obiecto namque & potentia paritur notitia, hoc est ab specie in ratione in-

Explicatur citius.

telligibilis intellectui vnita.

Breuitate dico primo, quando ens rationis intelligitur, non formatur noua species intelligibilis, sed tantum nouus conceptus formalis. Probatur efficaciter, ens rationis cognoscitur reflexione intellectus supra propriam cognitionē, dum intelligit se intellexisse naturā communē, & c. cōtat autem quod in cognitione reflexa nuaquā fit, diuersa species intelligibilis, at in quacūq; cognitione fit nouus conceptus formalis, cūm tū id quo cognoscimus rem, ergo, & c. Et hac quidem cognitio à quibusdam dicitur cognitio per se entis rationis, alia verò dicitur per accidens, cūm cognoscitur ad cognitionem naturarū, ad quam quasi consequitur.

Dico secundò, ens rationis non cognoscitur per speciem propriā, sed per speciem naturarū, ad quam cognitionē quasi consequitur. Probatur, nā omne ens rationis aut est negatio aut priuatio, aut relatio. Manifestū est autem, quòd negatio omnis cognoscitur per affirmationem, sicuti & priuatio per habitū, relatio per fundamentum & terminum, cūm rectum sit mensura sui & obliqui, ergo ens rationis nō cognoscitur per propriam speciem. Collimatur, quia si cognoscitur per speciem propriam, vel illa est ens reale, vel rationis, non secundū, quia talis species esset quē ignota, nec primum, quia ens reale nō potest esse similitudo per se entis rationis cū habeant rationes equiuocas, nullo ergo modo potest cognosci per speciem propriam. A lde quod cum entia rationis non sint in rebus nequeūt ab illis abstrahi.

Secunda pars probatur, entia rationis verè habent esse cognitū, vt abunde explicatū est, & non cognoscuntur per species proprias, ergo per alienas, nec suat alia nisi naturarum, ad quarum cognitionē quasi consequuntur.

Habent

Cōcl.

Cōcl.

Es rationis nō cognoscitur per propriam speciem.

Prob. 2. pars cōclus.

Habent tamē entia rationis, vt dicebam, propriū conceptum, & si sit reflexus, cum intellectu cognoscatur distinctē genericitatem, & specificitatem.

Replicatur.

Dices habet propriū conceptū, ergo directē cognoscuntur. Respondeo negando consequentiā, tum quia intellectus praesupponit iam naturā cognitā, tum etiā quia genericitas & specificitas quae sunt formae vniuersales in denominando, nō habent proprias species

Notādū.

Vbi aduerte quod cū dico, negatio cognoscitur per affirmationē, non est necesse, quod semper habeamus, exactam & perfectā cognitionē affirmationis, sed sufficit qualemcūq; etiā ad hoc, vt cognoscā Deū non esse lapidem, nō est opus cognoscere Deum, sicuti est, sed tantū de illo intelligere esse ens perfectissimū, quae omnia explicantur appositissimū exēplo, quod supra tetigimus art. 5. quaest. 1. prima proœmial. solutione ad vltimū. sicuti enim concavitates, quae apparent in pictura cognoscitur etiā sensu, non per speciem sui, quia cū realiter nō sit, non habet reāle speciem, sed per speciem reāle effigiatā, ita vt cognoscendo figurā realem, cognosco apparentē concavitatem, ita pari modo cognoscendo naturā denominatā cognosco relationem rationis denominantē, quia cognosco fundamentū proximū, & terminū formale talis relationis, nec mirum si per ens reale cognoscatur ens rationis, & quodāmodo ipsum repraesentet, cū species quaelibet intellectui inherens intrinsecè & realiter sit accidens, & cūm hoc repraesentet substantiā, & in esse repraesentatio sit substantia, cū peream substantiā cognoscamus, & per hoc patet ad argumentum superiori articulo factum.

Exemplum appositissimum.

Coroll.

Et ex dictis pro hac quaestione plenè colligitur, quid sit genus ipsum vniuersalis, conuenientiaq; specierum vniuersalium, quae etiā sit vniuersalitas forma denominans vniuersale: imò elicitur virtualis solutio omnium penè quaestionum vniuersalium, cum hoc tamen sigillatim sunt explicandae.

Et ex dictis pro hac quaestione plenè colligitur, quid sit genus ipsum vniuersalis, conuenientiaq; specierum vniuersalium, quae etiā sit vniuersalitas forma denominans vniuersale: imò elicitur virtualis solutio omnium penè quaestionum vniuersalium, cum hoc tamen sigillatim sunt explicandae.

citur virtualis solutio omnium penè quaestionum vniuersalium, cum hoc tamen sigillatim sunt explicandae.

Q. II. VNIUERS.

De fundamento vniuersalitatē natura scilicet denominata.

Post considerationē formae vniuersalis, consequens est, vt de ipso subiecto consideremus, de quo sex sunt vidēda: primo quid sit vniuersale quotuplexq; Secundo, an reperiat in rebus? Tertio, quomodo ante operationē intellectus sit in rebus? Quarto, si detur veritas formalis intellectu secluso? Quinto, si fiat vniuersale per comparationē? Vltimò per quā operationem intellectus fiat comparatio?

Disponitur quæ.

ARTICVLVS I.

Quid et quotuplex sit vniuersale?

Breuitate supponit quæstio, quod vniuersale sit, tum quia ex dictis species est entis rationis, tū etiā quia probatū est entia rationis verè & necessario dari, & inquirat quotuplex, & quid sit, ad intelligentiam eorum, quae infra sunt dicenda.

Explicatur titū.

Pro quo aduerte quod particula vniuersale primò sumitur cōplexè pro propositione distributa. V.g. Omnis homo est albus. Secundò sumitur in cōplexè, & tale est vnum simplex ad plura dicens ordinem.

Vniuersale multiplex.

Secundò considera, quòd vniuersale incomplexè quadruplex est. Primò dicitur vniuersale in causandō, quia scilicet est causa efficiens, & finalis omnium, vt potè Deus ipse qui propter seipsum res omnes producit, & conseruat. Secundò dicitur vniuersale in repraesentandō, & in

& insignificando, quod representat (vt conceptus) vel significat (vt vox homo) pura, tertium dicitur vniuersale in eisēdo, si existat aliquid vniuersale non singulare, quod sit de essentia plurium, quartum dicitur vniuersale in predicando, quod est commune multis, de quibus dici potest, & de hoc in presenti erit noster sermo.

Tertio, sciendū quod hoc vniuersale in predicando definit Aristot. 1. Per hier. c. 7. esse id quod de pluribus predicari potest, sed quia predicari de pluribus supponit, vt sit in pluribus, quibus conuenit, melius ab eodem Aristot. definitur 7. Metaph. c. 1. 3. esse id quod in pluribus aptum est esse, quod dici solet, est vnum in multis, & explicat Aug. 5. Metaph. c. 2. est natura, cui per intellectū accidit esse vnum, in re tamen est in multis, vel vt alij volunt vniuersale est quod vt est in intellectu respicit multa.

Quarto aduertendum ex Caiet. de ente, & essentia c. 4. q. 5. quod desumpsit ex S. Thom. 1. p. q. 85. art. 2. vbi Cum in discursu articuli, & noster M. Perez ibidem Notab. 2. quod vniuersale in predicando tria dicit, vt etiā retigi supra artic. 1. precedentis questionis, primo dicit naturam, quæ ab vniuersalitate denominatur, modo dicto, vniuersalis, quæ res, seu natura re presentatur per conceptum formale, secundo dicit fundamentum proximum, & rationem propter quam hæc res dicitur vniuersalis, quæ quidē ratio aptitudo solet appellari, vt videre est in definitionibus datis Aristot. tertio dicit ipsam vniuersalitatē, à qua dicitur natura vniuersalis, quæ est ens rationis, secunda intentio iam explicata.

Vltimo considerandum quod licet aliquando vniuersale sumatur latè pro communi multis, etiam si sit complexum, vt animal rationale, & ens incompletum, & pars vt anima, vel

analogum, vt ens, quod aliquando dicitur vniuersale ab Aristot. nam purè æquiuocum sola voce est vnum, hic tamen in predicabilibus, quia ea potissimè attenduntur, quæ in predicamentis collocantur, strictius sumitur vniuersale: ita vt vnum in multis sit vnum nomine simul, & ratione, ex Aristot. 1. Poster. c. 8. vnde æquiuocum, vt canis, non est vniuersale, quia non est vnum ratione, nec analogū, quia non est omnino vnum ratione, nec complexum, quia non est vnum voce, nec anima, quia non est vnum nomine, & ratione completa, de quo Sonz. 7. Metaph. q. 39. quo modo autem negationes sint vniuersalia dicitur questio 4. manet ergo explicatū, quid, & complexum sit vniuersale.

5. Vniuersale hic strict. sumitur.

ARTICVLVS. II.

Vtrum vniuersalia sint in rebus, vel in solo intellectu?

Non est dubiū de vniuersali in rebus, quia hoc luce clarius patet, quod in re sit, nec de vniuersali in representando, vel significando, quia conceptus, & voces etiam in re sunt, sed questio est de vniuersali in essendo, vt bene Soto, vtrum sci licet detur aliqua natura, quæ apta sit esse in multis.

Prima sententia est nullum esse vniuersale, nullam, inquam, dari naturam vniuersalem, sed vocibus & conceptibus respondere singularia: hæc tribuit Aristot. Heraclito, & Gratillo, & tribuit etiam Antisteni, & Epicureo, & Niphus. 7. Metaph. tribuit Herculanis. Et Canterus hic refert ex Alexan. prius hoc tenuisse Platonem. Postea tamē mutasse sententiā auctoritate Socratis, & aliorū, quod insinuat Aristot. 1. Metaph. textu. 5.

Hanc

Hanc eandem sententiam iam seputam ab Orco in lucem: Nominales reuocarunt, primus Ochan. c. 14. Logica, cum sua humili familia hoc excepto, quod illi negabant esse scientias, quia singularia, quæ tantum fatebantur, corruptibilia sunt: isti vero scientias admittunt, quas solum ponunt de vocibus.

Argu. i. Primo, quia Aristot. secundas substantias, quas Reales, dicit esse vniuersales, inquit, significare quale quid, quod vocem est. Et ratione probant, quia significatum huius vocis homo, est ens reale, ergo est in re, in re autem constat omnia esse singularia.

Secundo, natura abstracta à Petro est idem cum Petro, & de eo predicatur essentialiter, ergo non est idem cum Paulo, quia Paulus distinguitur à Petro realiter, ergo non datur vniuersale reale illis commune, aliter quidem esset mysterium Trinitatis, quod res sit idē cum pluribus rebus.

Confirmatur quia natura abstracta à Petro & Paulo est idem re cum illis, quia vniuersale est idem re cum singularibus, ergo Petrus & Paulus sunt idem inter se, tenet consequentia, quia quæcumque sunt eadem vniuersa, sunt eadem inter se.

Tertio, licet per impossibile daretur in re ille homo vniuersalis attributus Platoni, vt statim dicemus, non esset in multis, nec diceretur de multis, vt probat Aristot. ergo multo minus homo abstractus per intellectū, quod si intellectus id credat manifestè decipietur. Plura argumeta ponit Soto, quæ vel facillima multum, vel eadem cum istis sunt.

Secunda sententia opposita huic dicit dari vniuersalia realia separata à singularibus, vt hominem vniuersalem in re, quia singularia sunt corruptibilia: scientia autem est de rebus incorruptibilibus, & ita de vniuersalibus: & huic vniuersali tri

5. Secunda sententia Platoni tribuitur ab

bu it hæc opinio productionem singularium speciali quodam modo, quæ vniuersalia idæas vocat. Hanc tribuit Aristot. Platoni, & S. Thomas. 1. p. q. 15. arti. 1. ad primū, & q. 84. artic. 1. & alibi, & Abulēsis super. 2. 5. c. Mat. thæi, q. 57. 2. & Soto hic. c. 1. vniuersali, Dionys. Carthusianus in 1. d. 35. q. 1. ad quartum: quare autem non posuerit Idæas accidentiū, & singularium corruptibilium, docet S. Thomas. 1. p. q. 15. arti. vltimo, & verbo Idæas in tabula, & Niphus 13. Metaph. disputatione secunda: & primo de anima, textu. 8. parum tamen refert. Cū tamen hæc sententia impossibilis sit, ne dicam delira, vt de se patet, & infra probabitur, liceat mihi bona

Arist. 5. Thom. Dionys. Car. Abul. Sot. Niph.

4. Explicatur me Plato. d vniuersalis separato, ex D. Aug. D. Dio. Duran. & alijs.

5. Pala. ci. 1. de ani. ma. rex. 8. refer.

6. Tertia sententia Aristotelis.

Notandum.

tiam Platonis, sed eam male intellegit ad Xenocrate, & alijs eiusdem sui temporis: & refert Arist. 2. Metaphys. tex. 12. consentientem cum vero sensu Platonis de idæis, quædam tamen eam rejicit, ideo est, quia noluit, vt metaphoricè loqueremur, alias explanationes sententia Platonis de cæli & Planetarum constellationibus, ex Alber. & Hermeto, Trif. magistro. Vide in Nypho ubi supra.

Tertia sententia dicitur dari naturas vniuersales in re separatas à singularibus, sed hoc per intellectum, hæc est Arist. infinitis per locis, Auct. Albert. magn. S. Thom. Scoti, omniumque realium, & Peripateticorum, Latinorum, Arabum, & Græcorum, quos referunt, & eorum loca Nouitij Dialectici: satis tamen sit caput quintum, 1. Perhier. ubi Arist. ait, naturæ aliæ vniuersales, vt homo, sic singulares, vt Calyas.

Pro intelligentia huius sententiæ, quæ vera est, & tenenda. Adverte res inter se aliquo modo conuenire, & aliquo modo differre, vt equus, & homo conueniunt, quia vterque sentit: differunt tamen quia homo ratione utitur, equus verò hinc: quando ergo intellectus considerat id in quo conueniunt, non consideratis his, quibus differunt, dicitur abstracte: differunt tamen quia homo ratione utitur, equus verò hinc: quando ergo intellectus considerat id in quo conueniunt, non consideratis his, quibus differunt, dicitur abstracte vniuersalis, quando verò aliquid consideratur, vel percipitur etiam sensu, sine hoc quod percipiatur aliud non inferius, cui est coniunctum: vt quando v.g. percipitur albedo, & non frigus, cui est coniuncta in niue: dicitur abstractio formalis, de quarum differentijs Cartesianus proœmio de ente, & essen-

tiæ, & nos infra. Item sit prima conclusio, quicquid est vniuersale 7. est in re singulare, hæc conclusio ante Aristotem fuit plurimorum, & postea omnium, & ab Arist. vniuersalia separata, re nunc vocat Arist. monstra, nunc cantilenas, nunc Poeticas metaphoras: probatur primò experientia, & inductione, qua videmus omnia esse singularia. Secundo, quidquid est præter Deum est creatum vel genitum, constat autem, quod omnis actio, quæuis illa sit, terminatur ad rem singularem.

Tertio, nihil prædicatur essentialiter & intrinsecè de aliquo, quin sit in illo, vniuersale autem separatum non esset in singularibus: non ergo de illis prædicaretur, & consequenter non esset vniuersale, quia non est vnum in multis, nec de multis, scilicet potens prædicari.

Secunda conclusio. Nihilominus vniuersalia sunt in ipsis rebus de quibus prædicantur, hoc est vniuersalia sunt entia realia. Soto & alij innumera afferunt testimonia, satis tamen sit supra à adductum, & est omnium tertiæ sententiæ.

Probatum ratione, scientiæ per se primò non sunt de singularibus corruptibilibus, quæ infinita sunt, sed de vniuersali, necessario ergo debet dari in re. Idem enim Heraclitus, & Cratillus scientias negabāt, sed hoc cum experientia pugnat, & ex eo colligitur appetitum naturalem hominis ad scientias esse frustra. Vnde nominales fiuntur scientias, sed dicunt immediate esse de vocibus, re motè vero de singularibus.

Sed contra est primò, quia non esset discrimen inter terminos communes vniuersos, & æquiuocos, si vniuersus immediatè non significat aliquid commune, sed ipsa singularia, quæ differunt & conueniunt inter se, nam

1. Conc.

2. Cocl.

8. Replica.

3. Cocl. Vniuersalia distinguuntur per intellectus à singularibus.

nam etiam nulla sunt signifi. at: termini æquiuoci, quæ nullo modo conueniant, sed æquiuocatio est, quia significatur id in quo differunt. si ergo terminus communis vniuersus id etiam significat, & non naturam communem, erit æquiuocus, quod est absurdum.

Secundo, quando prædico Petrus est homo si res prædicata est ipsum singulare, erit idem ac dicere Petrus est Petrus, quæ est identitas.

Tertio, vna vox v.g. particula risibile non est passio huius vocis homo, sed risibilitas est passio hominis: ergo hic agimus de rebus.

Quarto, hæc vox homo non est hæc vox animal, & est vera propositio homo est animal, ergo non de vocibus, sed de rebus agimus. Profectò istis posset dici quod Arist. Antisteni, cum faceret singularia, quia habebat sensum, quo percipiuntur: non tamen vniuersalia, quia cognoscuntur intellectu: & labellis suis stupidiore iudicat, non cognoscentes vniuersalia in re.

Tertia conclusio. Vniuersalia distinguuntur per intellectum à singularibus, in quibus sunt id est, hæc vniuersalia, vt ex prima conclusione sunt in re singularia: tamen sunt per intellectum ab eis abstracta, quando id in quo conueniunt, intelligitur. Itaque natura realis est vniuersalis, sed esse vniuersalem habet ab intellectu, hoc est quod homo ipse singularis quatenus est obiectum conceptus formalis communis dicitur ratio communis, natura communis, & vniuersale, & quia nomina significant res conceptas, termini communes significant immediatè hæc vniuersalia. Probatum intellectu percipit v.g. naturam humanam, quæ est in re, & per consequens ens reale, & non percipit singularia, ergo per intellectum manet ab eis abstra-

ta, & communis consequentia, tenet ex Notab. ante primam conclusionem.

Secundo, cognoscitur id tantum, in quo singularia conueniunt, ergo de illis potest prædicari, cum tamen sit in re, ergo est ens reale, & per intellectum vniuersale, & commune, de quo est scientia, vt articulo sequenti patebit.

Vltima conclusio vniuersale est in rebus: vniuersalitas vero tantum obiectiue in intellectu, hæc respondet quæstioni, prima pars liquet ex secunda conclusione: secunda verò ex Notab. 3. supra huius articuli, & ex tribus præcedentibus, quorum rationes inutile esset hic referre.

Ex quo infero quod natura, quæ per intellectum abstrahitur, dicitur antea vniuersalis fundamentaliter remotè v.c. homo, quia potest sine suis inferioribus intelligi. Petrus autem non est vniuersalis fundamentaliter, quia nequit intelligi, vt communis multis, neque inconuenit hominem in re esse actu singularizatum, & in potentia vniuersale, hoc enim est distinguere Petrum ab homine virtute tantum, licet actu sit idem, cum homine in re.

Ad argumenta, ad primū Arist. tantum egit de nominibus secundarum substantiarum, quæ significant quale quiddam est, quale substantiale, hoc est substantiale per modum qualitatis, quod est secundæ substantiæ.

Ad primam rationem dicendum vniuersale esse in re actu singulare, fundamentaliter tamen, vniuersale, quia potest, verbi causa, homo intelligi non intellectis indiuiduis, & ita manet vniuersalis.

Ad secundam dico, quod mysterium Trinitatis est, quod illud quod in re est vnum singularissimum sit vnum cum tribus rebus, non

4. Cocl. Resp. quæst.

10. Natura in re dicitur vniuersalis remota.

Soluuntur arg.

Ad 1.

Ad 2.

est autem inconueniens, quod ali- quid sit plura in re, & per intelle- ctum, vnum tantum, quia intelligi- tur, non intellectis differentijs nu- mericis, quibus in indiuidua distin- guuntur, & quia id, quod est intelle- ctum non includit ea, quibus singu- laria differunt, est in omnibus, & idem cum illis, quia realiter est plu- ra.

Ad confirmationē dicendum quod natura abstracta à singularibus, non est magis idem cum vno, quàm cū alio, sed vtrique communis, illa au- tem in creaturis sunt idem reali- ter, quæ cum aliquo vno in re sunt idem: non tamen, quæ cum vno secū- dū quid, & per intellectum sunt idē.

Ad vlti.

Ad vltimum, dico quod ideo im- plicat dari vniuersale in re separa- tum à singularibus, quia cū non esset in multis, non esset vniuersale: si autem in re, esset vnum cum eis- dem, quod negat prima sentētia es- set Trinitatis mysterium: non tamē quando est vnum per intellectum cū enim in re sit multa realiter, nullum est inconueniens.

ARTICVL III.

Verūm anee opus intellectus de- turn natura communis in re- bus?

Natura quælibet tripliciter po- test considerari, primo secun- dum se, & sic ei cōueniunt sua prædicata & passiones: secundo, vt est obiect- ue in intellectu: tertio, vt est in re, & sic habet accidentia, quæ indiuiduis conueniunt, vt Musicam, albedinem, &c. Quarto ergo est,

Explicit Verūm nature in re conueniat in differentia & communitas ad plura

indiuidua, à quibus proinde actu sit distincta? Vnde patet hæc quaestio non esse eadem cum præcedenti.

Albertus affirmat in lib. 1. cap. 3. tex- tu vltimo, & Venet. q. de vniuersali. Et præcipue Scot. 7. Metaph. q. 16. & in secundo d. 3. q. 1. Scaliger. exer- cit. 307. c. 2. & 359. c. 10. Rodol. de inuentione.

Primo, quia quod conuenit alicui prius omnibus accidentibus conue- nit per se, quia enim rationale, prius omnibus accidentibus homini conuenit, etiam inabilitate, cōuenit per se: constat autem quod indifferen- tia conuenit sic nature ante omnia accidentia, cum esse prius quam ac- cidentia sit esse prius singularitate & indiuiduatione, quæ est quoddā accidens. Esse autem prius singulari- tate, est esse indifferens & indeter- minata natura ad multa: ergo secun- dum se est indifferens, & communis ante intellectum.

Cōfirmatur, quia singulare & vni- uersale sunt relatiua, & ita simul na- tura, tempore, & cognitione: singula- re vero est in re, ergo & vniuersale.

Secundo, vniuersale est obiectum scientiæ, & intellectus, imo & sensus qui non fertur in hunc, vel illum colorem, sed in colorem in commu- ni: manifestum est autem, quod obic- tum est prius omni actu potentia, ergo vniuersale præcedit omnem actum, & intellectus, & sensus.

Confirmatur, ex hoc quod ali- quid sit vniuersale habet proprietates reales, vtpote esse semper & vbi- que, & incorruptibile, non ergo vni- uersale, est solo beneficio actus ex- trinseci intellectus.

Tertio, similitudo duorum albo- rum non fundatur in natura, vt singu- laris est, cū sic potius sint dissimi- lia, ergo vt vniuersalis ante opus intellectus, cū similitudo sit in re.

Quarto duo termini contradicto- rij ita

rij ita se habet qd alter illorū debet verificari de quolibet re mundi, & ita est primum principium quodli- bet est vel non est, ergo natura secun- dum se est determinata, vel indeter- minata, sed secundum se non est de- terminata, ergo secūdu se est indeter- minata, & consequēter indifferens.

Confirmatur natura v. c. humana, vel est singularis secundum se, vel non singularis, non primum, quia sic nec posset abstrahi, nec esse in plu- ribus, sicuti nec potest Petrus: ergo de se est non singularis quod est esse vniuersale & commune.

Quinto & vltimo ex Arist. dicen- te, vniuersale esse prius singularibus imo fuit antiqua diuisio in vniuersale ante rem, in re, & post rem: estq. communis conceptio animi, dici- mus enim esse varias flores & her- barū genera, similiter Deum crea- se rerum species in re: genus autem & species vniuersalia sunt, ergo dan- tur in rebus nature communes an- te intellectus opus.

Contrariam sententiam tenuit D. Tho. vbi que suæ doctrinae, & c. 4. de ente & essentia, vbi Caietanus late illam prosequitur, Capreol. 2. d. 8. q. 2. vbi soluit viginti & vnum ar- gumenta Sonzin. 7. Metaph. q. 40. Ni- ph. disputat. 17. Gandau. qu. 24. M. Scot. & Thomistarum, imo Antonius Andr. 7. Metaph. q. 16. in hanc partē inclinat, & est communis Neotheri- corum hic in Porphy.

In hac re primo certum est, quod nulla natura in re est distincta à sin- gularibus: patet tum ex præcedenti articulo, tum ex dictis omnium con- trā sententiam male attributā Plato.

Secundo, certum est quod natura secundum se, hoc est, nuda à singula- ritate, potest dici vniuersalis & com- munis, sed nō est sic nuda nisi per in- tellectum: patet nam in re non est di- stincta à singulari, ergo nō potest di-

ci vniuersalis nisi denudetur, hoc au- tem per intellectum fit.

Vnde infero naturam in re non esse actu indifferentem ad plura sin- gularia, quia cum in re sit cum in il- lis, determinata debet esse ad illa, & non indifferens.

Tertio, certum sit quod natura se- cundum se, nec est vna nec plures nu- mero, licet, vt reperitur in singulari- bus, sit vna vel plures numero. ita S. Thom. 4. c. de ente, & ibidem Caiet. patet, si natura secundum se est vna numero, in pluribus subiectis nō pos- set esse plures numero, & si secundū se esset plures numero, in vno suppo- sito non esset vna numero.

Quarto & vltimo, certum sit, quod nature secundum se sumptæ, hoc est quo ad prædicata essentialia & pas- siones ab illis originatas non conue- nit in differentia ad plura & com- municabilitas: volo dicere, quod na- turæ secundum se non conuenit in- trinsecè quod sit vniuersalis, vel par- ticularis, sed vtrumque conuenit ei per accidens, primum ab intellectu, secundum vero per principia mate- rialia. Probatur quidquid est es- sentia vel passio nature semper est cum ea, & de ea vbi que prædicatur: sed hæc indifferētia cōuenit in re, cū in re sit singularis, vt patet & pro- batum est, ergo nec secundum se, se- cundū, omnis passio, vel essentialia prædicatum nature cōuenit & præ- dicatur de singularibus: constat au- tem quod hæc indifferētia & com- municabilitas, nec conuenit, nec præ- dicatur de Petro & Paulo, v. c. quæ sunt singularia cum de illis non di- catur, quod sunt indifferentes ad plu- ra inferiora: ergo non conuenit na- turæ secundum se. Confirmatur ex Arist. 1. de anima dicente, vniuersale aut nil est aut posterius est intelle- ctione, sicuti et v. de An. q. int, equi- nitas: si inquit, hoc est, de se, nec

Tertio certum pro con- clusio.

Quarto certum, & notan- dū pro- conclusio.

Proba- tur con- clusio.

Secunda opinio S. Tho.

1. Conc. Nulla natura in redi- stingu- tur à sin- gulari. 2. Conc.

vniuersalis, nec particularis, & The. miit. Porph. Alex. sup. citatis asserentibus intellectum facere vniuersale

Quinto, certum sit qd colligitur ex dictis 6 qd cōmunitas negatiua, hoc est indifferētia ad plura cōuenit naturæ per accidens, & solum per intellectum: nam esse cōmunitatem negatiuæ est esse nudā cōditionib⁹ materia lib⁹ & singularibus qd intellectu fit.

Ad argumēta, ad primū eisdem inferentem non potest cōuenire prius omnibus accidentibus, cū dictum sit qd illi accidat esse cōmune negatiuæ, cū illi cōueniat per intellectum.

Ad confirmationem, singulare dupliciter sumitur, primo vt idem est quod vnū numero, & sic est in re, & nō est relatiuū ad vniuersale: secūdo vt idem est, quod habens relationem subiecti & inferioris, & sic est relatiuum vniuersalis, & prædicati, sed sic non est ante opus intellectus.

Ad secundum respondeo, qd omne obiectum præcedit actum 7 potētiz passiue, qualis est intellectus possibilis, & sic in intellectu agere datur vniuersale in actu: nō tamen obiectū præcedit actum potētiz actiue: obiectum enim intellectus agentis, qui est potentia actiua fit ab ipso intellectu cū abstrahat à cōditionibus singularibus, & tunc maneat natura apta ad plura, vt potentia augmentatiua quæ non supponit, sed facit augmentum: vel intellectus possibilis, vt alij volunt, videns singularia conuenientia, suo discursu, relictis illis quibus differunt, id tantū in quo cōueniunt, intelligit, & sic facit vniuersale qd est obiectū scientiæ, & ipsam præcedit, cōditio enim eius est abstractio, prius simplici actu vniuersale cognoscitur, quam fiat præpositio de qua est scientia: sensus autē ab omnibus conceditur, tantum percipere singularia, quia tamen non tantū hoc, vel illud percipit, dicitur ei.

obiectū, non hic vel ille color, sed color vniuersitatis. Ita D. Tho. sapē & cōmunitas sententiā, de quo latius sequentibus articulis: qd in idē incidit, quod alij dicunt obiectū, Quod, sciētiæ & intellectus ipsam præcedere, nō vero obiectum Quo, quod est ratio sub qua & cōditio illius, vt supra dicebam qd vniuersali, artic. 5.

Ad cōfirmationem respondeo, vt patebit, art. 1. 3. vniuersalia rerum cōtrarietatem negatiuæ tantū esse incorruptibilia, hoc est, in illis nequit exerceri corruptio, qd quidem intellectus præstare potest, quia nil aliud est quam denudari à singularibus, in quo corruptio exercetur.

Ad tertium, dico qd similitudo illa in hoc fundatur, quod vterq; est homo, vel albus, & ita sunt vnū forma liter, vt statim dicam: non tamen in alio cōmuni realiter vtrique.

Ad quartū, fateor qd alter terminus duorū qui contradicunt de quolibet debet verificari sine reduplicatiōe, non n. sequitur homo secundū suam essentiā est albus, vel nō albus, cū sit vtrumq; accidens illius: & per hoc patet ad cōfirmationem, vt docet Caiet. 4. de ente, vnde desumpsit Iacobus, 10. Meta. q. 11. Anton. Andr. 4. Met. q. 6. sic non tenet, homo secundū se nō est albus, ergo homo secundū se est non albus. Datur n. antecedens verum & consequens falsum: sic non tenet natura secundū se, nō est particularis, ergo est nō particularis. Similiter nō tenet, natura secundū se nō est determinata, ergo est non determinata. Natura n. secundū se vel dicitur illa in re, & sic patet qd non sit indifferens, vel dicitur naturā à singularitate separata, & sic est cōmunitas negatiue, per intellectum, vel tandē dicitur naturam secundum suam prædicatā essentialia, & sic ex vltima conclusione vtrumque accidit ei.

Ad quintum & vltimū respondeo, qd vni

Alter terminus contradictorius de quolibet verificatur.

Quomodo vniuersale sit prius singularibus.

qd vniuersale dicitur prius singulari quia non valet subsistendi consequentia ab eo ad singulare, v. c. est homo, ergo est Petrus: bene tamen e contra est Petrus, ergo est homo, non est tamen vniuersale actu, nisi per intellectum in antiqua vero diuisione, per vniuersale ante rē: aliqui intelligunt vniuersale Platonicū qd ante singularia ponebatur: sed bene potest intelligi Deus, qui est causa vniuersalis ante singularia creata existens, per vniuersale in re, vniuersale fundamentaliter, de quo procedunt illæ cōmunes locutiones, per vniuersale vero post rem vniuersale per intellectum.

Ad vltimam partē argumenti M. Sor. facile dicit dari genera & species in rebus ipsis, hoc est natura abstractibilis. Secūdo dicit qd hæ prædicatiōes, animal est gen⁹, homo est species, sunt prædicatiōes proprii. Tertio, quod non ex hoc inferitur, qd defendat ipse sententiā Scoti: hoc explicat per duas conclusiones, 2. q. vniuersali, quæ omnia planè sunt falsa. 1.º

Impugnatur opinio Sor. de speciebus ante intellectum.

Primo enim euidenter sequitur dari vniuersale in actu secluso intellectu, sicuti homo est species animalis ita genus & species, sunt species vniuersalis: sed hæc est optima consequentia, est homo in actu, ergo est animal in actu, ergo in simili forma bene inferitur: sunt genera & species in actu, ergo est vniuersale in actu. Ad hoc ex eius familia dicunt quod genera & species, vt dicunt, naturas actu abstractas, sunt species vniuersalis. fecus vero, vt dicitur, naturas abstractibiles, & denominabiles.

Contra hoc est quod genera & species sunt nomina secundarum intentionum: si ergo datur in rebus secluso intellectu genera & species, etiam necessario debent dari secundæ intentiones, quia enim albū de forma si dicit albedinē, si res alba datur in

rerū natura etiam debet dari albedo, constat autē quod genera & species de formali dicitur secundas intentiones. Secūdam vero, planiorum repugnantiā continet 1.º qd enim prædicatur de aliquo, vt proprium eius necessario etiam & per se prædicatur de omni cōtēto essentialiter sub illo, si ergo species vt propriū prædicatur de homine, etiam de Petro prædicabitur. Ad hoc quidam dicunt quod proprium aliud fuit ab essentia, v. c. risibile, & tale de omni cōtēto prædicatur, sicq; species non prædicatur de homine: aliud vero dicitur proprium, quod nō fuit ab essentia rei, sed tantum conuenit per ordinē ad aliquam potētiam exteriorē, vt esse obiectum visus propriū est hoc modo coloris, cui conuenit per ordinē ad potētiam visiuam: sicq; hominis proprium est species, per ordinē ad intellectum, & tale proprium nō dicitur de omni cōtēto.

Cōtra quod proprium etiam secundum quid, debet esse proprium alicuius naturæ determinatæ, assigna ergo naturā cuius sit propriū esse speciem, si humanæ non conuenit leoni: & ita leo nō erit species, quod est absurdū, si dicas esse propriū alicuius naturæ superioris ad hominē & leonem, &c. Sequitur qd nō prædicatur de homine, nec leone, quia tale proprium per illos, non prædicatur de cōtēto.

R. 1.º his omnib⁹ omisis, solū dari in re, intellectu secluso, genera & species fundamentaliter, a modo qd datur vniuersale. Dices in re datur vniuersale formaliter, quæ nō est singularis, quia hæc est materialis, non formalis, ergo vel est specifica, vel genericæ formaliter, ac consequenter formaliter datur genera & species in re, quia vniuersalis formalis est priuatio & carē: diuisionis formalis, quæ datur in re hoc arg. peti art. sequentē.

Impugnatur secundum dictum M. Sor.

Respondet Auth. arg. vltimo ex proprijs.

ARTICVL. III.

Verum ante opus intellectus de
tur in rebus vnitas formalis?

Multi erant Metaph. hac quaestio-
nem concernentia, ea tamen solu affe-
rae quae necessariae praesentia iustitiae,
& Logicae disputationi.

Pro quo recordandum est qd supra,
q. 1. praamb. art. 3. dicebamus de vni-
tate, vnum ergo nil aliud est quam
ens indiuisum in se, solu namq; ad
enti priuationem diuisionis, cu vero
diuisio duplex sit, materialis, s. quae
fit per principia materialia numer-
ca, & formalis quae fit per principia
formalia scilicet & ess. nra, duplici-
ter est etiam aliquid vnu, primo ma-
terialiter numericè, vt Petrus. & cu
do formaliter, vt Petrus & Paulus,
qui sunt plures numero, quia habent
plura principia distincta numero. v-
num tamen formaliter, quia no dif-
ferunt per principia formalia essen-
tialia: quãdo vero aliqua, in aliquibus
principijs formalibus differunt, licet
in aliquibus conueniant, vt homo &
equus dicuntur simpliciter distincta
formaliter, secundũ quid vero sunt
vnum formaliter.

Secundo, sciendum & ex dictis in-
fertur quod maxima vnitas est nu-
merica, quae nullam etiam diuisio-
nem, secundo est vnitas formalis sim-
pliciter, quãdo scilicet vdiectũ est, no
diuiduntur aliqua formaliter, sed ta-
tum realiter numericè, vt Petrus &
Paulus: deinde vero est vnitas forma-
lis secundum quid, iam dicta quae ra-
to minor est, quanto pluribus princi-
pijs formalibus differunt, vt homo,
& lapis, sensu differunt augmento
& intellectu.

Son. 7. Metaph. q. 42. negat 3 sed
quod solo in intellectu datur talis
vnitas probat. 1. ex Arist. 2. Methap.
c. de vno, vbi agens de vnitate, nume-

ransque omnes modos illius, no me-
minit vnitatis formalis, necessario er-
go reducenda est, ad genericam vel
specificam quae intellectu fit.

Confirmatur, quia quidquid est
in re singularizatum est, ergo homo
qui reperitur in Petro, & animal si-
militer singularizata sunt, non ergo
sunt vnu formaliter, sed materiali-
ter tũ, vsq; dum aduenit intellectus.

Secundo, vnitas sequitur ens, sicut
rationalitas hominẽ, cum ergo à par-
te rei sint duo entia Petrus & Paulus,
non erunt vnu, & minus formaliter.

Caiet. vero c. 4. de ente, & Scot. in
2. d. 3. q. 1. ponunt 4 vnitatem forma-
le à parte rei secluso intellectu, quae
fit minor vnitate numerica: differt
autem Caiet. ab Scot. quia hic ponit
illam vnitatem genericam, vel spe-
cificam, vel transcendentalem, qua-
lis fuerit natura: ille vero solum di-
citur dari vnitatem formalem, quae fit
fundamẽtum vnitatis genericae, vel
specificae, & c.

Probat autem Scot. 1. priuatiua
vt nos etiam supra dicebamus, co-
gnoscatur per postiuua: constat au-
tem qd in re datur diuisio materialis
& formalis, cum à parte rei sit distin-
ctio formalis secundũ quid inter ho-
minem & equum, & materialis sim-
pliciter inter Petrum & Paulum, er-
go necessario, debet dari etiã in re
vnitas materialis & formalis.

Secundo, quia multa concedimus
quae non possunt sine ista vnitate sal-
uari, vt qd in vnoquoq; genere est vna
species quae fit materia & mensura
aliarũ. Secundo qd vnum contraria-
tur vniterio relationem similitudi-
nis fundari in vnitate qualitatis, qua-
titatis, & substantiae, quae non possunt
intelligi de vnitate materiali, necessa-
rio ergo est ponenda vnitas forma-
lis à parte rei. Alia arg. facilia omittõ.

Dico 1. secluso intellectu datur in
re carẽtia diuisionis formalis, patet
in re

Vnum
quid sit.

Maxi-
ma vni-
tas est
numeri

Prima
senten-
tia Son-
zi. nega-
tina.

4
Secũda
tenten-
tia affir-
matiuua
Caieta.
& Scot.

Argu. i.

6
Explica-
tur cõcl.
2 quod
carentia
diuisionis
no sit
propriã
priuatio

7
Impug-
natur
modus
dicendi.

re datur carentia realis visus, & rea-
lis carentia lucis in aere, quae nil
aliud est quam subiectum realiter
priuatum forma, sed in re datur na-
tura. V. g. hominis non diuisa per
principia formalia, quae realiter ca-
ret diuisione per principia formalia:
ergo necessario in re datur carentia
diuisionis formalis quod magis se-
quenti conclusione explicatur, &
roboratur.

Dico secundo, carentiam diuisionis
formalis esse à parte rei, sufficit
ad hoc vt detur vnitas formalis à
parte rei, patet ex Aristot. vb. sup. do-
cente vniuersaliter, omnia quae ca-
rent diuisione eo modo sunt vnum,
quod ergo caret diuisione formali
erit vnum formaliter.

Secundo, ratio est, si aliqua ratio-
ne non sufficeret maxime quia est
diuisiua immaterialia: hoc tamẽ nõ
obstat, quia vnitas formalis non di-
cit. quod sit diuisiua materialiter,
vel non, sed tantum quod sit indiuisi-
ua formaliter.

Et sic 6 procedit ratio facta pro
prima conclusione, cum dico caren-
tiam dicere subiectum priuatum for-
ma, non enim ibi strictẽ summo pri-
uationem nec carentiam, quia licet
respectu vnitatis secundũ quid, hoc
est vnitatis genericae, ita possit in ri-
gore usurari, quia subiectum aptũ
est diuidi per principia formalia, nõ
tamen subiectum vnitatis specificae
& simpliciter, quae nec suscipit mag-
is nec minus, consistitque in indiui-
sibili, quod diuisione caret largẽ
sumpta carentia, hoc est non diui-
sum, per principia formalia, non
quod sit aptum diuidi per illa. Et cõ-
trarium, scilicet quod talis carentia
diuisionis sit, priuatio strictẽ & rigo-
rosẽ, quod multi codices tenaciter
defendunt. Profecto falsum est, quia
sequeretur quod à parte rei 7 nec
datur vnitas formalis nec materialis.

pro sequentiã, priuatio est carẽtia for-
mae in subiecto apto ad habendã illã
formam, sed à parte rei quodlibet in-
diuiduum. V. g. Petrus non est aptus
diuidi formaliter nec materialiter,
ergo non est vnus à parte rei forma-
liter, nec materialiter, quod Petrus
non sit aptus diuidi formaliter nec
materialiter, Probo, quia non est di-
uisibilis per principia materialia,
nec est diuisibilis per principia for-
malia, quia non habet superiora nec
inferiora, in quae diuidatur, ergo.

Ad hoc argumentum quonia dif-
ficile est multi variẽ Respondet, qui
dam enim dicunt, quod priuatio est
duplex, alia perfecta, alia imperfecta:
perfecta est carẽtia formae in
subiecto apto ad habendam illã for-
mam secundum se & secundum pro-
priam rationẽ, qua ratione carẽtas
in homine est priuatio perfecta vi-
sus, quia homo secundum se & se-
cundum propriam rationẽ est aptus
ad videndum, imperfecta est quae di-
cit carentiam formae in subiecto ap-
to ad habendam illam formam non
secundum se & secundum propriã
rationem, sed secundum communẽ
rationem & secundũ superius prædi-
catũ, qua ratione talpa dicitur cõca
ab Antotele. 5. Metaph. c. de priua-
tione, non quia sit apta ad videndã
secundum se & secundum suam pro-
priam rationem, quia à natura non
sunt illi dati oculi, vt docet Arist. 2.
de anima, sed quoniam est apta se-
cundum rationem communem, &
secundum genus, scilicet secundum
quod est animal, Respondent ergo 8
quod carentia illa diuisionis forma-
lis aut numeralis nõ est priuatio per-
fecta sed imperfecta, quia quãuis
Petrus secundum se, & secundũ pro-
priam rationem non sit aptus diui-
di formaliter aut materialiter, est
tamen aptus diuidi secundum ratio-
nem communem, & superius prædi-
catũ.

Solutio
contra-
ria.

Reijci-
tur solu.

catum: nam in quantum homo est diuisibilis materialiter, & in quantum animal est diuisibilis formaliter: sed hæc solutio communis non placet eo quod argumenti difficultas non euacuat. Et probatur, nihil est a parte rei, nec superius nec inferius quod sit aptum diuidi formaliter aut materialiter, ergo nihil est a parte rei priuatum diuisione formali aut materiali, & per consequens nihil est a parte rei quod sit vnum formaliter aut materialiter. Probatur antecedens, quia a parte rei nihil est diuisibile formaliter, nec materialiter: ergo nihil est a parte rei aptum diuidi formaliter aut materialiter: Probatur consequentia, quia sunt idem diuisibile & aptum ad diuidendum, sicut idem sunt risibile & aptum ad ridendum: quod autem nihil sit diuisibile a parte rei formaliter nec materialiter: probatur, quia omne diuisibile formaliter aut materialiter debet esse commune partibus diuisis sicut omne diuisum est commune membris diuidentibus, sed a parte rei nihil est, nec superius nec inferius commune, sed quod cuiusque est singulare, quod est prorsus indiuisibile, vt probatum est: ergo nihil est a parte rei nec superius nec inferius diuisibile, atque adeo nec aptum ad diuisionem formalem, nec ad diuisionem materialem.

Cōfirma-
tur ratio

Et confirmatur hęc ratio, quoniam a parte rei nullum est prædicatum superius quod sit actus diuisum aut materialiter aut formaliter: ergo nullum est prædicatum superius diuisibile, nec aptum ad diuisionem formalem nec materialem, & consequenter a parte rei non est Petrus aptus diuidi nec secundum se nec secundum superius: consequentia tenet, quia quod semel diuisum est amplius diuidi non potest: antecedens probatur, quia homo qui est communis non repe-

ritur a parte rei nisi in hoc vel illo homine & animal quod est commune non reperitur nisi in homine vel in equo sed in Petro & Paulo, homo est diuisus materialiter, & in homine & equo animal est diuisum formaliter: ergo nullum est prædicatum a parte rei superius nec inferius quod sit actus diuisum formaliter vel materialiter.

Cōfirmatur secundo quia a parte rei nullum est commune, quod non sit particularizatum, vt homo a parte rei tantum reperitur in hoc vel illo homine & animal in hoc vel illo animali, ergo sicut hic homo vel hoc animal non est diuisibile formaliter nec materialiter sic nec superius prædicatum. Secundo ad idem, quia si vnitas formalis est priuatio imperfecta, scilicet carentia diuisionis in subiecto, apto diuidi, non tamen secundum se sed secundum superius, sequetur quod ens non esset vnum formaliter: probatur sequela, quia non habet aliquam rationem communem nec superius prædicatum ratione cuius sit aptum diuidi, est tamen diuisibile per inferiores differentias secundum se & secundum propriam rationem, & tunc sequetur quod ens esset magis vnum quam homo, iam est vnitas quæ reperitur in ente esset maior illa quæ reperitur in speciebus infimis: pro sequela, quia vnitas est priuatio diuisionis ergo quo maior & perfectior fuerit priuatio eo maior & perfectior erit vnitas: sed priuatio quæ reperitur in ente est maior & perfectior quam priuatio quæ reperitur in speciebus infimis: ergo vnitas quæ reperitur in ente erit maior & perfectior, quam vnitas quæ reperitur in speciebus infimis: minorē probo, quia priuatio quæ reperitur in ente est carentia forme in subiecto apto secundum se & secundum propriam rationem, & hæc dicitur priuatio perfecta: priuatio autem quæ reperitur in speciebus infimis est carentia

Cōfirma-
tur. 11

13
2. Argu-
gnatur.

13
Conf. 4.

14
3. Argu-
impu-
gnatur.

formæ in subiecto apto non secundum se, sed secundum rationem communem, & superius prædicatum, & hanc ipsi vocant priuationem imperfectam: ergo maior & perfectior est priuatio quæ reperitur in ente, quam priuatio quæ reperitur in speciebus specialissimis & consequenter vnitas. Sequeretur etiam quod esset maior vnitas quæ reperitur in naturis genericis quam quæ reperitur in speciebus infimis quod est contra doctrinam superius traditam & ab ipsis concessam.

Cōfirmatur quarto, quia fallum est quod Petrus sit aptus diuidi secundum superius & non secundum se, quia quod conuenit alicui ratione sui superioris conuenit per se, ita vt non possit illi repugnare ratione inferioris differentia, sicut quoniam aptitudo ad ridendum conuenit Petro ratione hominis, adeo conuenit per se, sed aptitudo ad diuisionem formalem, vel materialem conuenit Petro sui superioris prædicati ratione: ergo conuenit eodem Petro quod sit diuisibilis secundum se formaliter & materialiter, ita vt illi repugnare non possit ratione differentia, & consequenter secundum se esset Petrus aptus diuidi in plura formaliter & materialiter, atque adeo esset commune pluribus quod est ridiculum.

Tertio ad idem hæc nostra ratio, quia fallum est quod talpa habet aptitudinem ad videndum secundum genus, quod exemplum fuit tota ratio nunc de ceptionis, quoniam si aptitudo ad videndum conueniret talpæ secundum genus simpliciter, & per se illi conueniret, nec repugnare posset ratione differentia: probatur, quoniam differentia contrahens genus ad species non destruit genus, sed potius illud perficit in suis speciebus: ergo si aptitudo ad videndum conueniret talpæ secundum genus non posset illi repugnare ratione differentia, sed potius conueniret illi secundum se & abso-

lutè, sicut ergo homo secundum se & secundum propriam rationem est mortalis materialis & corporeus, quamuis hæc illi conueniant ratione generis non minus quam eidem competit risibilitas ratione differentia: sic etiam si talpæ conueniret aptitudo ad videndum secundum genus conueniret illi quidem absolute nec repugnaret ratione differentia, atque adeo non minus proprie est cæca, quam homo diceretur imbecille supra ad videndum.

Et confirmatur hoc ipsum, quia passio generis æqualiter participatur ab speciebus sicut essentia, sed essentia generis scilicet animalis æqualiter participatur ab homine & talpa, ergo passio animalis, aptitudo scilicet ad videndum æqualiter participatur ab homine & a talpa: probatur consequentia, quia impossibile est vt passio oriatur in specie a genere & a differentia, vnde si aptitudo conuenit vni speciei ratione generis omnibus pariter conuenit: atque adeo nunquam conuenit a differentia sicut æqualiter, talpa & homo corruptibiles & mortales, quia ratione generis hoc illis conuenit quod æqualiter participatur ab omnibus speciebus ita æqualiter essent apti ad videndum atque adeo eque & perfecte vnde priuati & cæci cuius contrarium docet Aristoteles, locuta to, quid autem vellet Aristoteles appellat talpam ex eodem loco citato dicem? inferius.

Tandem displicet hæc solutio, quia cum habitus & priuatio versentur circa idem obiectum, scilicet subiectum, ridiculum est ponere in Petro priuationem diuisionis formalis & materialis, in superiori verò aptitudinem ponere est enim ac si in homine poneres priuationem visus, & aptitudinem in lapide.

Propter hoc Argumentum alij dudentes a parte rei nihil esse diuisibile formaliter nec materialiter ne

11
Confir. 3
Argum.

16
Ultimè
impugnatur.

17
Alia solutio a-
liorum.

aptum sit diuidi, sed omnia diuisa esse, aliter proposito argumento respondent 17 dicentes a parte rei Petri esse vnu formaliter & materialiter in illoq; esse priuatione diuisionis formalis & materialis, quamuis aptitudo ad diuisionem non sit in natura nisi prout est in intellectu, vel per intellectum, quatenus abstracta a singularibus, atq; ad eod prout est in intellectu potest diuidi formaliter vel materialiter non prout est indiuiduum a parte rei, & sufficit quod natura sit apta diuidi per intellectum, quauis non sit apta a parte rei, sed prout est in intellectu, per quam operationem conuenit aptitudo.

Sed hac solutio falsa est 18 & si vera esset argumenti difficultatem non euacuat, falsa quidem est, quia potentia ad actum realem debet esse realis, sed diuisio formalis ac materialis est actus realis, ergo aptitudo ad diuisionem formalem vel materiale debet esse realis, & consequenter debet conuenire natura a parte rei, sicut conuenit diuisio & non per intellectum, nam prout est in intellectu est quid rationis. Et etiam si vera esset solutio, non soluit argumenti difficultatem, quia vnitatis formalis est priuatio diuisionis formalis & priuatio est carentia forme in subiecto apto, prout aptum est, sed a parte rei non est indiuiduum vel natura quae sit apta diuidi, sed tantum per intellectum, ergo tantum est priuata per intellectum, & consequenter a parte rei non est vnitatis formalis, & confirmatur, quoniam si ad rationem vnitatis formalis sufficeret quod a parte rei datur natura carens diuisione formali, apta tamen diuidi per intellectum, sequeretur quod a parte rei daretur vnitatis specifica. Probatu sequella, quia a parte rei est natura carens diuisione specifica, quauis non sit apta diuidi specificiter.

nisi per intellectum. Propter hoc argumentum alij concedunt superiora, diuisa esse formaliter & materialiter, & nihilominus diuisibilia & apta ad diuisionem, quoniam existant duplicem esse potentiam, aliam contradictionis, vt potentia ad esse & non esse, quae non destruitur quolibet actu adueniente sicut videmus quod homo aptus ad videndum si actu videt non amittit aptitudinem, sed retinet illam: ita dicunt naturam esse diuisam formaliter & materialiter actu diuisibilem tamen & aptam, adhuc ad diuisionem. Sed hac solutio seipsam destruit. Duplex enim est potentia, alia ad actum perfectientem ipsam potentiam vt potentia visiva, quae perfectitur actu videndi alia ad actum destruentem ipsam potentiam vt potentia diuisibilis in continuo, si enim continuu quod est diuisibile in semper diuisibilia diuisum esset in omnem partem amplius diuidi non posset: quonia actus diuisionis exhaustit potentia diuisibilis. Si ergo natura diuisa est a parte rei in omni modo, quod diuidi potest formaliter scilicet & materialiter non maret amplius diuisibilis, nec apta ad diuisionem, & consequenter, nec priuata, quia actus diuisionis destruit potentiam diuisibilis, nec est noua doctrina ista modusque dicendi, sed expressa S. Tho. 1. p. q. 11. ar. 1. vbi disputans, an vnum addat aliquid supra ens. Respondet tantum addere negationem diuisionis, & de veritat. q. 2. 1. artic. 5. ad. 7. idem docet & Capreol. in. 1. d. 24. q. 1. landun 4. Meth. q. 4. Sonz. q. 20. Flandr. q. 3. label. q. 5. Arist. 22. vero talpam non appellat caeca aptitudinem positiuam secundum genus, nam si ita esset, non posset illi repugnare ratione differentiae, sed appellatur caeca aptitudine negatiua, quia non

19' Tertia solutio alioru.

20 Impugnatur tertia solutio.

21 Data doctrina est. S. Tho. & Thomistarum.

22 Explicatur Arist. de appellat. talpa caeca.

repugnat talpa aptitudo ad videndum ratione generis, non ita vt carentia oculorum in ipsa sit vere & proprie priuatio, sed largo modo sumpta priuatione pro negatione, in quo sensu plantam vocat etiam Aristot. oculis priuata: est enim multiplex priuatio vt late in Postpradicamentis dicimus, & Arist. docet, quod facile potest videri: quidquid alij dicant.

23 Tertia & vltima conclusio.

Iam dico tertio & vltimo natura secundum se & vbique conuenit esse vnam formaliter, sensus est, non quod in re sit vnum commune Petro & Paulo, sed eorum naturas non esse distinctas per principia formalia, sed tantum per materialia & numerica, nec est vna priuatio vel negatio diuisionis (indiscriminatim deinceps his vocibus viar) in vtroque; quia nequit vna priuatio esse in duobus subiectis, sed duae priuationes & vnitates formales, quae licet distinctae in re dicuntur vnum formaliter, quia essentiae tantum distinctae sunt numericè, nec aliud intendit Caiet. nec magis probat Scot.

24 Explicatur inbo Caiet. & Scot.

Patet, quia vnitatis formalis ex dictis nil aliud est quam indiuisio per principia formalia quae datur in natura vbique. Confirmatur ex Arist. 4. Meth. text. 10. docente, quod non est vnum, non est definibile nec intelligibile, ergo quod est intelligibile, & definibile est vnum formaliter: natura autem secundum se & vbique est definibilis & intelligibilis, ergo.

Secundo, quia aliter sequitur quod Petrus non plus distinguitur a lapide quam a Paulo, quia in nullo plus conuenit cum paulo quam cum lapide, ergo non plus distinguitur a lapide quam a Paulo: conueniens est plus quam falsum, ergo.

25 Replica contra dicta.

Sed contra hanc rationem, & conclusionem simul dices, Petrus & Paulus ante intellectum conueniunt

in aliquo, ergo datur vniuersale formaliter ante intellectum, quod est vnum commune multis: consequentia tenet, quia quaecunque sunt vnu, in eo quod sunt vnum non distinguuntur, ergo conueniunt, & consequenter datur vniuersale. Respondet, quod aliqua duo esse vnum formaliter, stat dupliciter: primo positiuè, quando participant aliquid reale. quod in quolibet participante manet indiuisum, sicut in Trinitate contingit, vel etiam si fingeremus vnam albedinem numero indiuisam in diuersis subiectis numero inhaere. e. Secundo priuatiuè, non quia conueniunt in aliqua natura in diuisa numero in illis, sed quia non distinguuntur modo explicato in conclusionem: ex quo fit quod esse vnum formaliter, est quid superius ad esse vnum formaliter priuatiuè & positiuè, & per hoc patet ad argumentu, quia committitur fallacia consequentis arguendo a superiori ad inferius affirmatiuè, vnde non valet, sunt vnu formaliter, ergo positiuè, nec non distinguuntur, ergo conueniunt.

Respon.

26 Replica tur. 2.

Dices secundo, haec vnitatis formalis est negatio aut priuatio diuisionis negatio autem aut priuatio non suscipit magis aut minus, quia vnus homo mortuus non est magis mortuus quam alius, ergo nec vnitatis vna est maior aut minor alia. Responderetur quod in ordine ad habitum suscipiendi magis aut minus priuatio dicitur suscipere quauis secundum se non suscipiat, vt patet in aere, quod ratione lucis dicitur magis vel minus tenebrosus, & sic vnitatis suscipit in ordine ad diuisionem quae est capax magis & minus: vel secundo, quod priuatio in facto esse non suscipit magis & minus vt est mors, bene tamen in fieri vt infirmitas, & ita vnitatis formalis quae reperitur in naturis genericis est priuatio in fieri & ideò.

ideo potest esse maior vel minor, quia non dicit carentiam totius diuisionis formalis, sed partis eius, secus est de vnitae numerica, &c. Vbi considera quod hac vnitae formalis conuenit nature ante omnem singularitatem, & vniuersalitatē, & in illo priori nature, hac vnitae dicitur realis, si ens reale consideretur, vt distinguitur contra ens rationis, qualiter ea, quae sunt in potentia dicuntur esse realia, quia non sunt entia rationis, vt rosa in hyeme. Illa verò vnitae in illo priori est in potentia in natura ipsa: si verò ens reale consideretur vt distinguitur contra ens existens, sic illa vnitae non est ens reale, sed ens reale in potentia.

Secundo, natura abstracta à singularitate non est vna numero, & singularis, ergo vniuersalis, quia alterum semper habet. Tercio, vniuersalitas est denominatio ab actu, quo natura cognoscitur sine singularibus, sed quando est abstracta denominatur sic cognita, ergo est vniuersalis. Quarto, per notitiam comparatiuam cognoscitur vniuersalitas: ergo iam antea erat, quia obiectum praedit actum potentiae cognoscentis precipue passiuam.

Quinto & ultimo in comparatione natura illa est actu praedicabilis, ergo ante comparationem est apta nata praedicari: ergo per abstractionem fit vniuersalis: consequentia tenet, quia ex Aristotele supra articulo secundo vniuersale dicitur quod est aptum de pluribus dici.

Secunda sententia, quae modo fertur communis est vniuersale fieri tantum per comparationem nature ad inferiora, ita expresse S. Thom. 1. p. q. 2. art. 1. & aperte Perhier. lectione. 1. p. & alij. Sonz. 10. Metaph. q. 15. Iabel tractatu de transcendentibus. cap. 2. Caietan. 1. p. quaest. 28. articulo primo. vbi etiam Canariensis, & ea 4. de ente prope finē, S. Responso autem, & c. Thomistij 1. de anima. cap. 4. Ferrar. 1. contra gentes cap. 11. & aliorum, qui ens rationis tantum dicunt esse cum cognoscitur.

27 Argum. Sonz. soluntur.

Ad argumenta 27 Sonz. ad primū Aristoteles numerat vnitatem formalem inter specificam, quia quantum ad priuationem idem sunt, differunt tamen modo dicto, quia ista intellectum petit, secus illa. Ad confirmationem etiam in illis vnitatibus materialibus reperitur in re vnitae formalis. Ad vltimum duo individua materialia, sunt duo distincta materialiter, vnum tamen formaliter, id est non diuisa per principia formalia. Ad argumenta Caietan. & cor. patet ex fine tertiae conclusionis.

ARTIC. V.

V. Vniuersale fiat per abstractionem, vel per comparationem?

1 Prima sententia Sot. & Aitud.

Prima sententia affirmat fieri per abstractionem, & videtur S. Thom. 1. p. q. 2. art. 2. ad secundum, qui ait ad abstractionem consequi inuentionem vniuersalitatē, ita Soto, & alij Astudillo. 1. Phy

Suadet.

2

3

4

5

Secunda sententia Thomist. & Can.

Pro-

Suadet.

2

3

Solu arg. 1. habet vim.

3 Quomodo fiat noster modus intelligendi pro hoc statu

Probatu primò, vniuersale pro formaliter est ens rationis, ergo non est antequam cognoscatur, ergo impossibile est quod fiat per abstractionem, quia in ea nulla reperitur cognitio, constat autem quod cognoscitur vniuersale formaliter & relatiue est per comparationem ad singularia vniuersalitas enim est relatio ad illas ergo non est actu ante comparationem.

Secundò solet probari, quia si fieret per abstractionem daretur vnum relatiuum. V.g. genus sine alio. V.g. specie quod fieri nequit cum relatiua dicantur ad conuertentiam, sequela patet immediatè relatiuum generis est species, & ei immediatè subiecta, abstractaque à singularibus, aliter non esset actu species, sed indiuiduum, sed possum ego cognoscere animal in communi, & ipsum abstrahere antequam abstrahatur homo. V.g. ergo si tunc animal est genus dabitur sine specie correlatiua.

Primum argumentum è fundamentum est huius sententiae, nam secundum (& alia quae fieri possunt) dilui posset dicendo relationem vniuersalis, & praedicabilis esse relationes vt aptitudinales & ita satis est vt possit exiltere terminus, vt potentia habet relationem aptitudinalem ad actum etiam antequam sit actus, secus est de relatione praedicati actualis, quae petit subiectum actu.

Pro explicatione veritatis, primò recolendum est in memoriam, quod articulo primo huius materiae dicebam, scilicet quid, & quod duplex sit intentio, quid etiam, & quod duplex sit conceptus tam formalis, quam obiectiuus.

Secundò sciendum quantum attinet ad praefens institutum non ostendit medium intelligendi ita fieri, quod acceptis speciebus in sensu rerum quas sentimus, statim in in-

terioribus sensibus producuntur ab actu, vel specie sensus exterioris, ab speciebus rerum singularium priorum speciebus representatiuae, deinde verò vel intellectus agens (quado per imaginatiuam videmus similia singularia speciem singularem quasi illuminans, sicuti sol colores, facit vt appareat nuda quidditas & essentia rei non apparentibus conditionibus singularibus) producit speciem representantem naturam illis communem, vel vt alij volunt quod probabiliter dicitur intellectus possibilis videns primum similia singularia id tantum in quo conueniunt, deinde percipit.

Tertio sciendum est vt supra: hanc representationem per speciem, scilicet vel cognitionem nature in communi, dici abstractionem, quia abstrahitur, & denudatur à singularibus, postea verò intellectus reflectens videt illam naturam sic conceptam communem esse, & in differentem multis. Prima ergo cognitio dicitur absoluta, & abstractio intellectus possibilis. Secunda verò dicitur notitia, vel cognitio relatiua, & comparatiua, quia in ea consideratur quomodo se habet natura ad sua singularia. Quae ratio ergo est vtum fiat vniuersale hac sola notitia comparatiua, an etiam antea per abstractionem.

Prima conclusio 6 per abstractionem speciei, vel cognitionis nature in communi, potest dici natura vniuersalis, ita etiam M. Cumel. 1. p. q. 13. art. 7. concl. 3. Probatu primò, quia hoc non è vniuersale frequentissimè sumitur pro fundamento proximo, natura scilicet communi per abstractionem autem cum tantum commune representetur manet communis, ergo dici potest vniuersalis.

Secundò, natura dicitur absolute singularis, quia in re est contracta per

5 Quid dicitur abstratio.

6 1. concl. in hac re

per singularitatem, licet non habeat actu relationem rationis subiecti singularis, ergo quia est denudata per intellectum à singularitate, licet non habeat actu relationem rationis, que est vniuersalitas absoluta, dicitur vniuersalis.

Confirmatur, quia si ille homo vniuersalis attributus Platoni existeret, licet non habet relationem rationis actu vocaretur vniuersalis, constat autem quod per abstractionem ponitur natura in intellectu illo modo obiectiue: potest ergo dici vniuersalis, hoc autem vniuersale dici solt Metaphysicum, vt autem habet relationem rationis actu, quæ est vniuersalitas dicitur vniuersale logicum, sed quidem hæc nomina non magno iure imposita sunt, cum multæ naturæ vniuersales pertineat ad Physicum & Mathematicum, &c. imò ipsa relatio vniuersalitatatis non ita per se pertinet ad Logicum, sicut ad Metaphysicum, vt dicebam articulo. 1. q. 1. licet ab eo sumatur, quia vniuersalia componunt modos sciendi, de quo infra.

7 Secunda conclusio ante notitiã comparatiuam datur relatio rationis quæ est vniuersalitas in fundamento proximo, vt cæcitas est, & tenebræ antequam cognoscantur. Probat, quia sicut esse visionem extrinsecam patietis, & manum dextram columnæ est fundamentum, vt ille denominationes intellectæ, sint actus, ita meam cognitionem esse extrinsecam naturæ in communi cognitz est fundamentum vt illa negatio singularitatis, & indifferentia ad singularia quando cognoscatur, sit actus, & relatio rationis.

8 Valdecōsiderandum quomodo sit res præter obiectu. Vbi aduerte 8 per productionem speciei intelligibilis non ita prædicatur naturam vniuersalem, etiã in fundamento proximo, bene tamẽ per cognitionem, quia vt tertio de

anima Deo dante videbimus, species non representat formaliter, aut proprie naturam, sed tantum effectiue, quia est principium actus, & cognitionis, qua formaliter representatur natura, vt semen est instrumentum effectiuum, quo generatur homo, vnde species facit cognoscere potius quarto illo modo, scilicet effectiue quam representat, quod tantum est instrumentaliter, modo exposito formaliter & obiectiue, non effectiue, nam illud instrumentum est excitando non efficiendo, dicitur tamen representare largè quia licet effectiue facit intellectui rem præsentem, & ita representata natura dicitur etiam vniuersalis, licet non tam proprie, nec enim species est signum instrumentale, quia illud est, quod cognitum excitat alterius cognitionem: non est autem opus, vt cognoscatur species ad cognitionem rei representatæ, nec etiã vt patet est signum formale, nec representat obiectiue, quia non est id quod potentia est obiectum, sed instrumentum effectiuum cognitionis obiecti, & idcõ se tenet ex parte obiecti: hæc tamen ratio instrumenti ratione dicta non facit signum instrumentale, aliter, intellectus, qui est instrumentum cognitionis, esset signum instrumentale. Ex hoc habes quid sibi velit Caiet. & alij dum vocant speciem impr. s. m. spe. ciẽ tantum à materialibus abstractã, speciem verò expressã, speciem formaliter naturam representantem.

Aduerte secundò pro tertia conclusione antequam statuatur ex supradictis quod cum esse vniuersale, vt dixi ex M Soto sit esse cognituum conceptu communi in hoc (vt tunc cepti explicare) inuoluitur 10 denominatio & relatio vniuersalis, quia scilicet respicit actum intellectus immediatè communem in representando pluribus, & mediatè ipsum intellectũ, inuoluitur etiã relatio, qua natura respicit inferiora, vt clarè M Soto. q. & Corol. 3. quid autem sit hæc relatio hoc exemplo explicatur. Vt enim superior denominatur superior à subdito, quia sci licet habet subditum, & subditus à superiori dicitur subditus, quia scilicet habet superiorem, ita hæc secunda relatio vniuersalis, quæ proprie & communiter vocatur vniuersalitas, & ab ea proprie natura vniuersalis est denominatio ab inferioribus, quia scilicet habet inferiora, & relatio inferioris est denominatio à superiori, quia scilicet habet superius & commune, & ita videbimus infra quinque vniuersalia prædicabilia scilicet) nõ distingui penes distinctionem actu intellectus, sed penes inferiora & modos, quibus ea respiciunt.

Explicato in Summ. 1. p. c. 3.

10 In vniuers. ale. inuoluunt. duo.

11 Vlt. con. clu. Aut. direct q.

12 Actu cognosci equalis & potentia dicit ens ratio n. s.

præsentando pluribus, & mediatè ipsum intellectũ, inuoluitur etiã relatio, qua natura respicit inferiora, vt clarè M Soto. q. & Corol. 3. quid autem sit hæc relatio hoc exemplo explicatur. Vt enim superior denominatur superior à subdito, quia sci licet habet subditum, & subditus à superiori dicitur subditus, quia scilicet habet superiorem, ita hæc secunda relatio vniuersalis, quæ proprie & communiter vocatur vniuersalitas, & ab ea proprie natura vniuersalis est denominatio ab inferioribus, quia scilicet habet inferiora, & relatio inferioris est denominatio à superiori, quia scilicet habet superius & commune, & ita videbimus infra quinque vniuersalia prædicabilia scilicet) nõ distingui penes distinctionem actu intellectus, sed penes inferiora & modos, quibus ea respiciunt.

Tertia conclusio, relatio vniuersalitatatis nõ est actu, nec habet esse rationis, antequam cognoscatur relatiua notitia, & comparatiua: quia ens rationis tantũ est actu cognoscitur, & hoc probat etiã primũ Argumentũ sententiæ. nam secundũ iam solutum est tibi. Adde quod licet relectio vniuersalis esset actualiter petens actu terminũ, factis esset cum habere quãdo existit actu cognita notitia comparatiua, & per abstractionem est in fundamento proximo, quia natura. V. g. hominis, ex parte sui nihil dicit, vt comparatur, & intelligatur communis, præferunt quoniam patebit an species subiectionis inponat abstractionem.

Vbi considera quod licet hæc relatio vniuersalitatatis, similiter, cognosci videri, esse dextrã columnã, &c non sint actu entia rationis antequam cognoscantur, cum hoc tamẽ sic debet intelligi quod dũ sunt in esse cognitio etiã in imaginatiua, vel alterius potentia actu representante rem, esse actu entia rationis, antequam ab

intellectu cognoscantur, quia habere esse rationis tantũ est habere esse in extrinseco cognoscere, hoc autẽ quod est esse obiectiue in intellectu, nõ est magis ens rationis, quã esse obiectiue in imaginatiua, nisi ex nominis æthymologia, qui scilicet intellectus dicitur ratio, & communiter dicitur ens rationis tantum habere esse in intellectu, intelligentes per esse in intellectu, esse in quibus potentia in esse representato, & cognito, quod patet, quia dũ imaginamur chimerã est actu ens rationis fictũ, tribuntur autem esse entis rationis intellectui vt potentia Architectonicæ, & superiori omnia cognoscenti.

Argumentũ primæ sententiæ tantum 13 probant duas primas conclusiones, nec aliud intendit S. Tho quia tamen videtur aliquid aliud probare. Ad primum, dico quod sicut in re natura contracta non est singularis logicẽ, id est, non habet relationem subiecti, & inferioris, ita nec abstracta, habet relationem actu vniuersalis, nec superioris. Ad secundum, patet per primam conclusionem. Adde quod licet negatiue sit vna in multis talis natura, id est, nulli determinata, non tamẽ est positiuẽ relata ad inferiora. Ad tertium, vniuersalitas potius est relatio ad inferiora, sed nec hæc, nec denominatio ab actu sunt actu, nisi cognoscantur. Ad quartum, ens rationis tũc est cum cognoscitur actu modo explicato a t. 4. 1. quæst. Ad vltimum, patet ex Notabili pro secunda conclusione, vt autem magis explicetur sit.

13 Soluuntur Argumenta quæ videntur contraria

ART. VI. & VI.

Vtrum comparatio fiat per primam, secundã, vel tertiã operationem intellectus?

E Quid

ARTIC. II.

Quid & quotuplex sit prædicatio?

Quid sit prædicatio. **A**duertendum primò, quòd prædicatio est enunciatio vnius de alio, quado verò sit negatiuè M. Soto, & alij, reducat ad affirmatiua in illius. Recentiores verò dicunt non esse propriè prædicatione. Aduertendū secundò, quod prædicatio à Recentioribus ex antiquis, nescio quibus terminis diuiditur in ordinatam contra ordinè, & præter ordinem. Nos tamen communibus terminis 3 vtentes diuidimus prædicationem in disperatam, quando scilicet prædicatū repugnat sub eodè, & in identicam quando eisdè cum subiecto, vt Petrus est Petrus, & nesciam quado neque est omnino idem nec repugnat, vt homo est animal. Rursus media, alia directa alia indirecta, indirecta est, quando subiectū est vt forma prædicatū, vt album est homo, directa quando prædicatū iuxta rationem prædicatū, est vt forma subiecti, vt homo est animal, vel album: item directa alia est essentialis, quando scilicet prædicatum est de essentia subiecti huc prædicetur in quid, siue in quale essentialè, de quo c. de genere. Alia est accidentalis, quando prædicatū accidit subiecto, siue fiat ab essentia, vt rubile respectu hominis, siue nõ vt album.

Tria tamen habent hic difficultatem, primū, verum hæc prædicatio hoc animal (ostenso Petro) est homo sit directa? Respondet b. Soto, esse, quia de singulari ex demonstratione idem dicendum est, quòd de simpliciter termino illud significat. hæc autem Petrus est homo est directa, ergo.

Secundū, vtrū hæc animal est ratio

nale sit directa. M. Soto negat, quia Porphy. c. de specie ait: minora de maioribus, id est minus cōmunia de cōmuniōibus nõ prædicari, sed animal est cōmunius, ergo non prædicatur de illo directè, rationalè. Caiet. autè bene. c. de specie ait esse directā, quia rationale est forma, licet in adæquata animalis, vt hæc numerus est par, natus est omnis, non est tamen prædicatio per se, de qua loquitur Porphy. & nos cū Arist. (licet hic esset cōmodus locus vbi agitur de prædicatione) c. 4. 1. postet. & de alijs prædicationibus hæc per se, nec est? Vltimū Vtrū hæc prædicatio dulcè est aibū sit directa? Cap. prologo Porphy. ait esse per accidens; & nullius prædicabilis: recentiores dicunt etiam esse per accidens. M. Soto dicit esse directam. Breuiter tamen dico 6 cum ad veritatem propositionis requiratur suppositio terminorū pro eodè, dicta propositio cuius vterq; terminus pro eodè supponitur, erit vera, nec disperata, eūdem genos prædicationis, constituit significatio formalis vtriusq; termini (vnde hæc prædicatio essentialis est album est coloratum, quia vtriusq; termini formalis significatio essentialis ordine dicitur inter se) dicta prædicatio, quia albedo & dulcedo, quæ sunt significata formalia per accidens conueniunt eidem, & vnum non est forma alterius, bene vocatur prædicatio per accidens.

Locus tamen Aristot. quem Canteirus affert parum iuuat, quem etiam de hac homo est albus loquitur, quæ directa est: cū hoc tamè dico; prædicatum respectu significati materialis subiecti se habet vt forma, largè potest dici directa, vnde adij potest primè diuisioni prædicationis aliam esse prædicationem per accidens, quod nõ fecimus, ne cōmunem diuisionem mutaremus, cum hæc prædicatio quodammodo sit directa.

3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

ARTIC. III.

Vtrum vniuersalia in concreto, vel in abstracto prædicentur de inferioribus?

PRO quo aduerte quod tantum triplex potest esse propositio, scilicet in quatuor terminis sit secundæ intentionis, vel vterque prima, vel vnus prima, & alter secundæ: in hoc autem articulo de prima tantū intentione tracto, quia ratio primæ intentionis prius de illo agi postulat.

Triplex aut est variatio in istis scilicet vel vterque terminus sit concretus vel vnus abstractus, & alter concretus, vel vterque abstractus: de primo non est dubium, secundū omnes enim, est vera hæc, homo est albus, de secundo agi solet. c. de quantitate.

Interim tamen breuiter, 2 p tunc tantum est vera propositio vnus terminus abstracti, & alterius concreti, quando significatum materiale concreti est idem formaliter cum significato formalis abstracti, vt in hac Deus est Deitas, ens est entitas, ita S. Thom. 1. 2. & de veritate, q. 21. ar. 4. ad quartum, à quo Capreo. in. d. 4. artic. 1. q. 2. & hæc, scientia est certa & euidentis, fides est obscura, motus est continuus, &c. quia hæc concreta non determinant de materiali ali quid distinctum formaliter, sed dicunt cui competunt, quodcūq; sit pro materiali.

Vbi nota, hoc non procedere in omnibus abstractis, hæc enim falsa est, Deus est ratio Dei formaliter, ens ratio ens, sed procedit quando abstracta non dicunt præcisionem quandam, de qua ita ut, vt in dictis propositionibus primis, vtrū autem hæc sit vera quantitas est quanta, c.

de quantitate. Sed dices 3. particula accidens vel est concretū, vel abstractū, si concretū, quomodo hæc est vera albedo est accidens? si abstractū, quomodo hæc est vera, albedo est accidens. Notandum accidens dupliciter sumi primè intentionaliter, & secundè, primè pro re, quæ est accidens & inhæret, & tunc intelligo esse abstractū, & hanc esse falsam, albedo est accidens, quia hæc est vera, homo est albus, & albedo est homo, vel substantia per conuersionem. Secundò si hæc est vera, albedo est accidens, Petrus est albus, ergo Petrus est accidens. Item quia ens diuiditur in substantiā & accidens, sed album supponit pro substantia: est enim habens albedinem, ergo nõ est accidens. Secundè verò intentionaliter idem significat quod prædicatum accidentale, id est concretum & sic album est accidens. non tamè sequitur, Petrus est albus, ergo Petrus est accidens, quia subiectum stat simpliciter cum prædicatū sit secundæ intentionis, & sic non licet syllogizare sub illo.

De tertio verò quado 4 scilicet prædicatur abstractū de abstracto, vt humanitas est animalitas, est hæc questio principalis. Prima sententia M. Soto, q. 3 & alior. est illa esse verā. Idè Caiet. c. de differen. & id tribuit S. Thomæ Arist. Alex. & Thomistis.

Secunda sententia dicit esse falsam formaliter, ita Scotus. 1. d. 1. q. 1. & d. 8. & 1. 2. q. 7. Niph. 3. Mer. q. 2. c. 5. ad 3. facit Ferr. 1. cōtra gētes. c. 1. §. 6. & c. 2. §. 6. Considerādū 2. S. Th. 4. cōtra gētes. c. 81. & de ente c. 3. vbi Caiet. tenet Cana. 1. p. q. 8. art. 2. disput. 2. & ait plures doctores id sentire. robaratur primò ex Arist. vbi supra dicente equinitas est tantum equinitas, ergo non est animalitas.

Secundò ex S. Tho. supra dicente, quod humanitas, est id quo homo est homo, sed animalitate, homo

3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

non est homo ergo humanitas non est animalitas.

Tertiò ex Scoto humanitas distinguitur formaliter ab animalitate, ergo humanitas non est animalitas, idè enim secundùm omnes hæc est falsa albedo est similitudo, quia distinguuntur formaliter.

Quartò, Pars non prædicatur de toto, sed animalitas est pars humanitatis, ergo non prædicatur de ea.

Quintò, in diuinis ubi est maior idèritas nõ prædicatur ratio sapietie de ratione bonitatis, ergo nec de humanitate, quæ est ratio hominis, animalitas prædicabitur, quæ est ratio animalis. Sexto & vltimo, hæc est falsa prædicatio, humanitas est rationalitas, nõ rationalitas nõ prædicatur de humanitate in quale quid, cũ nõ prædicetur in quale, nisi quod importat, vt præsuppones aliquod esse, & vt de terminis illud, quod necessario fit per terminũ connotatiuũ, nec est alia prædicatio, qua prædicari possit. Ita etiã sentiunt Capreo. in. 1. d. 8. q. 3. cõclus. 5. ad. 6. Aureoli. Sonzin. 7. Meta. q. 37. & non pauci iuniores, qui tam in substantialibus quam in accidentibus etiam negant.

Pro intelligentia notandũ, primò vt possimus absolute & generaliter intelligere, quid de quo prædicatur, qualiter inter se res conueniant vel distinguantur 7 quòd distinctio nihil aliud est quam relatio quedã inter duo, quorũ vnũ non est aliud, in via autè S. Tho. duplex est distinctio, scilicet & duplex genus entis, altera enim est distinctio realis, quæ versatur inter ea, quæ à parte rei distinguuntur, altera vero est distinctio rationis, quæ est inter ea, quæ solo intellectu distinguuntur: distinctio realis adhuc est duplex, scilicet realis primo modo, & realis secundo modo: realis primo modo est inter ea, quorũ vnũ non est aliud, vt inter Petrũ & Paulũ, & ca-

lis secundo modo, est inter ea quæ habent diuersas definitiones, vel pertinent ad distincta prædicamèta, sunt tamen eadè res, vt actio & passio (albedo & similitudo) realiter sunt idè motus habent tamen diuersas definitiones. Itè distinctio rationis adhuc est duplex, alia est distinctio rationis rationantis, quæ nullũ habet fundamentũ in re, vt cum Petrus distinguitur à seipso, cum dicimus, Petrus est idem sibi. Alia vero est rationis ratio cinatæ quæ est inter ea, quæ ita intellectus operatione distinguuntur, vt aliquod habeat fundamentum in re, ad hoc vt distinctis conceptibus concipiuntur, qua ratione distinguuntur diuina attributa.

Similiter & Scotus duas ponit distinctiones, alteram ex natura rei, quam realem appellat, & alteram rationis, & illa quæ est ex natura rei ab ipso, subdiuiditur in realem, quæ est inter duo entia realia, quorũ vnũ non est aliud, & in formalem, quæ est inter ea, quæ sunt realiter vnũ, de finitio tamen vnus continet aliquid, quod non definitio alterius.

Ex quo patet primò quod absque causa M. Soto 9 hic reprehendit Scot. dicens quod male ponit triplicè distinctionem, cum distinctio sequatur naturam entis, & ens sit tantum duplex, Scotus enim duplicem in genere ponit etiam distinctionem, & alterum membrum subdiuidit, quod & S. Thom. fecit.

Secundo, quia tota controuersia inter S. Thom. & Scot. 10 est de nomine, quia apud omnes illud recipitur quod homo & humanitas non distinguuntur tanquam duæ res, imò in sensu idèntico hæc est vera, homo est res, quæ est humanitas, sed tantũ distinguuntur tanquã includens, & includum, quia homo dicit suppositũ habens humanitatem, cum his vel ijs accidentibus, quæ in humanitatis

ratione

ratione non includuntur, quæ distinctio secundum Scot. est formalis, secundum verò S. Tho. est rationis ratiocinatæ, & hæc est secunda ratio.

Coroll. aduertendum. Infero secundò, omnè distinctionem esse aut in re, aut in intellectu, quãdo est distinctio in re, vel fundamentum distinctionis, falsa est propositio, vt hæc, albedo est frigus, iustitia Dei est eius misericordia: distinctio vero rationis ratiocinantis nõ falsificat propositionem, hæc enim vera est, Petrus est idem sibi, nũc supponimus alibi probandũ non distinguere humanitatem, & animalitatem, imò nec distinguuntur, vt duas essentias, vt albedo, & similitudo, in quibus idè falsũ vnũ dicitur de alio formaliter, sed vnũ eò de essentia alterius, vel saltem componere eadèdem essentiam, vt rationalitas & animalitas humanitatem componunt.

Secundò notandũ, duplici modo posse 11 aliquid significari, primò cũ præcisione omnium aliorũ, ita vt significet præcisum significatũ formale, ac si adderetur reduplicatio, ita vt idem requiratur ad veritatem talis propositionis, quod ad veritatem reduplicatiuæ. Huiusmodi sunt hæc nomina, ratio, quidditas, & essentia plerunq; sic significat, vnde hæc sunt falsa, animal est ratio hominis, vel humanitas est ratio animalis, alia nomina non significant cum hac præcisione, sed determinatè suũ significatum formale, implicite verò inferiora, vt animal formaliter naturã sensitiuam, implicite aut confusè hominem, &c. & tunc vera est prædicatio, homo est animal, id autem nomen non præcisissimè significat implicite, quia non distinguuntur formaliter vt alia essentia ab eis significata, vt animal hominem, quæstio ergo huc reducitur vtrum dicta nomina, animalitas, humanitas, rationalitas, &c. sint præcisè nec ne? & quauis

fortè propter graues auctores vtriusque sententiæ dici posset, nunc vnò, nunc alio modo sumi.

Sit conclusio, absolute 13 sunt dicendæ veræ dictæ propositiones humanitas est animalitas, &c. Probatum primo, negari nõ potest hæc propositio, anima hominis est anima viuens, & est forma in qua prædicatur abstractum de abstracto, ergo & ille.

Confirmatur, quia hæc est vera albedo est color, quia tantum præscindit à subiecto, sed humanitas & animalitas tantum præscindunt à supposito, ergo vna dicitur de alia, quia cum non præscindat animalitas, sed implicite dicat humanitatem, de ea prædicabitur.

Secundò, quia aliter hæc esset falsa hæc humanitas est humanitas, & eius contradictoria vera, nulla humanitas est humanitas, (si existit aliqua.)

Tertiò, cur non erit aliquod abstractum indeterminate, & implicite dicens inferiora abstracta, vt animal concreta? sed non est aliud nisi animalitas respectu humanitatis, ergo.

Et quidem à priori sic demonstratur 14 concretum & abstractum idè importat formaliter, poterunt ergo prædicari in abstracto, nam humanitas est ratio essendi hominem, sed ratio essendi hominem nihil aliud est quam ratio essendi animal rationale, sicut ergo animal rationale prædicatur de homine, ita animalitas, & rationalitas prædicabuntur de humanitate. Rursus, concretũ, & abstractum non differunt nisi tanquam id quod est, & tanquam ratio essendi aliud, si enim quæras quid est Petrus? responderetur incomplexè, quod sit homo, & complexè quod sit animal rationale, & si quæras ratione essendi Petri? responderetur quod est homo propter humanitatem, & si magis explicitè illud petas dico quod est

E 4 homo

13
Cõclus.
respons.
sua.

14
Demon.
stratur
conclus.

7
Quid sit
distin-
ctio &
quotu-
plex.

8
Scotus
etiã duas
ponit di-
stin.

9
Excusa-
tur sco.

10
S. Tho.
& Scot.
solũ no-
mine dis-
tintiur.

propter animalitatem, & rationalitatem, sicut ergo optimè prædicatur de homine animal rationale, ita de humanitate animalitas, & rationalitas. Cōfirmatur, humanitas potest definiri definitione speciei, sed nõ definitur per mēbra definitionis in cōcreto, ergo per partes definitionis in abstracto, verè ergo est quod humanitas est animalitas, &c. sicuti apud Thelogos, hæc est vera sapientia Dei est eius iustitia, licet sit aliud, ratio sapientie est ratio iustitie; cū ergo animalitas dicatur, implicite quod quid non est essentia distincta formaliter, saltem dicit rationalitatem, & de ea prædicabitur, vide Duran. in 1. d. 34 q. corollario 2. vbi & soluit argumenta, & alias rationes adducit, vbi considera. S. Tho Ferr. & Caiet. tantū d. cere non prædicari humanitatem, sed præscindere ab indiuiduis, & exēplificat de Sorte nunquā tamen ait præscindere ab interioribus abstractis, vt probat M Soto.

Ad argumenta, ad primū Auicen. vt supra dicebam tantum vult equitatem de se nec esse vniuersalem, nec particularem.

Ad secundū licet humanitas sit id quo homo est homo, non tamē significat cū dicta præcisione, vt significat particula ratio. &c. & ita quæ ad modū animal rationale, quod est de finitio hominis, est substantia nõ tamē substantia est definitio hominis; ita humanitas est animalitas, licet animalitas non sit ratio hominis.

Ad tertium, solū differit ratione, vt vt homo, animal & rationale, de quo infra, albedo autē, & similitudo, vel distinguuntur realiter, vel saltem sunt duæ essentia formaliter, de quo in c. de relatione.

Ad quartū, vt animal est pars definitionis hominis prædicatur de homine, quia illū dicit implicite, ideo que vocatur pars Metaphy. vt. c. de

genere dicam, ita animalitas, quia dicitur implicite humanitatem de ea prædicatur.

Ad quintū patet ex dictis, illa nomina, ratio, &c. significat cū dicta præcisione, nõ tamē hæc, humanitas, &c.

Sed dices 17 homo dicitur implicite, imò determinatè humanitatem, & animalitatem, ergo istæ erunt veræ, humanitas est homo, animalitas est homo. Responderetur ad veritatem affirmatiuam, opus est vt extrema supponat: pro eodem, homo autem supponit pro habente naturam humanam, quod ad humanitatem, vel animalitatem, vel realiter, vel formaliter distinguuntur, ideoq; sunt falsæ, tunc autem extrema supponunt pro eodem, quando neutrum extremum excludit aliud præscindens ab eo, tuncq; propositio affirmatiua est vera.

Ad vltimū, differentia in abstracto prædicatur prædicatione tertij prædicabilis, non vt quale, sed vt qualitas, neque est necesse prædicetur in quale, quia abstractū de quo prædicatur, sicut nõ est id quod est, ita nõ est qualequid, sicut etiam animalitas proprie non prædicatur, vt quid, sed vt iudicatas, de quo infra.

ART. III. & VLT.

V. secunda intentiones de primis & secundis prædicetur?

Quæstio hæc potest versari vel de vtroque extremo cōcreto, vel de vtroque abstracto, vel de altero abstracto, & altero concreto: exempla patent, & statim magis patebunt.

Dico primo, si vterq; terminus est cōcretus, potest vnū dici de alio, vt animal est genus, patet, quia extrema solū ratione distinguuntur, dummodo sit superius de inferiori, vel æquale de

17 Replica tur.

Soluitur

Ad vlt.

3. Cōcl.

de æquali, memento tamen quando prædicatum est secundæ intentionis subiectū supponere simpliciter, sub quo non licet syllogizare, at quando subiectum est secundæ intentionis, & prædicatum primæ, vt species est homo. M. Soto dicit, quia nõ supponit simpliciter, sed personam liter prædicatum, esse falsam. 3. summul. c. 5. lect. & Nota. 2. & videtur verū, quia hæc conceditur, homo est pictus, & negatur hæc, pictum est homo: sed hic. q. 3. ad primum, dicit quod illa est vera, & communis modus loquendi, eamq; admittit: Dicimus eam genus est animal, vel genus est color, species est homo, &c. leasus autem illius homo est pictus, est hominem esse effigiatum, cuius conuertens est quod est pictum, vel effigiatum est homo, vnde concedatur illa propositio.

Secundo dico si vnus terminus est abstractus, & alter cōcretus, vt color est genus, erit vera propositio, quando talis fuerit natura abstracta, vt ei conueniat secunda intentio, vt color, aliter est falsa, vt hæc animalitas est genus, quia non significatur per modum entis completi (de quo alibi) non prædicatur idem abstractum de eadem concreto, vel conuerso bene tamen concretum de diuerso abstracto prædicari potest, quia habent se sicut ista albedo est album, vel contra, & hoc intellige tam de abstracto a subiecto, quā de abstracto à natura, quia in his denominatiis duplex est, abstractum, vt in albo, v. c. à subiecto, scilicet, albedo, & dicitur abstractū primū, & ab ipsa albedine abstractum vltimū, vt pote albedineitas: ita in genere est abstractum à subiecto, scilicet genereitas, & est vltimum ab ipsa genereitate, cui adhuc non est nomen impostum nisi forte dicatur, vt vult Scotus, ratio genereitatis,

Abstractū duplex.

Dico tertio, si vterq; terminus est abstractus, terminus secundæ intentionis non prædicatur de prima, nec e contra, quia cū distinguuntur formaliter, nec animalitas est genereitas, nec genereitas est animalitas: in terminis autem secundæ intentionis, si vnus sit idem formaliter cum alio, vt dixi supra, vera erit prædicatio: genereitas est vniuersalitas &c. Non autem si nomina significant cum præcisione, hæc enim est falsa ratio genereitatis, est ratio vniuersalitaris. Quod etiam Scotus fatetur, & vocat abstracta vltima, modo explicato. Vnde M. Soto quando dicit quod abstractum de abstracto in nominibus secundæ intentionis nõ prædicatur, intelligendus est de disparatis, vt genereitas est specieitas, alia est contra S. Thomam.

Quarto dico si nomina secundæ intentionis singularium, nec supponunt pro genere, vel pro specie, nec pro aliquo alio, sed tantum pro re ipsa singulari, cui intellectus tribuit has denominationes, v. g. hæc nomina indiuiduum, singulare, primæ substantia sunt nomina secundæ intentionis singularium, quia significant indiuiduam rationem, qua est subiectum, omnium prædicatorum, tam essentialium quā accidentalium: & ita appellat supra proprium cōceptum alterius extremi, sicut nomina vniuersalium.

Sed circa prædicta aduertendum est, primò quod licet hæc sit vera, homo est species, nec tamen Petrus in quātum homo est species reduplicatiue est falsa, quia eius prædicans, inquam resoluatur, est falsa, scilicet Petrus est species, &c. est falsa: specificatiue tamen potest admitti, cuius sensus est, Petrus vt cognoscitur quod ad cōmunia tantum, & species. Si enim dicimus in Metaphysica agi de omnibus rebus, vt entia, & substantia sunt, id est, de ente, & substantia, illis

4. Cōcl.

5. Explicatur in bono sensu M. Soto.

4. Cōcl.

NOTA.

15. Sapientia est iust. in Deo, quomodo sit vera & falsa.

16. Soluitur arg.

6
Prædic.
alia effe-
sent. a-
lia acci-
dent.

communi, quod est considerandum. Secundò, notandum alias esse prædicationes accidentales (vt in primis intentionibus) vt animal est genus, propriū est species vniuersalis, &c. Alias rursus esse essentialis, vt genus est vniuersale: in primis, subiectum stat simpliciter, in secundis vero personaliter, & ita valet omne genus est vniuersale: animal est genus, ergo animal est vniuersale, quia suppositio simplex est quando terminus secundæ intentionis non conuenit necessariò tali subiecto, nam si necessariò conuenit, habet se vt prima intentio respectu illius.

7
Replica
tur.

Dicit contra 7 quia non sequitur hoc genus, signato vno indiuiduo generis, est genus, genus est vniuersale, ergo hoc genus est vniuersale, quia est singulare. Respondetur quod vniuersale sumitur dupliciter denominatiuè, scilicet, & essentialiter: denominatiuè dicitur vniuersale, quod à singularibus abstractum ab aliqua vniuersalitate denominatur, vt animal in communi, & sic indiuiduum generis formaliter non est vniuersale. Essentialiter est vniuersale, quod essentialiter habet relationē ad plura, licet illa relatio non sit vna numero, vt hoc genus, quod dicitur formaliter vnam numero relationē ad plures species, vt hæc est essentialis, hoc album est album, licet Ferrus, qui est materiale, cum dico hoc album, sit accidentaliter album, quia hæc albedo, quæ formaliter significatur, essentialiter est albedo, & color: ita licet animal quod est materiale, cum dico hoc genus, sit accidentaliter genus, & vniuersale: tamen quia hæc relatio generis à qua denominatur, essentialiter est genericitas, & vniuersalitas, illa est essentialis, hoc genus est genus, vel vniuersale.

8
Valde

Tertio notandum, 8 in his secundis intentionibus, quod est de essen-

tia inferioris, & de illo essentialiter prædicatur, subijci & denominari accidentaliter ab inferiori, vt vniuersale quod de genere dicitur essentialiter, accidentaliter subijcitur generi, cum dico vniuersale est genus, quia noster intellectus ipsum vniuersale cognoscit in communi, & ita est accidentaliter, vt animal, v. g. denominatiuè sit genus: & in tali propositione supponit, vt animal simpliciter. Similiter prædicabile denominatiuè, & accidentaliter inferius est proprio, vt risibile, &c. est etiam inferius, & tamen personaliter sumptum per se prædicatur de vniuersali cum quo conuertitur, & de eius inferioribus.

9
Dubita-
tio sub-
tilis.

Vltimo, rogabis 9 de hac propositione genericitas est ratio generis, vel id quo genus est genus, an sit vera. Respondetur esse veram quia ratio humanitatis præscindit ab humanitate: & ita humanitas non est ratione humanitatis, at ratio hominis præscindit ab homine, sed non ab humanitate: & ita humanitas est ratio hominis, & id, quo homo est homo, vt docet S. Thomas de ente. c. 3. ita genericitas est ratio generis, licet nõ sit ratio genericitatis, & iustitia ratio formalis iusti: tamen cum hæc nominata ratio, &c. faciant suppositio nem simplicem, quia dicunt res præcise vt intellectas, non licet inferre animalitas est humanitas, ergo animalitas est ratio hominis, sicut non sequitur animal rationale est substantia, animal rationale est definitio hominis, ergo substantia est definitio hominis: si tamen addas omnis humanitas est ratio hominis distributio aufert suppositionem simplicem, & reddit propositionem falsam, vt est hæc omnis homo est species, quia nec humanitas in singulari est ratio hominis, nec singularis homo est species.

Quæ-

QVÆSTIO
quarta vniuersalis de vni-
uersali, vt consideratur in
hoc tractatu à Por-
phyrio.

1
Dispo-
nitur. q.

Fateor huius rei ex ætate notitiam melius haberi habita cognitione vniuersalium in particularibus, generis, scilicet, species, differentiarum, &c. quia tamen tractatio vniuersalis manca quæ maneret, idcirco hic præponitur huius modi dubitatio, atque etiam, vt communi vni assentiamur, de qua tria præcipua sunt discernenda: primo si vniuersale vt obiectum consideretur hic à Porphyrio? secundo de numero vniuersalium? tertio quomodo se habeat vniuersale in communi ad illa?

ARTICVL I.

Verum vniuersale sit obiectum
huius tractatus predicabilium
Porphyrij?

2
Explica-
tur titu.

Non est questio de natura de nominata ab vniuersalitate, hæc enim ad varias scientias pertinet, vt homo ad physicam, &c. sed vt habet relationem vniuersalitatis. Et pro parte negatiua.

3
Pars ne-
gat. sua
d. i.

Arguitur primo hinc 3Dialecticæ est corrigere intellectum, ne erret, sed in sola compositione potest esse error, ergo de simplicibus, qualia sunt vniuersalia non agit, nam ex 9. Metaph. simplex, vel non attingitur, vel totum cognoscitur.

Secundo, omnes scientiarum sunt de vniuersalibus, ergo non est propriū Logicæ, agere de illis.

9
4
4
5
4
5
Fons. 4.
Metap.
cap. 2. &
Merc. in
princip.
Logicæ
fol. 3.

Tertio, quia Porphyrius prædicationibus meminit, & omnia definit per prædicabile, ergo vniuersale non est obiectum, sed prædicabile: imò de indiuiduo egit Porphyrius, vt de vno prædicatur, quod non est vniuersale.

Vltimo vniuersale, & inferius subijcibile sunt correlatiua, ergo nequit intelligi vni sine alio (ideo enim Porphyrius egit de singulari, & specie subijcibili) ergo non est obiectum adæquatum vniuersale, sed quid commune ad vniuersale, & ad inferius subijcibile.

Communis sententia est, obiectum esse vniuersale, sed Caiet. c. de specie, & Recentiores 4 aiunt naturam harum intentionum spectare ad Metaphysicam. Matizius tantum pertinere ad Logicam quo ad prædicabilitatem. Idem alij 5 relationes has in abstracto ad Metaphysicam spectare. Iabel, autem 6. Metaph. q. 13. & 1. Metaph. q. 1. & c. 3. de transcendentibus ad Logicum eas pertinere ait, & colligitur ex Solz. 5. Metaph. q. 23. & videtur Canter. c. de genere. Et Mercadi, fol. 6. prologi: tenet Caiet. 1. Poster. c. 9. §. antequam, & communiter hæc vocantur intentiones Logicæ, & hanc partem cum prædicamentis esse cum tractatu de definitione, qua Logica perficit primam intellectus operationem, scilicet simplicium apprehensionem.

Breuius tamen sit prima conclusio, 6 consideratio harum relationum per se, pertinet ad Metaph. probatur, quia hæc est demonstratio Metaphysica, intellectus creatus potest cognoscere in communi natura aliquam, ergo natura sic cognita est indifferens ad inferiora, v. g. natura Angeli, & addere, si reflexe autem datur intellectus esse commune illis actu, erit actu relatio rationis, & præterea dicere, ergo si pluribus conuenit natura de pluribus.

6
1. Cœl.

ribus poterit prædicari, & ita demōstrare prædicabilitatem de vniuersali, idemq; probabitur de intel ectu hominis, sed quia probatio est per cōmune homini, & An. cio, Metaphysica propria est demonstratio.

Secūda. Secunda conclusio. Tractatus hic vniuersaliū ponitur in Logica, quia cū doceat modos sciendi, qui sūt, & constant vniuersalibus beate ordi natis necessum est Logico eius cog nitionem præmitti.

Tertia. Tertia conclusio. Vniuersale est subiectum huius libri, ita Scotus q. 7. Iustina. lib. 2. Dialectica. Maister Soto, & recentiores, & communis Ayala q. 1. Logica, ait sibi non videri, à quo quam perito esse vertendū iudicium, & Boet. Alber. Anno. & alij hic agunt de vniuersalibus. com muni probatio est, quia omnia consi derantur ratione vniuersalis, & præ dicabile de multis passio est vniuersalis: vnde commodius ponitur vni uersale pro subiecto, de quo demon stratur prædicabile.

Secundò. cū definitiones, demō strationes, & c. p. t. ismō sint de vni uersalibus, eisq; consent, præmit tenda erat vniuersalis tractatio, nul libi autem loco apūlis traditur quā hic ergo, & c.

NOTA. Aduertendum tamen non esse ob iectum vniuersalitatē in abstra cto, quia, vt dixi, quæstione de obie cto. n. q. ar. 5. Logica est defectuōis in reuentionibus ad iunctis primis, id est, de composito artificio ex vtriusque, ar tis enim, quæ aliquod artificio con siderat, non est obiectum formatar tificij, sed ipsum artificio, quod fa cit inducendo formam in mat riam & multo minus vniuersale pro mate riale, id est, natura de nominata erit obiectum: ideoque quæstiones illas, quæ de illa erant omisit Porphy est ergo obiectum vniuersale in cōcre to, de quo Merc. in principio agēs de obiecto Logica.

Iam ad 1. argu. ref. d. tur quia in componendis 7 modis sciendi po test esse error, male ordinando vni uersalia incognita, agitur de vniuersalibus, vnde negatur consequentia.

Ad secundum dicendum, quod aliq sciētis agunt de vniuersali: Meta phy sicos hic autem vt habet secundam intentionem laltim in fundamento proximo, quod non considerant aliz sciētis, sed est conditio sui obiecti, vt Caiet. supra. 1. post vnde distan guendum est antecedens.

Ad tertium, per prædicabile, quod est passio vniuersalis, ex licet Por phyrius vniuersale, de individuoq; dixit de vno tantum prædicari, vt ostēdere cōdiffere ab vniuersali, quod de pluribus prædicatur.

Ad vltimum, de subiectionib; agi tur propter vniuersale, quod est re latiuum eius, vt scilicet cognoscat ur vniuersale, & ideo vniuersale po nitur esse obiectum.

Hinc inferitur ab qualis ratio cur natura in communi sumptæ dicitur vniuersale Metaphysicum: estque ra tio, quia naturam posse repræsentari in communi Metaphysicus demon strat, intentio autem vocatur vni uersalitas Logica, quia suo modo pertinet ad Logicam, ad compositio nem scilicet modi sciendi, licet enim intentio per se ad Metaphysicā spe ciet, iam erat illi tributa natura in communi, sed (vt dixi supra) non est hæc firma ratio.

ARTICVLVS II.

Virum prædicabilia sunt tan tum quinque?

Licet rectus ordo illium commo diorem locum huius, & sequen tis art culi postulabat, tamen vt exactam vniuersalium tractationē tradam

7 Soluuntur arg.

Ad 1.

Ad 2.

Cur dicitur vniuers. Metap.

tradam breuiter, vt moris est, ab eis me hic expeditam, præcipue quia, c. de genere differentia, & individuo latis hæc pat. bunt. Et videtur quod non primum, quia prædicamenta, quæ penes modum prædicandi distin guuntur, sunt decem, ergo & prædi cabilia.

1 Pars ne gar. sua dicitur.

2 Secundò, quia species vniuersalis confunduntur: nam coloratum est genus & proprium, vel accidens, nisi bile simul est propriū hominis, & species ad singularia tribuitatis.

3 Tertio, quia cū hæc relationes rationis sint denominationes extrin seca à cognitione distinguuntur spe cie, sicut ipse cognitions, sed cogni tio animalis, & coloris distinguuntur specie, vt cognitio hominis, & animalis, ergo & relationes generis erunt duæ specie.

4 Quarto, quia genus vt totum con trahibile rel. icit plures differentias, ergo erit sextum vniuersale hoc mo do, & septimum differentia, vt con trahens genus i. sum.

5 Vltimo, quia differentia, & pro prium non sunt vnum in multis, sed in vna natura, ergo non sunt quinque vniuersalia.

2. Cōcl. Tenenda tamen est communis & vera sententia, tantum esse quin que vniuersalia; scilicet, genus diffe rentia, species, proprium, & accidēs, quæ est omnium ser. hic, & 1. Top. c. 4 probari que solet multipliciter ab auctoribus. Sed hæc ratio satis sit, quia quidquid prædicatur, vel est de essentia speciei, & si in quid, est ge nus, si in quale quid, est differentia, si non est de essentia, & de illa tantum immediate, & adæquate prædica tur: & sic est proprium, vel est de essen tia individui, & sic est species, vel cō mune, & que accidens quoniam præ dicabile, nam eius differentia, & pro prium, siquod habet, est intrinsecè singulari, de differentijs vero, & ge

neralissimis nil essentialiæ prædica tur.

Confirmatur, vt enim in compo sito Physico est materia, forma, com positum, quædam accidentia propria, alia communia ita respondent pro portione, ordineque, genus, differē tia, species, proprium, & accidens.

Auerte tamen non esse hanc diuisionem vnicam vniuersalis, & immediatam in quinque vniuersalia, nam posset aliter fieri, v. c. prædi cabile, aliud essentialiæ, aliud accide tale, essentialiæ aliud in quid, aliud in quale, accidentalitæ aliud per se, aliud per accidens. Item vniuersale aliud immediatè ad multa, aliud mediatè, & c. Eligat tamen Porphyrius clarā, breuem, & communem diuisionem.

Ad primum, in prædicamentis patebit, tantum enim dicitur distin gui penes modos prædicandi, quia nō est opus realiter distingui, sed modo intelligendi, non tamē quia distan guuntur per prædicari in quid, vel in quale, & c. omnia enim generalissima in quid, & differentia in quale quid dicuntur, & c. quæ sunt differentia prædicabilis.

Ad secundum, non est confusio re spectu diuersorum, idem habere di uersas relationes, & nam coloratum, licet respectu mixti sit proprium, re spectu tamen albi, & nigri est genus. Quod si dicas, concreta accidentia non esse genera, sed abstracta, quæ per se primum ponuntur in prædica mento, vt color. Respondetur licet verum sit non tam directè ista con creta pon (de quo alibi) quid ditan tæ tamen prædicantur, vt bene M. Soto, & alij de genere. Scotus autem (licet Villalp. male de genere asse rat esse denominatas prædicatio nes) quia per abstracta iudicatur est prædicatio concretorum, significati uem in concreto non tollit accidē tiationem generis: nam tantum ad

3 Notabis per 2. cō clusio.

4 Soluuntur arg.

5 Replica tur.

Resp.

1011

dit vniuersali, quod predicetur in quid (de quo infra) vniuersale autē non tollitur ex hoc quod significetur in concreto, nec connotatiuē aliter non essent vniuersalia, differentia, proprium, & accidens, neque enim maiorem perfectitatem petit vniuersale, quam patitur connotatiuē.

Ad tertium dicitur idem quod denominationis vniuersalis non est a cognitione, vt dixi supra q. 2. sed est de nominatio a terminis, quos respicit, & ita ad eorum formā distinctionem distinguuntur, cui adde quod licet cognitio animalis, & coloris, distinguantur specie; comparatio tamen eorum ad suas species est vnus species, & ita quinq; predicabilia habent quinq; distinctos modos comparationum ad inferiora penes quos distinguuntur, de quo infra patebit.

Ad quartum dico, quod non vnus respectus ad multa facit vniuersale, nisi sit saltem aliquo modo illorum forma, quod demonstratur, quia propria passio vniuersalis, per quā definitur ab Arist. est directe posse predicari, & verē id est, proprie esse in multis, vt formam scilicet, in subiecto, materia enim nō est ita proprie in forma, & hoc nota pro definitione vniuersali, & hinc est vt genus, quia inditū tantum, & non vt forma de differentijs predicatur, nō sit respectu illarum vniuersale, & quāuis species subiectibilis simpliciter pluribus predicatis subiaceret immediate, non esset vniuersale in trinitate, quia non ea respicit, vt forma communis illorum.

Sed dices 7 differentia respicit vt predicatū directum multa, scilicet, genus, & specie, ergo respectu vniuersalis erit vniuersale. Respondetur q. 6 ea respicit vnica, sed duplici relatione, vniuersale autem est quod vno respectu multa respicit, vt enim species subiectibilis duas habet relatio-

nes ad genus scilicet & differentias, genus item duas, ad speciem scilicet & differentiam, quia illa diuersimodē respicit, non est respectu vniuersali, ita eadem ratione differentia habet duas ad genus, vt cōtrahibile, & ad speciem cuius est pars, & de qua essentialiter predicatur.

Vltimum argumentum petit explicemus articulum sequentem.

ARTIC. III. Vlti.

Vtrum vniuersale sit genus ad quinq; predicabilia?

Prima sententia affirmat, Scot. q. 8. vniuersalia, quę sequitur Anto. And. & Asseclz, Lobanier. fol. 28 c. de proprio: & recentiores M. Soto, q. de genere. Primo quia quinq; vniuersalia per vniuersale definiiri possunt, sed definitio est per vnivoca. 6. Top. c. 2. ergo vniuersale est vniuocum.

Secundo, quia eadem ratione conuenit esse vnum in multis, quinq; vniuersalibus, vt abstrahit a mediāte, & immediate, ergo est genus.

Tertio, quia non facile dicitur, quę sit analogia hęc, ergo est vni.

Secunda sententia negatiua est Alberti ast. 2. predicabiliū. c. 9. quia nobiliori modo predicatur genus, & species, quam differentia, & hęc quam proprium, & c. idem tenet scilicet, si analogum vniuersale Petrus Broxel. q. 2. art. 1. alia ratione, & alij 3 dicunt esse commune Thomistarum, Carter. c. 4. predicatū neutro, ex Simp. & Alex. ait tantū esse genus vniuersale ad speciem, genus & differentiam.

Primo quia 4 accidens vt albi nō dicitur de Petro & Paulo, nomine, & ratiōe, cum non sint de ratiōe illorum proprium, & accidens, ergo nō dicitur vniuocē, quia talia nōmīe, & ratiōe dicuntur.

Secundo, quia hęc predicatio Pe-

Tolet. & Ayal. q. 2. qui refert. Nominā pro hac sententia.

Secunda sententia negat.

Ayal. vt sup. ar. 2. & refert alios.

Suadent

trus est albus, & c. est mediata album enim ratione inducitur proprio, scilicet, huius albi, & c. de Petro, & alijs predicatur, ergo non vniuocē vniuersale dicitur de omnibus.

Tertio, quia ex 5. Metaph. tex. 31. vniuersale dicitur vniuersaliter, sed si predicatum potest abesse non dicitur vniuersaliter, ergo accidēs nō dicitur vniuersale.

Quarto, quia vniuersale est vnū per se colligens inferiora, quod non habet accidēs.

Confirmatur quia vniuersale ex 2. parte colligitur per inductionem, inductio autem albi fit ex hoc, & illo albo, non ex niue, lacte, & c. Pro explanatione. Notandum 1. Arist. quia vniuoca distinguit a denominatiuis, ea tantum facere vniuoca. c. de substantia, quę non sunt accidentalia, sed de essentia, 5. etiam sumitur communiter vniuocum, vt est idem nomine & ratiōe etiam accidentali, vt albi ad Petrum & Paulum.

Secundo, sciendum quod quancūq; 6. aliqui quos sequuntur Loba sien. fol. 24. proprium, & differentiam, vt vniuersalia sunt immediate dicat respicere inferiora illius cuius sunt: id tamen esse contrarium: naturas non horum vniuersalium, nam cum predicare nihil aliud sit quā affirmare conuenientiam alicuius cum aliquo, de illo immediate predicabitur, cui immediate conuenit, sed rationale & risibile, vt immediate homini, & illo mediante indiuiduis conueniunt ergo ita etiam predicantur, & respiciuntur.

Confirmatur quia in medio homine & ratiōe hominis illis subijciuntur indiuidua, ergo illis medijs sunt superiora illorum. Confirmatur secundo, quia in quantum predicantur, & in quantum predicabile, eodem modo definiuntur, vt patebit, & omnes fatentur, & eandem essentiam habent, sed in quā

tum predicatur, vt ipsi fatentur, im mediate respiciunt speciem, ergo in quantum predicabile, & vniuersale.

Tertio, nota quod sicut in predicamento, & ordinatiombus realibus, sunt genera suprema, subalterna, & species infima, vt videre est in arbore predicamentali substatia. c. de specie, ita 7 in predicamento entis rationis est ens rationis genus supremū quod primō diuiditur in negatiuē, priuationem, & relationē rationis, tanquam in tres species subalternas, in super relatio rationis diuiditur in relationem rationis, quę est secunda intentio, et relationem rationis, quę non est secunda intentio. Rursus relatio rationis, quę est secunda intentio diuiditur in vniuersalitatem, & non vniuersalitatem.

Vltimo, vniuersalitas diuiditur communiter in has quatuor species infimas: genus scilicet, speciem, differentiam, proprium, & accidens, quę sunt ergo est. Vtrū vniuersalitas has quinq; respiciat ad quatuor, vel prius vnā, & ratiōe illius alteram.

Sit iam prima conclusio 3 vniuersale vel predicabile analogum est ad quinq; predicabilia. Probatur quia sine dubio aliquid est analogum, quādo ratio formaliter significata conuenit vni ratiōe alterius: & cum de pendētia ab eo, sed definitio vniuersalis, scilicet, esse vnū in multis conuenit proprio, & differentie ratiōe naturę genericę, vel tpe cōueniunt sunt, & de ea tantum dicitur ratiōe mediate, & ea media d' omnis, ergo.

Secundo, quia est 1. metaph. vniuersale totū est, habetq; partes subiectiuas, at species, quę proprio, & differentie subijciuntur, cū eo conueniunt, & est quę latitudinis, ergo illa nō sunt totū, & vniuersale, nā de indiuiduis mediate, & de se ēter dicitur. Vnde analogia est in vniuersalia, quę sunt predicabilia de comuni natura, vt licet vni-

Notanda solutio- nes tertij & quarti.

Replicatur.

In predi cam, rati- tionis sunt ge- ne. & spe- cies, & que sint.

NOTA

Explicatur titu- l. C. 6. l.

diatè de multis prædicentur, & esse
accidens prædicatur: idè est licet ana-
logicè vniuersalis, quia contrahit il-
lam ad speciem, vt forma, & ea me-
diante de multis prædicatur.

4 Dubita-
tio vti-
lis.
Dices 4 an ad aliqua prædicabi-
lia sit vniuocū vniuersale? licet quis
posset dicere vniuocum esse ad ge-
nus, speciem, & accidens, quia nullo
medio vniuersali respiciunt multa.

5 Respō.
pro 2.
conclu.
Dico tamen ad accidens etiam esse
analogum, nam album, & alia de
indiuuis accidentalibus, vt Petrus
& Paulus, &c. dicuntur medijs pro-
prijs indiuuis, scilicet hoc c, & illo
albo, & ita relatio, & prædicatio ac-
cidentis supponit intrinsecè prædi-
cationem speciei de proprijs indiu-
uis; nam ratione huius albedinis, Pe-
trus dicitur albus, & inter hanc Pe-
trus est albus: mediat Petrus est hoc
album, & hoc album est album. De
differentia vero iam dixi, quomodo
mediatè prædicetur de multis et-
iam, vt respicit genus.

6 Corol.
pro 3.
concl.
Vnde restat 6 esse vniuocum vni-
uersale ad genus, & speciem, conuer-
tique proinde sic, vt vniuersale in
quid, nec obitat, genus est vniuersa-
lius specie, quia id, est ratione natu-
ræ denominatæ, quo pacto genus sū-
mum vniuersalius est subalternis,
sed vtrumque scilicet: cat genus & spe-
cies immediatè sunt vnum in mul-
tis.

7 Repli-
catur.
Quòd si quis dicat 7 ad vniuersale
vniuocum requiri perfectiorem, quā
non habent concreta, sed abstracta
accidentium, & idè coloratum nō
est genus: aduertat ipsum vniuersa-
le, concretum esse accidentis ratio-
nis, et scilicet ab Arist. c. de qualitate,
& in antepædicamentis poni pro ge-
neribus, concreta accidentium, at-
que eadè. ceter abstracta purius signi-
ficatur (de quo infra) non esse negā-
dum absolutè concreta esse genera.

Ad primum bene Caieta. c. pe-
nultimo de analogia entis, ex S. Tho-
ma, & Arist. docet analogia posse de-
finiri, nedum intrare definitionem,
estque communis sententia: erit tam-
en definitio vna analogicè, non
vniuocè, vnde negatur minor.

Ad secundum dico quòd ratio vni-
uoca vniuersalis nequit abstrahi ab-
esse immediatè, & sine dependentia
in multis, & sic q̄ mediatè est vnum
in multis analogicè est vniuersale.

Ad tertium dico, quod analogia
est strictissima dependentia in ratio-
ne formaliter significata, de qua in
prædicamentis.

Ratio Alberti pro conclusione no-
stra vera, parum probat, quia ratio-
ne differentiarum vnum prædicabi-
le potest esse perfectius, sicut vniuo-
catione, vt homo est perfectius ani-
mal, mure.

Primum Cante. etiam nil probat
album enim Petro & Paulo, &c. est
vniuocum, licet large, quia ita hic
requiritur vniuocatio, vt patet in pri-
mo notab. & ex ipso Porphyrio ca-
pite ultimo.

Secundum bene probat vniuersa-
le non esse vniuocum ad accidens,
vt explicui, quia mediat prædicatio
& relatio speciei.

Ad tertium Arist. tantum vult vni-
uersale dici de multis.

Ad confirmationem idè bene
probat, quia, vt dixi, prædicatio acci-
dentalis de multis, supponit median-
tem prædicationem quidditativam
intrinsicè.

Ad vltimum, Arist. ubi loquitur de
vniuersali complexo, id est, de pro-
positione vniuersali, nec, atgumea-
ta Caietani sunt contra nos, nisi in
quantum vult ad differentiam entis
esse vniuocum vniuersale quod im-
pugnauit.

Ex dictis in hac questione infra-
tur solutio alterius dubij, an scilicet,
si

Soluuntur
arg.

Ad 2.

Ad 3.

Ad vit.

et, sicut sunt quinque prædicabilia,
inferiora respectu entis etiam sunt
quinque alia subiectibilia, superiori
alicui subiecta, facilius est in quo m so-
lutio, quia cum vniuersale ex dictis
sit gen^{us} ad illa necessario, illa eo mo-
do quo respiciuntur à superiori, eo
modo superiori subiectentur, siue
vt species quidditativè, vt genus &
species secundum prædicabile, siue
analogicè rationem superioris par-
ticipantia, vt de proprio, differentia
& accidente dicebamur.

Dices vniuersale est genus ad ge-
nus & speciem, duo prædicabilia, et
go cum genus primum prædicabile,
omne genus contineat: continet etiā
ipsum vniuersale, & consequenter
non subiecitur illis. Respondeo non
esse inconueniens, idem ratione di-
uersa, quæ hic attenditur, esse supe-
rius & inferius, sicut etiam confide-
ratione diuersa, idem ponimus prius
& posterius; & ita vniuersale in quā-
tū genus, est sub primo, prædicabili
in quantum vero tale, id est vt vni-
uersale est in quo prædicabilia om-
nia conueniunt: primum prædicabi-
le quod est genus, sub illo contine-
tur: sed iam quid illud sit videamus.

Cap. I. de Genere

Widetur itaque, neq.
genus, neq. species,
dici simpliciter, di-
citur enim genus,
& aliquorum hominum aggre-
gatio, qui quidem ad vnum quid-
piam, & inter se habent respec-
tum, quæ significatione Hera-
clidarū dicitur genus, quod qui-
dè ex respectu, qui est ab vna,

Text.



id est, ab Hercule, & multitu-
dine eorum qui inter se eam ha-
bent communicationem, quæ ab il-
lo profluxit, sic est nuncupatū,
vt ab alijs generibus sit seiun-
ctum. Dicitur & alio modo ge-
nus, vniuersumque principium
ortus, tã ab eo qui genuit, quã
à loco in quo est quispiam or-
tus. Sic enim Orestem quidem
à Tantalò, Hylum autem ab
Hercule dicimus genus habere:
& rursus Pindarum quidè The-
banum genere: Platonem autè
Atheniensem dicimus esse. Pa-
tria namque principium est ge-
nerationis cuiusque, perinde ac
pater. Hoc autem significatum,
vsurpatius esse videtur. Hera-
clida namque dicuntur qui ge-
nere descendunt ab Hercule.
Et Cecoprida qui à Cecopre, et
horum quoque propinqui. At-
que prius sanè genus, generis cu-
iusque principium dicitur: po-
stea verò multitudo eorum qui
ab vno principio, ceu Hercule
profluxerunt, quod quidem à cæ-
teris seiungentes ac separantes
totum aggregatum: Heraclida-
rum diximus genus. Alio mo-
do dicitur genus, id sub quo spe-
cies collocatur, accepta fortas-
se similitudine à prioribus. Vo-
cabu-

cabuli eius significatis. Nā & principiu quoddam eorum quæ sub se habet genus tale est: & præterea videtur multitudinē eorum amplecti quam scilicet, infra sese continet.

Tex: 2

His igitur modis dicitur genus, de tertio verò genere Philoſophorū est sermo, quod describentes sic assignarunt. Genus id esse dicentes, quod de pluribus specie differentibus hoc ipſo quid est predicatur, vt animal. Eorum enim quæ de pluribus predicantur, alia de vno solo dicuntur: vt indiuidua vt tui Socrates; & iste, & istud. Alia de pluribus predicantur, vt genera, species, differentia, propria, & accidentia communiter, sed nō cuiquam proprie. Atque genus est (exempli causa) animal: species, homo, differentia rationale. Proprium risibile, accidens, album, nigrum, fedore. Genus igitur ab hisce quidem, quæ de vno solo dicuntur, hoc sane differt. Quod ipsū de pluribus predicatur, ab his autem quæ de pluribus predicantur hisce differre videtur: a specie quidem, quod species, & si de pluribus predicatur, nō tamē de pluribus specie, sed de

pluribus differentibus numero predicatur: homo nāq. qui quidē est species: de Socrate et Platone dicitur, qui non specie sed numero differunt. At animal quod est genus de boue & equo, atque homine predicatur, quæ specie non autem numero solū differunt. A proprio verò, quod propriū quidē de vna specie cuius est propriū, & de indiuiduis hisce quæ sunt sub illa specie predicatur, vt risibile de homine solo, & de singulis hominibus dicitur. Genus autem nō de vna specie sed de pluribus differentibus predicatur. A differentia quoq. cōmunibus accidentibus genus differt: etenim differentia cōmuniq. accidentia quāquam de pluribus ac differentibus specie dicuntur, nō tamē ita vt quid sit quidq. sed vt quale quidq. sit innuant, dicuntur. Rogantibus enim quid nam illud sit, de quo hæc dicuntur, genus respondemus, differentis, & accidentia non respondemus. Non enim de subiectis illa in quid, sed magis in quale quid dicuntur, interrogati nāq. quale quid est homo, rationale dicimus: & quale quid est cornu nigrum dicimus, quorū rationa

tionale quidē est differentia, nigrum autem acciens, sed cum quid est homo interrogamur, animal respondemus, quod quidem hominis est genus. Genus igitur quod de pluribus quidem predicatur: ab indiuiduis, quæ de vno solo dicuntur, differt quod vero de pluribus predicatur specie differentibus, ab ijs quæ vt species propriam dicuntur, differt. Deniq. quod quid sit dicit a differentis, vulgoq. accidentibus differt, quorū vnū quodque non quid sit, sed quale sit, quomodo id de quo dicitur habeat, dicunt. Nihil igitur vero generis intellectu plus miuusue memorata generis descriptio habet.

Summa textus.

Responit acceptiones huius vocis genus, quas inter se comparat, prima gen^o dicitur cōgregatio multorū habetium ordinē inter se & ad vnū primū. v. c. Heraclidæ inter se affines, & ab Hercule orti. Secunda genus dicitur principū talis collectionis, siue à generāte, siue à loco, & patria vbi sunt geniti, sic Heraclidæ dicuntur habere genus ab Hercule & Arist^o esse genere Stagyritam, quia Stagyrites erat ei⁹ patria. Tertia, genus dicitur, cui supponitur species, & q. de pluribus differentibus specie in quibus predicatur, quæ desinitio nē quia interta est, & ratione illius aliar acceptiones posite, latē explicat.

Annotationes circa literam.

Primo, notandum Porphyrium prius agere¹ de genere, quia fundamentum generis est, per quod lipsa explicatur, & intelligitur, est prima pars essentia, & cōmuniō, v. g. animal quā rationale, humibile, &c. A cōmuniōibus verò Arist. docet incipere. Adde quod in prædicamentis, ad quæ sit hæc introductio, primo occurrit genus. De specie autē correlatiua generis secundum Cæciliū & alios agit in hoc met capite faciūt enim vnū caput de genere, & specie, & licet sint duo non est tanta mora, etiam si perfecta cognitio generis illuc usque differretur.

Secundō, sciendū primā acceptionem² generis dici à Porp. minus in promptu esse, quā secundā, quia illa collectio affinium posterior est suo principio, p est genus in secunda acceptione, in qua quidē principū non sumitur p patre, vel patria, sed pro semine, vel alia vi loci cōferente ad rei productionē: de quibus Matizius eruditē præter alios.

Tertio, licet genus alias habeat acceptiones: vt pro genere Grammatico, & pro materia, de qua 1. Physi. & pro Rhetorico scilicet deliberatiuo, inuentiuo, & c. eas tamen omisit Porph. quia prima est de voce, aliar vero difficiliōres explicatu, quā introductio petit, vel fouē etiā, quia illæ duæ posite, in c. sufficienter explicare tertiam, pro genere scilicet vniuersali, nā instar generis primo modo est multorū collectio, colligit enim sub se plures species: & instar generis secundo modo est principū multarum, quāuis ex Alber. differant, quia genus Logicum, vt animal est totorū species: totū autē collectio generis primo modo, aut totū principū, quod est secundo modo genus, non est in quibus hominē

Ordo p^o dicitur.

Prima acceptio generis quid.

Generis multarum acceptiones.

QV AESTIO. I.

De natura generis quantum ad definitum.

Quarto, prius diuisi vocē genus, quia equiuoca, vel analogā, quale est genus; ex Arist. prius distinguntur, sub huiusque vocem hanc genus, videri non simpliciter dici, non quia non sit certum, sed modestia caula, vt scit Arist. licet non desint, qui id dicant facere Arist. & Peripareticos, vt patet locus, si opus fuerit, illud subter fugiēdi, quod insinauit vlt. c. 1. P. 10 ram: vox autem simpliciter 6 sumitur ab Arist. primo, vt idem est quod sine addito diminuate, sic homo est simpliciter albus, id est, non secundo quod: secundo, vt idem est quod sine nouo modo perfectionis, vt brutam est simpliciter anim. l. id est, solum habet viuere, & sentire: tertio pro suppositione (de qua secunda parte Summul dixi) vel pro conuersione simplici, de qua Prior. dico. Quarto, vt idem est quod vniuersaliter, ait enim Arist. simpliciter loquendo, id est sine restrictione, loquēdo vniuersaliter. Vltimo pp vniu. d. & sic Porphyrius ait genus non dici simpliciter ad illas tres acceptiones.

7
Subtilis
Peripareticor.
fuga
6
Vox simpliciter
variè vsurpatur.

7
Subiectio
prædicamē.
duplex.

Quinto, cū duplex sit 7 subiectio quā species habet ad genus, alia prædicamentalis, quā species in re: alia prædicamenti sub genere collocatur: alia prædicatiua, quā eadem in prædicatione subieitur, non incongruē. Quidam dicunt de prima, primam definitionem esse intellegendam, scilicet, cui subieitur species: de secunda verò secundam scilicet quod prædicatur de pluribus, de quo infra latius redierit sermo.

Vltimo solet disputari hic, Vtrū omnes homines sint vnius generis? sed proferō quæstio indigna est distinctione (sicut alie multæ, quas circa textum temporis ista tura cumulant) sunt enim, vt ait Arist. 5. Metaph. tex. 31. quia ab vno Adamo principium ducunt, at iā genera (id est geacalogia) pro diuersis familijs, sumuntur.

Cum nomen genus species, &c. sint connotatiua de formali di-
cencia relationem rationis, de materiali verò naturam, quæ ab ea denominatur, de vtroque videndum est ad cognitionem essentia generis. Primo tamen de definito, vt postea magis pateat definitio, de primo inquit uatur quatuor, primo si definitum sit materiale, vel formale? secundo si habeat significatum materiale in communi? Tertio, si relatio generis sit vna specie? Quarto, si terminetur ad species, & quomodo.

1
Disponitur
quæstio.

ARTICVLVS. I.

Verum materiale, vel formale significatum generis, sit definitum in eius definitione?

Definitio est, genus est quod de pluribus differentibus specie id quod prædicatur.

Nominales ipsas voces non rem significatam dicunt esse genera, hos omittes. Quidam tribunt Thomistis materiale definitum, vt substat formam hanc recentiores² qui solum voces distant ab his, qui secundam intentionem in concreto dicunt definitum, unde non est necessè illos, neque illorum loca hic cumulare, sed quod materiale definitum.

Probatum primo, animal, verbi gratia, est quod prædicatur in quibus speciebus, non autem secunda intentione generis, cum non sit de essentia illarum, ergo materiale solum definitum.

1
Prima opinio.
2
Ayala, & P. T. lect.

Secundum

Secundo, hoc concretum pro formali dicitur ens rationis, vt dictum est, & pro materiali ens reale, v. g. animal, ergo ens per accidens, quod ex Arist. non potest vna definitione explicari, ergo materiale tantum definitum.

Tertio, quicquid declaratur per genus, & differentiam, vel per eorum passionem, definitur vt species: constat autem quod in data definitione genus declaratur per aliquid commune loco generis, scilicet, prædicabile, & aliquid proprium, scilicet, de speciebus in quibus, ergo vt species definitur, & consequenter non definitur intentio generis, vt sic.

Pro solutione nota primo quod cū definitio sit explicatio definiti, vt abunde in Summul. explicui, id est definitum cuius natura explicatur, & eo modo definitum, quo eius natura explicatur, non autem est definitum id, cui natura explicata conuenit, vt cum dico albedo, est albedo gratia vitæ, non definitum homo, qui habet naturam albedinis in se, sed ipsa albedo, cuius natura explicatur.

Secundo, sciendum quod definitum (potest esse duplex) seu quod de definitione explicatur, aliud quod, illud scilicet, quod de definitione explicatur, aliud verò quod, id est ratio essendi, quam definitur, sicut in hominis definitione homo ipse est definitum quod, humanitas autem est definitum quod, quæ ratio definendi, & necessitas assignandi hoc duplex definitum ex eo constat, quod conuenit eadem rem duplici definitione explicari, oportet ergo vt in illa reperitur duplex ratio formalis, secundum quod duplex ita definitio posita illi conuenire, insuper multa realiter distincta, vna definitione definitum, ergo necessarium est vt talia conueniant in vna ratione formali secundum quam definiuntur, nam quate-

2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

nus plura nequeant vna definitione explicari. Confirmatur ex ipso actio num, quæ duplex habent principium, scilicet, quod, & quo vt respectu causationis principium quod est ignis, & quo est calor. Rursus definitum aliud proximum cui adæquatè, aliud remotum cui inadæquatè conuenit definitio, vt in Summul. latè dicebam.

Nunc dico primo definitum huius definitionis non est materiale, generis, probatur quia non explicatur natura animalis, v. g. vel coloris, quæ sunt materialia genera, nec explicatur natura abstractionis, quæ est separata à singularibus, & ratio, & conditio fundandi, v. c. vt animali competat extrinsecè relatio generis.

Secundo, dico relatio generis in abstracto primo significata est definitum quo, huius definitionis, probatur quia licet illi non conueniat vt sit id quod prædicatur de speciebus in quibus, quæ est definitio, nec homo, vel equus sit generis, est tamen ratio formalis prædicandi de speciebus in quibus, &c. & hoc tantum vult Caietanushic.

Dico tertio, hic definitum vt quod secundum intentionem generis in concreto significata, nec in hoc, vt bene M. Soto ait, differens Thomæ & Scotus, aut Rades, hoc vult Arist. dicens in Log. ca. 1. de secundis intentionibus admet s. primis. cō. l. si est Scoti, S. Thomæ, dicitur de ente. S. Thomæ, M. Soto, & Scotus an 8. & hoc idem est quod dicitur naturam definitum, vt denominatur à secunda intentione, vel secundam intentionem, vt denominat naturam, id est, ita vt vnum de alio prædicari possit, scilicet, in concreto, nec enim est significari per modum alteri adiacentis, vt dixi in Summul. quale est omne concretum denominatiuum, vt genus, &c.

Probatum ratione conclusio ex

1. Cōcl.
2. Cōcl.
3. Cōcl.
4. Cōcl.
5. Cōcl.
6. Cōcl.
7. Cōcl.
8. Cōcl.
9. Cōcl.
10. Cōcl.
11. Cōcl.
12. Cōcl.
13. Cōcl.
14. Cōcl.
15. Cōcl.
16. Cōcl.
17. Cōcl.
18. Cōcl.
19. Cōcl.
20. Cōcl.
21. Cōcl.
22. Cōcl.
23. Cōcl.
24. Cōcl.
25. Cōcl.
26. Cōcl.
27. Cōcl.
28. Cōcl.
29. Cōcl.
30. Cōcl.
31. Cōcl.
32. Cōcl.
33. Cōcl.
34. Cōcl.
35. Cōcl.
36. Cōcl.
37. Cōcl.
38. Cōcl.
39. Cōcl.
40. Cōcl.
41. Cōcl.
42. Cōcl.
43. Cōcl.
44. Cōcl.
45. Cōcl.
46. Cōcl.
47. Cōcl.
48. Cōcl.
49. Cōcl.
50. Cōcl.
51. Cōcl.
52. Cōcl.
53. Cōcl.
54. Cōcl.
55. Cōcl.
56. Cōcl.
57. Cōcl.
58. Cōcl.
59. Cōcl.
60. Cōcl.
61. Cōcl.
62. Cōcl.
63. Cōcl.
64. Cōcl.
65. Cōcl.
66. Cōcl.
67. Cōcl.
68. Cōcl.
69. Cōcl.
70. Cōcl.
71. Cōcl.
72. Cōcl.
73. Cōcl.
74. Cōcl.
75. Cōcl.
76. Cōcl.
77. Cōcl.
78. Cōcl.
79. Cōcl.
80. Cōcl.
81. Cōcl.
82. Cōcl.
83. Cōcl.
84. Cōcl.
85. Cōcl.
86. Cōcl.
87. Cōcl.
88. Cōcl.
89. Cōcl.
90. Cōcl.
91. Cōcl.
92. Cōcl.
93. Cōcl.
94. Cōcl.
95. Cōcl.
96. Cōcl.
97. Cōcl.
98. Cōcl.
99. Cōcl.
100. Cōcl.

F 3 Notab.

Notab. id definitur, cuius natura explicatur, sed explicatur natura generis, vt dicit in concreto relationem vniuersalis, per passionem, quæ est prædicabile, & nomina definitionis sunt nomina secundæ intentionis, ergo non definitur nisi secunda intentio in concreto.

Secundo, cum definitur album esse d. segregatiuum vitus non definitur material, scilicet, substantia, sed albedo in concreto, cuius natura explicatur, ergo & hic necessar. definitur intentio generis, relata ad species, cuius natura explicatur in concreto, taliaq; sunt nomina definitionis, scilicet, prædicabile, &c.

Vltimo, definitio conuenit definitioni essentialiter, non accidentaliter: constat autem quod generi pro materiali, vt pot. animal, accidentale est esse superius in prædicamentis, & prædicabile de multis, aliter Pet. & Paulo, v. c. hæc omnia conuenient, ergo non definitur genus pro materiali, sed vt habet secundam intentionem generis, qui est ordo ad species.

Vnde inferitur maxime aduertendum quod vt album supponit pro substantia, cui albedo inheret, cum dico album currit, sic genus pro natura denominati, quæ est significatiu materiale: animal enim est genus, &c. vt homo albus, itaq; licet relatio generis, faciat animal formaliter gen., prædicabile in quid de speciebus, vt albedo hominem album segregatiuum vitus, tamen vt albedo non est alba sed homo, ita relatio generis, non est quæ prædicatur in quid, sed animal: at quæuis albedo non fit alba vt quod, est tamen alba vt quod, id est, quæ corpus formaliter est album, ita relatio generis est gen. vt quod, id est, quæ animal, color, &c. est genus formaliter, & hoc vult Cai. dicit prædicari formaliter, id est, esse rationem & formam, quæ animal, verbi causa, &c.

formaliter est prædicabile.

Ad argumenta, ad primum dico, quod animali accidit esse prædicabile quidditatiuè, & ita non definitur, quia illa definitio conuenit accidentali.

Ad secundum respondeo, quod non explicatur hic natura significatiu materialis, sed vt habet generalitatem, & ita vna natura definitur, in concreto tamen, ens autem per accidens duo habet formaliter significare, vt homo albus. Pro quo aduerte 10 quod natura generica, & secunda intentio dupliciter considerari possunt, primo vt sunt dua nature inter se essentialiter distinctæ, & independentes secundum d. vt habent inter se ordinem actus, & potentia: nam ipsa natura generica, vt denominabilis à secunda intentione habet se ad modum potentie, quæ per illam actuat. Iam ergo licet istæ nature primo modo sumptæ constituant vna per accidens bene tam: secundo modo fit ex illis vna per se, si cut ex potentia, & actu, & ex determinabili, & determinante, ad modum quo ex unitatibus constituitur numerus, qui est vnum per se, quæ ens inter se habent ordinem, vt dicitur aliqui, nam c. de quantitate liberè dicam quid sentiam.

Et si quæramus in quo prædicamento tale tertium ex natura, & ex secunda intentione collocatur: Respondetur, quod in prædicamento entium rationis. Sed contra 12 quia altera pars illius, scilicet materialis, est realis, ergo illud tertium, quod ex hac parte constat, non potest secundum se totum poni in prædicamento entis rationis. Respondetur primo negando contententiam, quia sufficit vt pars formalis pertineat ad illud prædicamentum, sicut etiam patet de materiali dicit substantiam patris, & tamen istud concretum ponitur in prædicamento ad aliquid.

Secundo, respondetur & melius quod

formaliter est prædicabile.

soluuntur arg.

10 Nota generica & secunda intentio dupliciter consideratur.

11 Dubitatio consideranda.

12 Replicatur.

13 Secunda & melior solutio.

13 quod adhuc illa natura formaliter considerata, vt est quædam potentia ad recipiendam secundam intentionem, pertinet ad prædicamentum secundarum intentionum, sicut substantia, vt est potentia ad quantitatem, & ratio est quia potentia receptiua actus, & actus ipse pertinet ad idem genus. Vltimum autem connotata concreta sunt aliquo modo ens per accidens alibi dicam.

Ad tertium respondetur cum dico defini genus vt speciem, particula, vt, dapsiciter potest sumi, primo ita vt reduplicet 14 rationem formalem quæ definitur, & sic, nec homo, nec genus definiuntur vt species, quia esse animal rationale, vel prædicabile de speciebus, non est relatio speciei. Secundo particula, vt, potest dicere conditionem, id est, vt aliquid definiatur per genus, & differentiam, &c. requiritur vt sit species, & ita genus quod definitur hic, est species vniuersalis, sed iam dixi esse accidentaliter speciem, vt homo, & lequus.

ARTIC. II.

Vtrum genus in communi habeat vnum significatum materiale?

1 Explicatur titulus.

Argu. 1.

14 Dicitur significatum materiale exercere prædicationem, & in conuenire definitionem generis accidentaliter, & denominatiuè, hoc autem videtur impossibile. Primo ad quatum significatum materiale generis, nec est ens reale, nec rationis, licet enim genera realia, & genera rationis, vt patet, ergo nullum est significatum materiale generis in communi, quia entia reali & rationis nullus est conceptus obiectiuus communis.

Secundo, particula, hoc genus, habet pro materiali animal, quod est quædam natura generica, ergo genus in communi debet habere pro materiali naturam communem ad omnia genera: hæc autem non est, quia decem genera generalissima, & ens reale, & rationis in nullo genere conueniunt, ergo genus in communi non habet materiale significatum, & per consequens generalitas in communi, non habebit quid denominet, & quod exerceat prædicationem.

Pro solutione nota, dupliciter aliquid posse prædicari, primo in actu exercito, quado scilicet exerceat prædicationem, & definitionem. Secundo in actu signato, quado est id quod per tale nomen, & prædicatum significatur, idem enim est in actu signato, quod in actu significato, v. g. vox non, nullus, &c. in actu exercito sunt negationes, quia negat, quod post se reperit, at negatio, nil negat in actu signato, sed est ipsa natura negationis, quæ significatur hoc nomine negatio, & idem dicitur negatio in actu signato, id est, in actu significato.

Secundo, nota quod quando in aliqua definitione inuoluitur aliquod exercitium, non est necesse quod tale conueniat ad quatum definito secundum se, sed sufficit quod conueniat illi in suis inferioribus, v. c. album est segregatiuum vitus, quia dicit exercitium, tamen conuenit huic albo, vel illi segregare vitum.

Tertio, aduerte ex Arist. 2. de animalibus, & ex S. Thom. 1. 2. q. 3. art. 2. in corpore, quod actus est duplex, alter primus, alter secundus, primus actus est esse formale, quod dat formam, id est actus essentialis: secundus vero est operatio, quæ fit media forma, & ponit exemplum S. Thom. in scientia: actus primus est esse sciens, sicuti albedo est album, quod dat: secundus vero est consideratio actualis aliquid.

2. Argu.

2 Duplicitate aliquid prædicatur in actu signato, & exercito.

3 Exercitium de se, in necesse conueniat ueniat definito.

4 Actus primus & secundus sunt.

NOTA

9 Corol. pro conclusio.

conclusionis, & albi disgregare visū.

Sit prima conclusio. Relatio generis in communi, non habet adaequatū materiale, q̄ sit genus, vt euidenter probant argumēta facta, nec hoc est particulare in genere, nā omnes alię intentiones vniuersalium, non habent vñ materiale adaequatū quod denominent, nam si ellet commune, non esset in actu exercito singulare, idem de singularitate, est dicendum, &c. Vnde sicut negatio in communi non negat, sed in particularibus negationibus, v. c. nō nullus, & sicut corpus dicitur album ab albedine in communi, licet albedo in communi non fiat album in exercitio pari modo, nec relatio generis in communi denominat aliquam naturam genericam, sed in singularibus generitatibus id exercetur, vna enim de nominat animal, alia quantitatem, &c. quia secunda intentio, secundum se non dicit exercitum, cum actu alis denominationi non sit de essentia illius, sed quasi actus secundus, & licet dictæ relationes sint in essendo particulares: sunt tamen intrinsecæ, & quidditariæ vniuersales, quia referunt naturam communem ad inferiora, ideoque dicuntur vniuersales in denominando; generitas autem in communi, communis est ad omnes illas hoc nomine genus, formaliter significata, & ita in actu signato generitas nullū refert, sicut nec relatio similitudinis in communi, vt c. de relatione patebit, sed hac similitudo hunc, illū, illū, quibus similitudo in communi communis est.

Et hac distinctione multorum argumentorum solutiones patent, idē enim potest esse singulare, v. c. in actu signato, relatio scilicet, hoc nomine singulare significata: & tamen quia sumitur singularitas in communi est vniuersalis in actu exercito, si militer æquiuocum in actu signato

æquiuocum est, natura scilicet æquiuoci voci, per vocē æquiuocum significata, at in actu exercito est vniuersale, quia esse æquiuocum, quod illo nomine æquiuoci significatur in communi, est vñ commune omnia enim eadem ratione utraq̄ uoca. Rursus verbum in actu signato est verbum quia significatur natura verbi, quia tamen significatur nomine, est in actu exercito nomen, vox verbum, ita genus in communi, in actu signato est genus, quia per vocē generis relatio generis significatur, at in actu exercito est species, quæ de indiuiduis generitatibus quidditariæ prædicatur.

Secunda conclusio, materiale & substractum in communi huius relationis generis, tantum est vnum proportionem, quia scilicet, materialia genera in hoc habent similitudinem, & proportionem, quod sunt natura sub se habentes species, quæ proportio satis est, vt habeant singula relationem generis, quibus intentio generis sit vniuersa, & consequenter vox genus, est vniuersa, quia illam formaliter significat. Vniuersa autē penes significatum formale attenditur, vt esse relatiuum prædicamentale, est vniuersum habentibus relationem, licet alix fundentur in quantitate, alix in qualitate, vel substantia, quibus non est genus aliquod vniuersum, quia ratio relationis quæ est significatum formale est vniuersa illis relationibus.

Aduertendum tamen quod licet natura denominata à secunda intentione generis in communi, nō sit vniuersa omnibus generibus, tamen ratio fundandi relationem generis, scilicet abstractio, est vniuersa, & comparatio etiam: Et inde diceret quis, præsumi vnitatem relationis generis sed (vt videbitur art. sequenti) relatio generis est vna specie imā: abstractio autem

3
2. Cōcl. respon-
sua quæ-
sio.

9
Ratio fū-
dandi re-
lationē
generis
est. Vni-
uersa nō
natura
quæ fun-
dat.

1. Cōcl.

6
Negatio in
communi nō ne-
gat.

NOTA

7
Doctri-
na nouā
da quæ
multa
argum.
solu-
tur.

VT magis pateat definiti essentia videndum restat, vnde sua vnitatis sumatur, quod inquiritur quaestio. Videtur quod relatio generis non sit vna specie imā, nam animal in esse cognito est ens ratio nis & relatio, nec alia quā relatio generis, & præterea est in illo alia relatio generis, scilicet vniuersalitas, qua refertur ad inferiora, ergo genus pro formali duas habet relationes specie.

Secundo, genera alia sunt subalterna, quæ & sunt sub alio genere, & habent sub se species. Alia sunt generalissima, quæ supra se nullum habent genus, ergo relatio generis alia est generalissima, alia subalterni, patet quia duo subalterna essentialiter inter se magis conueniunt, quam cum generalissimo, in hoc scilicet quod habent supra se genus, & duo generalissima magis inter se, quam cum subalterno, in hoc scilicet quod sunt suprema, ergo relatio gen. nō est vna

Tertio, fundamenta relationis generis, vt animal, & color differunt etiam genere, & rationes fundandi, scilicet passiuæ abstractiones differunt specie, imò termini relationis generis, scilicet homo, &c. ad quem refertur animal, & albedo, &c. ad quem refertur color, differunt etiā genere, ergo & ipsæ relationes ad minus specie distinguuntur.

Vltimo, alia est ratio prædicati, alia prædicabilis, quia ex Aristot. 1. Top. definitio, est prædicatum, & tamen non est prædicabile, & species per eundem Aristot. non est prædicatum, & est prædicabile, sed genus est prædicatum, & est prædicabile, sed genus est prædicatum & prædicabile, ergo habet duas rationes, & essentias, & per consequens non est vnum specie.

Pro solutione. primò notandū ex c. de relatione 2 relationes distinguuntur. F 5 specie

1
Explica-
tur titu-
lus.

Arg. 1.

2

3

4

5
Relatio-
nes pe-
nes quid
distingui-
quantur.

Soluuntur Arg. Ad primum, fateor nullum esse adæquatū materiale relationi generis, quod sit genus, sed est tantū vñ proportione, quæ proportio satis est ex dictis, vt relatio generis conueniat vniuersæ cuius generi, ex secunda conclusionem, per quod etiam patet ad secundum, quia exercitiū prædicandi non facit adæquatū materiale generis in communi, sed animal, color, &c. quæ habent singulares relationes generis.

ARTICVL. III.

Vtrum relatio generis sit vnius speciei atomæ?

specie per se diuersos terminos formales, quod clarius dicitur per varium modum, & rationem respiciē di terminos, vt scientiæ per se obiecta, vnde si duos habet modos respiciendi est duplex relatio. Hinc est genera subalterna duas habere relationes, vnam inferioris ad superius genus, aliam superioris ad inferiores species, genera autem generalissima nō habent relationē ad superius genus, hoc enim eis esse generalissima, & suprema genera, scilicet nulli generi subiecta.

Prædicatum dupliciter prædicatur, & sic distinguitur à prædicabili, vt risibile, & vidēs, vt potētia, & actus. Secūdo sumitur. 1. Topic. pro eo qui potest prædicari, & sic aliqui dicunt diuersas rationes prædicati, & prædicabilis, ob argumentū quartū melius tamen videtur, quod cō eisdem verbis definiatur genus à Porphy. vt prædicabile, & ab Aristor. vt prædicatū, dicere eandē rationē esse generis prædicati, & prædicabilis: habet enim se ratio prædicati, vt superior ad rationē prædicabilis, omne enim prædicabile est prædicatū, sed nō omne prædicatū prædicabile, vt hic sumitur strictē pro incomplexo, & c. De finitio enim est complexū & prædicatū.

Replicatur. 4. Dices species, quæ est prædicabile non est prædicatū, ergo prædicatū nō est superius: respondetur specie est se prædicatū, nō tamē numerari ab Arist. 1. Topic. quia solū curabat illa prædicata, quæ ad scientias & possibile illarū spectat, scientiæ autem nil prædicat nisi de natura saltim specificā, & differentia autē nō meminit, quia (licet sit prædicatū) cū vellet re modos, & loca probandi prædicati, & inueniendi, & differentia subalterna cōstituat aliquod genus eā generi annumeravit, quia dicitur & probatur cum genere, de cuius essentia

est, differentia autem conuertibilis cum specie infima (de qua & quomodo sit. c. de differentia) eodē modo probatur, & scitur, quod definitio speciei, & idē posuit definitionem, quod satis fuit, quia in ea ponitur differentia, & vnus generi, & idē tantum quatuor prædicata numeravit, scilicet genus, definitionē propriam & accidens.

Concluditur. 5. Iam sit conclusio 5 relatio generis est vna specie infima. Probatur, quia distinctio & vnitatis specificæ secundum omnes sumitur à termino formali, à modo scilicet respiciendi terminum, sed omne genus respicit species, vt prædicatum quidditatiū inferiores, naturas specificas, nec aliud habet vt genus, ergo relatio generis est vna specie, vt relatio similitudinis est vna specie, 1. ceteri similitudo sit in albedine, & nigredine, quæ differunt specie, & ita relationes generis tantum distinguuntur numero siue idem genus animal referatur duabus relationibus, dum comparatur à duobus intellectibus, siue vna relatione referatur animal, alia color ad inferiora, vt relationes, quæ idem album ratione albedinis, quæ prima albedine amissa habet, & quæ antea ratione prima albedinis habet, tantum distinguuntur numero inter se, & à relatione, qua vnus niger aliter nigro similis est, quia cum eodē modo respiciant terminū non est differentia formalis, sed materialis, & numerica, de qua infra. c. de relatione latius. Ad primū 6 illud ens rationis, scilicet animal in esse cognito nō est relatio generis, quæ tantū est ordo ad inferiores species, vt explicatū est. Dices 7 in quo ergo specie entis rationis est animal in esse cognito, est negatio, relatio, vel fictio? nā quodcumque agnabitur apparet fallum, nā si dicas esse relationē, quia omne esse extrinsecū vide-

Concluditur. 5. relatio generis est vna specie infima. Probatur, quia distinctio & vnitatis specificæ secundum omnes sumitur à termino formali, à modo scilicet respiciendi terminum, sed omne genus respicit species, vt prædicatum quidditatiū inferiores, naturas specificas, nec aliud habet vt genus, ergo relatio generis est vna specie, vt relatio similitudinis est vna specie, 1. ceteri similitudo sit in albedine, & nigredine, quæ differunt specie, & ita relationes generis tantum distinguuntur numero siue idem genus animal referatur duabus relationibus, dum comparatur à duobus intellectibus, siue vna relatione referatur animal, alia color ad inferiora, vt relationes, quæ idem album ratione albedinis, quæ prima albedine amissa habet, & quæ antea ratione prima albedinis habet, tantum distinguuntur numero inter se, & à relatione, qua vnus niger aliter nigro similis est, quia cum eodē modo respiciant terminū non est differentia formalis, sed materialis, & numerica, de qua infra. c. de relatione latius. Ad primū 6 illud ens rationis, scilicet animal in esse cognito nō est relatio generis, quæ tantū est ordo ad inferiores species, vt explicatū est. Dices 7 in quo ergo specie entis rationis est animal in esse cognito, est negatio, relatio, vel fictio? nā quodcumque agnabitur apparet fallum, nā si dicas esse relationē, quia omne esse extrinsecū vide-

Solutur arg. contraria.

Replicatur difficultas.

tur esse relatio rationis, sequitur quod chimæra & negatio sint etiam relationes rationis, quia tantū habēt esse extrinsecū obiectiue in cognoscente. Si dicas 8 quod in illa diuisione tantū partitur illud, quod non habet aliud esse in re, & ita animal in esse cognito, & alia quæ sunt in re, non cadere sub illa, manifestē colligitur diuisionē esse diminutam. Et si tandem dicas negationem & priuationem distingui à fictione, & relatione, non in esse actu entis rationis, sed præfundamento in esse tamē cognito esse relationem, vt animal: eo modo, qui habet esse extrinsecū, sed profectō si chimæra esset relatio, vt dictū est. Dices non esse, quia illas solū dicimus esse fictiones, & non relationes, quæ implicent esse in re, licet tamen non obstat, cū etiam animal in esse cognito implicet esse in re, nec interest, vt id, quod cognoscitur possit esse realiter ad hoc, vt in esse fictio animal non sit fictio, vel si est relatio etiam chimæra sit relatio.

Replicatur ad huc.

Soluitur difficultas quæstio.

Respondeo 9 omni entis rationis esse commune, esse extrinsecum in cognoscente obiectiue, vt esse in re omni entis reali, illudque ens rationis est negatio, vel priuatio, cuius esse obiectum est negatio, vel priuatio aliquid, illud relatio cuius esse obiectum est ordo rationis ad aliud, illud fictio quod absolute fingitur, id est, non cognoscitur cum ordine relationis ad aliud, sed in se, quod supra articulo quæstionis 1 vniuersal dicebam esse substantiam rationis.

Animal in esse cognito ens ratio nis.

Vnde animal 19 in esse cognito, & fictio ab intellecta est species fictionis, cui impertinens est, vt sic quod in re possit habere esse reale, ipsum autem cognosci animal, vel esse cognitam est relatio rationis, cū intelligitur, quia est ordo, & denominatio rei cognitæ ad cognoscentem.

tē, ipsum autē animal habet esse fictū dū cognoscitur, licet in se sit ens reale. Vbi aduertitur dū non esse opus vt animal sic sit ens rationis, vt cognoscatur ego habere esse rationis, sed vt chimæra cognita est ens rationis hoc ipso quod est obiectiue in cognoscente, licet non aduertam esse ens rationis, ita animal, quia est obiectiue in cognoscente, & vt esse hominem, & equum diuersæ naturæ, facit, vt eadem in esse ficto ab intellectu, sint diuersæ species fictionis rationis, licet antea non esset ens rationis, ita in fictionibus monstris, quam fictis, & licet antea non sint entia rationis actu faciūt diuersas species, quia sunt diuersa obiecta potētiæ cognoscentis) entis rationis, quæ antea tantum erant fundamentaliter, non quod fundamentum esset aliquid actu, quia esset ens rationis actu cum non sit reale: sed quod ipsum non esse. V. g. lucem in aere, vel visum in oculo, facit, vt verum sit dicere, aer est tenebrosus, homo est cæcus, & hominem. V. g. esse denudatum à conditionibus singularibus facit (licet vniuersalis nihil esset actu tunc) vt intellectus notitia relatiua, & comparatiua intelligam naturam illam esse participabilem à multis, & tunc quia intelligitur relatiue datur relatio rationis actu, de quo (maximè de priuatione) Caietan. capitulo. 1. de ente.

Ad secundum respondetur ex primo Notandum genera. 11 subalterna conueniunt se magis, quā cum generalissimo, non in ratione generis, sed quia habent aliam relationē speciei, vt duo patres, qui habent actu patentes, ad quos habent relationes filiationis, magis inter se conueniunt, non in ratione patris, quam qui habent filios, & non patres, cum cis conueniunt, sed magis cōueniunt

NOTA

Ad. 11. 31. gen. prin. cipal R.

4

Ad 3.

tiā est propter abam relationem filiatiōis, quam habent.

Ad tertium dico, quod unitas specifica relationis sumitur à termino formalī, quod in genere est species, ut quidditatiū inferiores, accidentale est aut quod sit homo, vel equus, tunc etiam ut sit genus, & accidens ille est quod sit animal, vel color, &c.

Ad ult.

Ad vltimum dicendum ex Notib. 2. q. eadē est ratio specifica generis prædicati, & prædicabilis, sed quod potissimum huc refert est vnam esse rationem specificam generis prædicabilis.

ARTICVL. IIII. & vltimus.

Vtrum relatio generis habeat pro termino tantum species, & quomodo?

Suadetur pars negat.

Et videtur quod non. Primo, quia genus prædicatur de individuo, Petrus est animal. Dices tamen quod prædicatur mediātē Contra, quia hæc est immediata, hoc animal est animal signato in diuiduo animalis ad intellectum. Secundo, probabile est in Angelis eandem esse naturam specificam intrinsecē singularem, quia differentia specifica est numerica in illa sententiā, ergo genus Angelus immediātē prædicatur de indiuiduis angelis, quia per idem est indiuiduum, & species.

Tertio, ens immediātē prædicatur de speciebus, & consequētē eas immediātē respicit; item animalitas de humanitate &c. & anima in comuni de speciebus animarum, & tamen non sunt genera, ergo non est proprium generis prædicari de speciebus.

Vt in dō, genus potest conservari in vna specie, vt animal cum post iudicium solus homo existat, ergo non petit pro termino plures species.

Pro solutione notandum est 1. dupliciter posse quoduis genus, vt animal, considerari, primo quoad ea, quæ essentialiter habet, scilicet esse vniuersi sensibile, & sic dicitur totum actuale. Secundo, vt hæc ratio est cōtrahibilis per plures differentias ad species, & sic dicitur totum potentiale, id enim solum dicitur genus, quod tenemus ad plures extendi species, licet nō in vna specie videamus esse radicem instabilitatis, stabilitatis & intelligere ministerio sensuū, &c. quia cum vna specie hæc prædicata conueniantur, scilicet cum homine non sunt genus, licet ergo genus primo modo in vna specie sit totū, sed quia per plures species perfectibile est plures exigit species, non quod ad existentiam, & etiam, sed in potentia Quo posito sit.

Prima conclusio 2. relatio generis est ad plures species. Probatur primo auctoritate Porphy. Aristot. & omnium, qui sic dicunt genus in ordine ad plures species.

Secundo, quia cum tantum sit genus, quod per plures differentias ad plures species contrahi potest, & eas non requirat actū existentes, terminus erunt relationis generis, species etiam non existentes.

Secunda conclusio 3. genus non respicit relationes speciei, sed ipsas naturas specificas; primo, quia genus respicit species, vt prædicatum quidditatiū suum subicitur, nō est autem relatio speciei subiectū, nec de ea prædicatur. Secundo, quia non est genus ipsum genus. V.g. animal ad relationem speciei, sed ad species, hominem, equum, &c.

Nec obstat, quod cum fiat relatio generis actū per comparationem ad in-

Genus dupl. ci. ter.

1. cor. cl.

2. concl.

Quæ. 2. De nat. gen. Ar. 1. Si generis def. sit descri. 47

inferiora erit relatio mutua, id est quæ habet terminum habentem eam relationem ad ipsum genus, quia nō respicit relationem, quam habet species, sed ipsam naturam. V.g. hominem, &c. de quo. c. de relatione expresso dicam.

4. Vltima conclus.

Tertia conclusio, vna 4 numero relatio generica refert animal. V.g. ad plures species, illæ quæ sunt vnus terminus ad æquatus talis relationis. Patet, quia talis relatio est intrinsecē vniuersalitas. Secundo probatur, & declaratur, sicut vna numero relatio paternitatis vnus patris, vna numero cum nō sit, refert illum ad plures filios, & plures filij ad æquate terminant eandem relationem patris, secundum veriore, & communior sententiam; ita similiter ipsa relatio generis, & multo melius, quia vniuersalitas est quæ refert genus. V.g. animal ad plures species, & illæ ad æquate eandem relationem terminant, licet sit indiuidua & singular.

Ad argumenta ad primum respondeo 5 quod animal mediātē, scilicet homine, prædicatur de Petro, at de indiuiduo generis, quale est hoc animal controuersia est. Quid etiam mediātē dicunt prædicari, quia cum vox hoc animal significet indiuiduum alicuius speciei, mediā tali specie prædicatur de illo, si sit Petrus mediō homine, si Bucephalus mediō equo. Sed quid 6 quia cōpositio generis cum differentia specifica, vel numerica est cōpositio rationis, & per intellectum, vt infra dicam, non videtur inconueniens, vt ego sum, & signum ad intellectum animal in singulari signata solū differentia numerica animalis vt sic. Vnde 7 alij dicunt immediatam talem prædicationem, scilicet hoc animal est animal, & tunc ad istiusmodi indiuidua generis, animal solum habet relationem speciei, licet sit genus respectu

5. Soluuntur Arg.

6. Reijciuntur solut.

7. Alter soluitur Arg.

specierum, nec animal respectu horum indiuiduorum habet plus, vel minus, quam homo respectu Petri, & Pauli, & hoc secundum, magis placet, quid autem sit relatio speciei. c. sequenti.

Ad a.

Ad secundum, procedendo in illa opinione, de qua statim, adhuc est relatio ad species subijcibiles, licet illæ sint intrinsecē singularia.

Ad 3.

Ad tertium dico, quod ens non est genus, quia non est vniuersum, vnde tantum de speciebus materialiter dicitur, animalitas vero & anima sicut non sunt genera, quia sunt naturæ incompletæ, ita eadem ratio nec sunt species humanitas, & animæ.

Ad ult.

Ad vltimum patet quod procedit de existentia reali specierum, quam non petit genus, vt dictum est prima conclusionē.

QVÆSTIO. II.

De natura generis quantum ad eius diffinitionem.

Examinandum restat 1 circa de diffinitionem generis à Porphy. præditam, qualiter adæquet naturam definiti explicatā, quod etiam conlucet ad maiorem intelligentiam naturæ genericæ, de quo quinque sunt quæstiones Prima, si definitio sit descriptiua? Secunda, si bene assignata à Porphy. Tertia, si prædicari in quid distinguat genus à differentia? Quarta, si genus sit totum, & pars, quomodoque principiet speciem? Vltima, si prædicatur de speciebus, vt pars, vel vt totum.

1. Disponitur quæst.

ARTICVL. I.

Vtrum definitio generis, scilicet predicabile in quid, de speciebus, sit descriptiuas?

1. sent. Scot. S. Cōtus. q. 15. logica dicit esse quidditatuam, quia cum possit genus quidditativè explicari, non est cur negetur sic definitum esse. Adde quia genus non consideratur ut uniuersale, sed ut predicabile, & ita per essentiam definitum est.

2. sent. Albe. & Villalp. Secunda sententia opposita 3 Alber. Boet. Alexan. Ammo. & Villalp. qui dicunt non posse quidditativè defini. Primò, quia cum sint genera realia, & rationis non habent unam essentiam definitibilem.

3. sent. Villalp. Secundò, ex. 7. Metaphysic. entia rationis non habent quidditatem.

4. Tertio, quia Logicus non agit de quidditate entis, rationis, ut visum est.

5. Tertia sententia vera 4 & communis dicit esse descriptiuam, ita expresse Sancti Thomae opuscul. 48. c. 2. & ipse Porphy sic eam vocat descriptionem.

6. Pro cuius intelligentia videndum quid ponatur loco generis. M. Soto. c. de proprio 6 & alij ponunt uniuersale pro genere definiti, & id referri dum dicitur, quod predicatur 7 sed quidem sine cautela hoc dicitur primo, quia nihil excluditur est per diffinitioem, si iam excludatur per genus, constat autem quod indiuidua à Porphy excluduntur, quia licet sit predicabile non tamen de multis, ergo genus non est uniuersale, cum iam indiuiduum excludatur esset per illud.

7. Secundò, quia in definitione nuntiantur cum genere passio con-

uertibilis cum eo, igitur enim quis definirer hominem esse animal sensibile rationale, cum sensibile conuertatur cum animali, constat autem quod predicabile de multis, quod est passio conuertibilis cum uniuersali, ponitur in definitione, ergo non ipsum uniuersale.

Secunda opinio, ponit pro genere subiectum secundae intentionis predicabilem, ac si diceret, genus est natura predicabilis, & c. ita Alber Ammo. & Canter. probant, quia ex communi sententia cum accidens definitur in concreto subiectum illius induit rationem generis, ita ait Amm. nomen est vox significatiua ad placitum, esse autem vocem est materiale significati ad placitum, ut secunda pars Summul. c. 2. dicebam.

8 Sed quidem adhuc Porphy. non videtur sumere pro genere subiectum secundae intentionis, cum nihil excludat per predicabile.

Tertia opinio dicit, per vocem quod referri, quid intentionale immediate contrahibile per predicari, ita multi codices 9 sed hoc est praeter intentionem Porphy. qui predicari non posuit pro diffinitioem, cum nihil per illud excludat, neque enim ipsum indiuiduum.

Quarta ergo opinio communis, & vera aui ce. par logica. c. 7. & aliorum, pro genere ponit inquit 10 predicabile, seu quod idem est, quod predicatur, neque intelligas dicta, sed aptitudine, ut verba definitioem solent intelligi, quae sententia patet vera ex aliarum impugnatione.

Dico primò, data definitio 11 predicabile, scilicet, in quid de speciebus formaliter loquendo tantum est descriptiuas: patet, quia non constat proprio genere, sed aliquo loco illius, scilicet predicabili quod est commune generi cum alijs, verum autem genus est uniuersale, ut late dixi

artic. ult. 4. quæst. uniuersalis. Adde quod cum hæc sit introductio data erat definitio per passionem notioerem, id est per predicabile, quod concieutum si explicetur, tandem ponendum est materiale loco generis, & hoc vult communis sententia adducta pro Cantero. Sed quidem Porphy. explicationem huius concreti non posuit.

12 Dico secundò, genus quidditativè potest defini, quod si definiretur hæc deberet esse definitio 12 Genus est uniuersale species quidditativè respiciens, & hæc, genus est cui supponitur species, id est habens sub se quidditativè species, sed Porphy. hæc definitionem solum ut nominis explicationem, non ut rei definitionem attulit, nam aliter eam explicasset, si cut explicuit dictam descriptionem. Rursus hæc definitio, genus est predicabile de speciebus in quid, si particula predicabile sumatur pro radice huius passionis, quæ radix est uniuersale, est quidditativa, ut hæc homo est animal rationale, quia particula rationale significat substantialem radicem intellectus. Porphy. verò, ut dixi, prima conclusione sumit predicabile formaliter pro ipso predicabili, quod est passio, propter rationes dictas.

Ad argumenta, ad primò quod 13 est Scoti. patet quod predicabile non est obiectum huius libri, sed uniuersale, per passionem autem definitur, quia notior.

14 Ad primum. Villalp. & aliorum dico 14 quod non definitur hic genus pro materiali, sed ut substat secundae intentioni, quod propter significatum formale, dixi supra. q. 1. esse uniuocum, & potest conuenire accidentaliter esse genus & alia predicari tam enti reali, quam rationis.

Ad secundum. Aristot. ibidem. id est negat, de accidentibus realibus

esse perfectam definitionem, & essentiam, illa tamen diminuta essentia generis intentionalis per essentialia predicata potest defini quid dicitur. Ad vltimò, licet Logicus non consideret an sint, & quid sint entia rationis in cōmuni, nec quomodo cauentur, ut dixi, bene tamè considerat illi entia rationis, quæ sunt forma modi sciendi, ut Architectus considerat formam domus, quæ est accidens, non tamen vtrum sit accidens, nec quod accidens, horum autem quinque uniuersalium simplicium cognitionem Logicus accipit à Metaphysico, ne erret in modis sciendi cōpositis, ex illis ordinatis.

ARTICVL. II.

Vtrum dicta descriptio bene assignetur à Porphy?

1 Ratio dabitur. Quæstio hæc precipuè mouetur propter soluenda 1 aliorum. Ratio dabitur. Quæstio hæc precipuè mouetur propter soluenda 1 aliorum. Ratio dabitur. Quæstio hæc precipuè mouetur propter soluenda 1 aliorum.

2 Secundò, genus à Porphy. distinguitur à proprio, quia proprium de vna tantum specie predicatur, contra quod est, quia propria generis de omnibus eorū speciebus dicitur ut predicabile. V. g. Dices immediate tantum dici de eo, cuius sunt propria, contra, quia differentia immediate tantum dicitur de eo cuius est differentia, & in hoc distinguitur à proprio à Porphy. quod illa dicitur de multis speciebus, quod tantum est media

Impugnatur. 1. non odus ponendi genus in hoc def. 2. Impugnatur. 3. codices. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Verba sententia Aui. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Replica. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

3 Tertio distinguit Porphy. genus ab accidenti, quia accidens dicitur in quale quid, contra, accidens non est de quidditate rei, ergo non pradicatur in quale quid.

4 Quarto genus ait esse, cui supponuntur species, sed sub differentia, vt sensibile, ponuntur species, scilicet homo, rationale, & irrationale quæ differunt specie, nam de illis pradicatur essentialiter, ergo id non est proprium generi.

5. & vlt. Vltimo distinguit genus à differentia, quia hæc non pradicatur in quid, contra, quia Aristot. sæpè docet differentiam pradicari in quid.

6 In oppositum est 2^a autoritas Porphy. Aristot. & aliorum, sic definitium genus, & ratio generi tantum conuenit illa descriptio, nilque superfluit, ergo est bona, nam per pradicabile conuenit cum vniuersalibus, & indiuiduo, per de multis differt ab indiuiduo: speciebus, distinguit ab specie, quæ de indiuiduis tantum pradicatur, per in quid differt à differentia, proprio & accidenti.

7 Vnde ad primū, genus 3 in actu exercito est species, cuius definitio nem conuenit cum de indiuiduis solum quidditatiue pradicetur, at in actu signato est genus, quia est significatum, non animal, nec color, sed habens relationem generis, vt sic: materialia autem genera in actu exercito pradicantur in quid de speciebus, vt quod: singulares verò relationes generis exercent pradicatiōe, vt quod de quo supra artic. 1^o primæ quæstionis pradicentis, singulæ enim singula materialia genera denominant, & faciunt genera quidditatiue pradicabilia.

8 Sed contra 4^a relationes generis non faciunt, vt animal sit de essentia hominis, ergo nec sunt ratio formalis, vt sit pradicabile de illo quidditatiue.

9 Replica acur.

10 tiue. De hoc Gaier. c. 4. de ente Breuiter tamen dicendū quod ad pradicatiōem essentialē 2^o duo requiruntur: primū pro fundamentō, vt quod pradicatur sit de essentia subiecti secundum, vt respiciat illud tāquam superius inferiorem naturā, & hoc sit relatione facta ab intellectu, quæ distingunt animal à suis speciebus, & hæc relatio facit animal quidditatiue pradicabile formaliternam esse de essentia fundamentum est sicuti V. galbedo, quæ est in me fundamentum est, vt ego sim alteri a. b. o. similis, relatio verò similitudinis est ratio formalis qua simi similis formaliter.

11 Ad secundū, articulo vltimo quæstionis quartæ vniuersalis dixi, quod proprium de eo, cuius est propriam tantum immediate pradicatur, vt risibile de homine, quod si species cuius est proprium habet sub se species vel indiuidua, mediātè de illis pradicatur, quod quidem per accidens est proprio, differentiam autem vel intellexit Porphy. non esse conuertibilem cum specieima. vel si est nobis esse ignotā, & ita egit de differentia subalterna, quæ necessario habet sub se plures species, licet mediātè, de quo suo loco.

12 Ad tertium respondeo, quod particula quale quid, sumitur dupliciter: primò id est, quale de quidditate, & sic differentia conuenit non accidenti: secundò, id est quale aliquid, sicque accidens est quale quid, quod docuit Aristot. 4^o Topic. cap. 1. dum ait: album est quale quid niuis, id est dicit qualitatem quādam niuis, licet Boetius aliter verat.

13 Ad quartum, genus est sub quo species ponuntur quidditatiue, sub differentia autem minimè, quia de eis non pradicatur quidditatiue, hæc autem, rationale est sensibile, nõ est essentialis, & dato quod esset cum rationale

Pradicatum essentialē duo petit.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Quæ. 2. De genere. Ar. 3. Quomodo differt gen. à dif. 49

tionale, & alia differentia non sunt species, non pradicaretur in sensibile quæ speciebus.

Vltimum Argumentum petit articulum sequentem.

ARTICVL. III.

Vtrum per pradicari in quid differrat genus à differentia?

14 Vnus solus Laurent. Valla aliis Grammaticus, lib. 10. quæstionū Dialecticarum. c. 28. contra Aristot. Por. h. & veritatē, negat, Primò quia Aristot. 7. Topic. c. 2. expresse, inquit ille, docet, differentiam pradicari in quid, & ratione probat, genus pradicatur directè de specie, ergo est vt forma illius, & cōsequenter in quale vt differentia pradicatur. Adde quod. c. de substantia, ait Aristot. secundas substantias, quæ sunt generis & species significare quale quid, constat autem quod pradicant quod significant, ergo pradicant quale quid.

Arg. 1.

15 Secundò, differentia pradicat rei quidditatē, ergo pradicatur in quid. Confirmatur, nebillior est ratio differentia, quæ se habet vt forma & actus, quam generis, quæ se habet vt potentia & materia, cum sit perfectibile per illam, ergo præstatioior modus pradicandi debetur illi, neque est aliud nisi in quid.

16 Tertio, ex Aristotele tota rei definitio sæpè pradicatur in quid, ergo eius partes, quæ sunt genus, & differentia pradicabuntur in quid.

17 Quarto, pradicatum in quid est per quod benè respondemus ad quæstionem factam per quid: constat autem quod quærenti quid est homo, respondetur benè per rationale, quæ est differentia, ergo pradicatur in quid.

Quasi-

Aduertendum qualitatem 2^o hic

18 sumi latè pro quavis forma alicuius rei, vnde vt forma alia est essentialis, accidentalis alia, ita differentia est qualitas essentialis, proprium verò & accidens qualitates sunt accidentales, similiter particula in quid, dupliciter dicitur, vt dicebam: primò, id est aliquid: secundò pro substantia rei. Rursum, substantia potest sumi dupliciter: primo per modum substantia, qui significatur termino absoluto per modum per se stantis: secundò sumitur per modum accidentis, quæ de subiecto absoluto per modum alteri adiacentis connotatiue pradicatur, nec loquor de voce, sed de modo, quo res cognoscitur per modum substantia per se stantis, aut per modum accidentis alteri adiacentis, genus enim est vt materia, quod per differentiam, vt per formā perficitur.

19 Iam primo, certum est quod differentia pradicat quidditatem rei partit, quia differentia. V. g. rationale est de essentia rei, pradicat autē quod est, ergo pradicat quidditatem rei. Et hoc aliqui vocant pradicari in quid, secundum rem.

20 Secundò, certum 4^o sit quod genus non differentia, pradicatur in quid, secundum rem & modum. Probatur, Differentia induit modum accidentis, quia est velut forma generis, genus autem induit modum substantia, quia differentia informat, ergo genus pradicatur in quid, quia per modum per se stantis, & differentia in quale quid (de specie intellige) quia per modum alteri adiacentis & accidentis informantis, licet essentialiter vnde infertur quod eius pradicatur in quid (de quo in antepredicamento): licet non sit genus, quia pradicat essentialiternam per modum substantia per se stantis.

21 Confirmatur primò, quia roganti quid est homo, benè rei, ondemus per genus

22 Substantia hic dupliciter accipitur.

23

24 Respond. quæst.

genus est animal, ergo prædicatur quidditatiue.

Replic. 1 Respon.

Dices 4⁵ sequitur inde quod ens non prædicatur in quid, nam ineptè responderetur, est ens roganti quid est homo. Respondeo impertinens esse, vt aliquid prædicetur in quid, quod præcedat interrogatio nec ne. Ego enim nunc mea sponte dicens, Petrus est ens, vel est animal, prædico quidditatiue, quia prædico substantiam per modum per se stantis: inde autè prouenit quod sit ridicula responsio, est ens, quia interrogans quid est homo, sciebat & supponebat esse ens, & ita ridiculè responderet, qui dicit quod aliter sciebat & supponebat verè tamen cum hoc dat prædicatum in quid, dū dicitur est ens, sed hoc quidem non interrogatur, sed quod ens sit homo?

Replic. 2 Respon.

Dices 6⁶ secundo, cur ergo per rationale non responderetur congruè interroganti quid est homo? Dico quod ratio est quia cum differentia supponat genus, quod est prior pars essentia, quasi per saltum responderetur per differentiam genere omisso, quia differentia non dicit genus, genus autem omnia superiora importat, & idè nullo omisso congruè responderetur per genus: adde quod cum differentia supponat genus, vt forma materiam, non prædicatur nisi per modum accidentis, genus verò per modum substantia & per se stantis.

Tolet. Met. hic & Lem. 1 de e. rat. c. 17 Soluuntur arg.

Tandem confirmatur conclusio, ex Porphy. & Aristot. docente expresse, 4. Topic. c. 2. quod nulla differentia significat quid est, sed magis quale quid & 5. Meth. text. 33. de quo Sanctus Thom. op. 48. cap. 2. Scot. q. 23. Niph. 7. Topi. c. 2. Labell. M. Sor. & recentiores hic 7

Quælibet par

Ad Argumentum, ad primū, Aristot. (vt dictum est) tantum intendit quòd differentia prædicat quidditatem, sed non per modum quid & substantia. Ad secundum respondeo ex Aristot.

2. Phys. quod quælibet pars essentia est, vt forma respectu definiti (intellege vt ibi dico) in ratione receptiuè considerata definitio, nam in ratione perfectiui, sic, quidem ipse partes vt perfectibiles vnione, induunt rationè causæ materialis, tã materialis & formalis Physica quã Metaphys. (vide in Phil. q. 2 de causa materiali, art. 2 cor. ultimo.) quia directè & ordinatè subiicitur homo, quasi formæ prædicatis essentialibus, vnde hæc etiam, homo est materialis, directè est, sed id prædicat genus per modum quid & per se stantis, Aristot. autem. C. de substantia, vt ibi dicam, per quale quid intelligit substantiam habentem vniiformitatem ad multa, quæ est vt quædam qualitas, cum sit relatio rationis, sed significatur substantia illa per modum per se stantis, vt etiam intelligitur, ideoq; in quid prædicatur.

essentia est vt forma definiti.

Ad 4.

Ad secundum dico, quod probat primam Conclusionem, sed non prædicatur differentia per modū quid.

Ad confirmationem, minus propriè quam genus, differentia est prædicabile, vt dixi, artic. vit. q. 4. vniuersal. ideoque potest minus nobilè modò prædicari, in quale quid, quã in quid, vt genus, sicut etiam in Physicis nobilior modus est formæ substantialis quam materiam.

Ad vlt.

Ad tertiu, definitio prædicat quidditatem definiti, & quoad modū tantum prædicatur in quid ratione generis. Ad vltimum patet ex dictis.

ARTICVL. III.

Vtrum genus simul sit totum, & pars speciei?

Præfens & sequens quæstio 3. præsentiarum præmittitur dirucidaturque vt intelligatur vltima difficultas huius quæstionis, quando scilicet genus, vt totum, vel

Expliatur tit. 3

Genuset species hic materialiter iunguntur.

3 Pars intrinseca rei quid.

4 Cõpositi triplex Mater. Physicæ & Metaphysicæ quid sit

vel vt pars de specie prædicetur? Et pro huius explicatione, primo considerandum, nos in præsentiarum non agere, de genere & specie pro formali, quia vt sic dicatur relationem genericitatis, & specieitatis, entis scilicet rationis, quarum neutralitatem includit, cum sint in suo ordine, due species distinctæ, sed agimus pro materiali, de natura in qua quæ denominatur genus vt animal, & species vt homo.

Secundo notandum, quod nil aliud est esse partem intrinsecam alicuius rei, quam esse principium 3 intrinse cum illius, tunc enim materia & forma sunt partes intrinsecæ hominis, V.g. quia sunt principia illius intrinseca quidem. Vnde idem est querere an sit principium speciei ipsum genus, vt ait Porphy. & alij querunt, & an sit pars illius vt nos interrogamus.

Hoc posito per conclusionem, maxime notandum, quod præter compositionem, naturæ & suppositi, esse & essentia, quã latè, expostores. d. Tho. 1. p. q. 10. explicat. Triplex est compositio alicuius naturæ, & consequenter, tripliciter aliquid 4 potest esse pars, prima est compositio Physica, ex materia & forma physica, realiter distincta: secunda est Mathematica vt numerice & unitatibus, & cõtinui, ex suis partibus, quæ realiter distinguuntur in numero, & in continuo sicut in potentia, quæ reducitur, ad actū per distinctionem continuæ: tertia est Metaphysica, quæ secundum omnes etiã in angelis se, entur, quæ quidem compositio est partium quæ distinguuntur ratione, suppositis tamen fundamento in re, & ita est compositio rationis, quia partes sunt idem re, & ita non componant in re, sed per intellectum, per quem distinguuntur, potest enim intellectus nosse ea quæ sunt idem re componere distinctis conceptibus, ideoq; dicitur ad materiam considerari, de quo

satis supra. V.g. in homine animal & rationale sunt idem, intellectus tamè attendens & considerans in homine distinctas operationes, scilicet intelligere & sentire, vno conce, tu explicitè concepit essentiam, vt radicem sensationis, alio verò, vt radicem intellectus, ipsaq; natura concepta, sunt conceptus obiectiuè & partes compositionis Metaphysicæ, & ita dicuntur partes Metaphysicæ. Secundo notandum, quod cum ab eodem gradu possent duæ operationes manare, vt ab eodem rationale, intelligere & vel le, opus est ad inueniendos distinctos gradus qui sunt partes Metaphysicæ, videre aliquid in vna natura, quod non sit in alia, vt intelligatur non esse omnino, vt in vna operatione, eandem radicem ad aquatam, siquidem vnum reperitur sine alio. Vnde licet compositio hæc, partiumq; distinctio fiat ab intellectu actū, fundamentum supponit in eorum naturis, quæ quidem aliquid habent simile, aliquid verò dissimile: illud ergo in quo conueniunt est genus, quod ideo sub se colligit species: illud verò in quo differunt differentia est ab hoc gradu conuenientia sumitur gen, & à gradu quo differunt, differentia. Tertio notandū 6 inter has partes Metaphysicæ, genus quod est commune & indeterminate, esse perfectibilemq;, differentiam autè, se habere intrinsece vt actū contracte, qui terminat genus ad speciem, vnde species ex illis composita est ens per se, vnde Aristot. 5. Meth. text. 15. genus docet esse materiam, differentia vero formam, non ita quod genus importet solam materiam, differentiaq; solam formam, essent enim partes Physicæ, contra quod Alexander lib. naturalium quæst. 9. vlt. Cõmentat. 1. Metaph. text. 17. sed quia genus se habet vt materia Physica, quæ per varias formas ad varias species hominum

Quomodo gradus Metaphysici inveniuntur?

6 Notab. pro conclusione responsiua quæ.

scilicet & æqui, determinatur & con- trahitur, ita genus per varias differ- entias (quæ ideo dicuntur formæ) ad va- rias species, hominis, scilicet & equi determinatur, vtraque tamen pars, dicit materiam & formam, in rebus compositis, intellige, ex materia & forma; aliter distinguerentur realiter ab specie, quæ eas dicit. De quo videtur est D. Tho. 1. p. q. 50. artic. 2. ad pri- mum. vbi optimè expositores. 2. con- tra gen. c. 95. vbi Ferr. de ente & es- sent. c. 3. vbi Caiet. & cap. 6. Capreol. 1. d. 8. 7. 2. Sonzin. 7. Meth. q. 36. Cabel. q. 15. & 18.

Paret, ergo iam ex dictis qualiter Genus sit pars species, illiusque prin- cipium, vt hic docet Porphy.

ARTIC. V.

Vtrum genus, actu, vel tantum in potentia, species contineat?

Explicatur titu.

Q Via propositio affirmatiua dicit vnum esse aliud, nil prædicatur de aliquo, quin aliquomodo includat illud: inquiri ergo si quando animal, v. g. de homine & equo, &c. prædicatur, actu, vel tantum in potentia, dictas species contineat: hinc enim parebit, si de illis vt totum, velut pars prædicatur.

scat. Porphy.

Porphy. genus continere differen- tias asserit, & per consequens species in potentia, idem videtur innuare Philosophus, vbi supra text. 9. dicens genus esse vt materiam, 2. & ratione probatur, primò, nam si actu genus contineret species, sicut manus, & pes sunt partes hominis, quæ eas dicit actu, ita species, & differentia erunt partes generis, & consequenter erit falsum dicere, rationale, vel homò est animal, vt falsum dicitur manus vel pes est homo, consequens tamen est absurdum.

Secundò, quia si genus continet actu, sequeretur quod idè clauderet actu oppositi, quod implicat, nam animal actu claudit, rationale & irra- tionale, sicut color albedinem, & nigredinem, quæ sunt species coloris: Rationale autem & irrationale op- posita sunt ergo. Confirmatur, nã si animal. V. g. actu continet rationale, & irrationale, falsum erit dicere, equus est animal, sicut est falsum, equus est homo, quia homo dicit actu diffe- rentiam rationalem, antecedens pa- tet, quia per te animal continet actu rationale, & ita si animal prædicatur de equo, etiam rationale prædicabi- tur de illo. Confirmatur secundò, quia si actu genus dicit differentias contra Porphy. & veritatem, species nihil addet generi, nam tantum species dicit actu genus & differentiam.

Sanct. Thom. tertio de ente 3 ait species esse in genere, vt in non deter- minato, animal enim, inquit est totum, quod est homo, ideoque ab Aristot. sæpè dicitur genus totum, & 7. Phyl. text. 31. ait in genere latere & quiuo- cationes. Idem multi Thomistæ ex su- præ allatis, Quia tamen dissenso 4 est de voce, nam Porphy. & alij nolunt genus continere species in potentia, vt materia formas, vel vt cera figu- ras, quia sic eum nec forma sit mate- ria, nec figura cera, vel superficies, non esset verum dicere, homo, vel ra- tionale est animal, ideo pro expli- catione.

Notandum maxime est vnum pos- se aliud continere actu multipli- citer: primò, explicitè, sicut definitio hominis expressè dicit animal rationale. Secundò determinatè, licet non explicitè, vt homo dicit rationa- le determinatè, licet non explicitè, quia est de eius essentia. & his modis genus nec dicit differentias, nec species, quia non sunt de eius essen- tia: Tertio, determinatè, vt nihil sit

3. sent. S. Tho.

4. Dissen- sio est de voce in hac q.

5. Vnũ con- tinet a- liud mul- tiplici- ter.

in contento, de cuius essentia non sit continens, & sic ens omnia indetermi- natè claudit, quia nihil est in re, quod non sit ens. c. autem de differentia di- cam, an genus ita contineat aliquas differentias, vt sit de illarum essentia. Quartò, potest aliquid, aliud contine- re indeterminatè, & implicitè, licet non sit de essentia omnium, quæ sunt in contento, quia propter dictã iden- titatem, significãti formalis, vel mate- rialis, continens non præcise sumptum est continens, quia indeterminatum manet, vt de hoc, vel illo contento di- catur, & sic animal, & omnia genera continent differentias, & species, quia ex dictis supra, hoc modo sunt idem, sin verò id solum attendas quod genus vt animal. V. g. dicit determinatè non claudit determinatè, nisi naturã habens sensitivã, & ratione huius est pars Metaphysica speciei poten- tialis ad differentias: quia verò im- plicitè dicit species, & differentias: to- tum est, & de eis prædicatur, quia di- cit indeterminatè, omne, quod illæ habent & ita idem est pars Meta- physica propter id, quod dicit deter- minatè, & totum prædicabile pro- pter ea, quæ inuoluit indeterminatè, & hoc tantum vult Porphy Aristot. & S. Thom.

6. Explicatur Aris. Porphy. & S. Tho mas.

7. Reijci- tur quor- undam modus dicendi.

8. Soluun- tur arg.

Ex quo infero incongruè 7 quod- dam velle genus dicere speciem, & spe- cie individua, non quidem explicitè sed determinatè, vt homo dicit ratio- nale, quia tunc falsum esset dicere, ho- mo est animal, vt probat vltima con- firmatio, & alia tria argumenta, quæ procedunt contra illos.

Ad primum 8 nego sequelam, quia homo determinatè dicit pedem, ma- nus, &c. quæ ideo sunt partes actua- les, quare non prædicatur homo de aliqua parte, quia dicit alias de- terminatè; genus autem nihil di- cit determinatè, quod species non claudit in se, sed tantum dicit

alias species confusè, & indeter- minatè.

Ad e.

Ad secundum, distinguo antece- dens, quia genus, implicat determina- te claudere opposita, non tamen in- determinatè, quia tantum est dice- re vnam rationem, in qua opposita conueniunt, vt de illis possit præ- dicari.

Prima confirmatio solum probat genus non dicere determinatè spe- cies.

Ad secundam, nego antecedens, quia species addit generi. V. g. animali, quia determinatè dicit differentiam rationale, quam determinatè ani- mal non dicit.

ARTICUL. VI. & vltimus.

Vtrum genus prædicetur de spe- cie, vt pars, vel vt totum?

M Agister Sorò asserit genus, V. g. animal 1 sumi primo 1. sent. Sor. cum præcisione, id est sine oratione ad species, & sic esse partem speciei, & definitionis, ac consequenter de specie non prædicari. Secundò sumi sine præcisione, & sic esse totum, implicitè continens species, & de eis prædicari. Probat primò, quia si eum ponitur pars definitionis dicit diffe- rentiam actu, erit negatio addere diffe- rentiam, dicendo animal rationale, ergo vt pars definitionis non prædica- tur de specie.

Argit.

Secundò, quia aliter eodem modo esset pars, & totum quod est impossibile.

Tertio, quia alias genus in definitio- ne non esset contractum si ibi dicit implicitè alias species. Probat se- quela, quia animal. V. g. vt est in homi- ne non dicitur de equo, si autem vt

vt est in homine implicitè dicit aliàs species, vt est in homine, de alijs dicitur quod est absurdū, & cōsequēter vt pars non predicatur de specie. Et Boetius genus in definitione ait est pars, in prædicatione totū, ergo vt sic nō predicatur de specie. Secūda sentētia, quā iudico 2^a veriorē dicit quod etiā cū ponitur in definitione est pars & totū, modo dicto implicitè cōiūns species & differētiās, ita tenet noster M. F. Greg. Atilius apud Salamanticensē quondam publicus præceptor, & in Apollinea facultate eminentissimus q 3 notab. 7. de specie super Porphy. Scot. q 16. prædica. & alijs 3 probatur 1. quia genus vt gen^{us}, est prædicatū, ergo dicit implicitè inferiora subiecta, cōstat autē qd definitio quidditatiua speciei cōstitit genere, & differētia, ergo ibi genus etiā dicit species,

Secūdo, quia Arist 1. post. c 4 partes definitionis inquit prædicari per se de definito, partes autē sunt genus & differētia, ergo per se prædicantur de definita specie, & cōsequenter illā dicunt implicitè. Vltimō, probatur concretū, ex dictis supra, q 3 vniuersali, nō significat eum prædicatione, cū significet per modū habentis, ergo animal, id est habēs naturā ientitiā, non potest præcisè significare: & cōsequenter et 2^a vt est in definitione continet species, imō illa abstracta, quæ sunt genera, & species, vt albedo, color, & cōmnes fatentur non significare præcisè, saltim ergo implicitè vnum dicit aliud, & cōsequenter de illo prædicabitur. Ad primū respondetur qd animal nō dicit determinatè differētiā, & ideo nō est nugatio illā addere in definitione. Ad secūdū, animal ratione naturæ quā dicit determinatè est pars, & cū hoc etiā sit totū, quia etiā dicit implicitè, vnde nō omnino eadē ratione est pars & totum.

Ad vltimū dico, qd animal vt ponitur in definitione est genus cōmune

definito, & alijs, per differētiā autē contractum, iā est species, per hincibile equus, per rationale homo. Boetius tamen tantum intendit rationem significati determinati poni in definitione, nō tamē negat ibi implicitè includere inferiora, & esse totū, respectu aliarū specierū, de quibus fit iā.

Ca. II. De specie.

Species autē dicitur quidē, & de vniuersi cuiusque forma: qua significatione dici solet, præstantissimā formā dignā esse imperio. Dicitur autē et de eo, quod sub assignato genere collocatur: qua si significatione hominē quidē speciem animalis dicere consueuimus, quod quidē est genus, alī autē speciem coloris, & triangulū figuræ speciem simili modo significat.

Text. 3. Assignant igitur speciem et hoc modo. Species est id quod subijcitur generi, & de quo genus hoc ipso quid est prædicatur.

Text. 1

Text. 2

Text. 3

Text. 4

Insuper hoc etiā pacto species est id quod de pluribus differētibus numero, hoc ipso quid est prædicatur. Verū hæc quidē assignatio ipsius, erit infima speciei, & quæ tantūmodo species est: cetera verò & hisce competent, quæ non infima sunt.

Text. 4. Atque id quod dicimus hoc pacto fuerit manifestum. In vno quoque predicamento sunt quædam summa genera & quædam infima species: & inter hæc, vnicuique quædam sunt, quæ genera eadem speciesque dicuntur. Est autē id quidē summū genus, supra quod nullū omnino vniuersū transcedis, infima verò species ea sub qua nulla prorsus alia species collocatur. At inter hæc summū in quā genus, speciemque infimā, sunt alia, quæ genera sunt eadē speciesque, nō eiusdē tamen: sed diversorum respectu. Explicetur autē id quod diximus vno in predicamento dilucidūque fiat hoc pacto. Substantia est quoddam, & ipsa genus, vt patet: atq; sub ipsa quidē est corpus, sub corpore vero est animatū corpus, sub quo animal cadit. Sub quo rursus animal particeps rationis est, sub quo homo cadit: sub hunc Socrates, Plato singuliq; hoīes collocantur.

Generum ac specierum in Predicamento Substantia ordo.

Genus.	Substantia.	generalissimū
Species.	Corpus.	& Genus
Species.	Animatū Corpus.	& genus
Species.	Animal.	& Genus
Species.	Rationale animal.	& Genus
Species.	Homo.	specialissimū
Particulares. Socrat. & Plat. homines.		

Hoc igitur substantia quidem genus summū, maximaq; patens est, soliq; genus: homo verò species ima, & species solū: ut corpus, species quidē est substantia, genus autē corporis animati: animatū verò corpus, species quidē est corporis, genus autē animalis rursus animal, species quidē est animati, genus autē animalis particeps rationis. Homo verò species quidē est animalis particeps rationis, genus autē hominum singularū nō est, sed species solū. Atq; omnino id omne quod est ante individua, & de ipsis sine vllō medio prædicatur, species erit dūtaxat, et nullo modo generis rationē subibit. Vt igitur substantia, quia supremū est, propter ea quod nihil est ante ipsū, genus est summū, vt diximus: sic & homo, quia species est, sub qua nulla species prorsus, neq; quicquid eorum, quæ diuidi in species.

possunt: sed indiuiduorum (indiuiduum enim Socrates & Plato, atque hoc album est) species erit profecto solum, ac vltima species, specialissimaque species, vt diximus. Media verò species eorum quidem erant, quæ sunt ante ipsa genera autem eorum, quæ sub ipsa sunt collocata.

Tex. 5 **Tex. 5.** Quare hæc quidem duos habent respectus, vnum ad ea quæ antecedunt, quo species alterum ad sequentia, quo genera illorum esse dicuntur. extrema verò vnum habent duntaxat: summum enim genus ad ea quidem, quæ sunt sub se collocata, respectum, habet: est enim genus, vt patet: ad superiora vero nullum profecto habet: cum supremum sit genus, & vt principium primum, atque (vt diximus) id supra quod nullum inueniri genus omnino potest. Ima quoque species vnum habet respectum. Habet enim ad superiora, quorum species dicitur, vt continens ipsa: Superiorum autem rursus species appellatur, vt continetur ab illis.

Tex. 6 **Textus sextus,** Definiunt

igitur genus summum sic, quod genus cum sit, non est species. Et rursus, supra quod nullum aliud omnino genus transcendat. Speciem vero imam hoc pacto: quæ species cum sit, non est genus: & rursus, quæ species cum sit alias in species diuidi nequit: & insuper, quæ, de pluribus differentibus numero, ipso quidem est, prædicatur. Media verò, quæ his interiacent, alia alterum alterius genera speciesque vocant, atque vnumquodque ipsorum speciem esse genusque statuunt, non respectu tamen eiusdem: sed diuersorum. Ea enim quæ ante speciem imam vsque ad summum genus ascendunt, & species & genera alterius dicuntur: vt Agamemnon, Atreides, & Pelopides, & Tantalides, ac tandem Iouis filius. Verum in familiaribus quidem ad vnum, velut Iouem, plerumque principium ipsum reducitur. In generibus autem non ita res sese habet. Nō enim ipsum ens vnum omnium genus commune est, nec vniuersa generis eiusdem, supremo scilicet

in genere, vt Arist. inquit, eua-
dunt, sed vt in prædicamentis prima genera decem, quasi principia decem prima ponantur. Et si enim omnia quis entia vocauerit, æquiuocè (inquit) & non vniuocè vocauerit. Nam si ipsū ens commune omnium genus esse vniuocè vniuersa profecto entia diceretur: cum autem sint decem prima communicatio nomine tantum, haud vero & ratione, ad id nomen accommodata est.

Tex. 7 **Textus septimus.** Genera igitur sunt summa quidem decem: species autem ima numero quidem sunt aliquo, at non infinito. Individua vero quæ sub imis collocantur sunt infinita. Quapropter descendere à summis vsque ad ima Plato iubebat ibique stare. Descendere vero per media, differentijs specificis diuidentes: infinita autem omittere: neque enim cadere sub scientia posse. Cum igitur ad imas descendimus species, transire per multitudinem diuidendo necesse est: at cum ad summa ascendimus genera, in vnum, multitudinem ipsarum colligamus oportet. Species enim in vnam naturam mul-

ta congregat: & magis id etiā genus. Particularia vero ac singularia vnum e contra in multa semper diuidere videntur, speciei quippe communicatione, homines complures, homo vnum sunt: at vnum atque commune, ipsis particularibus plures. Singulare namque diuisiuum semper est, ipsum verò commune, collectiuum vnius suapte natura efficax. Assignato vero genere, specieque, quidnam vtrumque ipsorum sit, cum genus sit vnum, species verò plure: (diuisio namque generis in species plures semper est) genus quidem semper de specie prædicatur, omniaque omnino supera de inferioris semper dicuntur: species verò neque de propinquo sibi genere, neque de vilo supero prædicatur: non enim conuertitur. Nam aut paria de paribus, vt hinnibile de equo, aut maiora de minoribus, vt animal de homine, prædicatur oportet: non vero de maioribus non oportet. Non enim animal hominem esse dixeris, qualiter hominem animal esse dicas, atque de quibus species prædicatur, de his & speciei genus, & genus etiā

generis, vsq. ad summum genus necessario predicatur. Nam si verum est dicere, Platonem hominem, & hominem animal, & animal substantiam esse: verum et Platonem, animal dicere & substantiam. Cum enim supra semper de inferis predicentur. Species quidem de individuo, genus autem de specie, ac individuo summum vero genus & de genere, vel de generibus, si plura media subalternaque sint, & de specie atque individuo predicabitur. Summum enim de generibus, & speciebus, ac individuis omnibus predicatur: illud autem quod est ante imam speciem genus, de vniuersis imus ac individuis dicitur. Ea vero quae est solum species, de omnibus individuis predicatur: individuum autem de vno solo particulari.

Tex. 8

Textus octauus. Individuum autem dicitur Socrates, & hoc album: atque hic accedens Sophronici filius, si solus

Socrates illi filius est. Individua igitur ex eo talia dicuntur, quia ex proprietatibus quidque constat, quarum idem aggregatum nunquam in alio fiet. Socratis namque proprietates nullo in alio particulari eadem fiunt. Hominus autem, communis dico proprietates eadem in pluribus: imò vero in omnibus particularibus hominibus, quatenus homines sunt: sunt atque inveniuntur. Individuum igitur species, & species à genere continetur. Genus enim est quoddam totum: individuum autem pars. At species & totum, ac etiam pars est: sed ut pars quidem ad aliud, ut totum autem non ad aliud dicitur sed in alijs. Totum enim est in ipsis partibus. De genere igitur atque specie, & quoniam sit summum genus, & quid ima species, & quae sint genera speciesque, quae praeterea sint individua, & quot modis genus, speciesque dicantur, satis iam explicabimus.

S V M-

S V M M A
textus.

1
Prima
pars ca-
pit.

Tres partes continet præfens cap. 1 in prima ponit Porphyrius tres acceptiones, vel definitiones speciei: in secunda constituit arborem prædicamentalem substantiæ, ut differentias tam imas, quam subalternas declararet: in tertia colligit quædam contextaria, postque agit de individuo.

Quantum ad primum, species dupliciter sumitur, primo pro particularitate, secundo logicè, cuius prima definitio ponitur, quod species est, quæ suo assignato genere, hæc est præcedenti capite declarato, collocatur quia enim genus & species correlatiua sunt, vnum in ordine ad aliud debet definiti. Secunda definitio, species est, de qua genus in quid prædicatur. Tertia definitio, species est, quæ de pluribus differentiis numero prædicatur in quid. Verbi causa homo, qui est species, de pluribus hominibus, scilicet, Petro & Paulo, prædicatur in quid substantialiter: similiter leo de hoc & illo leone in quid prædicatur.

2
Secunda
pars ca-
pit.

Quo ad secundum videnda est arbor supra apposita, in qua reperies supremam genus substantiæ, quia ita est genus, ut supra se aliud genus non habeat, & intermedia genera, ut videns animal, quæ supra se habent genus, & sub se species. Vnde species ima tantum est species, genus supremum, tantum est, genus intermedia vero respectu superioris species, respectu inferiorum genera. Deinde prædictam arborem similitudine familiaritæ explicat, in qua primus est, ut pater familiaritæ, alij patres & filij, alij filij tantum: est tamen discrimen, quod plures amittit, possunt reduci

ad vnum principium, non autem plura prædicamenta ad vnum genus. Quia ut dicitur in antepredicamentis, in nullo vnioco concemunt, & ita in nullo genere, quia vniocatio est de ratione generis.

Tandem de tertio prima illatio est rectè Platonem iussisse in diuisione generis sistere in speciebus, quia finita sunt, individua autem infinita, de quibus nequit esse scientia. Secunda, descendentes à generalissimo vnum per multa diuidimus, ascendentes vero ad ipsum multa in vnum colligimus. Vnde participatione vnius speciei plures homines sunt vnius homo, & quanto vnum est vniuersalius, est magis collectiuum. Tertia maiora de minoribus, vel æqualia de æqualibus prædicantur, minora vero de maioribus nunquam, de quocunque tamen prædicatur natura specifica, prædicatur eius genus. Quia ex dictis in præcedenti capite genus est quod essentialiter in quavis specie inferiori continetur.

Prima definitio individui est esse id, quod de vno tantum prædicatur.

Secunda, cuius collectio proprietatum in alio non reperitur. Tandem colligit individuum tantum esse partem, scilicet, subiectiuam, quia continetur sub specie, & nihil aliud continet: speciem autem esse totam & partem, quia continetur sub genere, & continet individua, genus autem quod non est species, ut pote supremum tantum esse totum, quia continet species, & sub nullo genere continetur. Ens enim quod est superius à tota prædicamenta & generalissima, nulla ratione potest esse genus, cum non sit vniocum. Vniocatio autem necessario requisita, est ad rationem generis superioris, cum sit omnino extra essentiam differentiarum.

9
Tertia
pars ca-
pit.

Annotationes circa li-
teram.

Ordo p.
dicaui.

Ammo. Boetus, & Alber. & com-
munis bene affirmant Porphy.
recto ordine 4 prius de specie,
quàm de differentia agere, quia si
ecies correlatiua est generi, & ita co-
gnitio eius necessaria ad cognitio-
nem generis, licet autem etiam differētia
ad genus referatur, quatenus vero ista
est contraheas, illud vero contrahi-
bile, tamē potissimum hic agitur de
genere, vt est vniuersale, & vt sic, ma-
nifestum est, quod species sola, est eius
correlatiuum, species, inquam, vt sub-
ijcibilis præcise, cum hoc tamen se-
mel instituto de illa sermone oport-
uit ad tollendam æquiuocationem,
vt ratio illius rationem subijcibilis,
inquã, & prædicabilis explicaret.
secunda ratio, quia in linea prædica-
mentali prius occurrit genus, & spe-
cies, deinde differentia, præterquam
quod genus, & species prædicabilis
proprius sunt vniuersalia, quam dif-
ferentia, quæ vt contrahens, prius nu-
meratur à Porphyrio in prologo, quæ
species.

5
Multæ
accep-
tiones
speciei.

Notandum secundo quod licet 5 à
Grammaticis species ponatur primi-
tiua, & deriuatiua, & à Iuriconsultis
p̄ indiuiduo, dicunt enim dari idē spe-
cie. idē n̄. l. 2 ff. de reb. cred. Et si
certum petatur, & genus vocat, quo 1
nos speciem, & sacra pagina in Gene-
si dicit Deum creasse lignum pomife-
rum ferens fructum iuxta genus suū,
id est, speciem suam, imo varia homi-
ni genera dicuntur, à Philosophis
etiam species sumitur pro similitudi-
ne ab obiecto missa, & pro forma rei
naturalis, rem in specie constituens,
vt animal rationale, has tamē omnes
acceptiones Porphyri omisit, quia tā-
tū voluit asserre facilem pro pul-
chritudine, quæ cū specie Logica ha-

bet similitudinem, vt enim pulchritu-
do ex Arist. 3. Top. cap. 1. S. Thom. 1.
p. q. 39. artic. 8. ex plurium partium
proportione, & ordine conlurgit
(quicquid Plotinus dicit Aeneade. 2.
lib. 6.) ita species ex genere 6 & dif-
ferentia resultat bene ordinatis. Se-
cundo dicitur species pulchritudo re-
spectu generis, quia proponit spectan-
dam, & (vt antiqui dicebant) specien-
dam potentiam, & latitudinem geni-
ris, vt bene Rodolphus, 1. de inuen-
tione. cap. 6. ex Alber. Ammo, & Boe-
tio, & Lobanier libus. Tertio dicitur
pulchritudo respectu indiuiduorum,
quia tota pene perfectio indiuiduo-
rum est species, vt dicunt Canter. &
Villalp. qui cum magistro Soro, Loba-
nienf & alijs tractant, si sit legen-
dum species priam digna est imperio,
vel species prima, aut primum,
& rationes quare dicatur digna im-
perio ex Homero, Platone, Aristotele,
Isocrate, quæ omnia parum referunt.

Tertio, notandum, quod quamuis
ex Arist. 6. Topic. cap. vltimo, prope fi-
nē, vnius rei vnica sit definitio, duas
tamen secundum Magistrum Soro,
& Auicennam, Porphyr. posuit defini-
tiones speciei, vnam enim faciunt
totum hoc, species est, quæ sub gene-
re ponitur, & de qua genus in quid
prædicatur. Ammonius verò, Boetius
Albertus, Caietanus, & Canterus bene
dicunt esse tres definitiones: nam
de vna illarum, vt pote de vltima Por-
phy. agens, ait, tantum conuenire spe-
ciei imā, alias vero etiam subalter-
næ, vnde plures sunt quam duæ. Pro
quo 8 considera speciem, verbi gra-
tia, vt homo quæ de multis dicitur
quatuor habere respectus, quantum
attinet ad præsens, vnus est vt vni-
uersale quid est, ad indiuidua, alius
hic nascens, vt prædicabile est, ad
idem. Tertius inferioris in linea ad
genus, cui supponitur: Quartus ex
hoc

Species
qualiter
fit pul-
chritu-
do.

7
Quare
6. tor de
fin. tio-
nes spe-
ciei po-
suerit
Porph.

8
Species
quatuor
habere re-
spectus.

hoc proueniens, quem habet vt subie-
ctum ad genus, vt prædicabile, & ita
eiusdem rei, quæ est species secundū
varias rationes respectusque, varix
sunt definitiones: prima enim datur
de respectu, quem dicit species in re
ita lineæ, vt inferius ad genus vniuer-
sale: Secunda de respectu, quem ha-
bet vt subiectum est, in prædicatione
ad genus, vt prædicabile: tertia de re-
spectu, quem dicit ipsa, vt prædicabi-
lis est, ad indiuidua, per quem, vt per
passionem explicatur alius respectus
quem habet, vt vniuersalis, vt dixi q.
2. etiam de definitione generis. Por-
phyrius autem dicit, specie vnā tā-
tū habere habitudinem à qua dicitur
species, nam ab omnibus respecti-
bus species imā dicitur species: genus
autem subalternum ab vno dicitur ge-
nus, & ab alio species.

9
Multadi-
cta Por-
phyri si
mul ex-
plicant.

Quarto, notandum (& hic multa
dicta Porphy. deinceps explicantur)
quod in vnoquoque prædicamento,
ait, esse suprema genera, vbi vox vno
quoque collectiue sumitur, id est, om-
nia prædicamenta habet suprema ge-
nera, singula tamen vnā tantum. q.
ab Arist. dicitur primum genus, licet
ab eodem 7. Metaph. text. 43. quod po-
nitur vt immediatum genus, v. c. ani-
mal homini, dicitur primum, quæ au-
tem sub genere suprema contrahitur,
dicuntur genera & species subalter-
næ, quia alternatim respectu diuerso-
rum sunt genera & species, & quia
sunt genera & species sub altero ge-
nere. Secundo etiam dicuntur genera
media, licet Logice, quia & prædi-
cantur de specie, vt generalissima &
subijciuntur generi, vt species imā
autem species, quæ tantum in indi-
uidua diuiduntur: dicuntur species
imæ, species specialissimæ, species ato-
mæ & indiuidua, quia tantum differē-
tia materiali & numerica diuidun-
tur non formali: vbi attendē 10 quod
horum omnium potius ponitur: bo-

10
Porph.

rem prædicamenti substantiæ, quia
nobilis, cuius generalissimū est sub-
stanti. (quicquid dicat Auerr. de quo
in prædicamentis) posuit autem cor-
pus animatum, pro simplici voce, vi-
uens, ne videretur Deum comprehē-
dere, qui est ipsa vit a. Item posuit ra-
tionale pro genere ad hominē, quia
sensit Angelos etiam esse animalia ra-
tionalia, vt refert Matizius, & tribuit
Platoni, & Ciceroni, & asserit Pluta-
rchum de hoc agentem, quod est con-
tra bonam Philosophiam, & in fide te-
merarium.

Quinto, notandum Porphy. dicere
species esse in numero, indiuidua vero
infinita, cui videtur obitare saltem
naturaliter non posse esse infinitos ho-
mines, & leones, 11 cōmuniter respō-
detur, licet non possint esse infiniti a-
ctu, quod vocat categoricæ, pos-
se esse in potentia, quod vocant synca-
tegericæ, infinitos homines, leo-
nes, & c. id est non tot quin plures. Cō-
tra est, quia etiam in speciebus figu-
rarum, & numerorum, secū dum om-
nes non tot sunt species, quin possint
esse plures. Vnde Lobanien. 12 aliter
dicunt Porphy. tantum loqui in præ-
dicamento substantiæ, quod posuit:
nam aliter vniuersum non esset perfe-
ctum, si non haberet omnes species.
Sed quidem etiam non videtur con-
grue dictum, quia non est de essentia
si perfectione vniuersi, vt sint omnes
species possibiles, nam in infinitum,
& ultra possunt produci plures, & plu-
res species angelorum, imo rerū cor-
ruptibilium, ad quas alij limitat Por-
phyr. sed quidem possunt etiam plu-
res species in infinitū produci intra
latitudinē sensibiles, vegetabilis, & c.
Quare Canterus 13 ait indiuidua esse
infinita non numero, sed quia sūt sine
definitione, cum non possit singulare
definiri, sed de hoc infra dicam quid
sentio. Dicendum 14 ergo his omnis-
Porphyri non attendisse absolutā Dei
po. en

quare
posuerit
arborē
substantiæ.

11
Cōmu-
nis solu-
tio im-
pugna-
tur, quo
modoin-
diuidua
sunt infi-
nita.
12
Solutio
secunda
Loban.
reijci-
tur.

13
Solutio
3a
Canteri.
probab.
14
Vera so-
lu. aut.

potentiam, sed egisse solum de ordine, & potentia naturali, qua species substantia non valent produci in infinitum, ut possent indiuidua in infinitum multiplicari.

15 Participatiōe vnius speciei plures homines sunt vnus homo, sed non absolute, & simpliciter, quia vox participatiōe speciei, est aditum diminutiuū, & ita non tenet a dicto se ad quid ad dictum simpliciter, & hinc est quod licet homo in re sit vnus formaliter in multis, modo explicato fuit, non sit actu vniuersalis, quia non est absolute vnus, id est, non diuisum, sed cum addito scilicet formaliter, hoc est non diuisum per principia formalia: bene tamen per numerica; à quibus abstractus per intellectum est vniuersale Multiplicatum, de quo Scotus q. 21. in Logicam.

16 Maiora de minoribus, &c. explicatur à Cate. & Cate. & Cate. & Cate.

17 Genus quomodo magis est collectivum quā species.

vnus est homo. Ad primū dico neutrum esse nisi large collectivum, quia scilicet sub se interiora continet: & hoc intendit Porphy. ille autem est proprius terminus collectivus, & nec importat vnū per se in genere, natura vsq; homo, nec in genere, artis imitatus naturam, ut dicitur, hoc est, pluribus rebus equitatis, sed ad eum colit, & ita quod significat plura non per se, sed quomodo que ad vnū extrinsecum, ut a ceribus plures lapides in vno loco, de quo Mercurius opuscula. Ad secundū dico animal intensiue, & nō magis collectivum quā homo, & ratio facta probat extensiuē tamen magis colligit, quā per se colligit, &c. dicitur Porphy. hic dubitari, esset vnū vnū relatiuum a beatitudine in ordine ad aliud, sed de hoc, de relatione, in eum supponatur pars affirmatiua, ut vera & communis. Secundo, Vtrum deur genus immediatum alicui speciei? & Vtrum animal sit genus infimum, quia tamen illa pendet ex cognitione, & natura differentia, illic eas discursiam.

21 Relegatur quā dā dub. in propria loca.

QVAESTIO. I. De natura speciei subijcibilis.

Disputationem hanc de natura speciei, eiusque quidditate, in duas partes diuidimus, in prima de primo respectu, quem dicit ad genus, ut in recta linea sub illo collocatur, hoc est de specie subijcibili, tractamus, quae est terminus relationis genere tatis: in secunda vero sermo erit de ipsa specie, ut vniuersalis est, & precipue de predicabilitate, quae est passio ab illa originata, de eius termino scilicet, in quibus, vbi omnibus de eius denominatione, & quidditate dicimus, de primo inquiruntur tria, primo quod sub-

21 Relegatur quā dā dub. in propria loca.

subijcibilis species intrinsece referatur ad genus, secundo ut intrinsece sit vniuersalis, tertio, si omnis species subijcibilis sit etiam predicabilis.

ARTICVL. I. Vtrum species subijcibilis sit intrinsece relatiua generi?

Magister Soto ante predicamentum dicit genus, & speciem esse relatiua secundū dicit, non secundum esse, quod est dicere non esse essentialiter nec intrinsece relatiua generi. Probat primo, nam alioquin ponerentur in predicamento relationis, cum ibi collocentur quae essentialiter referuntur.

Secundo, quia vnū relatiuum nō est aliud, constat autē quod homo, & c. qui est species subijcibilis est animal quod est genus, ergo species non est intrinsece relatiua generi.

Confirmatur, quia relatiua sunt simul natura, animal autē prius est quā homo, quia illud est prius, a quo nō valet subsistere consequentia, sed nō valet est animal, ergo est homo, ergo genus & species nō sunt intrinsece relatiua.

Tertio, si homo abstrahatur nō cognito animali, tūc homo erit species subijcibilis: animal autem cum non sit abstrahatum nō erit genus, ergo nō sunt relatiua, quia relatiua non est vnū sine alio.

Quarto, relatiua sunt in eodem genere, relatio autē generis est vniuersalis intrinsece, nō autem relatio speciei subijcibilis, ut statim patebit, ergo non sunt relatiua intrinsece.

Expositores, & M. Cumei. 1. p. q. 2. discursu art. (& nos suo loco dicemus) eleganter explicat quid sit relatio secundū esse, & secundum dici, relatio vnū, inquit, secundum esse sunt ipsae relationes, at secundū dici sunt absoluta connotantia relatione paternitas, &

filiatio sunt primi exemplum, sciētia, & scibile exemplum secundi. Inquirō ergo an species subijcibilis sit eadē natura inferior extrinsece denominata à relatione generis superioris: an etiam formaliter respectu subijcibilitatis importet aliquā relationem ad genus superius, à qua etiā genus superius denominatur?

Secundo, considerandum speciem etiam habere relationē subijcibilis ad differentiam, quia ut differentia de specie predicatur in quale quid, species eam respicit, ut tale predicatum quidditatiū similiter indiuiduū prae ter relationē subiecti: in quid ad speciem, habet relationē subiecti in praedicatione accidentali ad accidens, & species ad proprium specificum, v. c. homo subijcitur risibili, & Petrus albedini, in summa quot sunt rationes praedicabilis, tot sunt relationes etiā subijcibilis, quia tamen eadem est ratio de omnibus, in praesenti tantum facimus mentionem de relatione subiecti ad genus.

Tertio, aduertē dum, ut supra dixi, genus subalternū, & generalissimum esse idē specie in ratione generis: ita in praesenti dico speciem subijcibile, imā & subalternā esse eadē specie, quae eodē modo respiciūt genū, scilicet ut subiectū respicit suū quidditatiū predicatum, ut autē genus superius ratio ne naturae denominata (quae plura habet sub se inferiora) dicitur magis vniuersale quā subalternū, ita species ima ratione naturae denominata, quae plura habet supra se genera, magis subijcibilis dicitur quā subalternā species quae pauca habet supra se genera.

Ita sit obiectum hae relatio speciei subijcibilis intrinsece est ad genū patet, quia dicitur ad conuertentia, sic, nec est species subijcibilis alicuius generis est species, est genus alicuius generis genus, nec vnū potest intelligi sine alio, reatio eam speciei est ad naturam generis.

Explicatur titulus optimus.

Tot sunt relationes subijcibilis quot praedicabilis.

NOTA.

1. Condit.

nericam cui subijcitur, vt relatio ge-
neris ad speciem, de qua prædica-
tur inquit, ergo intrinsecè sunt relati-
ua, genus, & species, cum omnes istæ
sint conditiones essentialium relati-
onum.

Confirmatur ex Arist. Porphy. S.
Tho. i. par. q. 2. s. 3. Sonz. 12. Metaph. q. 1.
ad primum, & omnibus hic, qui idem
definiunt genus per speciem, & con-
tra (vt solutione argumentorum ma-
gis patebit) quia sunt intrinsecè rela-
tiua.

6 Soluuntur arg.
Ad primum dico quod in prædi-
camento relationis ponuntur relatio-
nes reales, hæ autem sunt rationis, &
ita quamuis sint relatiua essentialia
non pertinent ad illud prædicamen-
tum.

Ad 2. Ar-
gumen.
Ad secundum argumentum dico ge-
nus & species materialiter natura
denominata, vt homo & animal, non
sunt intrinsecè relatiua, & ita sunt
idem, pro formali autem secundum
relationes subiecti, & prædicati non
sunt idem. Confirmatio etiam proce-
dit de genere, & specie pro materiali,
nec requiritur distinctio realis, inter
terminos relationis rationis, & ita pos-
sunt esse hæ relationes inter animal,
& hominem, quæ sunt idem realiter.

Ad 3. ar-
gumen.
Ad tertium, hæ relationes actuã
sunt per comparationem, & tunc
quia intelliguntur duo extrema, vnũ,
vt commune, alterum, vt id, cui est
commune, nondatur vna relatio sine
aliã tamen fierent actu per abstra-
ctionem, vel loquendo de eis in funda-
mento proximo dico, vt dixi supra, nõ
esse relatiua actualia, quæ perunt ac-
tu terminum existentem, sed apta
dine, vt potentia respicit actum, &
etiam non existente actu: nam 7 vnuer-
sale prædicabile, vel subijcibile, hoc
modo tum dicitur aliquid, quando si
bi nil deest ad id, licet ex parte alte-
rius extremi aliquid desit

7 Notan-
dum.
Ad vlt. ar.
Ad vltimum dico, quod etiam pro

barer relationẽ indiuidui esse intrin-
secè vnuerſalem, quia relatio speciei
ad illud est intrinsecè vnuerſalis. &
eam dicimus relatiua esse in eodem
met genere, intelligimus vtrumq; for-
maliter esse in genere relationis, vel
esse eiusdem ordinis, ob quod Theo-
logi negant esse relationem realem
Dei ad creaturas, quod non est huius
loci.

ARTICVLVS. II.

Vtrum species subijcibilis sit in-
trinsecè vnuerſalis?

Hoc est vtrum sit quidditatiuè
vnuerſalis, vt genus, vel accide-
taliter, vt homo, quod sit quid-
datiuè vnuerſalis, probatur pri-
mo, species subijcibilis subijcitur im-
mediatè generi, vt sic, verbi causa, ho-
mo animali, sed vt homo sit immedia-
tum subiectum animalis sumẽdus est
in communi, ergo est intrinsecè vn-
uerſalis species subijcibilis.

Secundo, ad minus (vt dicunt iunio-
res) erit passio vnuerſalis speciei, et
se subijcibilem, quia ex hoc quod de-
nondatur à singularibus homo, & fit
vnuerſalis, consequitur, vt sit imme-
diatè subijcibilis animali.

Tertio, species subijcibilis (vt pa-
tet) sic non est singularis, ergo est
vnuerſalis quidditatiuè & intrinsecè.

Vltimo, relatio differentie est in-
trinsecè vnuerſalis, quia habet pro
termino speciem vnuerſalem, ergo
& relatio speciei subijcibilis, quia ha-
bet pro termino genus vnuerſale, erit
intrinsecè vnuerſalis.

Notandum pro solutione quod ex
illis quatuor respectibus, quos aliqua
species, vt homo habet, circa omnem
controuersiam, esse prædicabile in quid
de indiuiduis, esse passionem alterius
respe-

1 Explicatur titu.
2 Pro parte affirmat. Argu. 1.
3 Tolet. & Merc.

NOTA

respectus, quem habet species, vt sci-
licet est vnuerſale, illa, quod dicitur
respicitur, similiter relatio, quam vt
subiectum prædicationis habet ad ge-
nus, vt prædicabile, passio est illius re-
lationis quam habet, vt inferior in li-
nea ad genus, vt vnuerſale, quia inde
habet, vt possit illi quidditatiuè subij-
ci (quidquid Caietanus dicit) & ideo
vterque respectus nomine speciei sub-
ijcibilis à nobis intelligitur, an ta-
men respectus hic oriatur à respec-
tu quem habet, vt vnuerſalis est, vt
sentit Caiet. & iuniores, dubium est.

4 Vnuerſale du-
pliciter dicitur,
& est no-
tandum.
Secundo, in memoriam recolendum
est dupliciter aliquid esse vn-
uerſale, primo contingenter per acci-
dens, & in suppositione simplici, vt ho-
mo est species. Secundo per se neces-
sario, & in suppositione personalis, vt
genus est vnuerſale, quia non ab ex-
trinsecò respicit multa, sed eius essen-
tia est ordo ad multa quamquam etiã
genus est denominatiuè vnuerſale, si
intelligatur, vt est commune ad hoc,
& illud genus, quia est accidentale il-
li, vt homini, verbi causa, intelligi in
communi, & sic erit suppositio simplex
genus est vnuerſale, & accidentalis.

Iam sit conclusio 5 Ratio speciei
subijcibilis ad minus est denominati-
uè vnuerſalis & accidentaliter, vt ho-
mo: probatur, quia prædicatur quid-
datiuè de relatione speciei, quæ ha-
bet homo, & animal, & de illa quæ ha-
bet equus, quæ differunt numero, ergo
ad minus est denominatiuè vnuerſalis.

5 Cocl.
6 Cocl.
Secunda conclusio 6 relatio speciei
subijcibilis non est passio relationis
speciei vnuerſalis, & prædicabilis. Pa-
tet primo, quia habent oppositos ter-
minos, nam vt vnuerſalis respicit in-
diuidua, vt subijcibilis ipsum genus,
ergo prima relatio subijcibilis nõ est
passio secunda, scilicet, prædicabilis.

Secundo, quia non est cur magis re-
spectus ad inferiora oriatur à respec-
tu ad superiora, quam è contra, ergo

neuter est passio alterius. Vnde dico
speciem, vt est nuda à singularibus im-
mediatè consequi vtrumq; respectum,
fundamentaliter tamen, nam (vt supra
dixi) nullum ens rationis antequam
cognoscatur, potest esse actu, vt au-
tem est nuda natura solum, nondum
est cognita communis.

Vltima conclusio 7 species subijci-
bilis non est per se vnuerſalis, sed per
accidens, vt homo. Patet primo, quia
si species angelorum non possent ha-
bere indiuidua sub se, haberent sine
dubio relationem speciei subijcibilis
ad genus, & non essent vnuerſales,
quia non respicerent inferiora quid-
datiuè, quæ est de ratione vnuerſalis.

Secundo quia relatio vnuerſalis in-
trinsecè habet denominatam naturam
communem, & vnam in multis, rela-
tio autem speciei subijcibilis non de-
nominat naturam communem, vt
vnã in multis, sed tantum partem sub-
iectiuam generi, non ergo est intrin-
secè vnuerſalis, & solutio est vltimè
magis patebit Itã explicata conclusio
est Alber. Aifrabij, & Antiquorum
omnium, vt refert Caieta. ex Alber.
qui tract. 4 c. 1. reprehendit Auicem
quia de hoc dubitat.

Ad primum argumentum 8 respon-
detur quod species habens multa indi-
uidua abstractenda est ab eis, vt sit sub-
ijcibilis immediatè generi, nec ideo
est intrinsecè vnuerſalis, nec erit
ex relatione vnuerſalitate ad indiui-
dua, sed vtraq; modo dicto abstractio-
nem speciei consequitur, per quod pa-
tet ad secundum.

Ad tertium vt homo secundum se nec
est vnuerſalis, nec particularis, ita nec
species, vt subijcibilis secundum se nec
est vnuerſalis nec particularis, sed
subijcibilis.

Ad vltimum dico 9 & est aduertendũ,
quod nõ satis est ad hoc, vt relatio sit
intrinsecè vnuerſalis quod habeat
termino naturam communem aliter
H rela

34

7 Vlt. c. 6d

8 Soluuntur arg. contra 2. r. 1.

9 Solutio vlt. nota

10
NOTA.

relatio indiuidui ad speciem esset intrinsecē vniuersalis^o nec satis est de nominare naturam in comunem, sed comunem, aliter relatio cogniti, quam habet homo sine singularitate esset intrinsecē vniuersalis, cum non sit generalitas, specieitas, &c. que sunt ad sua subiecta: Est ergo differentia licet non ita propriē intrinsecē vniuersalis, quia ita predicatur de specie, vt licet mediātē, directē predicatur de indiuiduis multis: species autē subijcibilis per se contenta est subijci vni generi, & licet superioribus generibus mediātē subijciatur non reputatur superius & inferius plura simpliciter cum inferius, claudat intrinsecē superiora: at differentia predicatur, licet mediātē de indiuiduis se non cludentibus.

ARTICVL. III.

Vtrum omnis species subijcibilis sit etiam predicabilis?

1
Explicatur titulus.

Sensus questionis est¹ vtrum omnis natura, que denominatur species subijcibilis possit etiam esse vniuersalis, & predicabilis de multis? difficultatē, est in opinione probabili, quam aliqui Thomistę tenent esse impossibile plures angelos esse eiusdem speciei, quod examinare non est huius loci, sed vtrum eo supposito omnis species subijcibilis, sit etiam vniuersalis? Prima sententia est² eos esse species predicabiles, per non repugnantiam, quia in quantum species sunt, eis non repugnat bene tamen in quantum tales species sunt: Sed sic etiam homo diceretur equus, qui in quantum animal eis non repugnat, quod est absurdum. Secunda sententia habet³ Metaph. q. 24 ex Herbeno in 2. l. 3. q. 2. et eos esse species predicabiles, sed Porphyri definitionem tertiam tradit pro rebus materialibus, que notiores sunt;

2
Reijciatur prima opinio.

3
Secunda opinio habet.

quod videtur esse Boetij, & Valui. Tertia sententia est Caieta, hic, factuēq; non nisi S. Tho. 1. p. q. 13. ar. 9. & 5. de ente. Canar. 1. p. ar. 1. dubio vltimo inquit, scilicet est⁴ species predicabiles, & vniuersales. Primo, quia res non sunt in re vniuersales, sed vt à nobis concipiuntur: constat autem quod species Angelorum apprehēdimus in rebus materialium, vt eōmunes multis, absolute ergo dicendę sunt vniuersales, & ideo Deum ipsum significamus termino communi. Ita M. Soto, 7. & alij.

4
Tertia opinio Caieta. & Cant. Arg. 1.

Secundo, probatur sciētię non sunt de indiuiduis, nec illa habēt genus, & differentia, quia differentia cum sit intrinsecē vniuersalis, saltem mediātē debet per se predicari: de multis. Angeli autem genere & differentia componuntur, de quibus est scientia Metaphysica, & inter se tantum differentij formalibus sunt distincti, non ergo ita sunt intrinsecē indiuidui, cum sint species, possunt ergo de pluribus predicari.

5
Veracruz, & Merca. in Sum. multis. Arg. 2.

Confirmatur: Nam genus non predicatur immediātē de indiuiduis, sed potius de speciebus: In Angelis autem sunt genera que predicantur, vt ipse intellectuum, &c. ergo etiā sunt species de quibus predicantur, ac consequenter non ita intrinsecē sunt indiuidua, quod non possit de pluribus predicari.

Arg. 3.

Tertio probatur definitio speciei à Porphy. posita omni in re speciei cōuenire videtur: manifestum est autem quod in Angelis sunt species in re subijcibiles, ergo etiam sunt vniuersales, & predicabiles.

Confirmatur, Angeli ponuntur in predicamento, (vt suo loco dicemus) in quo tantum sunt genera, species predicabiles, & indiuidua, sed non sunt Angeli indiuidua solum, ergo sit species predicabiles. Adde qd Arist. c. de substantia differre. (inquit) secundas sub-

Qua. 1. de Spec. subij. ar. 3.

substantias, que sunt genera, & species de primis que sunt indiuidua, constat autem quod Angeli sunt secundę subiectu, ergo etiam sunt species predicabiles.

Arg. 4.

Quarto & vltimo. Indiuiduum intrinsecē refertur ad speciem predicabilem, sed in Angelis secundem genus sunt indiuidua, ergo etiam sunt species predicabiles.

6
Noster modus cognoscendi spiritua lia qualis sit.

Pro solutione considerandum est non solum modum intelligendi rerum spiritualium, in hac vita esse, per conuersionem ad phantasmata, ita vt medijs rebus sensibilibus, & materialibus, que si manu ducimur, ad aliqualem notitiam eorum que sunt supra sensum, & sic Angelum per iuuenem pulcherrimum apprehendimus, &c. & quamuis iste modus in apprehensione dictarum rerum, cum fiat per sensum, seruetur, nihilominus intellectu, qui sensum corrigit, de eis iudicamus, ac si eos secundum se intelligeremus, & sic in disceptationibus de Angelis, fatemur esse eterne a parte post, incorruptibiles, & omnis materie expertes.

7
1. Cocl.

Prima conclusio. 7 Illud quod apprehendimus dum conamur Angelū apprehendere, vere est commune, & predicabile de multis. Patet, quia loco Angelorum, vt dictum est iuuenē decorum apprehendimus, qui quidem vere communis est, & predicabilis de multis in quantum homo est.

8
2. Cocl. notanda.

Secunda conclusio, 8. implicat naturam Angelī esse communem, aut intelligi in communi, si ipsa secundum se intelligatur. Probat¹ primō, quia implicat esse plura indiuidua in natura angelica, ergo implicat naturam angelicam esse communem indiuiduis multis. Secundo patet, subiecta realia sunt indiuidua, de quibus natura realis dicitur, & predicatur, sed in Angelis impossibile est dari plura indiuidua intra eandem speciem, ergo impossibile est, quod aliqua natura rea-

Si ois speci. sub. sit pred. 38.

lis sit predicabilis de illis. Tertio, probatur, quidquid sicut per se cōpetit oppositū, nec per intellectum potest conuenire, sed Angeli intrinsecē sunt singulares, & indiuidui, ergo impossibile est, quod etiam per intellectum sint vniuersales, & communes.

Quarto, impossibile est quod Petrus nudetur à sua singularitate, & intelligatur vt Petrus, ergo impossibile est etiam, quod Angeli nudentur ab indiuiduatione, & intelligantur, vt sunt: & ideo 1. par. Summul. dixi, Deum, esse terminum singulare, quod etiam fatetur Niphus, enunciatō decimo: referens alios, & S. Thomas. 1. par. quaest. 39. articul. 4. ad primum. & Sapient. 14. dicitur nomē, Deus, esse incommunicabile, id est, non commune: nam si res aliter quam est significaretur, denominatio illa falsa esset etiam si aliter apprehēdatur, quam sit. De quo S. Thomas. quaest. de spiritualibus creaturis, articul. 8. ad quartum, videri sunt etiam expositores. 1. par. quaest. 39. articul. 4 & q. 50. artic. etiam 4.

3. Cocl. resp. q.

Tertia conclusio. 9 In hac opinione non omnis species subijcibilis est predicabilis: patet nam species Angelorum sunt subijcibiles, & ex secunda conclusione non sunt predicabiles, ergo non omnis species subijcibilis est predicabilis in opinione S. Th.

10
Solutur arg. contraria.

Ad primum argumentum respondeo, quod tantum probat¹ quod id quo Angelos apprehendimus, concipitur, vt commune, & vt vniuersale. Non autem natura ipsa Angelica, que intrinsecē est singularis, & hoc tantum vult S. Thomas, vbi supra, vel quod natura diuina communis sit tribus personis.

Ad secundum dicendū, qd de indiuiduis, que sunt species, ex genere, & differētia cōpōntur, quales sunt Angeli, est sciētia, differētia autē istarum specierum, cum non habeant indiuidua,

nequeunt esse vniuersales. Idem dico de eorum passionibus, quæ ratiocinantur ad determinatum gradum essentia, vt infra dicitur.

Ad 3. argumeta.

Ad tertium bene Boetius, label. ex Herbeo, vbi supra, & Caster. hic explicat Porphy. quod scilicet, tantum assignauerit tertiam definitionem de speciebus imis materialibus, & anti- qui ita explicat Porph. Vel secundo dices, & forte conformius Porphy. intellexisse angelos esse multiplicabiles per individua, cum supra vitum fuerit etiam existimasse. Licet falso. Angelos esse animalia corpore aerea, animo passiva.

Ad confirmationem, in predicamento, vbi collocantur Angeli, etiam ponuntur species subijcibiles illorum, quæ intrinsecè sunt individua. Similiter dico ad illud Arist. Angelos esse primas substantias completas, tamen in esse naturæ, & essentialiter aduincem distinctas, nam de secundis substantijs, vbi supra dicit Arist. esse in primis predicabiles, & vniuersales.

Ad vltimum, Angeli non sunt individua formaliter, id est, quæ dicunt relationem intrinsecam ad se, sed ad effectum predicabilem, hanc tamen esse individua absoluta, id est non diuisa in inferiora. Si tamen Deus per suam omnipotentiam, vel aliqua alia ratione, de quo nihil ad præsens possit plura individua intra eandem speciem Angeli multiplicare, tunc quidem omnis species subijcibilis esset predicabilis, sed alia, aliaque ratione, vt dictum est articulo secundo.

11 Solutio quarta pro conclusionem etiam respicitur.

QVAESTIO. II. De natura speciei, vt predicabilis, eiusque termino individuo.

680132 324704

EXplicato respectu quæ species dicitur, correlative generi, vt subijcibilis, qui consequitur ex inferiori positione in recta linea.

ad genus, videndum est de respectu predicabilitatis ad individua, qui consequitur respectu superioritatis ad illa, quia tamen sicuti genus ad speciem, vt ad terminum refertur, ita species ad individuum de hoc etiam nonnulla dicemus, vt de vtroque quinque inquiruntur: Primo, si tertia definitio speciei, vt predicabilis sit bona? Secundo, si genus in vna specie, & species in vno individuo possit consuetuari? Tertio, si de vno individuo materiali possit esse scientia, & definitio? Quarto, vtrum prima definitio individui sit bona? Quinto & vltimo, si secunda definitio individui bene assignetur?

ARTICVL. I.

Vtrum definitio tertia, data à Porphyrio de specie predicabili, sit bona?

Definitio est species est predicabile de pluribus differentiis numero in quid. De qua nam sit quidditatiua, vel descriptiua? Quid loco generis, & quid loco differentia in ea ponatur, cui conueniat, vt quo, & cui vt quod? cui in actu signato, & cui in actu exercito? quid tamen sit predicari in quid dicitur, quod de definitione generis superiori capite.

Sed quod non sit bona videtur primo, nam de predicacione individuum non est scientia: ideoq; Arist. in Topic. speciem omisit (vt ibi dico capite tertio) eiusque predicacionem, saltem ergo incongruè definitur per predicari de pluribus, consequentia

2 Explicatur titulus & est aduertenda.

3 Pars negatiua suaderetur primo.

tenet quia de quibus non est scientia, nec est etiam predicatio.

Secundo, rationale immediare dicitur de hoc rationali, & de illo individuo rationalitatis, signato ad intellectum immediare, sicuti etiam animal de hoc animali, & de illo individuo animalitatis signato ad intellectum, vt supra dixi, & tamen rationale non est species, vt ex se patet, ergo definitio hæc non conuenit soli speciei, consequentia tenet quia conuenit rationali, quod est differentia.

3 Tertio, si quis crederet animal esse immediatum ad hominem, nec aduerteret habere plures species, quam homo, tunc immediatè predicaret animal de Petro & Paulo, ergo species sola non est, quæ predicatur de pluribus differentiis numero in quid.

Confirmatur. Nam Deus non est species, de tribus tamen personis numero distinctis dicitur, & similiter persona diuina de eisdem tribus numero distinctis predicatur. Item quidam homo de Petro & Paulo numero distinctis, ergo species sola non est quæ predicatur de pluribus differentiis numero.

4 Quarto & vltimo, ex comuni omnium Philosophorum consensu, genus nequit consuetuari in vnica specie: species autem bene consueturatur in vno individuo, falsò ergo definitur per predicari de pluribus numero.

Confirmatur, quia tantum est vnica avis Phœnix, & nec successiue, plures Soles, nec plures Lunæ, quæ tamè inter se specie differunt, ergo definitio speciei est nulla.

5 Pro solutione aduerte quod licet differens numerus formaliter pertineat per se ad predicamentum quantitatis, hic tamen in differentiis numero sumitur pro individuo, quorum passio est differentia numerica, siue sit substantia, siue relationis, siue tandem quali-

tatis, etiam si ratio numeri, vt dictum est ad quantitatem spectet.

Nota secundo aliquid esse in potentia dupliciter, primo in potentia Logica: secundo in potentia Physica, tunc aliquid est in potentia Physica, quando eius causa existit, quæ ratione nunc existit illa autem in potentia Logica dicuntur esse, quibus nulla est contradictio ad existendum, unde potentia Logica est non repugnancia ad existentiam.

Iam sit conclusio 6 definitio Porphy. bona est, quæ sic explicatur, species respicit individua existentia in potentia Logica. Probatur quia si implicat esse individua, implicat esse aliquid commune respiciens illa, vt probatum est q. precedenti articulo vltimo. Ita omnes hic, ergo si implicat sunt plura individua, etiam erit impossibile, quod sit predicabile aliquid de eis, est igitur species predicabile de multis individuis non repugnantibus existere. Vbi aduerte aliud esse, aliquid predicari quidditatiuè, & aliud esse predicabile quidditatiuè, homo enim quidditatiuè de Petro dicitur, relatio autem predicati denominatiuè inest illi, & accidet taliter: relatio verò speciei, aut generis intrinsecè, & quidditatiuè predicabile est de inferioribus.

Ad primum argumentum, aliud est loqui de predicacione individui, aliud verò de predicabili individuum, hæc enim commune est, & vniuersale & de quo est scientia, nec ob hanc causam omissum ab Arist. in Top. sed quia vt abunde supra dictum est, Arist. ibi dem tantum numerabat, predicata, quæ predicant scientia: nulla autem scientia, aut ars speciem predicat, sed de ea passiones probat, & ita semper manet species subiectum in scientijs.

Ad secundum dico, quod si hoc

H 3 ratio

In potentia est aliquid dupliciter. Conclusio responsi quæ sit notanda.

Solutio arg.

Aduerte rationale signet Petrum: ista praedicatione est differentia, scilicet, Petrus est rationalis, si vero signet differentiam numericam Petri, est accidentalis, sicuti & haec sensibile est rationale, quod si tandem signet individuum rationalitatis ad intellectum, ut dicit argumentum, praedicatione illa est species, quoad modum, non tamen quoad substantiam, nam licet rationale de differentibus numero dicatur, non ob hoc absolute dicenda est species, cum communitur eas solum species vocentur, & sint, quae sunt naturae perfectae, & completae, in esse essentiali, & quidditatiuo.

Ad 3. Ad tertium, etiam si quis credat, vel non aduertat animal per individuum a humana secari, & immediatum esse Petro & Paulo, cum hoc tamen fiat, quod hoc Petrus est animal sit mediata praedicatione, cum ex sua natura mediet homo, sicut hoc animal est homo, indirecta est, etiam si quis credat esse directam, quia ex natura sua homo inferius est animal, & ita indirecte dicitur de illo.

9 **Replicatur.** Sed dices? relatio rationis non est nisi cum intelligitur, sed animal in dicto casu immediate cognoscitur in ordine ad Petrum, ergo non est immediate ad hominem. Respondemus negando consequentiam, quia etiam si genus possit esse sine specie, & differentia sine specie cognoscitur, animal & sensibile sine homine, & quo, &c. poterit existere in esse entis rationis, quod est cognitio, ratio generis pro materiali, vel differentia sine specie: cum ergo cognoscitur animal in ordine ad Petrum & Paulum, immediate existit quaedam differentia, vel genus subalternum commune generi & specie, scilicet, relatio praedicationis quidditatiui, abstrahendo a mediate, vel immediate.

Respon. Ad confirmationem, Deus, & essentia diuina non est vniuersale in praedicatione, quia cum singularissima sit in hac ratione, tres personae non faciunt plura cum sint vnus Deus, idem dico de persona secundum quod dicit in similitudinem, nihil enim hac ratione in vna includitur, quod non in alia licet, sint distinctae realiter, de quo alibi vide de S. Tho. in 1. d. 19. q. 4. art. 1. ubi alias rationes affert. De individuo vago infra dicam. Vltimum argumentum petit articulum sequentem.

ARTICVLII.

Utrum genus possit conseruari in vnica specie, & species in vnico individuo?

Aduerte ex dictis multoties dicitur, quod natura generis & natura speciei possunt considerari tripliciter: primo modo Logice, id est, formaliter prout subternuntur secundis intentionibus secundo Physice, id est, prout dicuntur sita praedicat quidditatiua, & essentiali: tertio Metaphysice, hoc est quatenus dicuntur potentiam ad vltiorem perfectionem.

Hoc posito dico primo, si genus & species sumantur Logice, nec genus potest conseruari in vnica specie, nec species in vnico individuo, patet quia genus & species hac ratione sunt vniuersalia: vniuersale autem est vnum in multis, ergo genus hoc modo requirit plures species, & species plura in individuo.

Dico secundo, genus & species si sumantur physice, & materialiter genus potest conseruari in vnica specie, & species in vnico individuo, patet quia in qualibet specie reperiuntur omnia praedicata quidditatiua, & essentialia generis, & in quolibet individuo omnia praedicata quidditatiua et essentialia speciei, ergo genus hoc modo potest conseruari in vnica specie, & species in vnico individuo.

Genus & species tripliciter considerantur.

1. Cōcl.

2. Cōcl.

4 **Aduerte**

5 **Canter.** Lemosi. lib. 2. de erroris. cap. 4.

6 **Alius** mo- dus dicitur ad quod in alio sensu,

7 **Reijci-** tur ista opinio.

do potest conseruari in vnica specie, & species in vnico individuo.

Et quidem magis physice loquendo genus saltem succelsi e potit plures species, vt numerus, si sit genus, de quo suo loco: species autem sic contenta est vnico individuo, cuius ratio nem adducit S. Thom. 1. Poster. lect. 12. & 1. par. q. 85. artic. 1. natura enim per se primo, intendit species, individua vero propter conseruatione speciei, quod si individuum tale sit, vt ex se sufficiat suam speciem conseruare, vnum tantum producit. Alias rationes adducit Canter. hic ex Albert. tracta. 4. & sec. q. 18. praedicab. 5. & alij Et hoc mihi magis placet.

Si vero genus & species sumantur metaphysice, id est, vt sunt tota potentia. Quidam ponunt quod genus non potest conseruari in vnica specie: species autem bene conseruatur in vno individuo. Fundamentum huius sententiae est, quia natura generis, vt dicit potentiam ad vltiorem perfectionem, est imperfecta, & incompleta, perficitur autem per differentiam, sicuti materia prima per formam, & sicuti ista, quia est in potentia ad plures formas non perficitur vna forma, ita neque illa perficitur vna differentia, natura vero speciei in se est perfecta & completa, sine differentijs individuis, & ita tota perfecta & completa potest inueniri in quolibet individuo.

Sed profecto non omnino placet propter ea, quae dicta sunt dum agere mus de praedicatione generis respectu specierum: quia sicut genus dicit duplicem potentiam, vnam, vt est totum potentiale, & sic praedicatur in confuso de speciebus, autam potentiam dicit, vt est pars, & sic contrahibilis cum differentia specifica: ad illius constitutionem, pari etiam modo species includit duplicem potentiam, vnam, vt est totum potentiale,

quia sicut genus est in confuso, species dicitur de suis indiuiduis, aliam vt est pars contrahibilis per differentiam indiuidualem (de qua ita in quid sit dicom) & vt sic, non est praedicabilis, sicuti nec genus vt pars est, sicut ergo genus non potest conseruari in vna specie, vt totum potentiale, ita nec species conseruabitur in vnico individuo eadem ratione, neque est qui neget differentiam indiuidualem, ita facere vnum per se cum specie contrahibili, vt pars, sicuti specifica facit cum genere.

Dicendum ergo quod species etiam, vt est totum potentiale non potest conseruari in vnico individuo. Patet, quia sicut genus, vt totum potentiale dicit differentias specificas oppositas incompatibiles in eadem specie, ita species hac ratione dicit differentias indiuiduales oppositas incompatibiles in eodem individuo, & consequenter petit plura indiuidua.

Et si dicas quae est ergo differentia inter specie & genus metaphysice loquendo, dico quod illa est, quod (vt supra dixi dicto secundo) species potest conseruari in vno individuo, vt totum actuale, genus autem non item.

Dices etiam? genus est totum actuale, ergo vt sic sufficit vnica species ad eius conseruationem, sicuti sufficit vnum indiuiduum ad conseruationem speciei. Respondeo negando consequentiam, quia genus formaliter id est in ratione generis non est totum actuale, quando autem est totum actuale, tunc induit rationem speciei, species autem quomodocumque siue vt totum potentiale, siue vt actuale semper habet rationem speciei, vt supra dixi, de specie inua, quod omnibus respectibus denominatur species.

Per hoc patet ad argumentum supra factum praecipue per secundam conclusionem.

2. Cōcl. aucto.

9 **Replica** tur.

NOTA.

10 **Solutio** tur arg. contrar.

Ad confirmationem, successiue sunt plures Phœnices (de quo Pierius Valeria. in suis Hieroglyphicis lib. 2.) & Deus potest producere plures Soles, pluresque Lunas, & ita non est repugnantia in illis ad essendum, qualiter autem genus, & species sicut duæ species prædicabiles, supra dixi q. 4. vniuersali, articulo. vltimo. & infra dicam capite de differentiâ, dum de subalterna, & infima sermonem instituiam.

ARTICVL. II.

Utrum de vno individuo materialis, ut Petrus possit esse scientia, & definitio?

Questionem hanc difficilem rediere communis modus loquendi ne dicam vulgaris, humilitatis, & exigua recô-templatio.

Breuitè tamen ab illa me expediam veritate prius explicata Porphy. ex Platone docet nullam dari scientiam de illis, & Arist. 7. Metaph. text. 33 definitionem (inquit.) non esse singularium. S. Thom. 1. par. q. 29. artic. 1. ad primum, idem sentit, & communiter omnes cõsentiant.

Et primo probant, nam in indiuiduis nihil essenziale reperitur præter species tantum, quibus addunt differentias accidentales, vnde Caieta. genus, inquit, determinat, non prædicat omnem quid sitatem speciei, species autem quod est in indiuiduo determinatè dicitur: & iuniores hic & c. de substantia, existentiam dicunt addere indiuiduum supra speciem. Alij vero solam negationem, ergo non habet indiuiduum aliquid positium essentielle, per quod possit definiri, de quo Scot in 2. d. 3. q. 3. & ibidem Hen-

ricus, ergo de illis non est scientia, consequentia tenet, quia de quibus non est definitio non est scientia.

Secundo ex Arist. ubi supra in definitione tantum collocantur communia, ergo indiuiduum nullo modo potest definiri, quia omnia indiuidui singularia sunt.

Tertio, scientia & definitio non datur de singularibus, & corruptibilibus, ut sæpè contra Heraclitum, & Cratylum profert Arist. indiuidua autem caduca sunt, & infinita, ergo de eis non est dabilis scientia.

Primo notandum, quod indiuiduum tripliciter nominatur, dicitur enim singulariter, prout dicitur relatione, ad speciem vniuersalem, indiuiduum autem vocatur, quia non est diuisum in inferiora, quod si sit substantia indiuiduum, prima substantia, suppositum, & per se subsistens nominatur, quod si utatur ratione, personæ dicitur, ex Boccio enim persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. Hæc eliciuntur ex S. Tho. 1. p. q. 29. art. 1.

Secundo aduerte, quod cum definitio sic explicans naturam rei (ut 2. p. Summularum dixi) & demonstratio sit probatio euidentis passionis de subiecto (ut c. 2. 1. Post. dico) quicquid habet per se naturam, & essentialiter potest etiam habere denominationem, & si habeat proprias passionem, poterit etiam habere demonstrationes, quibus probentur de subiecto, quod autem ita sint pauca quidditatiuæ definitiones, & demonstrationes, inde prouenit, quod difficulter intellectus, & raro prædicata per accidens separata prædicatis per se. His positis sit.

Prima conclusio. Quodlibet indiuiduum materiale, ut Petrus habet sibi proprium, & essenziale prædicatum positium præter prædicata speciei, hæc conclusio mihi est certa & cui densus, & colligitur expresse ex M. Cummol. 1. par. q. 3. art. 3. conclus. 2. agens, de prim

Argu. 2.

Argu. 3.

Indiuiduum vniuersale nominatur.

1. Cõcl.

4. Probatio efficiens.

de principio indiuiduationis, quod probat in substantiis esse necessarium substantiale quid & probatur essentialiter. Primo, nam si substantia, V. g. Petri solis accidentibus distinguitur à substantia Pauli, necessario substantialiter eadem numero substantia est vtriusque, cum non habeat substantia Petri, aliquid, per quod essentialiter distinguitur à substantia Pauli, & ita de vtraque idem erit iudicium, quod de vno numero corpore posito à Deo in diuersis locis numero, distincti tantum accidentibus, ergo in Petro aliquid essenziale proprium reperitur, quod non in Paulo, ratione cuius essentialiter directè cadit sub specie in prædicamento.

Secundo si Petrus, V. g. sola accidentia addit supra speciem euidenter consequitur, quod sit vnum per accidens, sicuti album, ut pote compositum ex substantia, & accidenti: & ita sicuti album cadit sub nomine accidenti, ita Petrus ut Petrus est sub illo continetur, quod est contra omnem veritatem, & Aristot. substantia enim per se non componitur ex non substantia.

Confirmatur, quia sicuti homo albus accidentaliter est inferior ad hominem, ita esset & Petrus, quia in vtroque tantum accidentia superant speciem. Consequens est falsum, quia Petrus V. g. essentialiter directè ponitur in recta linea sub homine, ergo per aliquid sibi proprium essenziale.

Vltimo, nam certum est, quod Deus & Angeli agnoscent aliquid de substantia Petri, quod non de substantia Pauli, & in istis vna substantia calefit, alia frigitur, alia currit, ita alia, quæ sunt diuersa, & opposita accidentia, quæ eidem numero substantiæ impossibile est conuenire, ergo alia est substantia Petri, ut Petrus est à substantia Pauli, ut sic.

Secunda Conclusio, idem dicendum

de indiuiduis accidentium, quantum ad essenziale prædicatum sibi proprium, & positium: patet, nam sicuti se habet substantia ad substantiam, ita accidens ad accedens, ergo sicuti substantia indiuidua habet sibi essentialiter prædicatum positium, ita etiam indiuiduum accidentis debet habere, et hoc ipsum probant argumenta pro prima conclusione facta, mutatis mutandis.

Tertia conclusio, existentia non potest esse differentia numerica, nec tale prædicatum essenziale Petri, V. g. patet primo, quia existentia supponit naturam singularem, hæc enim est, quæ existit, ergo ante existentiam intelligitur natura singularis.

Secundo, quia existentia non est essentialis cuius entis creati, at differentia numerica, essentielle quoddam est indiuiduo. V. g. Petro ergo, & c. verum tamen est quod ista differentia numerica non dicitur essentialis, quia essentialia communiter usurpatur pro forma, differentia autem hæc, constituit indiuiduum subiectum omnium prædicatorum, vel forte sic dicitur, quia sumitur in ordine ad hanc materiam singularem, & quomodocumque sit semper constituit subiectum horum prædicatorum, & per hæc solues plures captiones.

Quarta conclusio, quo ius indiuiduum essentialiter est definitio, probatur nam ex dictis præter prædicata speciei, habet suum proprium essenziale positium prædicatum, ergo per illud simul cum specie potest. V. g. Petrus essentialiter definiri, sicut enim species homo, V. g. superadit generi differentiam essentialem, scilicet rationale, ita Petrus superadit homini, suam differentiam numericam essentialem, per quam simul cum specie potest definiri.

Quinta conclusio, si indiuiduum habeat propriam passionem de eo po-

3. Cõcl.

4. Cõcl.

5. concl.

test dari scientia. Probatur, quia per definitionem essentialem, talis propria passio potest euidenter demonstrari de subiecto, ergo de eo poterit dari scientia. Vtrum autem singula, vel aliqua indiuidua habeant huiusmodi propriam passionem? multa inuoluit, alibi latius disputanda ut vtrum singula indiuidua habeant sibi proprium temperamentum quatuor qualitatum? & vtrum differentia numerica accidentium dicat, intrinsecum ordinem ad hoc subiectum? & vtrum animarum inaequales, petant potentias etiam inaequales? &c. Hoc tamen certum est quod si habeant propriam passionem, de eis potest dari scientia.

Vltima conclusio de indiuiduo, ut Petrus, nec habemus definitiones, quidditativas, nec demonstrationes, & vix aut nullo pacto de eo poterit dari: hoc est quod intendunt, & docent Philosophi Peripatetici, & ipse Aristot. & communis sententia. Probatur, nam ad distinguenda praedicata per se, a praedicatis per accidens, opus est diuturna obseruatione, indiuidua autem caduca sunt, & cito intereunt, & ut aliqui docent, dicunt intrinsecum ordinem ad instans generationis, quod a nobis non est cognoscibile, & in ipsis caelis incorruptilibus, quid sit differentia numerica, quid specifica ignoramus quod magis est quam omnino, probabiliter dicitur aliquid esse eandem cum numerica in Angelis, ergo de indiuiduo non habemus definitiones quidditativas, nec demonstrationes.

Ad 2. Soluuntur argumenta contraria. Ad primum argumentum dicendum quod quod indiuidua, ut Petrus, supra speciem addunt radicem accidentium, quae est differentia numerica sibi essentialis, vtrum vero ista differentia sit principium & radix, & quomodo accidentium, quaestione de principio indiuiduationis dicimus late. 1. Physiq. 4. Ad secundum Arg. resp. Aristot.

tantum loquitur de definitionibus, quas nunc habemus.

Ad vltimum dicendum, quod etiam secundae substantiae, & vniuersalia intereunt, quantum ad existentiam, sicut & ipsa indiuidua, ex Aristot. enim destructis primis (substantiis) impossibile est aliquid aliorum remanere, & ita omnes praedicationes in creaturis, in quibus praedicatur existentia, sunt accidentales, & in materia conuergenti, at vero in materia naturali, hoc est in praedicationibus, in quibus praedicatum dicit necessarium connexionem cum subiecto, sunt necessaria per se, & aeternae veritatis in naturis vniuersalibus, & communibus, & ita similiter: perennis est praedicatio indiuidui, in qua differentia numerica, quae est essentialis, dicitur, V.g. de Petro. Quo modo autem indiuidua sunt infinita iam dixi supra explicando literam, nec nos dicimus scientiam dari de omnibus indiuiduis, nec etiam de vno, sed quod si habeat propriam passionem de illo dabitur scientia ut dicitur 5. coel.

ARTICVL. IIII.

Vtrum prima definitio indiuidui sit bona?

Definitio est, indiuiduum de vno tantum praedicatur. Breuiter de finitum in hac definitione est secunda intentio de nominatiua singularium in concreto, ut dixi de genere, cui conuenit in actu signato de finitio dicta, quia illius natura explicatur per illam, at vero in actu exercito, ut Quod exercet actum praedicationis de vno tantum, conuenit Petro ut Quo vero indiuiduis relationibus singularium, ut etiam adnotatum de indiuiduis relationibus generis.

Secundo, certum est hanc relationem

Ad vlt.

N O T A

3 Illatio notanda.

4 Difficultas habet dubium in quo consistat.

5 Opin. Auer.

6 Opin. S. Tho.

7 Explicatur definitio indiuidui.

8 Relatio indiuidui quomodo fit species.

tionem indiuiduum in actu exercito esse speciem, cum quidditatiue praedicatur de singularibus relationibus unde licet indiuiduum per se non posset definiri, illa tamen recte definitur, nec ex hoc consequitur, quod possit constituere praedicabile abstractum a quinquale, quia non est intrinsecum vniuersalis, sed tantum denominatiue, quia ex se, & ex natura sua denominatiua est res singularis tantum.

Vnde infero 3 datam definitionem bonam esse, in ea enim vox praedicabile loco generis ponitur cum sit quid commune alijs praedicabilibus, particula autem de vno tantum differentia est distinguens indiuiduum a reliquis, non autem definitiuum Porphy. indiuiduum, ut pars est speciei, quae facile poterat ex supradictis colligi, ut sic enim, indiuiduum est subiectibile quoddam speciei.

Quoniam autem circa praefata nulla sit controversia, 4 dissensio tamen est circa explicationem definiti in actu exercito, quod in quam exercet actum praedicationis de vno tantum. Commemorator Sex Aristotele conatur probare definitionem hanc, tantum dari de indiuiduis accidentium, ipsaque ut quod, exercere actum praedicationis de vno tantum. V.g. Petrus est hoc album in concreto, nam Petrus de se ipso identice, & non directe valet praedicari. V.g. Petrus est Petrus, ipsaque definitionem Porphy. de indiuiduo substantiae datam maxime abominatur. At 6 sanct. Thom. datam definitionem etiam intelligit de indiuiduo substantiae, & quod Petrus de se ipso per se praedicatur, indirecte autem cum de alijs dicitur, ut homo, vel veniens est Petrus: ita etiam videtur sentire Boetius lib. de diuisionibus, & S. Thom. in 1. dist. 9. q. 4. artic. 2. illeque affert loca ex Aristot. sic praedicante, bonum est per se bonum, & homo per se est homo.

Iuniores 7 in hac re distinguunt de duplici praedicatione, alia inquit est naturalis, & impropria, quae inepta est scientiae, & disputationi, alia est artificiosa, & disputationi apta, quia aliquid ignotum declarat, prima, exemplum sit, Petrus est Petrus, in qua idem de se ipso enuntiat; secunda, exempli, Petrus est homo. Ita ergo dicitur isti, S. Tho. Arist. & alios primo modo loquutos fuisse de praedicatione naturali, quae est praedictio per se negatiue, id est, non per alteram clariorē explicata, & sic Petrus de se ipso enuntiat non indirecte, ut vult Auer. contra quem etiam citati defendunt, nec indiuiduum accidentis directe enuntiat: primo quia ex Aristot. secundo. c. ante praedica. indiuiduum de nullo praedicatur, directe scilicet. Secundo, quia hoc album idem est quod Petrus, a quo haec albedo, habet quod sit haec & indiuidua: sicuti ergo haec, Petrus est Petrus, tantum est identica, & per se negatiue, ita & haec, Petrus est hoc album.

Breuiter dico primo, indiuiduum 8 substantiae de se ipso tantum identice enuntiat: patet, quia quicquid est in praedicto etiam formaliter est in subiecto, in hac, Petrus est Petrus, ergo identice praedicatur, tenet consequentia, quia illa est praedictio identica.

Dico secundo, differentia numerica 2. concl. indiuidui substantiae. V.g. Petri in quale quid de ipso praedicatur, & dicitur: patet, quia est forma metaphysica illius, sicuti rationale hominis, sicut ergo rationale in quale quid de homine directe enuntiat, ita differentia numerica Petri de Petro.

Dico tertio, indiuiduum accidentis 3. concl. in abstracto, V.g. haec albedo identice tantum de se ipso enuntiat in concreto vero de nullo quidditatiue dicitur, & hoc tantum vult Aristot. in antepredica. ubi supra, ubi de hoc indiuiduo loquitur, quod de se habet autem, citari aduert.

7 Opinio Tolet.

8 co. cl.

2. concl.

3. concl.

ARTICVLVS. V.

& vltimus.

Vtrum secunda definitio indiui
dii sit bona?

Definitio est, collectio proprie
tatum, quæ in vno est, in alio
non reperitur.

Aduertendum 1 omnes dif
ferentias numericas in hoc conueni
re, quod est esse radices, & principia
incommunicabilia, & similiter
individa consequenter in hoc conue
niunt, quod est esse incommunicabi
lia, id est non diuisa in inferiora. Vnde
de indiuiduum generaliter sic pote
rat definiti, quod scilicet non est in in
feriora diuisum, Porphy autem tan
tum aduertit indiuidua substantiæ, co
rumque differentias numericas, vt
sunt principia à quibus diuersa nume
ro accidentia dimanant, quod contin
git etiam in alijs indiuiduis, & ideo
per talia accidentia numero distin
cta illa circumscribit, hoc est in quan
tum omnia indiuidua conueniunt in
negatione communicationis earum
dem numero passionum, quod quæ de
æquiuocum est vel analogum, saltem
ad accidentia substantiæ & acci
dentis.

Proprietates 2 autem istæ, seu acci
dentia ista numero distincta commu
niter septem numerantur, quæ hoc
versiculo continentur.

*Forma, figura, locus, tempus, cū
nomine sanguis,*

*Patria: sunt septem, qua non ha
bet vnus & alter.*

Forma, id est complexio, & tempe
ramentum, figura, id est partium pro
portio, locus, id est pars domus, & vr
bis, in qua quis productus est, tempus
id est instant generationis, seu natiui
tatis

In quo
conue
niant dif
ferentia
numeri
ca.

Proprie
tates in
diuidui.
quæ.

tatis, & constellatio illi corresponde
tis, nomen pater, sanguis profapia pa
tria idem est quod locus vnde primus
versiculo sufficiebat.

Not.

Notandum tamen quod sicuti arti
culo precedenti dixi relationes indi
uidui in communi in actu exercito
nondari significatum materiale ad
quatum in communi quia id non es
set commune indiuiduis, id est nõ pos
set in actu exercito denominari à re
latione indiuidui, ita etiam conueni
entiæ negationis, earundem numero pas
sionum, nondatur significatum mate
riale ad quatum propter eandem ra
tionem, vt pete quia conuenientia illa
negationis, &c. intrinsecè est singula
ris denominatio.

Quamuis autem ea quæ dicta sunt,
satis superque sufficerent ad exactã
intelligentiam eorum, quæ a Porphy.
traduntur 3 quia tamen communiter
hic agitur de indiuiduo vago, & per
sona, de vtroque aliqua videnda sunt
Caiet. hic indiuiduum vagum, vt ali
quis homo præter naturam commu
nem, inquit, importat modum parti
culariter existendi, Petrus autè. V. g.
præter naturam determinatam dicit
subsistentiam, ita videtur loqui Sanct.
Thom. 1. q. 3. artic. 4. & de potentia,
q. 9. art. 1. ad primum, Vnde infert Cai
et. singulare vagum esse vniuersale,
omittam tamen à Porphy. sicut &
alia plura omittit, vt potè definitio. 6.
Sed profectò fallit iste author, quia
Porphy. vt probatum est. q. 4. vniuer
sali articulo vltimo, omnia vniuer
salia numerauit, definitio autem cum
sit quid complexum, non est vniuer
sale, vt hic sumitur, & multò minus
singulare vagum, cum ex ipso Caiet.
explicite dicat non solum naturã, sed
illum modum particulariter existi
endi, cauendum autem nobis est in mo
do loquendi de persona, & singulari
vago, fideliter enim in Deo tres per
sonas fatemur, tres autem quosdam

3
Indiui
dii Va
gi, & Per
sonæ.
Prima
opinio
Caiet.

Deos ponere, natura ipsa refugit, ra
tionem apponit 5 Thom. 1. p. q. 30. quã
explicat ibidem M. Cūmel. & Cana
ria. distributio secunda, & in. 1. d.
23. vbi Capreo. quia inquam persona
in recto, & formaliter tantum dicit
subsistentiam, singulare autem va
gum multiplicat in recto etiam na
turam in plurali, in Deo autem sola
vna singularissima essentia est & na
tura.

Secunda sententia 4 singulare va
gum inquit præter naturam commu
nem. V. g. aliquis homo importare ne
gationem communicabilitatis earũ
dem numero passionum supra expli
catam, vt etiam vnus numero homo,
iunioris supponere inquit pro in
diuiduis sub distinctione. V. g. aliquis
homo pro 1 Petro, vel 1 Ioanne, Aliter
Canter. sed neque vnus nec alter
placet.

Existimo dicendum 5 aliquis, qui
dam, &c. signa esse syn cathogorema
tica, vt non significant aliquid, sed tan
tum consignificant, & ita aliquis ho
mo nec significat singularitatem in
communi, nec in particulari, sed tan
tum indiuidua in determinatè, & va
gè. Vnde & vagum singulare appellu
tur, sicuti particula, non, syn catho
rema negat quidem, non tamen signi
ficat negationem, ita particula, ali
quis, signat indiuidua in determinatè
non tamen significat singularitatem,
nec in communi, nec in particulari,
sed vt vnum cõ distinctam ab alijs, vnde
ineptè diceretur aliquis Deus, cū
non sit à quo distinguatur.

Vnde infero primo singulare 6 va
gum non esse vniuersale, nec prædica
bile. eam sit quid complexum ex syn
cathogoremate, & natura, multo mi
nus quam definitio, illa enim quid cõ
plexus est per se, eius enim partes sunt
duæ, & distinctæ.

Secundò inferitur 7 aliquis homo
&c. vniuoçũ quid esse, de cuius con
ceptu

4
Secunda
sententia
de singu
lari Va
go.

5
Reiiciũ
tur sentẽ
tiæ po
sitæ.

6
Illatio
prima
pro con
clus.

7
Illatio 2
p. cõcl.

9
4. c. uel.

Notãdũ

aduertere, cum ipsi etiam hæc ratione
illum explicent. Probatur conclus. ra
tionem primæ conclusionis, quia prædi
catio identica eadem est in concreto
& abstracto, si omne quod est in præ
dicato formaliter, reperitur in sub
iecto.

Dico quartò, cū ad 9. genus præ
dicationis solum attendatur significa
tum formale, & hoc album, licet ma
teriã liter Petrum inuoluat, de forma
li verò ipsam albedinem dicat, quæ
est veluti forma Petri, manifestè con
stat hanc prædicationem, Petrus est
hoc album non esse identicam, sed po
tius directam, & formalem, & per hæc
patet ad argumenta supra facta con
tra Auerr.

Vbi considerandum, quod cum sin
gulare ex Summulis sit quadruplex,
singulare ex hypotheti, non habet ra
tionem sui significare indiuiduum, sed
solum ex suppositione, de singulari
autem vago statim dicam articulo se
quenti, determinatum autem est pro
prium singulare.

Secundò, aduerte circa singulare
ex demonstratione, quod si particula
hic sit cat. regorem 1, significat hec ce
tem, vel differentiam numericam,
& sic est quid æquiuocam, cū sit cõ
mune ad habentes differentias nume
ricas, siue substantiæ, siue accidentis,
siue entis rationis: Vnde consequitur
quod hac ratione, hic homo sit termi
nus complexus, ex æquiuoco, vel ana
logo, & ex vniuoçũ scilicet homo. Si
autem particula, hic, sit syn catho
rema nihil significat, id est aliquam
re, sed tantũ aliqualiter, id est singula
re demonstrat, de quo quis loquitur,
& solum ad signandum deseruit, &
tunc hic homo, est terminus incom
plexus, sicuti & omnis homo, vnde
& vniuoçũ, quando autem commu
niter dicitur, hic homo multa diuer
sa significare, æquiuocè intellige, cū
particula, hic, cathogorema est

CAP. III.

De Differentia.

Differentia vero & communiter, & proprie, & propriissime dicitur, differre namque quippiam communiter dicitur, cum diuersitate aliqua quouis modo aut à se ipso, aut alio differre à Platone Socrates diuersitate aliqua, atque à se ipso fucio vir factus, & ab agente non agens differre, & semper hac differentia in eis est sane diuersitatis, qua consistunt in hisce, qua cum interrogamus quomodo res sese habet, effigiam reddique solent. Proprie vero aliqua differre dicitur, cum inseparabili differant accidenti: & inseparabile quidem accidens est, ut caeruleus oculorum color, ut smitas ut cicatrix, calor ex vulnere in d. Et: at propriissime quippiam à quopiam differre dicitur, cum specifica differentia differat: qualiter ab equis homines specificarationalis differentia differant.

Text. 2. Omnis igitur in vniuersum differentia, diuersum alicui adiuncta facit: sed communiter quidem & proprie differentia, diuersum per accidens faciunt: propriissime vero diuersum per se, quiaem & aliud dicitur. Differentia igitur qua diuersum per accidens faciunt, tantum differentia: qua vero aliud & diuersum

Text. 1

Text. 2

sum per se, differentia spe cificanū se competunt, nec intendi nec remitti volunt: qua vero per accidēs et si separabiles sunt intensionem, remissionemue suscipiunt. Neque etiam genus magis minusue de eo, cuius est genus dicitur: neque generis, differentia, quibus in species genera diuiduntur. Ha nanque sunt, qua cuiusque rationem consistunt. At vniuscuiusque ratio vna est, eademque, nec intensionem nec remissionem vllam suscipies. Simum enim esse aut coloratum intenditur atque remittitur.

Text. 3. Rursus igitur à principio differentiam diuidentes, differentiarū alias separabiles, alias inseparabiles dicimus esse. Moueri namque atque qui scire, & valere, ac egrotare, & qua sunt similis generis, separabilia sunt: aequilinum autem esse vel simum, & rationale & irrationale inseparabilia sunt.

se competunt, nec intendi nec remitti volunt: qua vero per accidēs et si separabiles sunt intensionem, remissionemue suscipiunt. Neque etiam genus magis minusue de eo, cuius est genus dicitur: neque generis, differentia, quibus in species genera diuiduntur. Ha nanque sunt, qua cuiusque rationem consistunt. At vniuscuiusque ratio vna est, eademque, nec intensionem nec remissionem vllam suscipies. Simum enim esse aut coloratum intenditur atque remittitur.

Text. 5

Text. 5. Cum igitur species differentiarum res ita appareant, & earum alia sunt inseparabiles, alia separabiles, & inseparabilia quedam alia per se, alia per accidens: differentiarum per se rursus, alia sunt per quas in species diuidimus genera: alia per quas ea, qua sunt diuersa constituuntur. veluti differentia per se animalis, ha sunt omnes animalium sensituum, rationale ac irrationale, & mortale ac immortale: atque animati quidem & sensitui differentia, sunt substantia animalis. Est enim animal substantia animata sensitiua. Mortale vero ac immortale, rationale ac irrationale, animalis sunt differentia diuisiua: per has enim species genera diuiduntur. Verum ha qua sunt generum diuisiua, constitutiua sunt specierum. nam animal per rationale ac irrationale

Text. 3

Text. 4

Text. 4. Inseparabilium rursus alia per se, alia per accidēs esse. Rationale namque & mortale, & susceptiuum esse scientia, per se homini competunt, at aequilina esse vel simum, per accidens & non per se competunt. Qua igitur per se competunt, in substantia ratione sumuntur, & alud faciunt: qua vero per accidens competunt, nec in substantia ratione sumuntur, nec aliud faciunt, sed per accidēs diuersum. Et ha quidem, qua per

Illatio
tertia
conclu-
sione no
tanda.

Persona
noa est
vniuersa
le quid.

ceptu mentali, dicam in Perhierm. sed sicuti particula, homo, immediate significat hominem, mediate Petrum & Ioannē, & c. ita ista sine cathegoremita, omnis, aliquis, immediate significant vniuersalizations, & particularizations in communi, mediate verò hanc & illam particularizationem.

Text. 6. infertur 8 non variari significationem, dicendo, aliquis homo, aliqua humanitas, aliqua albedo, sed vbique particulā, aliquis esse signum ad hoc vt cathegorema sumatur in particulari, & idē S. Thom. inquit, aliquis homo dicere existentia, quod absolute sic debet intelligi, vt aliquis homo formaliter existentiam dicat, alioquin variaretur significatio dicendo, aliquis homo, aliqua humanitas, esse: que aequiuocum aliquis homo ad substantiam accidentis, & substantiam: imò aliquis, esset cathegorema, & quod magis est falsum esset enūtiare aliqua albedo, que tantum dicit essentiam, solum ergo intendit Sancti Tho. particulā, aliquis, significare cathegorema in particulari suppositio ne, cui propria est existentia, & licet communiter particula, aliquis, sine cathegoremaicē vsurpetur, cū hoc tamē aliquādo est cathegorema substantiū a ceptum, cui potest aliud iungi, vt aliquis venit, sicuti etiā particula, omne, substantiū est cathegorema.

De Persona autem 9 etiam certū est non esse vniuersale, sicut nec anima, intrans, punctum, & c. cum forma liter, & in recto tantum dicat existentiam, qua est modus particularis ipsius naturæ, non autem natura perfecta, & completa. vt est genus & species. Vtrum verò persona diuina propter maximam transcendentiam diuinx naturæ aliquam aliam rationem habeat præter dictam, in arceprædica. in quæstione, vtrum ens sit vn iuocum, dicemus.

nale

nale, & per mortale rursus ac immortale diuiditur: sed in mortalis quidē rationalis differentia constitutiva sunt hominis: rationalis vero ac immortalis Deorum, irrationali autem atque mortali animalium expertium rationis: sic & substantia suprema animatum, atque inanimatum, sensituum atque insensituum differentia cum sint, animatum & sensituum vnā cum substantia sumpta animal confecere: animatum atque insensituum plantam. Cum igitur eadem differentia partim constitutiva sint partim diuisa, vniuersa specifica nuncupantur. Atque opus est maxime ad generū diuisiones, & ad definitiones conficiendas. Sed non in illis alijs, quas separabiles esse aut inseparabiles diximus.

Text. 6 *Text. 6.* Has igitur definiētes, differentiam inquirunt eam esse, qua species generis excedit, homo namque supra animal rationale mortaleque habet. Animal enim neque nihil istorū est (vnde enim differentias species haberent) neque omnes oppositas habet, idem enim opposita nimirum haberet. Sed ut sensent, potentia quidem omnes eas differentias habet, qua sub se sent, & tū autē nullā: atque hoc pacto neque ex non entibus fit, neque circa idem opposita simul erunt.

Text. 7 *Text. 7.* definiunt autem ipsas & hoc pacto: differentia est id quod

de pluribus & differentibus specie, hoc ipso quale quid est prædicatur, rationale enim & mortale de homine hoc ipso quale quid est prædicatur: nam si interrogabimur, quid est homo? accommodate dicimus, animal. At si quale animal est interrogabimur, rationale mortale accommodatissime respondēbimus. Nam cū res ex materia formaque constet, aut ex ailibus qua instar aliarum sunt, ut statua ex ære quidem ut ex materia constat, ex figura autem ut ex forma, sic & homo communis, cui quidem est species ex genere differentiaque constat similitudinem rationis subuenibus cum materia atque forma. Totum autem hoc animal rationale mortale, est homo, ut istis est statua.

Text. 8. Describunt tales differentias & hoc modo, differentia est id quod suapte natura ea que sunt sub eodem genere, separata. Rationale enim atque irrationale, equum & hominem qua sub eodem ut patet genere, quod quidem est animal, collocantur separata.

Text. 9 *Text. 9* Insuper & hoc modo assignant, differentia est id, quo singula differunt. Homo enim & equus genere quidem non differunt, & nos enim animalia sumus, & ea que sunt expertia rationis: sed additum rationale, nos ab illis separauit. Nō quoque & nos rationis participes sumus, sed mortale

tale adiunctū nos ab illis distinxit.

Text. 10 *Text. 10.* Exactius autem ea, qua ad differentiam pertinent, pertractantes differentiam, inquirunt, non quoduis eorum esse, qua separant ea qua sub eodem genere collocantur, sed id quod ad substantiam, rationēque confert, & quod pars eius est rei, cuius differentia dicitur esse. Non enim aptum ad nauigandum esse hominis est differentia et si eius proprium est: dicere namque possumus, animalium alia esse apta, alia non esse apta, ad nauigandum, hominem à ceteris se iungentes: & aptum esse ad nauigandum, ad substantiam sane non confert, neque pars est ipsius sed aptitudo solū. Propterea quod non est tale, quales sunt hæ differentia, quas specificas appellamus. Erunt igitur ea differentia specifica, qua diuersam faciunt speciem, & que in ratione sumuntur: atque de differentia quidem hæc satis sint dicta.

Summa Textus.

Prima pars, ca. **D** Vas habet partes caput hoc, in prima sunt quinque diuisiones differentiarum: in secunda totidem definitioes: prima diuisio, differentia alia communis quæ est accidens separabile, qua vnum differt ab alio, vel item à seipso, ut Ferrus est albus, vel puer, ab alio, vel à se nigro, vel sene. Alia differentia propria, quæ est accidens inseparabile, quo vnum differt ab alio, ut similitas: alia propriissima, qua vnum essentialiter

ab alio distinguitur, ut rationale. Secunda diuisio, differentia alia separabilis, scilicet: communis, alia inseparabilis, scilicet: propria, & propriissima. Tertia diuisio, cum omnis differentia faciat alterarum, id est, diuersum, alia facit alterarum tantum, id est, accidentaliter diuersum, ut communis, & propria, quæ dicuntur absolute differentia, alia facit aliud, quæ dicitur differentia specifica, & sola deseruit diuisionibus per se, & quid dicitur definitioibus. Quarta diuisio, differentia inseparabilis, alia per se, scilicet propriissima, quæ est de ratione speciei, nec suscipit magis, nec minus, alia per accidens inseparabilis, ut propria, quæ suscipit magis, & minus, nec est de ratione speciei, ut similitas. Quinta diuisio differentiarum propriissimā in duos actus: primus, est diuide re genus: secundus, conuenire speciem.

In secunda parte, prima definitio differentia est, qua species abundat à genere id est, quam addit species generi, quæ differentia est in potentia generis. Secunda pars, ca.

Secunda definitio, differentia est quæ de multis speciebus in quale quid prædicatur, quia habet se ut forma: roganti enim quale animal est homo, bene responderet rationale. Tertia, differentia est quæ diuidit ea que sunt sub eodem genere. Quarta, differentia est, qua differunt à se singula, id est, species, at melior est, inquit Porphy. Quinta, differentia est, qua distinguitur vna species ab alia, cum sit pars essentialis illius: explicat enim sub intellectu in alijs, scilicet esse de essentia, per quod distinguitur à proprio.

Annotationes circa literam.

Quæ communiter solent fieri per pauca sunt, & nullius momenti.

quia dum quaestiones circa computra ctantur omnes difficultates etiam li terales, quae possunt esse offerre soluuntur, idē etiam eas omitto, consule quaestiones sequentes, & perspicue omnia solues.

QV AESTIO I. De natura differētie quan tum ad eius multipli cem diuisionem.

3 Disponi tur tra ctatus de differen tia.

EX dictis 2. p. Simularum, c. de modo sciendi in com muni 3 & ex magis infra 1. Periharam. dicentis, clarō constat, quod multoties ordine ad huc natu rae, definitio cuiusque entis, diuisione acquiritur & inuestigatur, ideoque Porphy. hoc ordiue serua to, in priori parte capituli, multipli cem differētie diuisionem profepu tus, in posteriori facillimo negotio, singulis cuiusque rei differētijs sin gulis assignat diuisiones, quae etiam nos imitantes, prima hac quaestio ne praedictae diuisiones examinabi mus, non solum numeratas à Porphy. differētiarum inter se, sed etiam illas quas differētia facit in genere: deinde in secunda quaestione de definitione differētie, tertij praedi cabilis discutiamus: de primo vi dendae sunt quinque: primo, si bona sit prima diuisio differētie? secun do, utrum sit vniuoca? tertio, si differētia propriissima per se primo diuidat genus, constituat, & diuin gualt speciem? quarto, si differētia que diuidit genus per se primo subijciatur in praedicatione tali generi, vel illius differētiaē cōsuectur? quinto & vltimo, si ratio differētie sit per se perfectior ratione generis quod di uidit?

ARTICVLVS. I.

Vtrum bona sit prima diuisio differētie.

Non inquirō cur pr. de differē ti. 4. quae pprio sit sermo, cū luce citariut differētia in ei se de essentia, secus verō propriū, cur autem de specie prius quam de differētia agat Porphy. dixi supra: quod non sit adaequata hac diuisio. Probatur primo, quia generalissima, & differētiaē propriissima inter se differētiat, eorum autem non est assignata differētia, nec propria passio nūme rata est, cum sit differētia accidentalis, ergo est diminuta diuisio.

Secundo quia membra huius diuisionis non differunt, nam dispre gatiuum visus est differētia communis respectu panni, & propria respectu cygni, & propriissima respectu zibi, saltem pro radice, aut quā nos cognoscimus ergo. Item sequentes diuisiones cum huc videantur cōfandi, ve patet, nā esse diuisiōā generis, & cōsti tutiōā speciei eidē differētiaē propriissimae cōuenit, ergo diuisio nulla.

Tertio, quia diuisio diuisa est per opposita, debetq; esse bimensuris, vt tribuitur Ariston. vno positiuo, altero priuatiuo membro constare debet, quibus omnibus caret ista diuisio: ergo idem quod prius.

Vltimo, quia male videtur aliq; p prietates harū differētiarū assigna tiznam primo Petrus & Paulus, cū sit vnus speciei, tantum differat differētia propria, & communi, quas Porphy. ait nō facere aliud, at Petrus est aliud à Paulo. Secundo specifica differētia perfectior est alijs: male ergo ait Porphy. non vocari absolute differētiaē, vt alias. Vltimo male dif ferētia propria dicitur suscipere ma gis, & minus, cum risibilitas, & alia non suscipiantur.

4 Explicat ut titulus.

Arg. 1.

Secundo.

Tertio.

Vltimo.

Pro

5 Conclu.

6 Soluuntur argum. A 1. p. i. miam.

7 Secunda cōclerētia quid.

Ad 2. re spon.

Pro solutione nota bene Soto, & alios hic aduertere, diuisiones sequen tes, esse subdiuisiones prima, vel ex plicare proprietates partium eius, vt patet inuenti, ubi quod est prima tracto, at quia argumenta singula singulas petunt difficultates: breui dico 3. diuisionem hanc esse bonam & sufficientem, quod probat Aucien. quia ver differētia est de essentia, & est propriissima, vel non est de essen tia, & tunc, vel est separabilis vt com muns, vel non, & est propria: manet ergo bona & completa diuisio.

Ut voluit, rimam argumentum nota ex Lol. amicitibus, partem, dif ferētia non esse nomen abstr. etum, vt part. cuiā, diuersi cas. vel relatio differētiaē, sed conuerium signifi cā i, iam formam concretam, quae est differētia in concreto, & ita dicitur rationale est differētia 7 & cum hoc dicitur seculum concretum, licet pertinet ad diff. res, quae ita se habent, vt homo, & hummus, de primo agit Porphy. in de differētia est forma, quae in qua se genere, vel spec. e con uenit in diuisio, quo etiam modo inuit Ariston. 1. c. Metaph. text. 24. c. 2. docens res duorum praedicamē torum inter se non differre, quia non sunt idem genere, licet sit tamen. Metaphy text. 6. sumit verbum differen tia dicens, inferre praedicamenta, & quaeunque diuersa sunt: iam ergo ge neralisissima, & differētiaē propriissi ma hoc loco modo differunt seipsis, sed non strictē, vt vult, & loquitur Porphy. quia sub nullo genere sunt, sed per differētiaē, differat species, quae sunt sub eodem genere, propria autem passio est differētia propria, vt dicitur ad tertium argumentum.

Ad secundum, vt diuisio bona in vti le, honestum, & delectabile, est diuisio in diuersas rationes boni, licet ali quae omnes eadem bono conue niant, vt pote virtutibus & haec est di

uisio in varias rationes differēdi, li cet cōueniat eidē rei, sequentes verō diuisiones, vel sunt huius subdiuio nes, vt est quarta, vel explicat proprie tates partium huius, vt tertia, vel actus propriissima, vt quinta, nā secunda per anū effectū aut proprietatē, posse sci licet separari vel non diuidit differen tiam in cōmuni, in prima verō diuisione dicitur differētia in ipsa infe riora secundū de, & idē species diffe rentiaē vocatur à Porphy.

Ad tertium dicendū, lex diuisionis tantū est vt deur per pauca mēbra ad vitā nā molestā, & confutionem, ob quod vtitur nomine priuatiuo com prehendēte reliquas species, praeter af firmatiuā, vel etā, quia differētiās ignoramus: nō tamē quia priuatiuo sit differētia speciei peccitū.

In quarto argumento multa tanq; tur, & primo licet cōmuniter essentia sumatur pro essentia specifica, vt dixi, tamen cum Petrus aliam habeat es sentiam à Paulo distinctā, merito dici potest Petrus esse aliud à Paulo, & differētia differētiaē propriissima essen tialit, licet numerica, quā omisit Porphy quia ex dictis scientiaē omittunt in diuisio, de eis que in cōmuni ege rat, de specie. Vide S. Tho. in 1. d. 21. q. 1. art. 2. inquit, in humanis pater est aliud à filio, non tamen in diuinis, quia est vna numero essentia, si verō particula, aliud sit adiectiuum, quia ponit distinctionem tantum in eo, cui iungitur, benedicitur in diuinis, pater est aliud suppositum à filio, quia ha bent distinctas personaritates: at particula, quod substantiuē importat diuisionem essentiaē, quod sic sumere in diuinis nefas esset.

De secundo, bene cōmuniter 8 di citur comē tribu. absolute alicui pra aliquantē cōmuni propter perfectio nem, vt homo dicitur de viuo, aliquando etiam propter similitudinē, vt animal de bruto, quia parum nobil

Ad 1.

Ad 3.

Ad 4.

N O G A

Ad 5.

8 Nomen

do im perfe

tatis addit supra animam, & hoc secūdo modo differentia dicitur absolute de comuni, & propria, quamuis iam in scholis nomine differentia, propriissima intelligatur.

Passiones proprias non contineri sub aliquo membro huius diuisionis, sed reduci ad propriissimam, quia sunt eius signa, & eam inferunt, quia non sunt differētes, differētia communis, cum non fiat propriissima separabilis, nec propriissima, quia non sunt de essentia, & quod non fiat propria: Probantur primò, quia differentia propria tantum differunt in diuidua eiusdem speciei, sed propria passione non differunt, imò conueniunt in diuidua, ergo passio non est differentia: propria.

Probatur prius non sunt differentia: propria.

Secundo, quia passio ex Arist. conuenit per se, differentia verò propria ex Porphy. per accidēs, ergo differentia propria non est passio. Tertio, quia differentia propria suscipit magis, & minus: ratiōne autē, & multae passionis, sicut nec essentia à quibus dimanant, non admittit magis nec minus: ergo. Quarto, quia susceptiuum diuisionis, quod est passio hominis à Porphy. ponitur inter differentias propriissimas, ita tenent M. Soto ad tertiū. & Mer. hic, ergo non est differentia propria.

Concl. Auth. reijcit contraria. Existimandum est differentiam propriam esse differentiam propriam, nam alia diuisio esset inadæquata, cum per differentiam propriam differat vni ab alio, & non sit communis, nec propriissima, quia est accidēs inseparabile, ideo que dicitur propria, quia cum sit accidēs, nequit separari, siue per illā differat idē à seipso, vt cicatrice differt homo a se antequam illā habeat, siue ab alio indiuiduo eiusdem speciei, vt per similitudinem differat homo ab equo. Differentia autem communis sic dicitur, quia vtrique potest conuenire, vel quia communiter

vulgus per illā distinguit, quāuis communius per curuitatē, cicatricem, & alias proprias distinguit. Propriissima autem dicitur, quia ita est propria vt sit de essentia, de quo Caet. & Villalp. hic, Tab. tract. 4. c. 4.

Ad primū dico, quod assumitur, nigredo enim differentia est propria corui respectu cygni, & tamē conuenit omni coruo.

Ad secundum Aristor. vocat per se quod est de essentia, vel fluit ab ea, Porphy. autē, solū vocat per se quod est de essentia, & ita nulla est pugnantia.

Ad tertiū, differentia propria suscipit magis & minus, secundum Porphy. tantū permittit, id est, posse esse differentiam propriam, quae suscipiat magis & minus, multae tamen differentiae propriae non admittunt magis vel minus, vt ex tali vel tali patre oriri, Sed dices id etiam conuenit propriissimae differentiae, multa enim suscipiunt magis & minus, quales sunt calor, & frigus. Auerr. 8. Metaph. tex. 10. limitat non suscipere magis & minus differentias propriissimas substantiae perfectae quia tamē Porphy. & vniuersaliter loquitur, & communiter sic intelligitur, dicendū est

quod discrimen inter propriissimam & propriam, quo ad hoc est, quod ista scilicet propria suscipit magis & minus sine variatione essentiae rei, propriissima verò cum suscipiat magis essentiam variat. Vtrum autē alia qua propriissima, & quae magis & minus suscipiat, & cur vnus homo ingeniosior, vel propensior ad risū dicatur alio, & alia huiusmodi examinare, non est huius loci, de quo Zinnara Theoremate 4. Ad vlt. hęc nomina susceptiuum diuisionis, intellectiuū, & sumpta pro radice passionū, vt sumit Porphy. dicit differentias propriissimas, siue verò ipsi passionibus tantum proprie nec operatur quod Porphy. in omnibus explicaret: aliter responderet alij

Ad vlt. hęc nomina susceptiuum diuisionis, intellectiuū, & sumpta pro radice passionū, vt sumit Porphy. dicit differentias propriissimas, siue verò ipsi passionibus tantum proprie nec operatur quod Porphy. in omnibus explicaret: aliter responderet alij

Ad vlt. hęc nomina susceptiuum diuisionis, intellectiuū, & sumpta pro radice passionū, vt sumit Porphy. dicit differentias propriissimas, siue verò ipsi passionibus tantum proprie nec operatur quod Porphy. in omnibus explicaret: aliter responderet alij

Ad vlt. hęc nomina susceptiuum diuisionis, intellectiuū, & sumpta pro radice passionū, vt sumit Porphy. dicit differentias propriissimas, siue verò ipsi passionibus tantum proprie nec operatur quod Porphy. in omnibus explicaret: aliter responderet alij

Solutur arg.

Ad 3. re spon nota.

13 Replica tur.

14 Respon detur quz sit quz sit quz sit

15 Le mos lib. 2 de err. t. c. 21.

RTICVL. II.

Vtrum hac diuisio differentia sit vniuoca?

1 Explicatur tit.

2 Differentia duo inuoluit

3 Diuisio hac qua tuor modis potest intel ligi.

Sensus est, si differentia sit genus ad communem propriam, & propriissimam. Communis opinio negat. Lobanien. dicunt sententiam esse arbitriam: aliter alij.

Notandum primò pro veritate, quod in differentia duo reperitur: primò, materiale, id est prima intentio faciens differre. Secundò, formale, hoc est relatio differentia, quae aliquando est realis, aliquando rationis: ipsa verò differentia dicitur logice talis, quatenus per illam intellectus, vnum distinguit ab alio, & hęc est relatio rationis. Vnde Auic. Aiber. & alij dicunt acceptiores generis, & speciei, non omnes spectare ad Logicum, vt relationes differentia, sic inquam sumpta: hæc autem relatio differentia non est intrinsecè vniuersalis, quia non denominat differentiam communem, id est non facit esse communem, sed hoc habet ab alia relatione, de qua infra, quia tantum de nominat, vt distinctiuam, est tamen accidentaliter vniuersalis, vt animal respectu inferiorum, scilicet communis, propriae, & propriissimae.

Secundò aduertendum, vt optimè noiter M. Arzius hic 3 quatuor modis intelligi posse diuisionem hanc, primam, primò, vt diuisum scilicet differentia, sumatur pro forma faciente differre, diuisio verò pro relatione differentia realis, vel rationis: secundò, econtra diuisum pro relatione, diuisio verò pro formis facientibus differre: tertio diuisum, & diuisio pro relatione. quarto diuisum, & diuisio pro formis, quae faciunt differre, quāuis à Porphy. vt magis ad intentum videantur vsur

pari pro relatione rationis, quam pro formis, quae sunt illius fundamenta.

Primo, certum est quod si diuisio fiat primo modo est, proprie subiecti in accidentia: patet, quia forma quae est differentia suo modo est subiectio relationis, & consequenter si diuisio fiat, secundo modo erit accidentis in subiecta.

Secundò, certum sit quod si diuisio fiat tertio modo ad relationes reales & rationis, diuisum est analogum, si verò ad relationes tantum rationis vniuocum est in sua vniuocata. Patet, primò, quia vt quāuis animal, & color in nullo superiori vniuocatur, generis relatio est illis vniuoca, & quidditatiuè prædicatur de indiuiduis generis: ita quāuis alia differentia sit substantia, vel accidens, vel ens rationis, relatio differentia omnibus erit vniuoca, & genus ad illa, in quantum scilicet speciales relationes rationis differentia habent.

Secundo, quia sicut quāuis accidens dependet à substantia, relatio generis vniuoca est ad genera substantia, & accidentis. ita relatio differentia & propriae communis, & propriissimae inter se non dependet, licet aliquando differentia ipsa dependeat, ergo diuisio est vniuoca.

Confirmatur, quia Porphy. has differentias vocat: species differentia, sed quidem ratio hæc non multum vrget quia etiam Aristor. Topi. 1. syllogismum bonum & malum vocat species syllogismi, quibus analogus est syllogismus vt omnes dicunt.

Tertio quia relatio dissimilitudinis, & differentia realis, est vniuoca ad relationes reales differentia in prædicamento relationis, ergo & relatio rationis ad relationes differentia rationis etiam erit vniuoca: cum enim licet homo sit perfectius animal

1. concl.

2. concl.

Probatur 3.

Probatur 8.

mal brutis, cum eo tamen emuia vni uocè, & simpliciter sunt animalia: ita qui habet relationem differentie proprie & communis, simpliciter habet relationem differentie, sed minus perfectam, sicut ille, qui propriissima differt.

6. concl. Tertio & ultimo, certum sit, si diuisio fiat primo modo respectu vnius rei, dicitur diuisio rerum, est que analogi in analogata, primū patet, quia respectu vnius rei vt hominis. V.g. alia differentia est communis, alia propria, alia propriissima: secundum etiam patet, quia aliquæ differentie sunt substantie, alie accidentia, vel entia rationis, ergo vt sic ratio differendi analogia est. Adde quod differentia propria sæpe fluit à propriissima, vt intellectus à rationali. Item accidens est, quod à substantia pendet. Notanter dixi respectu vnius rei, quia cum eadem res respectu diuersorum sit differentia propria, & propriissima, talis diuisio vocatur diuisio rei in diuersos modos differendi: sed quia adhuc communis est ad differentias reales, & rationis analogia est diuisio, de quo Alber. Scot. Caiet. M. Soto, quos omnes, & alios poteris hac distinctione facta in bonum sensum explicare.

ARTICVL. III.

Vtrum differentia propriissima per se diuidat genus constituat, & distinguat speciem?

7. Explicatur tit. Differentia propriissima sola est, quæ tertium predicabile constituit (comit. unis enim, & propria differentia, vt predicabiles sunt ad quartum & quintum predicabile spectant, de illa præsertim agemus, vt predicabilis est, sed quia de genere diximus, vt est quoddam contra

hibile, prius etiam de differentia dicam, vt contrahens est, cuius quidem tres sunt actus, scilicet diuidere genus, speciem componere, eamque distinguere & ita sicuti de specie supra dicebam, quod secundum varios respectus varias etiam definitiones assignauit Porphy. sic etiam differentie secundum varias rationes, quinque datæ sunt definitiones: prima enim dicit quid consequens compositum speciei, scilicet vt per differentiam species excedat genus: secunda explicat differentiam, vt predicabilis est: tertia, vt distinguit species sub genere, quæ sunt illius partes subiectiuæ: quarta, vt species constitutur inter se distinguit: quinta, ut pars est constitutiva speciei de quibus bene Caiet. & Scot. q. 16. vniuersal. quia tamen hi tres actus valde sunt inter se conuexi bene simul explicabuntur.

Et in contrarium est primò differentie sunt actu contentæ in genere, ergo nequeunt id diuidere.

Secundo, differentie sunt accidentia, & qualitates generis, non ergo per se diuidunt substantiam, quæ est genus, nam substantia per se non diuiditur per accidentia.

Tertio, diuersa diuisa, diuersa habent etiam membra diuidentia, differentie autem diuidunt genus, ergo non species.

Quarto, quod diuiditur, non manet totum in quouis diuidente, vt constat cum homo diuiditur in suas partes, tertium autem animal est in singulis speciebus, male ergo diuiditur in illas.

Quia explicatio huius definitionis admixtam habet aliqualem rationem diuisionis per differentiam, ideo, annectitur simul cum sequentibus, quæ ex ista pendunt, huic primæ questioni, quæ, vt dictum est præcipue attēdit naturam differentie, quantum ad eius diuisiones explicare.

Aduer.

4. Genera Aduertendum ergo pro 4 huius solutione ex Caiet. animal. V.g. & alia sunt tota genera esse tota potentialia sub lehabentia species, quas dicunt in actu implicito, vel potentia metaphysico, quæ etiam respectu partium suarum essentiarum tota sunt actu alia, vt animal respectu viuētis, & sensibilibus, in has ergo partes diuisione actuali diuiditur genus, in partes verò subiectiuas, vt per species diuisione potentiali partitur, & in hac diuisione, differentie per se diuidunt genus & species, quia sunt per se actus, & forma generis, cum quozuis facit vnum per se, & quia diuidunt genus in species, de quibus per se predicatur. Vnde est, vt primò intelligamus differentiam diuidere genus, quod ad potentiam suam, & latitudinem. Secundo verò informando per se genus, differentia constituit speciem: tertio, speciem quæcūq; constitutam ab alijs distinguit. Vnde sicut forma physica dicit ordinem ad materiam, quam informat, & ad compositum, cuius est pars, vt primo lib. Physic. latius dicitur: ita differentia dicit relationem ad genus, cuius est forma, & ad speciem, cuius est pars.

5. Notab. Secundo aduerte, licet eadem differentia respectu diuersorum sit diuisiua, & constitutiva, vt rationale diuidit animal, & constituit hominem, & vt sic sit diuisio in diuersos modos differendi, respectu tamen eiusdem alia est diuisiua, alia constitutiva, vt animal pensibile constituitur, diuiditurque per rationale, & tunc est diuisio in varias differentias.

Vnde infertur quod genus respectu speciei est pars actualis ratione significati formalis, totum verò potentialitate ratione impliciti.

Ad primum differentie, vt dictum est, bene possunt diuidere genus, quæ solim implicitè in illo continentur. Vnde ait Porphy. speciem habere differentias à genere, intellige vt à causa

Soluuntur Arg.

materiali, ex cuius potentia educuntur, vt forma bruti, de potentia materię Physicæ, quia tamen hæc non est causalitas realis: deo dicuntur differentie esse in potentia generis, quia genus est quid informe, & confusum, per differentias determinandum, & ita rationale est in potentia animalis, licet anima rationalis non sit in potentia materię, quia materia non est eius causa. Se. idices 7 oppositæ differentie sunt in potentia, in genere, ergo possunt esse in actu determinato, quia omnis potentia reducibilis est ad actum.

Respondeo quod cum potentia generis sit indeterminationis, nil verat, idem genus ad duo opposita esse indeterminationatū. Adde quod diuersas species possunt esse oppositæ, determinato actu in vno genere. Dices 8 genus non habet actu determinato, in se differentias, ergo species, quæ eas habent determinatè, non accipiunt à genere contra Porphy. & veritatem patet, quia nemo daret nisi quod habet, & eodem modo, quo habet. Respondeo, quod hæc propositio vera est, de dante in genere causæ efficientis, non in genere causæ materialis, materia enim est causa dans actu formam, quæ in potentia continet, de quo. Physicor. & ita genus dat differentias, quia nihil aliud est in genere, quàm esse differentiarum subiectū. Ad secundam dico quod differentie substantie sunt non, accidentia, illæ scilicet, quæ substantiam constituit, dicuntur tamen qualitates substantiales, quia sunt generis forme, & quidditates speciei, de quo Lemos, lib. 2. cap. 2. ex Aristot. Ad tertium, diuisio est quasi quidam motus tendens à termino à quo ad terminum ad quem, in quo diuisio sistit, differentie ergo diuidunt genus, vt forme extrinsecè illi, à quo incipit diuisio, species autem distinguunt, vt illis intrinsecè, quia in illis diuisio sistit quod est notatu dignum.

7. R. Replica tur. 1.

8. Replica tur. 2.

Ad 2.

Ad 3.

Ad

Ad ult.

Ad vltimum, verum est quod in diuisione actuali totum diuisum non est in quouis diuidente, nec de eo praedicatur, in diuisione tamen potentiali contra contingit, nam cum diuisum vt totum potentiale diuidatur, satis est, vt tota eius potentia non sit in quouis specie, sed per omnes distributa, qualiter autem vt sic, genus praedicatur dixi supra, q. 2. de genere.

ARTICVL. IIII.

Verum differentia inferior per se subiiciatur differentiae superiori, vel generi quod diuidit?

Explicatur titu.

Quod inquirimus est an genus quod est diuisum, vel eius differentia constitutiva de essentia differentiarum quae diuidunt, nam diuidentia possunt aliquid diuidere, de quorum essentia sit diuisum, vt praedicamenta diuidunt ens, quod est de eorum inuenientia essentia. Vel vt id cui diuisum est extrinsecum, quod explicat Sorz. 4. Metaph. q. 20. an inquam praedicetur per se genus, vel eius differentia de inferiori diuidente? quod vocat Aristot. 1. Poster. per se primo, nam certum est non praedicari per se, vt propriam passionem, quae est accidens, a subiecto fluens, quod per se secundo, dicitur. Vbi aduertit duos modos esse differentiarum, primus extrahit genus ad alium gradum, siue operationem, vt rationale euehit animal ab operatione sentiendi ad intellectum: secundus, quando intra eandem operationem differentia distinguit specifi- cam inaequalitatem, vt duas species angelorum, & licet in differentiis primo modo non sit, magna difficultas tamen in secundo modo est dubia. Primo, nam tale intellectuum,

Suadetur pars neg.

scilicet vt tria, quod est vltima differentia, nequit intelligi non intelligendo genus substantia, & intellectuum: ergo sunt de eius essentia, & per se praedicatur de ea, ergo. Confirmatur, rationale secundum suum gradum praesens, vel est substantia, vel accidens, vel ergo est substantia corporea, vel in corporea, sed corporea est differentia superior & rationale differentia inferior, ergo inferior differentia superiorem continet. Secundo, quando abstracta praedicantur de abstractis, concreta per se dicuntur de concretis, sed rationalitas est animalitas, ergo rationale per se est animal. Tertio, vt aliquid dicitur de praedicatione dicitur de subiecto, sed de rationali non praedicatur animal, vel sensibile per se, ergo nec de homine, qui est eius subiectum. Quarto, haec est necessaria, rationale est animal, & intertutur ex propositionibus per se in Darapti, omnis homo est animal, omnis homo est rationalis, ergo rationale est animal, praemissa sunt per se, ergo & conclusio. Confirmatur in praedicatione per accidens, quia praedictum accidit subiecto non repugnat esse sine ea, rationale autem nequit esse sine animali, nec animal sine illo, ergo non est praedicatio per accidens, ergo per se. Vltimo, differentia est per se actus, & forma generis, ergo per se praedicatur de genere. Confirmatur ex Arist. 7. Metaph. textu. 43 docet genus diuisum differentias, id est in partes subiectiuas, & Alber. quid dicitur praedicari animal de rationali, & Boer. sensibile de rationali. Themisti. 1. Post. c. 12. ait praedicari vniuersaliter genus de differentiis proximis. Et Iab. recept. Landun. ponentem esse praedicationem per se, & Nominates omnes recta linea constituunt differentiarum, sicuti generum, & specierum.

Vlt. arg. Ratione & author. A. b. Ammon, Them.

concl. uotada,

Dico primo in hac re tanquam certum nec genus superius, nec differentia super-

Resp. q.

superior illius constitutiva est de essentia differentiae inferioris. Patet, primo ratione ex Arist. 3. Metaph. text. 10. quia vis, id est, duplici ratione genus vel differentia superior speciei conuenit, semel ratione sui, & iterum ratione differentiae vltimae.

Probat. concl. 2. efficaciter.

Secundo, suadet, nam ratio partit & gradus intrinsece petit, vt vna pars non sit formaliter alia, differentia autem inferior gradus est, & pars definitionis distincta a genere & differentia superiori, ergo non praedicatur de illa formaliter: ideo enim ens non est pars definitionis & essentiae, quia de omnibus praedicatur per se.

3

Tertio, ratione efficaci, quia si genus est ex Arist. extra essentiam differentiae diuisivae, ergo necessario differentia illius, coconstitutiva etiam erit extra essentiam differentiae diuisivae, consequentia est euidens, quia differentia constitutiva est de essentia generis extra essentiam differentiae inferioris.

4

Quarto, nam si de differentia genus dicitur essentialiter, nil minus diceret determinate quam species vt sic, conueniens tamen factum est.

Confirmatur, quia si hic esset nugatio, species esset nugatio, quia esset differentia superioris & interioris rem finem, radicare de aliquo, contra veritatem, & omnes qui dicunt poni posse omnes differentias in definitione esset etiam nugatio dicere animal rationale, sicut animal homo, quia homo claudit animal. Adde quia iste modus transcendens, vt idem sit significatum formale, conuenientia, & differentia destruit vniuocationem, de quo in antepraedicatione.

4 Impugnatur conclusio.

Sed dicunt ad hoc tale intellectuum, vt c. non esse in concreto differentiam (sed in abstracto), & ita talem differentiam distinguat ab specie, vt abstractum in concreto, sed ridiculum est primo, quia differentia non praedi-

catur de specie in abstracto: haec enim falsa est, homo est rationalitas: sic cundo ab abstracto dicit totam essentiam concretam, differentia vero tamen dicit partem speciei. Quibus adde & fortius, quod in substantiis, rationalitas, vt c. non est differentia, sed principium illius, quae est rationale, quia in abstracto non significatur per modum naturae complete, vt bene Auc. 4. c. Cael. & communis sententia.

Tandem probatur conclusio ex Arist. 3. Metaph. text. 10. ubi docet, ideo ens non esse genus, quia per se praedicatur de differentiis, & 11. Metaph. cap. 1. & 4. Topi. c. 2. ergo praedicari de differentiis tollit rationem generis, implicat ergo quod sit genus, & quod de differentiis praedicatur: nam etiam S. Th. 1. contra Gentes. c. 17. vb. Ferr. & 3. Metaph. lect. 8. Anton. Andraz. 7. Metaph. h. q. 15. Niphi. q. 16. Sorz. q. 47. & 3. Metaph. ubi Iabel & Niphus ibi. q. 2. Scot. 1. Poster. q. 23. & 24. & hic. q. 25. Zamara, verbo, Differentia, ubi capit Themistum, sed quid iste velit infra dicitur tenent etiam alij 7.

Dico secundo generalissima & differentiae etiam numericae dicitur, & sunt conceptus simplices & incomplicati. Patet quia nequeit diuidi in duos conceptus, quorum neuter sit de alterius essentia: compositio enim vera, per se primo petit, vt neutra pars sit alia formaliter, constat autem quod in supra dictis, conceptus communis non est de essentia proprii, scilicet, conceptus entis de ratione substantiae, vel Petri differentiae, quamuis contra conceptus proprii non sint de essentia communis, similiter diuisio actualis petit plures partes, vel gradus: de cuius ratione (vt dictum est) est distinctio saltem formalis, quae in istis non reperitur, unde bene infert M. Cumes. 1. p. q. 3. ar. 1. quod in Deo non potest esse compositio etiam rationis, quia conceptus communis Dei, est de essentia

Reijciatur iste modus ducendi.

Probat. conclusio. vlti. auctori. multorum auctori.

7 Cauter. Merc. & Tolet. 8 2. Conclusio

9 Illatio. NOTA.

15 pro-

Proprij, scilicet iustitia, &c. & hoc etiam in fero ego quod etiam in generalissimis, & in quibuslibet differentiis, nulli potest etiam reperiri compositio ratione dicta, bene tamen inuenitur constitutio ad quam sufficit, ut etiam sic communis conceptus sit de essentia proprii, non autem proprius de essentia communis, & ita licet ens sit de essentia perfectioris, perfectior autem non est de essentia illius, unde ex illis si perfecta constitutio, sicuti ex ente, & differentia numerica Petri.

Dico tertio, Generalissima¹⁰ & differentia etiam numerica non possunt inter se differre, sed tantum seipsis sunt diuersa. Patet, quia nullam dicunt conuenientiam in aliquo genere, sed tantum de illis datur conceptus proprius modi intrinseci, V. c. modi per se, in substantia, qui quidem modus nequit esse differentia, cum non contrahat ens, quod euidenter patet: nam contractum est extra essentiam contrahentis, ens autem est intrinsecum. cum esse per se bene tamen largi potest dici, quod iste modus contrahat ens, quia quodam modo ipsum limitat, ita quod hoc quod est esse per se dicit tale ens limitate, non quod ipsum ens simpliciter limitetur: per hoc tamen non intendo negare modum significandi concreti, quod per modum compositi significat, verbi causa, vox substantia, & vox, Deus, que cum sint concreta, significant per modum compositionis, sed solum ipsa compositio negatur. In Deo enim idem prorsus est significatum materiale, & formale, substantia autem constituitur ex esse per se, & subsistentia: imo differentia, verbi causa, rationale, etiam dicitur veluti pro subiecto & materia, speciem ipsam, vel genus: sed quidem tantum loquimur de compositione nature formaliter significata, id est, de compositione Metaphysica, que est compositio diuersorum graduum, quam ne-

gamus in Deo generalissimis, & differentijs etiam numericis, non de Mathematica, vel Phisica, que dicitur Philo-
phi constituer differentiam corporis.

Dico quarto & ultimo. ¹¹ Cuius hoc sit quod datur definitio essentialis de generalissimis, & differentijs, non quidem ea definitio essentialis stricta que inuoluit compositionem definitionis ex genere & differentia, sed que tantum est explicatio essentialis, si uenaturam completa, siue completa. Patet, quia talis definitio non potest esse descriptiva, qui explicat essentialis, & non propriam, ergo necessarium debet esse essentialis, aliter que sitio erit de nomine, & de prima definitione loquitur Boetius, S. Thomas, & Philosophi, cum negant illam dari de generalissimis, differentijs, &c.

Ad argumenta ad primum, nego ¹² consequentiam, quia non potest intelligi intellectuum ut tria, sine intellectu substantia, non prouenit ex eo quod superior sit de essentia inferioris, sed quia distincti e, aut vix potest dari proprius conceptus differentie inferioris, qualis sit, unde simul, genus cognoscendo etiam speciem cognoscimus, & ita intellectuum, ut tria non est differentia inferior, sed potius species iam composita. Est autem eius differentia inferior determinatio intellectui in obliquo: conceptus vero corporis, substantia, & intellectui, verbi causa, qui reperiuntur in rationali, non sunt genera que determinant, sed quedam predicata analogia significantia id formale, in quod differunt, & conueniunt: id est, que non sunt uniuoca: Quia autem de generalissimis datur proprius conceptus suo loco: Ad certum dico, quod rationale nec est substantia, nec materia, nec a corpore, quia ista sunt nature complete.

Ad secundum, distinguo antecedens, quando enim abstractum de abstracto dicitur, ita ut ratio formalis uisus

11
Vic. ced.
Quomo
do gene
ralissi-
ma defi-
niantur.

12
So unum
tur arg.
Ad 1.

Ad 3.
Ad 4.

de ratione formali alterius enunciatur verum tunc concretum per se dicitur de concreto, quando vero abstractum de abstracto dicitur ratione significati impliciti, ut est in proposito tantum concretum de concreto per accidens enunciatur. Ita enim rationalitas est animalitas vera est, quia euidenter inferitur ex istis, omnis humanitas est animalitas, & omnis humanitas est rationalitas, ergo rationalitas est animalitas, non tamen est per se, quia ita predicata solum præsciunt a subiecto, ut dixi supra q. 3. vniuersali.

Ad tertium, distinguo antecedens, quod enim non predicatur de omni predicato subiecti, nec de subiecto enunciatur, bene tamen quod non dicitur de hoc in particulari predicato, potest dici de subiecto, si enim sensibile homini competeret per rationale, per accidens homo esset sensibilis, quia tamen id conuenit per animal, essentialiter est sensibilis.

Ad quartum, licet bene valeat præmissæ sunt necessaria, ergo & conclusio, non tamen sequitur præmissæ sunt per se, ergo & conclusio, nam etiam si homo per se sit animal, & homo per se sit sensibilis, non tamen sensibile est per se animal, ratio est, quia non si duo predicata vni subiecto conueniunt per se, necessarium est quod alterum illorum alteri per se conueniat, quod aliqui vocant variari appellationem in præmissis, & in conclusione. Aliter hoc intelligit Gaetan. 1. Poster. c. 23. Quod si Aristoteli propositionem necessariam, vocet per se loquitur (ut omnes ibidem appellant) de ne necessario strictè, hoc est, quando significatum formale predicati necessario dicitur de subiecto, verbi causa, in hac homo est rationalis.

Ad 1. confirmationem respondeo quod in predicacione per accidens, in qua predicatum est reale accidens in hæretico subiecto, tunc subiectum po-

test esse, & intelligi sine predicato, verbi causa papyrus sine albedine, & homo sine musica, quando vero predicatum predicatum conceptum formalem, quia accidentaliter conuenit subiecto: subiectum nequit intelligi sine predicato, & sic rationale non intelligitur sine animali: videndus est Sonz. de hoc vbi supra. Ad aliud quod subiungitur in argumento potius est pro nobis, quia enim differentia est ut forma non potest per se predicari de genere, quod est vni materia, nec e contra, quia materia non est per se forma.

Ad confirmationem 13. Dico quod Aristoteli loquitur de differentijs accidentalibus, quas loco essentialium, quas ignoramus, aliquando assumimus, vel loquitur de diuisione mediate, hoc est genus diuisione immediate in species, & ita mediate in differentias. Vnde bene Boetius docet genus non diuidi in differentias absolute, sed per differentias, quia differentiz non sunt per se partes subiecti generis. Alber. autem non bene predicat quidditati animal de rationali. Boetius autem non attendens perfectiorem, sed tantum necessitate, enunciat sensibile de rationali, quas enunciationes bene Merc. hic vocat essentielles materialiter, quod M. Soto hic vult, dum rationale est sensibile & e contra vocat essentielles mediate, quia tamen rationale, quam sensibile sunt de essentia medij, id est, subiecti vtriusque: quod est homo. Themistius vero quid intendat. Postea dicit interim sufficiat quod Hermolaus Barbarus ad eius marginem ponit, scilicet illud esse valde dubium, quia sequitur genus per se predicari de differentijs, quod omnes, ait, reclamant. Tandem ut eius ratio manifeste ostendat, tantum vult eandem esse genus & differentiam. Nominales omitto, quia sine consilio omnia faciunt & dicunt: Qualiter autem differentie directe in predicamento ponuntur, in ante predicamenti dicam.

Ad 3.

13
Soluuntur omnia teitmonia auctoru. & explicatur in bonosensu.

Hermolaus barbarus.

ARTICVLVS. V.
& vltimus.

Vtrum ratio differentie sit per se perfectior ratione generis quod diuidit?

Explicatur titu.

Quae differat genere, numero, & specie.

EX dictis arti. vlt. q. 4. vniuersalis patet, relationem vniuersalitatis perfectionem reperiri in genere, quā in differentia, de qua relatione, quaestione sequenti specialior redibit sermo. Sed quaestio est de significato generis, scilicet, animal, & de significato differentiae, scilicet, rationis: quod inquiri absolute: nam secundum quid ex Arist. 9. Metaph. tex. 19 quia actus vt sic perfectior est potentia: ideo differentia vt sic perfectior est genere, nec comparo differentiam, & genus speciei, quae cum vtrumque contineat, necessario perfectior est vtroque

Secundo aduerte, quod cum differentia alia sit numerica, quae facit idē numerosa: alia specificā (si talis dicitur, de quo art. vlti. quaestio sequentis) quae constituit speciem, & facit idē specie. Alia vero generica, quae constituit genus subalternum (generalissima namque solū n. habent modos intrinsecos) quae facit idē genere, ne differunt numero, quae differunt differentia numerica, & ea specie, quae diff. ruit specificā, & ea genere, quae sunt diuersorum predicamentorum, vel generum subalternorum, vt habitus, & dispositio, si sint diuersa genera vel species subalternae: licet aliquando diuersa accidentia specie dicantur idē numero extrinsecē, quia sunt in vno subiecto numero, quare nō sequitur, accidentia differunt specie, ergo differunt numero extrinsecē, figura enim, & albedo, & c. distincta spe-

cie sunt in eodem subiecto, licet bene inferatur differentia specie, ergo differunt numero essentialiter, id est, habent aliquam essentialitatem. haec enim essentia figura, alia est, hanc essentia albedinis, de quo Arist. 9. Metaph. S. Thom. in 3. dicit q. 1. arti. 3. ad quartum. Lemol. 2. de erratis. c. 23. Vnde inferatur modus ille arguendi, ista differunt intrinsecē. & non numero, ergo specie, vel genere. 3. Quaestio ergo est de quouis differentia respectu gradus, quem contrahit.

Prima opinio negat, quod minus dependet, perfectius est illo quod magis dependet: constat autem quod genus, vt c. animal, non dependet à differentia, scilicet rationale, potest enim esse sine illo, rationale vero non potest esse sine animali, ergo est imperfectior illo.

Secunda opinio affirmat, primo, nā actus perfectior est potentia eiusdem generis, id est, eiusdem ordinis, differentia autem habet se, vt actus respectu generis, ergo absolute est perfectior illo. Dicitur eundem generis, nam licet accidens respectu habitantiae sit actus, non tamen est perfectior illa, quia non est actus eiusdem generis, id est, eiusdem ordinis.

Confirmatur ex Arist. 9. Metaph. tex. 9. imperfectionibus essent. aliter subordinatis, vltima est perfectior, sed sic se habet differentia respectu generis, ergo. Hanc amplectitur Soub. 4. Metaph. q. 10.

Pro decisione, addendum illam differentiam superaddere perfectionem gradum, quae superaddit gradum perfectionis accidentalis, quia tamen ad hoc discernendum, opus est essentialitatis eorum cognoscere, & inter se comparare, quas tamen ignoramus, unde est quod parum de istis gradibus cognoscimus.

Dico primo, aliqua genera maiorem perfectionem addere superiori, quam

Sensus germ. quast. Prima sententia negatiua.

Secunda opinio affirmatiua.

Aduertendum.

1. Cōcl.

quam ipsi addant suae differentiae diuisiuae. Patet, quia vltius, vt c. maior: est perfectionem superaddit corpori, quā sit perfectio differentiae vilis heruulæ superaddita ipsi viuenti: similiter sensibile perfectionem gradum superaddit viuenti, quā talpa, verbi causa, superaddit animali imo forte angelus magis de perfectione superaddit subāntiā, quā differentia inferior, vt c. determinatio intellectiui vtrius, in obliquo, superaddit Angelo.

2. Cōcl. Dico secundo, licet aliqua differentia inferior, sit multo perfectior suo genere, vt rationale animali, non tamen possumus certē affirmare aliquā aliam differentiam inferiorem non addere maiorem perfectionem generi, quam sit sensibile, vt c. vt commune talpae, & Ostreae, & quam viuens vt commune infimae herbae, & glaci. De alijs autem quicquid sit certum aliud non habemus, quod ex solutione argumentorum patet.

Ad primum fateor, quod illud, quod pendet à causa efficiēti, vel finali, perfectius est, non dependente à tali bus causis, quod verò pendet à causa materiali: non ideo imperfectius est non dependente à tali causa, imo perfectius: sic enim binarius ab unitate pēdet, si autem imperfectior est binario, & rationali ab animali pēdet hoc ipso genere causa.

Ad secundum quod est primum secundae sententiae concedo antecedens in acta, & potentia physica, non autē in metaphysica, qualis est gen., quod quidem cum in se suam differentiam constitutiua, & actum includat perfectius est illo, vnde solū secundum quid inferitur, quod actus sit perfectior potentia, per hoc patet ad confirmationem: perfectio enim vltima in essentialiter subordinatis, tantum est secundum quod, quam perfectionem excedit superiora, praeter quā quod ex dictis, articulo praecedenti ge-

Solutur arg.

Ad 2.

mus per se non dicitur de inferiori differentia, vnde in hoc non subordinatur essentialiter.

QVAESTIO II.

De natura & quidditate differentiae quantum ad eius definitionem?

Facile eritiam essentiam terij predicabilis intelligere, & indagare, & ita solum praecipue secundam definitionem differentiae examinamus, quia reliquae ex his quae dicta sunt, manent explicatae, quae inquiruntur quatuor. Primo, si secunda definitio differentiae bona sit? Secundo, si relatio differentiae subalternae, & imae, sit vna specie? Tertio, vtrum detur aliqua differentia infimi generis constitutiua? Quarto & vltimo, si detur differentia simplex speciei imae constitutiua?

Dilponitur quae.

ARTICVLVS I.

Vtrum differentia predicabilis secunda definitione definiatur à Porphyrio, & illa bona sit?

Definitio est differentia est predicabile de pluribus speciebus in quale quid.

Prima sententia negat esse bonam definitionem absolute, quae attribuitur Lobanien. & Tabllo, primo quia non conuenit omnibus differentijs, vltimae enim non predicantur de pluribus differentibus specie. Secundo quia licet defiait differentias subalternas esset incongrua, quia non desinit per im

Primo ne gat. tab. Probat multipli citet.

per immediata subieciabilia: vnde aliter definiunt istā differentia est, quæ de specie, quam constituit, prædicatur in quale quid.

Et potest confirmari horum sententia, quia corporeum, quod est genus subalternum, sic concretum significatum, prædicatur in quale quid.

Confirmatur animal etiam est forma speciei, quia etiam ipsum aduat, & complet, sed dicitur quia forma est in quale quid dicitur, ergo etiam genus in quale quid prædicatur.

Secundo, differentia prædicatur in quale quid, ergo & species, & genus, quia constituit, prædicatur etiam in quale quid, tenet consequentia, quia constituit & condit etiam eadē prædicatione eueniunt ut.

Secunda sententia Caiet & M. Soto, qui dicunt hanc definitionem conuenire differentia vitima per non repugnantiam, id est, quod vitima differentia licet in quantum talis non prædicatur de pluribus speciebus, bene tamen in quantum differentia est. Primo, quia alia quatuor definitiones dantur de differentia vitima, illique conueniunt, ergo & ista. Secundo quia multæ propositiones conceduntur sic per non repugnantiam: ferentur enim omnes oclam esse diuisibile per non repugnantiam, & minimum naturale, licet non secundum quod tale quantum est, bene tamen vt quantum. Tertio, differentia subalterna est ens per accidens, scilicet, ex relatione differentia, & ex prædicabilitate, & speciebus constitutis, sicuti & genus subalternum, non ergo potest defini. Ita etiam tenent Lambli. & Simpli. in antepredicamentis. Sed profecto iste modus dicendi non est dignus tanto auctorum, & probatio Caietani ridicula est, sic enim species etiam per non repugnantiam de pluribus speciebus, & non de indiuiduis prædicaretur, imò homo esset animal, quia in quantum ani-

mal illi nõ repugnat, et in summa nulla esset falsa propositio, quod nãg solutione uerū argumētū parebit.

Tertia sententia Alberti tract 5. Logica, & Alberti abij⁴ qui tenent quod differentia accidat esse vitimam, & quod prædicetur de indiuiduis, per hanc definitionem tãrum definitio differentiam genericam, in qua completur, perfecta ratio esset, scilicet dividere genus, speciem constitutere, & constitutam ab alijs distinguere, sed quia per accidens etiam est differentia genericæ etiam de pluribus speciebus dicitur, non sol utitur qualisio.

Vitima sententia S. Thom. qui ego amplector, hanc definitionem differentiam subalterna dicitur, & est conformior prædicta sententia Alberti, colligiturque ex Porphy. eadē commentibus, dicente in hoc conuenire differentiam cum genere quod sicut genus de speciebus, ita differentia prædicatur, & subieciat in eadem cap. differentiam non conuenit cum specie, quod non potest intelligi de vitima differentia, ipse autem diceret am imam, vel existimant non esse, vel nobis ignotã, ideoque frustra definiunt, & quidem patet, nam differentia vitima nõ habet species, & implicat eas habere, ergo non est prædicabilis de illis.

Dico secundo definitio illa à prima sententia data, incongrua est, & inepta differentia prædicabili, patet, quia prædicabilis differentia est species vniuersalis, necessariò ergo debet esse vnum in multis, & de nãg, cū non sit tantum denominatiõ, & accidentaliter prædicabilis.

Dico ultimo, differentia 7 ratio in communi, vt conuenit tertium prædicabile, est id, quod de pluribus differentibus specie, vt numero, in quale quid prædicatur. Patet, quia sic omnis differentia siue subalterna, & generica, siue ima, specifica, prædicabilis, &

4 Tertia opinio Alberti

5 Vitima sententia S. Tho. vera, & prima conclus.

6 2. oclm

3. ocl.

vniuersalis continetur, & ille modus definiendi congruus est. Aristoteli; conformis, qui pluribus in locis suæ doctrine per distinctione rerum naturas, & proprietatis explicat, præsertim primo Perhitem conuincit eam dicitur Aristoteli; & negatione vitimam; comprehendat, & propositio nem suam uult omnes definiunt quod sit oratio uerum vel falsum significans ipse Philosophus; cap. antepredicamentis. a quo desumpti Porphy. cap. vitimo definit accedens quod potest adesse, vel abesse subiecto, &c.

8 Ad primum, patet ex prima conclusione 8.

Ad secundum, cum dicta definitio sit tantum descriptiua non est in ea exigendus tantus rigor, quod detur per certam medietatem, vel immediatum.

Ad tertium, quod pro illa sententia probatur, dico quod corporeum, vt differentia est, in quale quid prædicatur, non quidem quia significatur connotatiue, imò è contra ideo significatur connotatiue, qui prædicatur in quale quid, huius autem ratio est, quia differentia est actus, & forma tã speciei, quàm generis, & hæc sententia est Aristoteli; Porphy. & communis.

Ad confirmationem, animal non dicitur forma speciei, uerbi causa, hominis, quia habet se uelut actus illius, imò è contra materia est: sed quia est de essentia speciei, ex hoc autem ratione habet, quod dicitur de illa prædicatur.

Ad quartum, negò consequentiam, nõ enim sequitur in simili forma, materia, vt pars componit totum, & constituit compositum, ergo composita est pars: non tenet differentia prædicatur in quale quid, ergo & species, & genus, quod constituit, prædicatur in quale quid.

Ad 1. Ad primum Caiet Respondeo, quod affirmat falsum, omnes namq; def-

initiones apposuit Porphy. de differentia subalterna, quia tamè in illis quatuor definitionibus sola exponitur, quæ conueniant differentia vt sic inde est quod etiam non competant differentia vitimæ, non autem quia de illa fuerit dicitur. Aliter respõdet Burlagus; quod sicuti Porphy. de speciebus assignauit definitiones de specie subieciabili, uicem uero tantum de specie prædicabili: parimodo quatuor definitiones posuit pro differentia vitima, & uiam tãrum pro subalterna, hæc autem solutio non placet primo, quia alia ratio est speciei subieciabilis à ratione speciei prædicabilis, ut supra latè dictam est. Differentia autem vniuersalis ratio est aliis gnanda, art. sequenti. Secundo quia etiam, vt dixi Porphy. uicem quom definiunt speciem imam.

Ad secundam illi propositio nõ est uera, & per non repugnantiam, nec conueniens, ut est diuisibile, sed uera est de distinctione secundum designationem partium, hoc est, in celo designatur partes, ita ut uia sit extra, aliam, ut polo, te Orientis, Occidus. Septentio, de quo suo loco. Vel se cõdo quod quando auctores graues concedunt propositionem aliquam, per non repugnantiam, loquuntur respectu ad causam accidentalem, ita quod impedimentum, & pugnantia, sic tãrum accidentale quid, vt puer in quantum homo est, non repugnat, quod ratio tenet, & discurre, sed in quantum talis est, id est, quia puer est, quæ est differentia accidentalis, non autem concedunt propositionem respectu alicuius essentialis, quia talis pugnantia implicatio est, & impossibilitas absoluta, sic que implicat differentiam imam de pluribus speciebus prædicari.

Ad confirmationem, non est inconueniens, ens per accidens descripti, quia iter autem de ente per accidens dicitur definitio propria, & sciencia. Porphy. latè dico cap. 23. articulo ultimo.

19 Alia sol. lu. Burl. impugnatur.

Ad 2. Propositio per nõ repugnantiam, quomodo intelligatur.

10 Oclm

11 R.

3 Secunda opinio M. Soti.

Prebat variè.

ARTICVL. II.

Vtrum relatio differentie subalternae, & imae sit vna species?

Rodolphus libr. 1. de inuentione. cap. 5. ex Seneca, Cicerone, Galeno, Iurisperitis, & Latinis auctoribus dicit, speciem respectu individuum vocari genus, & nō etiam adnotationibus ad caput de specie ex scriptura adducebamur, sed tamen hęc quæstio est de voce: nos tamen de re hic inquirimus? Vtrum eadem ratio sit vniuersalis differentie subalternae & imae, an verò diuersa? Vtrum relatio generis vniuersalis sit distincta à relatione speciei, quod hucusque disputandum in partem reliquimus. Et quidem ratio 3 dubitanda est: nam ideò omnes communiter dicunt genus, & speciem esse duo prædicabilia vniuersalia, quia species respicit indiuidua ipsa, genus verò species respicit: constitut autem quod etiā differentia ima de indiuiduis tantū dicitur, subalterna verò etiam de speciebus, ergo duæ erunt relationes vniuersales differentie subalternae altera, & at altera differentie imae.

1 Opinio Rodolp. de voce est. Et Nūnesij fol. 109.

2 Explicatur titu.

3 Ratio dubitandi.

4 Opinio Scoti de nomine etiam.

5 Reijcitur opinio Scoti.

Super vniuers. Log. Arist.

specificat & sic verum dicit, quod species dicit totam essentiam indiuidui, id est, totam rationem specificam, sed ex quæst. 2. capitis de specie evidens est, quod Petrus, v. c. super addit speciei, suam differentiam numericam sibi essentialē, vnde species tantum determinatē dicit partem essentialē indiuidui, sicuti & genus speciei, ergo in hoc genus, & species non distinguuntur.

Secundo, differentia subalterna habet pro termino genus, v. c. animal, differentia verò ima, speciem, v. c. hominem, ergo illę relationes essentialiter inter se distinguuntur, & communiter non eodem modo semper se habent differentia, vt illi auctores dicunt.

Pro solutione aduertēdum, quod differentia de se tantum habet constituere speciem, mediā verò etiam contenta sub illa conueniunt, imā mediā namque naturam ipsam speciei, vt compositum, cuius est pars, respicit, per accidentiūque est sui, vt quod essentia constituta sub se habet indiuidua, vel species, & in hoc conueniūt differentia subalterna, & ima. Genus verò respicit plures species vt sic, id est, vt in æquales perfectione formali, species autem plura indiuidua tantum respicit, siue inæqualia, siue nō quod enim distinguuntur essentialiter numericè modo explicato supra, in ordine ad materiam, vel ad quippiam aliud accidentale est illi, id est, speciei.

Dico primo, genus & species non sunt duo vniuersalia distincta specie. Patet primo, quia genus, & species habent proprios & formales ad quatuor terminos distinctos specie, ergo & ipsa distinguuntur specie in ratione vniuersalis, antecedēs patet, nam genus respicit plures species vt sic, id est, vt dicunt inæqualitatem formalem perfectionis, & hoc est illi per se, vt dictū est cap. de genere, species autem plura in-

scilicet dupliciter.

6 Differentia quid habeat de se.

7 Alter genus respicit in feriora quā differentia.

8 1. Cōcl.

6i Probat. concl. 1.

Quæ. 2. de differ. ar. 2.

Si sit vnius speciei differ. 73.

ra indiuidua respicit, non attendendo an sint inter se equalia, necne? & hoc solum habet per se, & dictum est c. de specie, ergo habent distinctos terminos specie. Confirmatur, quia propterea quod genus respicit plures species inæquales. Aristot. docet quod in ipso lateat æquiuocationes physicè enim æquiuocum, idem est quod analogum: vt in antepædicam.) perfectiori nōq; modo contrahitur genus ad istam quā ad illā speciem, secus verò logicè, quia sic vniuocū quid est, ad omnes species: quod eprime S. Th. in 2. dist. 3. q. 1. art. 5. ad tertium docet, quod genus secundum intentionem vniuocè dicitur de speciebus: species autem tam physicè, quā logicè vniuocè de indiuiduis prædicatur, ergo aliter & aliter respiciunt inferiora, & communiter distinguuntur inter se, cum distinguantur penes modos illa respiciendi, vt dictum est cap. præcedenti.

Confirmatur.

Probat. tertiū ad.

10 Reijcitur tertiū secundū.

indiuia equalia, siue inæqualia respicit. Hęc est omnium antiquorum Auz. Alphar. Algaocl, Ammo. Alber. Porph. Sco. & ipsius Arist. pluribus in locis tā in Top. quā in Metaph. Confirmaturq; tandem rationibus adductis, art. illo vlt. q. quarta: vniuersalis. Vbi latius de iis disputauimus.

Dico secundū, etiam si genus secundum quod diuersimodè contrahitur ad species (modo dicto) & species sub illius potentialitate continentur, habeat propriā rationem generis, cū hoc tamen sit quod sit species secundum quod respicit sua indiuidua generica tantū, animal scilicet, qualitatem, & relationē, & c. Patet, quia vt sic equaliter ea respicit, & indiuidua ista respiciunt genus, non secundum suā potentialitatem, & modum genericū, sed tantum specificum, secundū quod scilicet, siue inæqualitate, æqualiter omnia respicit.

Dico tertio & vltimo ratio differentie subalternae & imae, est vna specie. Probat. nam differentia tantū respicit in quale quid, speciem, secundum quod eam constituit, abstrahendo ab hoc, quod sit talis, vel talis essentia, hęc autē ratio eadem est omnino formaliter, vt ex se patet in differentia subalterna, & ima: ergo semper est vna. consequētia tenet a definitione ad definitū. Secundo, terminus relationis differentie 3 est species subiectibilis tantū, vt sic, hęc autē eadem est formaliter, ima, & subalterna, vt probatū est c. de spe. ergo & relatio differentie terminata ad ipsam formaliter erit eadē specificè, & eiusdē rationis, & hęc ratio videtur à priori, si bene intelligatur, & est cōmunis sententia. De proprio autē generico & specifico art. 1. c. sequēdū, & per hoc patet ad primū.

Ad secundū etiam 4 constat quod differentie terminus nō est animal vt genus, sed animal vt sic, & similiter, nō est homo vt species, sed homo vt sic, tur arg.

11 2. Cōcl.

3

12 3. Cōcl.

13 Probatio prior.

14

accidit namque differentiz, vt species constituta habeat species sub se, vel indiuidua.

ARTICV. III.

Vtrum detur aliqua differentia infimi generis constitutiuam.

Opinio prima nominalium. Suadetur illa opinio. Primo.

Nominales de omni re peculiari assertores dicunt, quod inter quodcumque genus & differentiam imam, mediant infinita genera, quod sibi suadent primo, quia inter differentiam 2 imam, & genus mediant infinita species, inter quascunque autem species potest dari maior, & minor conuenientia, quolibet autem conuenientia duarum tantum specierum genus est, in infinitum autem maior, & minor conuenientia specierum credit, ergo in infinitum etiam crescunt, & genera, consequentia est euidens, minor patet ex c. de genere.

Arguitur

Secundo, explicatur, & probatur, quia diuisio sic potest fieri in speciebus, Angelus alius perfectus, alius perfectior. Rursus perfectior, alius perfectior vt vnum, alius perfectior perfectiori vt vnum, rursus perfectior vt vnum, & sic infinitum. Item sensus alius percipit colorem tantum, alius omnia sensibilia. Item iste alius communis, alius imaginariua, ergo inter genus & differentiam imam, mediant infinita species.

Opinio 2. opposita ad S.

Magister Soto ex opposito non solum descendit dari differentiam infimi generis constitutiuam, id est, dari genus infimum & immediate, sed etiam animal dicit esse tale genus, nisi alioquin, inquit ille, inepta esset diuisio Porphyrij in differentiam imam, & subalternam, scilicet in rationale, & irrationale. Confirmat, quia si ani-

mal non esset genus infimum definitio hominis, scilicet, animal rationale esset diminutum, cum non daretur per genus immediatum, & arbor Porphyrij esset inuiciter posita, ergo est genus infimum.

In hac re, separando certa ab incertis, primo sic certum animal esse genus subalternum, & non infimum, vt dicit Soto. Patet primo ex Arist. 1. Topi. c. 13 qui facit autem genus coruo, & 7. Metaphy. tex. 28. alino & equo conitituit genus quoddam innominatum, & primo de historia animalium, c. 1. ponit infinita genera diuersorum animalium, ergo animal non est genus imam.

Secundo, ratione, nam ambulare, repetere, & volare, sunt diuersa operationes quae a diuersis gradibus dimanant essentialibus, & sub quolibet harum opinionum sunt per se innumerabiles species bipedum animalium, serpentium, reuulium, & aliam volatiliu, ergo animal impossibile est quod sit genus infimum, quod luce clarius est, nec probatione indiget: consequentia tenet, quia operatio distincta essentialiter, supponit esse distinctam essentialiter distinctamque naturam.

Secundo, certum est quod necessario dantur vltimae differentiae generum constitutiuarum, & consequenter genera immediata, & ima. Antequam probetur conclusio, aduertendum, differentiam subalternam esse conceptum communem duabus speciebus scilicet, ita vt plures species inter se conueniant in illa, non enim sufficit vt species accedant tantum ad ipsam, ternarius namque non est differentia subalternaria binario, & quaternario, quamuis isti numeri ad illam accedant, quia de illis non predicatur in recto, sed tantum in obliquo, quia non dicimus binarius est ternarius, sed ex binario sit ternarius, quod etiam constat in figuris, & per hoc intelligitur prima

4. Cocl. Animal non est genus infimum. Probat. conclus.

5. Cocl. quae est ut illatio prioris.

NOTA.

ma conclusio.

6. In differentia vltima fundantur multae relationes, & respectus, v.g. in albedinis differentia quae est vltima coloris, fundantur relatio similitudinis, & dissimilitudinis, respectu diuersorum, & relatio perfectioris qualitatis nigredini, conceptus autem horum respectuum non est conceptus gradus qualitatis, sed gradus relationis.

7. Probatur conclusio quia inter intellectiuum quod est genus Angeli, v.g. & vt tria quae est differentia eiusdem, non est aliquis gradus, qui possit praescindi, & intelligi communis, sed tantum ordo maioris, vel minoris perfectionis ad diuersa: similiter dico de hoc genere posse tribus, vel quatuor speciebus intelligere, quae in Angelis reperitur, quae omnia patet non esse gradus substantiae spiritualis, sed conceptus diuersorum respectuum, forte transcendentalium, qui in vltima differentia, v.c. vt tria fundantur, sicuti conceptus ternarij relatione perfectionis numeri refertur ad binarium, & imperfectioris ad quaternarium, & adhuc imperfectioris ad quinarium, & senarium, qui omnes respectus non sunt gradus entitatis essentialis ternarij, sed tantum respectus in differentia vltima illius fundati, ergo differentiae vltimae generum constitutiuarum dantur.

7. Probatur conclusio.

8. Secundo probatur eadem conclusio, sic, nam ex Arist. 8. Phyl. praecipue & 12. Metaph. imo secundum verum lu-

men naturae in essentialiter subordinatis, non datur processus in infinitum, genus autem & species ita se habent, alioquin si essent infiniti gradus alicuius essentialis, nec esset cognoscibilis, nec definitibilis distincte, nisi a Deo qui comprehenderet illam infinitatem, & consequenter nulla esset scientia, consequens est absurdum, ergo. Confirmatur, quia cum quilibet gradus essentialis dicat perfectiorem intensiuam, aliqua natura daretur infinite perfecta, quod nulli etiam spirituali substantiae conceditur, sequela est euidens, quia secundum istos in qualibet specifica natura dantur infiniti gradus essentialis: & ideo Caiet cap. 6. de ente, ex S. Thom. c. 5. de natura generis, Angelum ponit genus inum in spiritualibus substantijs.

Tertio, certum sit quod intra latitudinem, & potentiam vnus generis tantum reperiuntur species imam, nisi superaddatur aliquis alius gradus conuenientiae perfectionis essentialis: haec conclusio ex dictis colligitur & probatur: nam argumenta quae pugnant contra infinitas species, pugnant etiam contra plures sub eodem genere, nisi talis gradus superaddatur, mutatis mutandis, vt consideranti patet.

Ad argumenta 10 Nominales ad primum illa conuenientia specierum nisi sit gradus peculiaris essentialis, & radice operationis, non sufficit constituitur genus (vt explicatum est) nisi illa maior, vel minor conuenientia penes accessum, & recessum ad aliam quidditatem tantum sunt respectus fundati in differentia vltima, quae vna cum sit ad diuersa comparatur, & refertur, & per hoc etiam patet, ad secundum.

Ad secundum, quia (vt dictum est) Angelus perfectior vt vnum, & vt vnum, & dimidium, & c. non sunt gradus quidditatis spiritualis, sed diuersi ordinis, & respectus, ordo autem

9. Conclusio quae dicitur modum cognoscentia di generis infimum. 10. Solutio argumenti nominalium. Ad 1.

Ad 2.

11
Ordo ad obiectū intrinsecū cum est potentie & habitui.

autem potentie sensitue, & aliorum sensuum valet constituere speciem estque gradus specificē distinctus in illis, quia ordo ad obiectum intrinsecū est potentie, & habitui, quia intrinsecū important morum in ipsū, secus verò essentia absolute & perfecte, imò neque etiam est ponenda in finitas illa relationum, sed vna sola relatione conuenientie essentialis, eadē species Angelica refertur ad omnes alias, sicuti etiā eadē relatione conuenientie essentialis, ternarius refertur ad diuersos infinitos numeros, vt potè ad quinarium, senarium, &c.

12
Soluuntur argumenta Soti notanter.

Ad primum Soti nihil probat, nō enim inepte, sed potius necessariò animal diuiditur in differentiam ultimā, scilicet, rationale, & subalternans, scilicet, irrationale, & potest etiam diuidi in plures differentias subalternas, & per hoc patet ad secundum, non enim mutilata est hominis definitio animal rationale: ibi enim etiam ponitur gradus progressiuus, cum omnes per rationale intelligant perfectius animal progressiuum, & ita datur per genus immediatum sibi, nec esset inconueniens hominē definiri per animal, tanquam per genus mediatum, si tale esset, quia multi Philosophi sic consueuerunt definire, arbor autem posita à Porphy. tantum est pro tyronibus, vt delinearet nobis differentiam imam, genus supremum, & subalterna genera.

ARTICVL. IIII.
& vltimus.

Vtrum detur aliqua differentia simplex speciei ima constitutina?

Variè Auctores de hoc sunt loquuti forè quidem diuersa attendentes, vnde eorum varietas quodammodo iuuabit ad concordiam, Simplicius, cap. 3. ante prædicament. affirmant planè dari talem differentiam simplicem imę speciei constitutiuam. Et refert pro se Iamblicū: refertur etiam Alexan. 4. Topic. c. 2. qui ait, æqualis differentia est, quę proxime specificat, & 7. Metaphys. text. 37. Idem docet Porphyrius libro de interrogatione circa Categorias, & hic cap. vltimo. Auicenna etiam in Logica cap. 10. Alber. tractat. 5. Logicę. Ex Alpharabio, & Auerr. 5. Metaphys. text. 19. & 7. text. 43. 2. Physic. text. 28. & 91. S. Thom. 2. Poster. sectio. 13. & 7. Metaphys. text. 43. Scotus 2. Poster. q. 58. Probatur primò ex Arist. 4. Topico. 2. docente 2 quod differentia de æqualibus, vel de pluribus dicitur, quam species, sed talis est simplex differentia, ergo. Et 7. Metaphys. text. 43. differentia, inquit, vltima, constituit speciem, vbi S. Thomas, & alij explicant, id est, complet essentiam speciei.

1
Prima sententia affirmatiua. Simp. Iab. Alexan. Alber. & aliorum, S. Tho.

2
Probatur 1:

Secūdo.

Et ratione primo, propria passio speciei ima, verbi causa, risibile conuertibilis est cum ipsa, & est illi æqualis, ergo etiam erit conuertibilis cum sua radice, quę est differentia, & consequenter erit simplex talis differentia, & propter hoc est ima, ergo.

Tertio.

Secundo, differentia sumitur à forma, & parte essentiali, quælibet autem species etiam vltima habet propriam sibi essentiam, & formam, ergo differentiam propriam simplicem, & non compositam, licet aliquando per communia explicetur, vt S. Thom. & Scotus dicunt.

3
Secunda opinio negatiua.

Secunda sententia negat dari talem differentiam imam simplicem, quę videtur esse Themistij, secundò Poster. cap. 20. dicentis differentias sumen-

4
Probatur articulo. Primo.

5
Ratione probatur. Secundo.

Tertio.

sumendas ad definitionem, quæ simul adæquent definitum, non autem teor sum. Auerr. 7. Metaphys. illo text. 43. in definitione, inquit, non est sciendum, donec veniamus ad aggregatum differentiarum, quæ conueniunt cum definitione, refertur etiam Alex. in tuo sectorio. 1. Topi. Philoponus 2. Poster. text. 23. & 6. Topic. c. 1. Porphy. autem iam patet, vt supra, quod solum loquitur de diff. entij subalterna.

Sed si probatur ex Arist. 2. Poster. c. 27. docente 4 partes definitionis esse in plus definito, id est, communiore, quam definitum, ergo talis differentia, si est simplex, cum sit vna pars definitionis, & communior definito. Ponitque exemplum Arist. in numero terario, qui est primus numerus impar, cuius definitionis singulę partes omnibus alijs numeris imparibus conueniunt, non autem tota definitio simul, ergo inferiores species numeri, superior differentia constituuntur, & non simplici, ita in 4. Top. c. 6. & 6. Topic. c. 2. docet quod differentia non est conuertibilis cum specie, & 7. Metaphys. vbi supra 2 partes definitionis simul esse æquales definito, non autem seorsum sumuntur, quod satis innuit 6. Topic. c. 1. dum in plurali loquitur de differentijs, quæ debent poni in de finit one.

Ratione sua dicitur primo, quia sine differentia vltima simplici speciei ima potest constitui, & distingui ab alijs, ergo illa non est ponenda, antecedens patet nam scientia huius conclusionis, verbi causa, A, est, B, quantum ad euidentiā & claritatem, conuenit etiam cum alijs sciencijs, distinguiturque ab opinione quantum verò habet talia principia, & quibus si non rectè intelligantur, procedet opinio, distinguitur à scientia, & conuenit cum opinione, ergo non est necessaria differentia simplex.

Secundo, voluntas, vt appetitus est

conuenit cum appetitu sensituo, vt autem potentia spiritalis est, conuenit cum mente lectiu, & differt ab appetitu, ergo differentia speciei ima constitutina potest esse complexa.

In hoc dubio dico primo, quod non est negandum dari differentias simplices proprias respectu contentorum sub eodem genere. Patet, nam v. c. varietas primorum principiorum, vt probatū est q. 1. Precomia, causat diuersas species contentis sub scientia, quæ est genus: Hac autem varietas differentia simplex ea non complexa, ergo.

Dico secundo, probabilius 7 etiam iudico dari differentias simplices proprias aliarum specierum, v. c. determinatione intellectui, vt tria, in Angelis differentia est conueniens vni soli speciei angelicę 8 non enim consonū est rationi, & veritati, vt sub eadē differentia possit Deus creare alium angelium cum alia propria passione, & contra omnem bonam Philosophiã etiā est quod species superior habeat omnem essentia inferioris, & species inferior omni superioris. De homine etiam probabilior sententia affirmat non dari talem speciem [de quo alibi] cum rationale tantū dicat principium simplex intelligendi, naturaliter tantum cum discursu, non enim dicitur complexū ex intellectu, & imaginatiua, quod euidenter patet ex positione Porphyrij, qui rationale facit genus ad homines, & Angelos, in quibus intellectus non pendet ab imaginatiua, similiter etiam in figuris falsū videtur quod species vltima contineat omnem essentiam specierum superiorum, idem dico de numeris, si sint species de quo, c. de quantitate.

Dico tertio, differentia 9 complexa ex varijs differentijs valet constituere speciem, & constitutam secundum diuersas partes distingui ab alijs speciebus ad quod alludit Scotus articulo 4. vbi supra à Arist. 7. Metaphys. phy.

6
1. Cōclu.

7
2. Cōclu.

8
Probatur notator.

9
3. Cōclu.

Cōcedit differentias in 6. plexas.

phys. tex 43. licet bene explicetur à S. Thoma, & præter argumenta facta, probatur, quod sicut indiuiduum est, cuius collectio proprietatum, que in vno est, in alio non potest repetiri, quamuis singulæ proprietates in alijs etiam reperiantur (vt dixi supra) & talis collectio, & complexio sufficit distinguere vnum indiuiduū, ab omnibus alijs, secundum diuersas partes, ita etiam complexio talis, vel talis plurimum differentiarum poterit speciem imam etiam constituere, & constitutionem secundum diuersas partes ab alijs distinguere: præsertim quod differentia numerica ex dictis supra, ita sit intrinseca, & essentialis indiuiduo sicuti specifica speciei.

10
Vltima conclusio resp. si quaerit.

Dico quarto & vltimo in quo tota est controuersia, non potest demonstrari quod differentia ima sit semper simplex, quod etiam multi ex prima sententia fatentur se ignorare, & hæc videtur præbere exempla adducta p. secunda sententia, ex illis enim videtur sequi non semper esse necessariū, vt speciei ima constet differentia simplici. Hæc conclusio satis probatur ex solutione omnium argumentorū vtriusque sententiæ.

11
Soluuntur argumenta prima & p. Ad 1.

Ad primum argumentum 11. prime sententiæ dico, quod Aristoteles loquitur de functione, vel quod in Metaphysica loquitur de complexione differentiarum, vel tandem de differentijs diuersarum specierum sub eodem genere.

Ad 2.
12
Propria passio nō semper conuertibilis est essentiali.

Ad secundum propria 12. passio nō semper conuertibilis est cum essentia, quod licet videatur paradoxum alibi demonstrabo, & dato quod ita sit nō sequitur quod eius radix debet esse simplex, licet: & ipsa, nam color, v. c. passio in consequens millionem quatuor primarum qualitarum, quæ quidem non faciunt quid simplex, imo inter se realiter differunt, neque essentialiter subordinantur, complexio autem

tem differentiarum, licet non sit quid simplex, essentialiter tamen subordinantur, neque inter se se realiter differunt.

Ad vlti.

Ad vltimum, non tenet consequentia, ad hoc enim vt complexio constituat essentiam, & differentiam propriam, sufficit quod tota simul sit ita huius speciei, quod non alterius, licet eius partes seorsum sumptæ, sint diuersarum specierum, vt dixi conclusionem tertiæ.

13
Soluuntur argumenta secundæ opinionis. Ad 1. Ad 2.

Ad primum secundæ sententiæ 13. respondeo quod Aristoteles loquitur de differentijs subalternis, nō autem de imis, quas ignoramus, vt dictum est consequentia vltima.

Ad secundam tantum probat differentias subalternas contineri in generibus subalternis, de quo in antepredicamentis non tamen dari vnam differentiam vltimam complexam, & forte diuersæ speciei scientiæ, sicut etiam diuersæ species in claritate, & certitudine, si enim Deus per possibile, vel impossibile faceret duas species scientiæ, eiuſdem certitudinis, profecto distinguerentur differentia illarum, et diuersa principiarum etiam quia si in illis claritas, & certitudo esset diuersa procederet à varietate principiorum, qualiter autem causetur diuersa certitudo ex diuerso principio dicam in Post. c. 23.

Ad 3.

Ad tertium, dico quod differentia vltima voluntatis, est sequi rationem potentiam apprehensiuam, quæ est talis intellectus, visus autem aliter immutatur, quam sensus communis, duo autem intellectus, v. g. angelici speciei distinguuntur, quia vnus petit pro differentia vltima, tres species, v. g. alter vero quatuor, de intellectu humano dixi conclusionem secundam.

14
Quomodo dux potentis motus distinguatur,

Quod autem 14. magis vrget, est qualiter dux potentis motus, quorum vna possit in plus quam altera specie distinguantur. Respondeo quod potentia

potentia illa, quæ v. g. extenditur ad quatuor, habet pro differentia, vt ita dicim, quartum illum gradum, ad quem potest, qui quidem gradus quid positium est, & imperfectum, cum non possit extendi ad plus alia verò, quæ v. g. potest ad quinque, illum vltimum gradum positium habet pro differentia, qui cum perfectus sit, distinguitur specie ab alio, vt quatuor: alioquin vna species formaliter contineret totum, quod dicit alia, quod est absurdum. Sed iam quid proprium sit videamus.

Caput III. De Proprio.

Tex.

Proprium autem quatuor diuiditur modis: nō propriū est id, quod soli cupiam accipiat speciei, & si non omnino: vt homini accidit videri aut metiri. Et id solum, quod appuose accidit speciei, & si non soli: vt hominem bipedem esse: licet iam id quod soli accidit, & omni, & quandoque vt omni homini in senectute canescere. Quartum autem est id, in quod omnia conuenerunt, vt soli, & omni semper, vt accidat: quale stridibile respectu hominis. Nā homo, & si non semper ridet, & si bilis tamen dicitur: nō ex eo, quia semper rideat, sed quia apertus est ad ridendum. Hoc autem ipsi semper est insitum: quem admodum & equo ipsi humibilia. Hæc vero propria inquirunt esse, quia inipsis sit. & conuerso. Si essent homo, est risibile, & si est risibile, sit etiam homo.

Summa textus.

Quadruplex est propriū, aliud est quod conuenit speciei soli, nō tamē omni indiuiduo, vt Geometram esse. Secundum est quod conuenit omni indiuiduo, non tamen soli speciei, vt bipedē esse, competit omni homini, non tamen soli. Tertium quod conuenit omni speciei, & omni indiuiduo, non tamen semper, vt canescere soli homini, & omni non tamen semper competit. Quartum, quod conuenit omni indiuiduo, & soli speciei, & semper, vt risibile, competit homini soli, & omni homini, & semper, & conuertitur cum specie.

Annotationes circa literam.

De ordine non est qui dubitet, cū propriū, vt infra patebit, fluat ex principijs essentia, accidens verò non item: vnde prius de proprio quam de accidenti disputat Porphy. Non est autem Logicum inquirere, Vtrum propria passio distinguatur realiter à suo subiecto? & Vtrum Deus sua potentia possit passionem à subiecto separare: Licet partem affirmatiuam vtriusque probabiliorē iudicē: & Vtrum passionēs postea dimanātes à subiecto sint eadē numero cum præcedentibus: id enim quæstiones physica, & Metaphysicæ sunt: imo à Scholasticis Theologis. i. p. q. 54. arti. 4. solēt tractari, minus male, & ita hic gratis in eam solutionem tempus infumitur, cum sint multa Logica difficilia, quæ communiter omittuntur, dicetur autem de his, c. de qualitate, dum de naturali potentia tractemus.

QVÆST. VNICA.
De natura & essentia Proprij quatuor predicabilis.
K 4 Multa

1
Disponitur quæ suo.

MVita sunt in hoc tractatu¹ quæ concernunt naturam accidentis quinti prædicabilis, & e contra propter mutua horum in natura vicinitatem, quare aliqua hic obiter necessario tanguntur, quæ non nihil conducunt ad cognitionem accidentis, sed præcipue intentio est de Proprio prædicabili quarto, seorsum agere: de quo inquirantur quinque, primo an tres primæ acceptiones proprii, sint huius, vel sequentes prædicabilis? Secundo, quæ sit ratio constituens proprium in esse quarti prædicabilis? Tertio an solum manet à substantia rei, & quomodo? Quarto, an subiectum proprii sit compositum? Quinto & ultimo, an conueniat ratione speciei.

ARTICVL. I.

An tres primæ acceptiones proprii sint huius prædicabilis?

2
Explicatur titulus.

Primo aduertendum² quod proprium dupliciter sumitur, primo vt distinguitur contra metaphoricum, & sic Deus non est leo. Secundo sumitur, vt distinguitur contra commune, & sic accipitur in præfenti.

3
Inesse & non inesse secundum intentionem alterius sumitur.

Secundo, nota quod³ licet istæ definitiones proprii (vt etiam suo loco patebit de accidenti) possint sumi vt à multis sumuntur primè intentione, vt ad naturas denominatis à secundæ intentione, melius tamen communiter usurpantur conformiusque ad intentum Porphy. secundè intentione, ita vt idem sit conuenire, & in esse, quod prædicari, & affirmari, & non inesse quod negari.

4
Proprium triplex.

Tertio, nota quod Arist. Top. cap. 4. diuisit proprium⁴ in triplex, scilicet, in proprium secundum aliud, & in proprium quando, & improprium simpliciter: proprium secundum aliud, vo-

cat quod Porphy. secundu- dum, nam bipedem esse homini est proprium respectu lapidis, conuenit tamen alijs ab homine. Vbi obiter considera quod bipedem esse, non sumitur hic à Porphyrio pro duobus pedibus, sic enim prædicaret partem physicam, vel mathematicam sicuti capitatum, sed pro potentia motiua, hoc est pro animali, quod habet talem potestiam, quod est ens completum, & perfectum, & quarti prædicabilis. Proprium quando: est tertium proprium Porphy. proprium vero simpliciter: est quartum numeratum à Porphy. quod aliter definitur ab Aristot. ibidem, & fortè commodius, scilicet, quod non est de eo quod quid erat esse, & accidentaliter prædicatur, hoc est proprium est vniuersale prædicabile de specie conuertibiliter, & accidentaliter, & intransmutabiliter. Arist. autem omisit illam primam acceptionem proprii, vel quia tantum numerabat tota illa prædicata toti speciei, vel quia (vt bene dicit Cante- rus) sub prima illa acceptione proprii secundum aliud, continetur.

5
Bies quomodo sumitur à Porphy. hic.

Quarto notandum, quod Arist. etiam Top. posuit illas duas vltimas definitiones proprii, & secundam, quæ est tertia Porphy. laudat, quia datur per prædicata negatiua, quæ rectè traditur à Porphy. quia tradiderat notitiam illorum, & iuste defenditur à Boetio, licet damnatur ab Auicenna.

6
Cant. & Merca. hic, opinio. Reij- citur p. conclus.

His positis de hac re quidam dicunt tres illas acceptiones primas, per tinerè ad quartum prædicabile, hæc tamen sententia est contra communem, & contra Porphyrium ibidem, & Aristotelem in Topicis, qui quidem inter accidentia communia numerat dicta propria, si tamen loquamur secundum rem. 6 quadruplex est proprium distinctum ab accidenti. Primum est quod fuit adæquatè ex essentia semper, v. c. risibile. Secundum est quod fuit adæquatè ex essentia,

7
Proprium quadruplex distinctum ab accidente.

7
Proprium non est genus ad istos quatuor modos proprii.

nō tamē semper, sed indeterminato tempore, & hoc est proprium tertium, vt. V. g. potentia visiva canis in nono die, & canities hominis in senectute: tertium, est quod nature superiori adæquatè, inferiori verò inadæquatè conuenit, & hoc est proprium, secundum. V. g. tactus, qui adæquatè animali competit, homini verò inadæquatè conuenit, vt potè cum alijs etiam animantibus. Quartum proprium est, quod conuenit in prædicato speciei, minuitur autem vi contrarij. V. g. potentia visiva in cæco à natiuitate, & fortè calor vt octo respectu ignis, licet minuat a contrario, hæc enim omnia non accidentaliter, sed naturaliter rebus cõpetunt, & insunt, debenturque naturis. Rogabis tamen, vtrum proprium in communi sit genus ad istos quatuor modos proprii? Respondetur quod non 7 quia cum ratio proprii quæ est esse quale per se, accidentaliter tamē in quo distinguitur à differentia diuidatur accidentalibus differentijs, in istos quatuor modos proprii, necessario non erit genus ad illos, nam esse æquale per se indeterminato tempore, vel respectu inferioris, & c. differentie accidentales sunt, accidentique proprio in communi.

ARTICVL. II.

Quæ sit ratio constituens proprium in esse quarti prædicabilis?

1
Sensus questionis.

ET quidem, cum proprium in ratione prædicabilis de pluribus debeatur dici, difficultas est an proprium in ratione. 4. prædicabilis constituatur, per hoc quod est de multis speciebus, an potius tantum de vna & de indiuiduis contentis sub ea & hic est sensus questionis.

2
Pars negatiua suadetur.

Et quod tantum de vna specie de eiusque indiuiduis prædicatur, videtur, primo, proprium tantum conuertitur cum vna specie: ergo tantum prædicatur de vna specie, & de indiuiduis contentis sub illa, antecedens patet, nam sensibile, tantum conuertitur cum animali, non cum speciebus illius, non enim sequitur, est sensibile, ergo est homo, quantum teneat è contra, est homo, ergo sensibile, similiter visibile solum cum homine, conuertitur, ergo proprium siue sit speciei imæ, siue subalterna, tantum de vna specie & de illius indiuiduis prædicatur.

Arg. 2.

Secundo, idem videtur colligi ex ipso Porphy. c. de genere dicte quod proprium est quod de vna specie & de indiuiduis contentis sub ea prædicatur, & c. vltimo docet, quod in hoc distinguitur genus & proprium, quod genus de pluribus speciebus: proprium verò de vna tantum prædicatur: ergo hæc est ratio constituens proprium in esse quarti prædicabilis.

3
concl.

In hoc referè eodem modo philosophandum est, ac in præcedenti capite: primo certum est 3 quod sicut differentia est duplex, vna subalterna, speciem subalternam constituens, vt sensitiuum. V. g. Animal, alia vltima, speciem imam constituens. V. g. rationale hominem, sic etiam duplex est proprium, aliud subalternum, dimanans ab specie subalterna. V. g. sensibile, aliud infimè, ab specie imâ, pullulans. V. g. admiratiuum, vel risibile ab homine.

3
concl.

Secundo, certum est 4 quod sicut differentia subalterna & imâ dicunt perfectionem incompletam contraheantem genus ad compositionem speciei, sic etiam proprium tam subalternum, quam imum dicit perfectionem accidentalem dimanantem ab essentia speciei, cuius fuerit proprium, exempla patent.

4
concl.

Tertio, certum est 5 quod sicut ad K 5 consti-

3
concl.

constitutionem differentia prædicabilis, non sufficit immediatè de vna specie prædicari, vt probatum est supra suo loco, sed multæ species, vel indiuidua, de quibus mediatè prædicetur: sic etiam ad constitutionem proprii in ratione prædicabilis, non sufficit vna species, de qua immediatè dicatur, sed etiam requiruntur plures species vel indiuidua, de quibus mediatè enuntietur. Vnde, inferitur, quod proprium non est vniuersale per hoc quod immediatè prædicetur de vna specie, sed per hoc quod de multis speciebus, vel indiuiduis mediatè dicatur: si fuerit proprium speciei in se.

talis species habeat sub se plures alias species, vel tantum indiuidua, accidentale est proprium, & hæc ratio conuenit quæ, perfecte, vtrique proprio: ergo in ratione prædicabilis sunt eiusdem speciei vt dicebam de differentia, & ita termini, ad quos dicunt relationes ista duo propria, solum accidentaliter distinguuntur, & consequenter relationes solum accidentaliter distinguuntur, cum relationes penes terminos, ad quos sunt, inter se, differant, de quod de relatione. Vnde proprium quartum prædicabile, sic licebit diffinire, proprium est quod de vna specie immediatè, & de inferioribus coeuentis sub illa mediatè, accidentaliter, transmutabiliter & conuertibiliter prædicatur: quæ definitio, omne proprium comprehendit siue subalternum sit, siue in unum, vt intuenti patet.

Et ex his soluitur arg. 2 in principio obiecta, ad primum enim dico, quod proprium solum est conuertibile cum specie, cuius est proprium.

Ad secundum dicendum, quod si particula, indiuiduis, tumatur pro eo quod est minus vniuersale & inferioris talis definitio conuenit proprio subalternum, quæ ultimo, si non verò vltimè petetur ista de singularibus, tantum conuenit proprio vltimo, non autè definitio proprii subalterni, quia facili negotio potest intelligi ex ista.

Dubium tamen potest esse in hac questione, an proprium subalternum & superius, in imo & vltimo includatur: ita vt in risibile includatur sensibile? Respondeo vtd xide differetijs, quod sicut superiorores differentia formaliter sumpta non clauduntur in inferioribus: bene tamen materialiter & identicè etiam propria superiora formaliter sumpta, non clauduntur in inferioribus, quia sensibile. V.g. est quædam potentia ad sentiendum, risibile est quædam potentia ad ridendum, potentia autem ad ridendum, & po-

& potentia ad sentiendum, distinctæ qualitates sunt specie, inconfuso autem & materialiter includuntur in inferioribus, quia tunc sumuntur pro subiectis, & ita verum est dicere quod subiectum quod habet risibilitatem, est sensibile.

qua accidentia ex substantia dimanant. V.g. nigredo ex carbone, talia non pullulant adæquate, ex ipsa essentia, & eadem neque habent particularem gradum determinatum: tamen hoc tamen, secundum quid possunt dici passionibus eorum, vt patet fluentes ab ipsa essentia, non autem passionibus simpliciter, quia proprium simpliciter habet suam radicem adæquatam essentialem, nec potest etiam contingenter alijs conuenire.

ARTICVL. III.

Virum proprium solum manet à substantia rei?

Sanct. Thomas. 3. contra gentes, & 7. illo c. de ente, dicit, quod accidens in genere oritur ex principijs essentialibus. Secundo, quid potest esse magis accidens quinti prædicabilis, quam albedo, & nigredo? quæ licet mediatè, inueniant ab ipsa essentia, & hoc etiam habent secundum propria passionibus. Tertio, quia accidens respicit semper per se substantiam, ergo per se fuit ab illa, de hoc M. Soto. c. de proprio. Caiet. Ferr. Dicendum tamen, quod discrimen inter accidens & proprium est, quia proprium fuit ex determinato gradu substantia: itaquam à radice ubi propria, & adæquata: alia verò accidentia non habent determinatum gradum, nec radicem adæquatam, à qua illant, tam. V.g. in natura humana reperitur albedo, & nigredo, nec etiam fluunt ab aliquo temperamento specifico, quæ res calidissimæ, & siccissimæ, vt calx, & frigidissimæ & humidissimæ, vt nix sunt alba: ita plura exempla misa facio, per quod patet ad secundum argumentum.

Ad primum & ad tertium formaliter dico 3 quod tantum probant accidens respicere substantiam, & dicere ordinem ad illam, non autem quod habent determinatum gradum, & peculiarem, à quo fluunt, quod si ali-

Dices tamen 4 an ita proprium à determinato gradu oriatur, vt conferatur rei formam, accidens verò ipsam materiam: sic enim videtur dicere Sanct. Thom. c. illo 7. de ente, vbi supra, Scot. hic, & Niphus. 1. Topic.

Contra quod, obicitur duo: primum, quia quantitas est passio corporum, & cum hoc materiam consequitur. Secundo, masculinè, & femininum ex Arist. 10. Metaph. tex. 2. 5. sunt passionibus animalis, & ex 7. Metaph. tex. 18. per se illi competunt, quæ tamen ex materia ipsa oriuntur.

Breviter dicendum quod nullus potest negare, quod omne accidens, quod habet radicem per se adæquatam sit passio proprii, siue illa sit à materia sumpta, siue à forma, & per hoc patet ad primum. Vltimè verò quantitas sit per se, primò, passio corporum in physica dicitur l. b. 6. & S. Tho loquitur de accidentibus solum, quæ indiuiduantur à materia.

Ad secundum, Sanctus Thomas ibidem 6 & Niphus. q. 7. dicitur, quod masculinam, & femininam sunt quædam differentia accidentales consequentes diuersam alterationem, vel immutationem feminis, neutrum tamen est passio animalis, licet multum probabiliter possumus dicere, quod hoc masculinum, scilicet masculinum, vel femininum vt sic, sit passio ipsius animalis proprie & per se.

6
Replicatur.

Respondet.

7
ultima conclusio.

1
Opinio S. Tho.

2
Conclusio.

3
Soluitur arg.

8
Soluitur arg. Ad 1.

Ad 2.

9
Si proprium subalternum in imo includatur.

4
An proprium conuenit formam rei? Arg. dupliciter.

6
Cmelo addub.

6
Soluitur rationes contrariæ.

ARTICVL. IIII.

Vtrum subiectum proprij, vel etiam accidentis sit compositum ex materia & forma?

1 Opinio S. Tho. & Ferr. & Caiet.

S Arctus Thomas. 1. contra genes. c. 7. videtur docere 1 de subiecto inhesionis proprij esse compositum ex materia & forma, licet Ferr. solutione 1. eum explicet de accidenti materiali, at solutione ad. 2. & Caiet hic intelligit de accidenti immateriali, siue denominet partem, vt anima intelligit, siue denominet totum, vt angelus mouetur, continentur que S. Tho. voluit excludere animam a ratione accidentis, quia petit pro subiecto ens in completum potentiale tamen, quod in via Sancti Tho. non habet accidens. 2 Sed quidam auctores isti non attingunt scopum, nam Sancti Thom. alij rationibus animam excludit a ratione accidentis ad quod sufficit quod vniatur esse subiecto in vno esse personali, sicuti humanitas in verbo, & corpore in resurrectione.

2 Impugnatur Ferr. & Caiet.

Iam ergo probabiliter 3 quis poterit dicere, quod sicuti accidens quatum predicabile est completum, ita pro correlarij petit subiectum completum, de quo dicatur, siue sit completum ex materia & forma, siue ex actu, & potentia, siue etiam ex essentia & esse, quod satis demonstratur articulo secundo precedenti.

3 1 concl. Auth.

Dico secundo generalissima 4 etiam habet suas proprietates, imò ipsum ens, passiones habet conuertibiles cum ipso, quæ quia analogice sunt, non constituunt aliquod predicabile, id est, quia omnia transcendunt, sicuti & ipsum ens, & accidentia aliqua proprietates suas habent, quæ modo illis subiecto conueniunt: vbi

considerandum, quod dixi notanter aliqua accidentia, quia impossibile est omnia habere passiones, cum enim passio etiam accidens sit, si omne accidens passionem haberet, daretur processus in infinitum. Præterea individua ipsa singularia suis proprietatibus etiam gaudent, quæ quia singulares sunt, nequeunt esse aliquid prædicabile, sicuti nec Dei attributa, cum sint singularissima & indiuidualissima essentia.

5 Non omnia accidentia habent passiones.

Dico tertio, idem habere 6 potest plures passiones, quod præter experientiam docet Aristot. 5. Topic. c. 2. ex professo, & si aliquando ipse Aristot. contrarium videatur docere, scilicet idem non habere plures passiones, bene explicatur à Villal. idem non habere passiones oppositas, quoniam si se neget proprias passiones generalissimas: de sensibili autem & insensibili an sint oppositæ alibi dicitur, pronunciat sit latius, quod vel fuit in eodem subiecto, vel fortè eadem est potentia, duobus nominibus significata.

6 3. concl.

Quæres tamen an actus 7 harum potentiarum, vt videre intelligere, &c. sint passiones etiam quartæ predicabilis Respondeo mihi certum esse esse passionem quartæ predicabilis, licet enim non supponant naturam perfectam, & completam, eam tamen ornant, existimoque omne accidens, quod adæquate naturaliter, id est, non extraneè fuit ex principijs essentia, esse proprium, vt ex Alexan. refert Niphus. 1. Topic. quia tamen dicta accidentia, id est actus potentiarum non semper 8 competunt subiecto, probabiliter etiam possunt reduci ad proprium tertio modo, quod scilicet conuenit omni & soli, non tamen semper.

7 Actus videtur deditur, an sint passiones.

ARTICVL. VI.

& vltimus.

Vtrum

Vtrum vniuersaliter proprium ratione speciei competat indiuiduis?

1 Sententia Arist. & Porphy.

Aristot. de substantia. Porphy. c. vlt. 5. Thom. de ente c. 7. & communis 1 affirmat proprium ratione speciei conuenire indiuiduis, & addunt, quod accidens 2 contra ratione indiuiduorum competit speciei. Difficultas tamen adhuc manet propterea quod nigredo corui, & albedo cygni videntur fluere ex eorum essentijs. Caiet. 1. Posterio. 2 M. Soto questione de accidenti dicant, hæc accidentia etiam ratione indiuiduorum conuenire speciei. Vnde Caiet. infert esse proprias passiones respectu indiuiduorum.

3 Reg. pro conclus.

Pro veritate aduertendum 3 & sit regula generalis, quod illud, quod ali cui rei, vt est in re mixta, & iuncta extraneis prædicatis competit, ratio ne indiuiduorum illi conuenit: quod patet manifestè, quia rem esse mixtæ extraneis prædicatis ab indiuiduis habet. Vnde & ipsa existentiæ naturæ accidit, quia, vt dictum est, supponit singulare, hæc enim accidentalis est, homo existit, quod verò naturæ separata, & seiunctæ ab extraneis prædicatis conuenit, per se illi conuenit, & eius ratione indiuiduis, nec loquor de accidentibus rationis, quæ naturæ iam abstractæ in communi conueniunt, quia illa extrinsecè accidunt naturæ.

4 Resp. ad obiecta.

at per hoc patet 4 ad illud de coruo & cygno, cum enim regula sit videre aliquid in omni indiuiduo, vt tribuamus illud suæ speciei, existimo nigredinem corui, &c. fluere ex temperamento specifico corui, cygni, &c. & cum hoc manet semper communis sententia vera, scilicet quod sunt accidentia illorum: nam licet ex principijs essentia fluant hæc accidentia non suæ propriæ passiones, quia pro

pria passio petit vnâ radicem essentialem adæquatam, & vnâ subiecti adæquatam, quod non habent hæc accidentia: imò tota natura specifica corui, habet se vt vnâ singularem ratione cuius hæc accidentia conueniunt superioribus prædicatis, propria autem passio, ratione superiorum prædicatorum inferioribus, & partibus libus competit, quod si Aristot. 5. de generatione 5 animalium. c. 8. & Scalliger exercitatione. 59. cap. 1. corui iam grandæui (nam pulli semper albi nascuntur) visus fiat albi, & quasi canescere. M. Soto, & Caiet. ex Alber. assignant modum quo reducuntur albi, non obstat, cum quia eorum natura petit nigredinem, tum quia nos loquimur supposito, quod hoc illis naturaliter competit: sed iam de accidenti communi videamus.

NOTA

5 Sententia Aristot. & Scalliger. de coruis.

CAPVT. V. De Accidenti.

Accidens autem est, quod adest atque abest, sine subiecti corruptione, diuiditur autem in duo, aliud enim est separabile, aliud inseparabile, atque dormire quidem accidens separabile est, nigrum autem esse, coruo, æthiopiæ, inseparabiliter accidit, mente tamen cogitatione coruus albus & æthiops non niger, sine subiecti corruptione concipi potest. Desinuntur etiam & hoc pacto, accidens est, quod inesse & non inesse eidem, potest. Et quod neque genus, nec species, nec differentia, nec proprium est, semper autem est in subiecto.

Sum.

Summa Textus.

Res sunt in hoc capite definitio- nes accidentis: prima accidens est, quod adest & abest subiecto sine illius corruptione, vnde accidēs aliud separabile, aliud inseparabile: secunda definitio, accidens est, quod potest inesse, & nō inesse subiecto: ter- tia, accidēs est quod nec est genus, nec species, nec differentia, nec proprium, semper autē est in subiecto inexistens,

Annotationes circa literam.

1 Increpa- tur abu- sus scri- ptorum.

IN tantum quidem 1 scribentium vsus (ne dicam abusus & barba- ries) hac in parte prolapsus est, vt calamo obliquo, & ratione truncata, infœlici tyroni, Phycas, Metaphy- sicæque difficultates contenderit deli- neare, omisis pluribus optimè utili- bus logicæ dubitationibus, quorum quidem intentio nulla: sed finis cer- tus, nam dum in alienam messem fal- cem mittunt, & à certa & recta docē- di methode discedunt, auditores fa- melicos sinunt, à verâque discendi ra- tione seducunt, non ergo in præsentī, aliores quæstiones, id est, alterius fa- cultatis in proprium locum relegan- tes, vt, vtrum aptitudinalis 2 inhæ- ritia & non actualis tantum sit de es- sentia accidentis? cuius partem affir- matiuam, interim amplectimur, si- militer, vnde sumenda sit ratio gene- rica, specifica & indiuidua in acciden- tibus? pronunc dico genus summi à modo vani afficiendi subiectum, vt in prædicamentis patebit, de ratione ve- rō specifica non est certa regula, in quibusdam enim à proprijs princi- pijs, vt de proprio dictum est, in alijs verò ab actibus si sint potentia, et si sint actus & habitus ab obiecto, de quo, tertio, de anima, indiuiduatio au- tem extrinsecè à subiecto, intrinsecè

2 Multæ quæst. breuiter soluuntur.

autem à proprio prædicato positio- quod superaddunt scilicet eiciei, vt diximus de indiuiduis substantiæ & explicabi- mus, in Phycas. q. de materia, quæ est tertia, s. l. b. nam sicuti se habet substā- tia ad substantiam, ita accidens ad ac- cidens. præsertim in his quæ sunt es- sentiali & intrinsecè, reliqua verò quæ accidentis in communi sunt in Postprædicamentis apponam.

Secundò considerandum, quod 3 ac- cidens est duplex, aliud quod distin- guitur contra substantiam, diciturq; accidens prædicamentale, quia in no- vem prædicamenta partitur, habet- que inhære subiecto, aliud est acci- dens prædicabile, & est omne illud quod tribuit, denominationem ac- cidentalem extrinsecam adiacetque alteri. V. g. album, &c. in prædicamen- tali reperitur omnia quinque præ- dicabilia, est enim genus vt quantitas relatio, &c. sunt species, vt albedo, ni- gredo, paternitas, filiatio: sunt diffe- rentia, vt segregatum visus respec- tu albedinis, &c. sunt propria passio- nes, vt risibile, &c. Sunt denique præ- dicationes quinti prædicabilis, vt al- bum respectu dulcis, hæc enim prædi- catio accidentalis est, album est dul- ce, & similes: de hoc ergo venit in præ- sentiarum peculiaris consideratio per quæstiones, vt soleo.

3 Accidēs duplex.

QVÆ. VNICA. De essentia & quidditate ac- cidentis, quinti & vltimi prædicabilis?

DVO sunt præcipuè hac in parte 4 discutienda, primū qui- dem textus ipse Porphyrij, secundum verò, ratio ipsa istud quantum prædicabile inesse talis constituens: vnde facile erit colligere quæ sint prædicationes, hic spe- ciantes

4 Disponi- tur. q.

Quæstio. de accidē. Ar. 1. De bonitate. 1. definitio. 80

stantes, quæ verò non. De his ergo in- quiruntur quinque: primò, qualis sit prima definitio accidentis: secundò, qualis sit secunda definitio: tertio, qua- lis sit tertius definitio: quartò si acci- dens constituat in ratione quinti prædicabilis, per prædicari de suis in- fertioribus, vel de subiecto: quinto, da- to quod constituat per prædicari de subiecto, an tale sine indiuidua, vel spe- cies: sexto & vltimo, an differentia di- uisua prædicetur de genere, vt pro- prium, vel vt accidens: vbi obiter ali- g plures difficultates soluantur.

ARTICVL. I.

Vtrum Accidens in prima defi- nitione, primè vel secundè intentionaliter definiatur.

5 Ratio du- bitandi.

D Efnitio est, accidēs est, quod potest adesse & abesse subie- cto sine illius corruptione: 5 videatur quod non sit bona nec primè nec secundè intentionali- ter, quia quemodocunque sumatur, datur per oppositū, quæ eidem rei cō- uenire non possunt, talia autem sunt, adesse & abesse: ergo definitio est nulla.

6 Defini- tio acci- dētis du- pliciter explicatur.

Aduertendum, quod hæc definitio accidens est 6 quod potest adesse & abesse subiecto sine eius corruptione: potest dupliciter intelligi: vno modo, secundum rem seu primè intentionali- ter, tuncque facit hanc sensum acci- dens, quod potest inhære & non in- hære sine subiecti corruptione, hoc est, sine eo quod subiectum dimina- tur, vel corrumpatur. V. g. dormire ita accidit homini, vt possit in eo inhæ- re vel nō inhære sine eo quod subiectū homo scilicet corrumpatur. Secundo modo potest intelligi secundè intē- tionaliter, sic, accidens est, quod potest adesse & abesse, &c. id est, quod potest

affirmari & negari de subiecto, id est, de essentia sine subiecti corruptione, id est, sine eo quod detur aliquo. re- pugnant essentia, vt dormire: non ta- men sic intelligendum vt simul & se- mel, adit & abit, affirmetur & negetur, sed successiue: sicque accidens se- cundè intentionaliter definitur, quod scilicet prædicatur accidentaliter, in- conuertibiliter & transmutabiliter, in hoc quod est prædicari accidentaliter conuenit cum proprio: differt au- tem, in hoc quod est prædicari trans- mutabiliter, inconuertibiliter.

Iam dico 7 in hac definitione, acci- dens est, quod adest & abest, sine subie- cti corruptione, definitur accidēs: se- cundè intentionaliter: patet, primò, ex expositione aliarū definitionū, qua- tuor prædicabilium, quæ ex dictis sic definitur: ergo & hoc quintū sic de- finitur, præsertim cum sit species vni- uersalis. Secundò patet, quia si hæc de- finitio primè intentionaliter daretur, definitio repugnaret diuisioni, quia accidens inseparabile, non adest & abest secundum rem à subiecto: & ita dixit Porphy. quauis coruus albus, Acthiops candore affectus à parte rei non sit, tamen mentis cogitatione, coruus albus, Acthiops candore affe- ctus, intelligi potest Tertio, quia aliàs hæc definitio non conueniret omni- definitio, cum accidens inseparabile non possit adesse & abesse subiecto sine eo quod subiectum corrumpatur à parte rei: adde quod sequeretur etiā quod omnes prædicationes, in quibus secundè intentiones de primis prædi- catur. V. g. animal est genus, homo est species, &c. conlequeas tamen falsum est, intelligitur ergo secundè intē- tionaliter definitio.

Ad rationem 8 dubitandi respon- det Soto, non esse inconueniens defini- tionem descriptiuam continere op- posita, sed quidem in omni descripti- uone etiam vitium hoc ab omnibus

7 Concl. Proba- tur tri- pliciter.

8 Respon- det ad obiecta.

existimatur. Dicendum ergo quod non continet opposita, nam adesse & abesse, ut hic sumuntur, scilicet luc- cessiue & pro diuersis temporibus, nō opponuntur aliqua pugnantia.

Sed occurres 2 ita ex dictis, su- pra, patet quod in prædicabilibus non agitur de prædicatione negativa, hic autem dicimus de accidenti quod potest affirmari & negari: descriptio ergo nulla est. Respondeo nos nō age- re hic de propositione negativa, ac si ipsa constituat, quantum prædicabi- le, sed utimur propositione negativa ad explicandam habitudinē acciden- tis, quia dicimus de illo quod affirma- tur & negatur, id est, quod id quod modo dicitur de subiecto, postea non erit in subiecto: vel etiam facile quis dicit, ut q. 4. vniuersali, & tertia dice- bamus, negativam reduci ad affirma- tiuam, quæ proprie propositio dici debet, & est.

tia, vel contra dictio, quia ut dictum est, adesse & abesse hic sumuntur pro diuersis temporibus, & ita idem va- let quod adest & abest, & quod adest, vel abest. Dubium ergo est de illa, si omni accidenti conveniat 3 Aibar. sequens Comment. dicit non conue- nire accidenti inseparabili: primo quia tale accidens inseparabile non potest adesse & abesse subiecto, sine il- lius destructione.

Secundo, nā morbus lethalis, mors & combustio domus, quæ sunt accide- tia, non sunt sine subiecti corrup- tione.

Tertio, Aristor. 1. post. dicit quod omne accidens non est necessarium: ergo omne accidens est separabile.

Communis sententia, & videtur 4 etiam esse Porphy. asserit quod licet accidens sit in re inseparabile, nullum tamen est per intellectum insepara- bile, sitq. e firmum argumentū, quia potest homo intelligi sine risibilitate: ergo risibilitas sine homine.

Sed contra hoc est, quia 4 tale acci- dens vel separatur per intellectū ab- stractione præcisiua aut negativa, non primum, quia etiam sic propriū esset separabile, non secundum, quia sic intellectus faceret propositiones falsas. coruus non est niger, cygnus non est albus, nam propositio dicitur vera vel falsa, ab eo quod rest est vel non est, sed à parte rei, coruus est ni- ger, & cygnus est albus: ergo falsitas intellectus.

Propter hoc argumentum dico, accidens inseparabile posse etiam ab- stractione negativa separari, illæ au- tem propositiones bene intellectu nō sunt falsæ sic, coruus non est niger, id est, essentia corui non repugnat albe- do, nec essentia cygni repugnat nig- redo.

Sed occurres, 5 quia sicut intelle- ctus facit istas propositiones, coruus non est niger, &c. potest etiam istas fa- cere

Opinio Aibe. de q. posita proba- tur tri- pliciter.

Com- munis sentē- tia.

Replica- tur.

Respon.

Replica- tur. 2.

9
Replica- tur.

1
Explica- tur titu- lus. q.

2
Arist. si- cut Por- phy. defi- nit acci- dens.

ARTICVL II.

Qualis sit Definitio, secunda, accidentis?

Definitio est, accidens est quod ei- dem rei, in esse & non in esse contingit, quæ quidem eadem est quantum 1 ad sensum, cum prima quauis secundum vocem differant, idem enim est dicere, quod adest & abest præter subiecti corruptionem, & quod eidem rei in esse & non in esse contingit: quam desumpsit Porph. ex Aristor. 1. Topic. c. 4. præterquam quod Aristor. dicit, accidens est, quod eidem rei in esse & non in esse cōtin- git 2 copulatio: Porphy. verò quod eidem rei in esse vel non in esse con- tingit, & in prima definitione sic pro- fert, accidens est quod adest & abest copulatiue, nulla tamen est pugnan-

cere, homo non est risibilis, homo nō est disciplinabilis, nam essentia ho- minis non repugnat quod non sit risi- bilis.

Respon. Respondeo negando sequelam, quia non est eadem ratio, in accidentibus enim separabilibus taliter potest sepa- rari accidens per intellectum à subie- cto, ut subiectam cognosci possit cū opposito & contrario accidentis, at in accidentibus proprijs taliter acci- dens separatur à subiecto, ut non pos- sit cognosci cum contrario acciden- tis: homo enim non potest cognosci cum propria passione equi, nec equus cum hominis passione.

Sed occurres adhuc secundo, quia istæ prædicationes 6 corpus est, quā- tum corpus est coloratum, sunt quin- ti prædicabiles, tamen subiectū non potest cognosci cum contrarijs non enim cognoscitur corpus spiritū, &c. Respondetur quod 7 contra ita subie- cta ad hunc cognosci cum opposito, nec sequitur quod ex ipi ista tales: nam spiritus est simplex quantitas, secus vero corpus substantia. Et hæc est ratio solutio huius diffi- cultatis.

Nam facit est Aegidij, qui dicit etiam hoc potest fieri hæc propositio- ne, intelligendo complexum hoc, cor- uus albus non destruitur essentia sub- iecti, manet enim integer coruus, be- ne tamen intelligendo complexum hoc, homo est risibilis, destruitur es- sentia subiecti, quia est forma oppo- sita risibilitati: ubi etiam dicitur per separationem proprie passionis des- trui integritatem debitam essentia, non tamen integritatem essentialem, at separando accidens commune neu- trum destruitur, sed hæc concidit cum prima solutione, quæ est Caiet: & per hoc patet ad primum.

Ad secundum dicendum 8 quod mortuum dupliciter potest sumi: primo modo in fieri, acque ad aliud

est quam quædam febris & distempe- ries, seu ægrotudo, quæ etiam potest adesse & abesse quandiu durat subie- ctum, sicuti etiam combustio durat quandiu durat subiectum. Secun- do modo potest sumi mortuum in facto esse, & sic adhuc dupliciter, pri- mo modo, nominaliter quado est no- men, mortuus, mortua, mortuum: secundo, participialiter, pro parti- cipio, moritur, moreris: nominaliter ergo prædicatione est disparata, quia sic mortuum significat, quod caret vita, homo autem animal est, animal autem viuens, qui ergo dicit homi- nem, viuens dicit, viuens autem & mortuum, pugnantia sunt, & dispa- rata, sicque nullius prædicabilis: si- autem mortuum sumatur participa- liter, Caiet. dicit quod illa propo- sitio, homo est mortuus, vera est, quia participium ampliat ad id quod est, vel fuit, nam ad veritatem proposi- tionis diuinctiua sufficit vna pars ve- ra, talisq. est ista homo qui est vel fuit, mortuus est, quoad secundam partē, quia præterito homini, conuenit esse mortuum per se.

Quauis autē Caiet. quantum ad pri- mam, scilicet 9 quod hæc propositio homo est mortuus, participialiter est vera, falsum tamen dicit in hoc quod homini præterito conuenit per se mortuum: primo, quia sequeretur quod omnes homines præteriti es- sent mortui: consequens tamen est falsum, quia omnes qui modo su- mus, sumus tempore præterito, ta- men non sumus mortui.

Secundo, quia idem sentit de hac propositione, homo est mortuus, & domus est combusta, sumpta partici- pialiter, sed nullo modo conuenit domui præterite, quod sit combusta per se, quia poterat alio modo des- trui, ergo similiter mortuum homini non conuenit per se.

Dicenda ergo aliter 10 scilicet lu. auth. L quod

Nota- solutio.

Impug- natur Cai- et. solu- tio dupli- citet.

10
Vera so-

quod mortuum potest sumi dupliciter, aut respectu materiae, aut respectu formæ, respectu materiae, accidens quidem est, sicut enim sedere & stare homini accidit, ita quod idem homo qui modo sedet, & postea fiet, & qui modo loquitur, postea tacet, sic eadem materia poterit esse mortua sub diuersa forma, eritque sic accidens illius: sed dices, ergo mortuum esse cum sit accidens materiae denominabit illam: consequens tamen est falsum. Respondeo quod accidentia alia sunt quæ non denominant illud, cuius accidentia sunt, sed suum terminum, vt generatio accidens est materiae, non tamen denominat materiam, sed subiectum habens materiam, sic etiam quæuis mortuum accideus sit materiae, illam non denominat, sed subiectum & totum. Iam ergo dicendum existimo, quod hæc prædicatio, homo est mortuus, vera est, ratione participij, non tamen est alicuius prædicabilis, quia dicitur prædicatio, sicut etiam, homo est cæcus, nam prædicabilia in prædicamentis ponuntur, sicque positiua sunt.

ii
Replic.
Respōd.

Ad 3. ar
gum. re
sponden
dum.
Themist.
& Loba
ni. Niph.
pho. &
S. Tho.

Ad tertium, licet ex dictis pateat, quia tamen Aristor. dicit non necessario accidens conuenire subiecto, ideo aliter etiam dico cum Themistio, primo Postter. cap. 14. & Lobanien. cap. 6. quod licet non possit accidens separari ab hoc subiecto, posse tamen ab alio separari, vt licet albedo non sit separabilis à cygno, est tamen separabilis à papyro, in quo differt à propria passione, quæ ab omni subiecto separabilis est, quod colligit etiam Niph. 1. Topic. ex sancto Thoma de spiritualibus creaturis, articulo. 11. ad septimum, vbi dicit, quod licet nigredo corui, non pendeat per se ex principijs specificis, fuit tamen ab illis, aliter Lemos. 2. de erratis. c. 20. soluit addendo aliam particulam defini-

tionem accidentis, scilicet accidens est, quod adest & abest subiecto sine illius læsione & reciprocatu: germana tamen solutio est data, cum propria passio conueniat per se omni subiecto, non autem alia accidentia, vnde fit, quod sine aliqua iniuria se separabilia sunt ab omni subiecto, & sic limitanda est, prima & secunda solutio data.

ARTICVL. III.

Qualis sit tertia definitio accidentis?

Definitio est, accidens est, quod nec est genus, nec species, nec proprium, nec differentia, semper autem subiecto inest, quam Porphy. delumpfit ex Aristor. 1. Topic. cap. 9. definiens accidens sic, accidens est quod nec est genus, nec definitio, nec proprium, semper autem subiecto inest: ubi considerandum quod non definitur accideas per veram negationem, sicut enim hoc definiret, & non adderet semper autem in subiecto inest, definitio accidentis competeret alijs à definito, quia prædicabilia indirecta & inseparabilia, nec sunt genus, nec species, nec differentia, nec proprium, non tamen sunt accidentia, quia non semper insunt.

i
Explicatur sententia. q.

Secundo considerandum quod duo sunt genera entium, quæ definiuntur per negationem, aut quia sunt imperfecta multum, aut quia sunt e contra infinite perfectionis: secundo modo explicamus quod de Deo cognoscimus, quod scilicet nec sit substantia, nec quantitas, &c. sed quid alijs his & perfectius, at primo modo materiam primam, primum scilicet subiectum omnium

2
Duo genera entium definiuntur per negationem.

3
Alia solutio & responsio.

4
Dubium est de definitione huiusmodi accidentis, scilicet quod nec est genus, nec species, &c. quod sit illud, prima scilicet vel secunda intentio? & videtur quod sit prima intentio, aliter, semper autem inest, sumeretur secundum intentionem aliter, sicque hæc definitio pugnaret cum alijs, in quibus dicitur, adesse & abesse, inesse & non inesse, hæc autem dicitur semper subiecto inest, ergo.

5
Conclusio & responsio auctoritativa.

omnium etiam definimus, quia nec est substantia, nec quantitas, &c. Sed quid imperfectius his, & in hoc consideratione, Porphy. accidens circumscribit, vel secundo dices, quod bene per negationem definiatur aliquid quando ea quæ negantur, sunt iam explicata, aliter per ignota procederetur, essetque vitiosus talis modus describendi, sicque bene de accidenti dicitur quod nec est genus, differentia, &c.

Dubium tamen est de definitione huiusmodi accidentis, scilicet quod nec est genus, nec species, &c. quod sit illud, prima scilicet vel secunda intentio? & videtur quod sit prima intentio, aliter, semper autem inest, sumeretur secundum intentionem aliter, sicque hæc definitio pugnaret cum alijs, in quibus dicitur, adesse & abesse, inesse & non inesse, hæc autem dicitur semper subiecto inest, ergo.

Propter hoc Argumentum quidam existimant definitum esse primam intentionem. Dico tamen secundam intentionem 5 defini: nam vt constat descriptio hæc, datur per terminos secundæ intentionis, tales enim sunt, genus, species, &c. Secundo, quia cum dicitur quod definitur accidens, prime intentionaliter, aut intelligitur accidens prædicamentale, aut prædicabile, non primum, quia falso de illo diceretur quod nec sit genus nec species, &c. cum ex dictis, & infra ab omnibus concedendis, in prædicamentis, omnia quinque prædicabilia collocantur, vel directè, vel reductiue, non secundum, quia de illo falsum est dicere, quod subiecto semper inest, cum ad sit & absit: ergo quomodocumque sumper sit accidens prime intentionaliter, non erit definitum huius definitionis.

Ad argumentum 6 fateor, quod hoc quod est semper subiecto inesse sumitur secunde intentionaliter:

non tamen inde inferitur, quod definitio hæc pugnet cum alijs, nam sic debet intelligi, accidens est, quod nec est genus, &c. temper autem inest, id est, semper denominat subiectum, sicut adiectiua adiectiue tenentia denominant subiectum, quia sunt adiacentia alteri: sic etiam accidens denominat subiectum. Sed 7 dices iam, ergo definitio hæc competit primæ intentioni, quia etiam prima intentio accidentis denominat subiectum. Respondeo verum esse hanc definitionem competere naturæ, accidentaliter tamen & vt quod, secundæ intentioni vero vt quo & essentialiter: illud autem definitum communiter & bene dicimus esse, cui essentialiter definitio conuenit.

7
Replicata.

Respon.

ARTICVL. IIII.

Vtrum Accidens in ratione quinti prædicabilis constituitur per prædicari de suis inferioribus, vel potius de subiecto?

Accidens commune similiter sicuti & proprium & habet prædicari de suis inferioribus, v. g. vt, hoc album est album, & habet etiam de subiecto prædicari, V. g. homo est albus: sed quidè differentia multa est, de illis enim prædicatur essentialiter & immediatè, de isto verò, denominatiue & mediati: difficultas ergo est, si in ratione quinti prædicabilis constituitur accidens per prædicari de inferioribus, vel potius de subiecto.

ii
Explicatur tit.

Et quidem videtur primo, quod per prædicari de inferioribus, & non de subiecto, quia hæc, homo est albus, denominatiua est, ergo non vniueca, denominatiua est, ergo non vniueca, conf-

2
Proprietate contr. Arg. 1.

L. 2. conf-

consequenter tenet, quia Aristot. 1. cap. antepredicamentorum: alio modo definit denominatiua, alio vniuoca: ista enim sunt q. q. significant plura, eadem proflus ratione: illa vero quae sumunt denominationem ab alio, a quo solo eabu differunt, tunc sic, ergo non constituitur in ratione quinti praedicabilis per hoc quod praedicetur de subiecto, nam vniuocale debet esse vnum in multis, id est, vniuocum, & consequenter si non praedicatur vniuocè respectu subiecti, non erit vniuersale respectu illius:

Confir. Confirmatur, ex Aristotele. capit. de substantia docente, quod ea quae praedicantur vniuocè debent conuenire nomine & ratione, id est, secundum omnes expositores ibidem, quod idem nomen sit praedicati & subiecti, & eadem definitio: inquit enim quod haec praedicatio, Petrus est homo, est vniuoca, quia praedicatum conuenit subiecto nomine, quia Petrus vocatur homo, & ratione, quia habet eandem definitionem: constat autem, quod substantia non habet eandem definitionem cum accidentibus: ergo accidentia non praedicantur vniuocè de subiecto: consequentia est euident, & minor potest, quia in hac, Petrus est albus, subiectum non habet eandem definitionem cum albo: homini enim non conuenit esse disgregatiuum visus, quae est definitio albi.

Opinio de hac re. In hac re quidam autumant quod in accidenti duo possunt considerari: primum vniuersale est, secundum quod est tale vniuersale: quo ad primum facile dicunt, quod accidens requirit ad eius constitutionem, quod de inferioribus praedicetur: ad hoc quod sit tale vniuersale requiritur quod praedicetur de subiecto.

Relicta. Ista tamen multum falluntur, pri-

mo, quia in quacunque natura specifica, ratio generica & ratio specifica non sunt repugnantes: sed vna est contrahibilis, alia vero contrahens, ut supra explicatum est: si enim repugnant, non facerent compositionem, sed istae duae relationes, ad inferiora & ad subiectum, sunt repugnantes, cum neutra sit alterius contrahens, contrahibilis: non ergo constituunt accidens in ratione praedicabilis.

Secundo, quia ad hoc ut aliquid sit vniuersale in talique esse constituitur, necesse est quod sit vnum in multis & de multis, non tantum per hoc quod praedicetur de multis, ergo accidens non constituitur in essentia vniuersalis per hoc quod de suis inferioribus praedicatur, sed per hoc quod sit vnum in multis, unde oritur vnde multis dicitur, non ergo solum accidens constituitur in ratione vniuersalis quinti praedicabilis, per praedicari solum de suis inferioribus: istae quidem rationes habent in se, ut deest utrgere, sed ratio huius a priori ista statim apponetur.

Pro veritate considerandum est quod sicut diximus in alijs definitionibus praedicabilium, quod illae definitiones essentialiter, & ut quo conueniebant secunda intentioni de nominatiue inferiorum, ut quod, verò, naturae denominatis: sic etiam & ista definitio accidentis, scilicet, accidens est quod accidentaliter, transmutabiliter, & inconuertibiliter praedicatur, essentialiter, & ut quò, secunda intentioni conuenit, naturae vero denominate denominatiue accidentaliter, & ut quod copetit praedicari.

Iam dico primo, praedicatio quae praedicatur accidens de suis inferioribus est praedicatio generis, vel speciei, generis quidem si inferiora specie distinguantur, specie autem si inferiora

Secundo,

Explicatur definitio. 3. accidentis. 1. s.

1. conch.

riera solo numero distinguantur. Conclusio haec solum indiget explanatione. Haec enim praedicatio, album est, coloratum generis est, quia coloratum de suis inferioribus specie distinctis praedicatur in quid, ut pro de albo, nigro, &c. ad interrogationem enim factam per quid est album, bene per coloratum respondemus.

7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

inferiora & subiectum, solumque probat accidens essentialiter de inferioribus praedicari, quia prius abstrahit inferiora: denominatiue tamen praedicatur de subiecto, quia etiam abstrahit subiectum.

Ad argumentum autem in principio respondet, quod vniuocum potest sumi dupliciter, vno modo strictè pro eo quod praedicatur essentialiter in principio, sicque Aristot. de substantia, quod vniuoca praedicantur nomine & ratione, & in antepredicamentis: sic etiam definit vniuoca, quorum nomen est commune: ratio vero substantiae eadem: secundo modo, sumitur vniuocum, pro eo quod distinguitur contra equiuocum, siue sit denominatum siue non, & sic accidens vniuocè dicitur de subiecto, quauis denominatiue: qua ratione etiam est intelligenda definitio vniuersalis, vnum scilicet in multis, per quod patet etiam ad confirmationem.

Solutur argum. in principio.

ARTICVL. V.

Verum accidens in ratione quinti praedicabilis constituitur, per praedicari de multis speciebus, vel indiuiduis tantum?

Supposito iam quod de subiecto debet praedicari inquiri, an de subiecto, ut indiuiduo vel specifico debeat praedicari in ratione, quinti praedicabilis.

Explicatur tit.

Videtur quod hoc habeat rationem praedicationis de indiuiduis: primo, quia haec est differentia inter accidens proprium, & accidens commune ex supradictis, quod proprium, prima 10 conuenit speciei, secundo vero indiuiduis, idem enim Petrus est risibilis, quia homo est risibilis, accidens

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

I Pars negatiua luadet. Primo. accidens autē commune primario cōuenit indiuiduis: ergo per indiuiduorum prædicationem, & non specierū constituntur in ratione quinti prædicabilis: consequentia tenet quia omne prædicabile in ratione talis constituitur per illud quod illi in tali esse conuenit primario.

Secundo. Secundo, accidens proprium vocatur accidens specificum, accidens verò commune dicitur accidens indiuiduale, huius autem nullam aliam assignant auctores, nisi quia conuenit indiuiduis: ergo idem.

Tertio. Tertio, quia sunt multa accidentia quæ non prædicantur de pluribus differentiis specie, vt sunt actus propriarum passionum, vt ridere intelligere, &c.

3 Conclu. respon. ua quæ. Certum tamen est quod accidens quintum prædicabile in ratione talis constituitur per prædicari de pluribus differentiis specie accidentaliter, transmutabiliter, & inconvertibiliter. Patet ex Porphy. quæ de genere. & c. sequenti, de communibus assigant conuenientiam inter accidens & genus, quod sicut ita de differentiis specie, ita illud prædicatur: sed differunt, quod genus prædicatur in quod: accidens verò in quale transmutabiliter, &c. modo explicato.

Secundo, accidens proprium, dicitur specificum, quia habet propriam & adequatam radicem specificam, vt abunde supra dictum est, à qua oritur & cui inest: accidens verò commune, sic dicitur, quia non habet propriam speciem cui inhareat, sed pluribus inest: ergo tale accidens de pluribus speciebus debet prædicari. Aliter enim nulla esset differentia, nec discrimen inter ista accidentia commune scilicet & proprium.

4 Respon. ad obie. Ad primum fateor quod accidens commune primario, ratione indiuiduorum, id est ratione materiae, speciei cōuenire, non tamen inde inferitur, quod

ex hoc habeat rationem quinti prædicabilis ab alijs conditum, quia non conuenit solis indiuiduis vnius speciei, sed pluribus differentiis specierum, & hoc est conuenire ratione materiae.

Ad secundū, accidens quinti prædicabilis dicitur indiuiduale, quia trahit perfectionem indiuiduorum, accidens verò proprium confert perfectionem speciei: perfectio enim hominis est, quod sit risibilis disciplinabilis, &c. perfectio autem indiuiduorum est, quod sit albi, pulchri. Et hæc ratio (pluribus alijs omissis) est à priori, non quia primario vel secundario illis conueniat: nec enim necesse est quod in immediatè accidens commune de speciebus prædicetur, vt genus de speciebus, & species de suis inferioribus prædicatur: quia inter genus & species, & istius indiuidua est ordo per se, cum ponantur in recta linea prædicamentali, at inter accidens & indiuidua est ordo per accidens.

Ad tertium, dico primò, antecedens esse verum, definitionē autē debere intelligi, vt in prius, id est, quod aliqua accidentia sunt, quæ de pluribus differentiis numero prædicantur quæ per pauca sunt.

Secundo dici potest, quod etiam illa accidentia de differentiis specie dicuntur, vt album ridet, nigrum ridet, &c. bene enim vnum accidens de alio prædicari potest, & ita accidens, quod est effectus propriæ passionis, à diuisiue secundus illius, de differentiis specie dicuntur.

Dices tamen contra, quia sic etiam accidens proprium de differentiis specie prædicatur. V. g. Album est risibile, nigrum est risibile. Respondeo verum id esse, sed tunc talis prædicatione non est quarti sed quinti prædicabilis, cum illis subiectis accidat prædicatum illud, accidentia.

Ad 2.

Ratio prior.

Ad 3. dicitur puer respon. det.

6 Replia. tur.

dentaliter, transmutabiliter, & conuertibiliter: & hæc secunda solutio mihi magis placet.

ARTICVL. VI. & vltimus.

Virum hæc prædicatione Annulus est aureus, sit quinti prædicabilis? Vbi obiter alia dubitationes soluntur.

Opin. Totet. hic.

Tandem in hæc materia quædam dubia sunt facilius solvenda, quorum primum se offert, quod in titulo continetur. Neotericis dicitur nullius esse prædicabilis, quia cum accidens illud necessariò sit, quod nec est substantia, nec sit ab ea, scilicet a æquarè, sit quod hoc prædicatum aureum, non sit accidentis.

Opinio Caiet.

Caietan. verò ex diuo Thoma de spiritualibus creaturis, articulo vltimo affirmat, quia accidens quinti prædicabilis, idem est quod accidentale prædicatum, non per se, si cuius autem substantiæ accidit, quod alba sit, nigræ, ita anulo accidit argenteum esse, vel aureum.

3 Conclu. respon. sua.

Breviter dico quod prædicatum cuiusvis prædicabilis debeat esse ens completum, nec prædicare partem, nec indirectè dici de subiecto, cum prædicat, annulus est aureus, vel particula, & sic hæc est indirecta, quia prædicatur subiectum de accidenti, sicuti & hæc, album est homo, vel particula, annulus, dicitur completum ex materia & forma, & tunc annulus est aureus, prædicat partem physicam, si-

cuti & hæc homo est materialis, de qua, secundo Physicorum, & magis in primo. q. 2. dico latè & vtroque modo hæc prædicatione, nullius est prædicabilis, & fauet Aristotelis qui vult omne accidens posse separari ab aliquo saltem subiecto, vt ex Nipho, & Themistio supra dicebam: istè autem prædicatione, annulus est deauratus, annulus est deargentatus, sunt quinti prædicabilis, cum illa accidentia sint separabilia, non solum ab aliquo subiecto, sed etiam ab omni, per quod patet ad rationem Caiet.

4 Dubi. articuli,

5 Caiet. & Sot. opin.

Secundo dubitari posset an differentia diuisiua prædicetur de genere, vt proprium, vel vt accidens? quidam tribuunt Aristoteli prædicari vt proprium, sed loca non reperiantur. Caietan. 5 & M. Soto in Posterioribus, asserunt, hanc esse per se, animal est rationale vel irrationale: sed tamen Soto loquitur mediatè, quia scilicet rationale intrinsecum est, eiciei, de qua per se prædicatur animal, & sic etià nos loquimur sumus. 3 p. Summularum. c. de materia propositionum, dicendo, hæc animal est rationale, esse in materia naturali.

9 Concluf.

Sed quidem iam breuiter dico differentiam diuisiuam sic prædicari de genere, vt forma de materia, & vt actus de potentia dicuntur, in hoc autem conueniunt cum proprio, quod dicitur vt de subiecto, sicuti & proprium, hæc autem, animal est rationale, prædicat o est accidentis quinti prædicabilis.

3 dubi. articuli,

Tertio dubitatur an hæc prædicatione, homo est existens, sit quinti prædicabilis? & quidem non est dubium de existentia, prout communis est entis reali & rationis, substantiæ & accidenti, sic enim analogica est: sed dubium est de existentia, vt tantum conuenit substantiæ?

Solut. Breuiter omiffis recentiorum soluti-
Auth. onibus dico 8 idem quod supra dixi
ex Ca- de persona, cum enim non dicatur
proco. naturam completam, quod ad rationem
 prædicabilis necessario ex dictis exigitur,
 sed tantum modum nature: nec etiam sit pars
 Metaphysica substantiæ, cum supponatur
 eam completam, nec accidens, ut euidenter
 demonstrat Capreol. in 3. d. in. 1. q. 3. sequitur
 quod nullius sit prædicabilis, sed tantum
 sit actus substantialis vltimate acti-
 uans substantiam, ut modus illius, de quo
 Iamblichus dicit. 2. Phys. agens de materia & forma. q. 3 & 4
 per varios articulos.

Quid tandem in elligit Porphy per
 particulum, grammaticum dico habentem
 ipsam autem, sed dices posse reduci ad
 proprium quarto modo, sicut & nos actus
 potentiarum ad illud reduimus. **10** Respon-
 detur tamen esse discrimen, quia actus
 potentiarum licet non semper à radice
 tamen adæquata necessario oriuntur,
 licet mediante, at grammaticum esse
 non habet talem radicem adæquatam,
 etque multum acciden- tale, quare
 cum alijs duabus acceptiōibus
 proprijs, quam i est prædicabilis.

4. dubit. artic.
10 Solut. au- thior.

CAPVT. VI.

Quæ communia, quæ sua unicuique vocū quinque sint.

Text. 1. **D**efinitis autem vniuersis
 quæ erant proposita, ge-
 nere, inquam, specie, dif-
 ferentia, proprio, & accidente, di-
 cendum est, quæ nam communia,
 & quæ propria unicuique sint. cō-

me 1 hoc itaque omnibus inest.
 de pluribus prædicari: se 1 genus
 quidem de omni specie sua, & de
 indiuiduis, quæ sunt sub vnaqua-
 que specie prædicantur: & differen-
 tia simili modo. species autem de
 indiuiduis, quæ collocantur sub
 ipso. Proprium vero de specie, &
 indiuiduis speciei, & accidens de
 speciebus, & indiuiduis prædica-
 tur. Animal enim de equis, homi-
 nibus, & bobus, quæ quidem sunt
 species, prædicatur: & item de hoc
 equo, & de hoc bobo, atque de hoc
 homine, quæ indiuidua constatur ef-
 se. Irrationale autem de bobo, de
 equo, & de singulis similiter præ-
 dicatur. Homo vero, qui quidem
 est species, de singulis solum homi-
 nibus dicitur. Et proprium de spe-
 cie, cuius est proprium, & de indi-
 uiduis, quæ collocantur sub i sa-
 risibile enim de homine, & de sin-
 gulis hominibus prædicatur. Na-
 gnum autem de coruo un specie,
 & de singulis dicitur coruis atque
 de Aethiōibus simili modo: quod
 quidem inseparabile accidens est;
 ut patet. Moueri quoque, quod ac-
 cidens est separabile, de e uo at-
 que homine, & de eorum indiui-
 duis, dici solet: verum primo qui-
 dem de indiuiduis, ratione vero se-
 cunda de speciebus etiam quæ in-
 diuidua continentur prædicantur.

Text. 2. Commune 3 est generi
 ac differentiae, species continere.
 Continet & differentia species, etsi
 non omnes eas quas genus continet.

1 Conuenientia prima omniū qui quæ prædicabiliū. 1.
2 Cōuentia triplex gener. & differ. 3.
R.

Rationale namque, et si non exper-
 tiarationis, ut animal: Venim ta-
 men, ac hominem, quæ sunt species
 continet. Præterea ut quæ de gene-
 re, ut genus est prædicantur: & de
 speciebus, quæ sub ipso sunt prædi-
 cantur: sicque etiam de differentia,
 ut differentia est, dicuntur, eadem
 de specie, quæ ex ipsa constat. simi-
 liter prædicantur. De animali nã-
 que, quod quidem genus est, & sub-
 stantia, & animatum, & sensitiuum:
 ut de genere cum dicantur, eadem
 & de vniuersis, quæ sub animali
 usque ad indiuidua sunt, prædici-
 tur. De rationali quoque, quod qui-
 dem est differentia: hoc ratione in-
 quam vniuersam idem cum prædica-
 tur, idem non solum de rationali,
 sed etiam de speciebus rationalis
 atque indiuiduis prædicabitur.
 Commune etiam insuper illud et-
 iam esse patet: ut si genus utatur
 vel differentia: vniuersa continuo,
 quæ posita sunt sub ipso, locatur.
 Etenim ut si non sit animal, homo
 non est: neque etiam equus: sic si
 non sit rationale, nullum animal
 profusus erit, quod sit particeps ra-
 tionis. Proprium vero genus est de
 pluribus quam differentia speciei,
 proprium, atque accidens prædica-
 ri. Nam animal quidem de homi-
 ne dicitur, equo autem, atque se-
 reni. Quæ trapes autem eam de hisce tan-
 tum modo dicitur, quæ quatuor pe-
 des habent: homo vero de indiui-
 duis solum humanis: & hinnibile
 de solo equo, ac singulis equis: &

3 Diff-
 rât
 genus &
 diffe-
 rentia in
 sex.

accidens de paucioribus simili mo-
 do. Atque sumenda sunt hæc dif-
 ferentia quibus diuiditur genus,
 non hæc, ex quibus generis substan-
 tia constat. Præterea genus quidem
 potentia differentiam continet.
 Animal enim partim particeps,
 partim expers est rationis. At dif-
 ferentia non continet genera. Præ-
 terea genus prius est hisce differē-
 tijs, quibus dicitur soler: idcirco se-
 cum ipsa tollit: sed ab ipsis non
 tollitur, nam si animal tollatur, ra-
 tionale simul, irrationaleve conti-
 nuo tollitur. Differentia vero ge-
 nus non tollunt. Nam si vniuersa
 quoque tollatur substantia anima-
 ta, sensitiua, mente, cognitio que
 concipitur: quæ quidem animal est,
 ut patet. Præterea genus quidem
 hoc ipso quid est: differentia vero
 hoc ipso quale quid est (ut dictū
 est) prædicatur. Præterea, genus
 quidem est in vnaquaque specie,
 ut est in homine animal. Differen-
 tia vero plures, ut rationale, mor-
 tale, mentis, atque scientia suce-
 ptiuum, quibus ab expertibus ra-
 tionis animalibus differt. Genus
 præterea similis materia est: Dif-
 ferentia formæ: sunt & alia com-
 munia, propriaque generis, & dif-
 ferentia: hæc autem quæ sunt e-
 numerata sufficiunt

Textus tertius. Genus & spe-
 cies hoc habent commune de pluri-
 bus inquam uti diximus prædica-
 ri. Species autem, ut species solum
 non ut genus quoque sumatur. Si-

Tex. 3.
4 Conue-
 niunt in
 tribus
 genus &
 species.
3.

quidem si sit idem species atq. genus: commune est etiam ipsis, & his esse priora: de quibus dicitur: Et insuper utrumque totum: quid esse. Differunt autem quod genus quidem species continet, species autem continentur, & non continentur genera. Genus enim ad plura quā species pertinet. Præterea prostrata oportet, ut quæ quidem differētis, specificis informata, species mirum efficiant. Quæ propter & priora genera sunt natura, & secū species tollunt, & ab illis non tolluntur: nam si species quidem sit, erit genus omnino. sin vero sit genus, nō protinus & species est, & genera quidem de quacunque specie sua generice prædicantur: species autem de generibus non dicitur. Præterea. Genera quidem ambitu specierum, quæ sunt sub ipsis speciem quamque. Species autē genera differētis suis superant. Præterea. Nec species summū genus, nec generis infima species unquam fieri potest.

Text. 4.
Genus & propriū conueniunt.

Textus quartus. Generi commune cum proprio est species sequi. Nam si homo est, animal est: & si homo est, risibile est. Commune etiam est prædicatio æqua, æque namque genus de speciebus, & proprium de indiuiduis, quorum est proprium prædicatur. Etenim æque bos & homo est animal & Socrates & Plato risibile, commune insuper est, & vniuoca prædicatio. Et genus enim de speciebus suis & proprium de hisce quorum est

proprium vniuoca prædicatur. Differunt autē, genus enim est prius: proprium posterius, esse animal, deinde diuidi differētis propriis que oportet. Et genus quidem de pluribus speciebus, quarum est genus: proprium autem de una specie tantum, cuius est proprium, prædicatur. præterea, proprii quidem si mutua prædicatio: Generis autem non sit. Neque enim si animal est, homo est, nec si animal est risibile est: si vero homo est risibile est & contra. præterea, proprium quidem omni speciei inest, cuius est proprium & soli, ac semper. Genus autem omni quidem speciei cuius est genus, & semper inest non tantum soli. præterea, si propria tollantur genera non tolluntur: sin vero genera tollantur, species simul continuo tolluntur, quibus peremptis & propria simul pereunt.

Text. 5. Generi autem & accidenti commune est de pluribus (ut dictum est) prædicari: siue accedens sit separabile siue inseparabile. Moveri namque de pluribus, & unum de ceteris, æthiopicis uel, & quibus etiā expertibus anima prædicatur. Pluribus autem genus atq. accidens differre videtur. Genus n. species, ut patet, præcedit. Accedens autem posterius ipsis est, etiā si accidens inseparabile sumatur. Prius n. natura id enim accidens accidens est. & hisce quidem quibus genus communicatur, æque generis communicatio competit. Et si uero quibus accidens

Text 5.
Genus & accedens in vno conueniunt.

Genus & accedens differunt in quatuor.

idens communicatur, non æque communicatio competit, in rationem n. remissionem uel communicatio accidentium suscipit, generum uero nō suscipit. Et accidentia quidem primo in indiuiduis sunt. Genera uero atq. species, in indiuiduis subsistunt priora natura sunt, & genera quidem de hisce quæ sunt sub ipsis, hoc ipso quod est prædicantur, accidentia autem hoc ipso quale qui est aut quomodo sese habet res prædicantur. Quæ n. est æthiops, si interrogatus fueris, niger dixeris, & quomodo sese habet Socrates? ambulat, responderes, ut solet.

Text 6.

Text 6. Genus igitur quoniam pacto, ceteris differret tam diuinus, sit autem ut unumquodque eorum, ceterorum a ceteris quatuor differret, quare cum hæc quinq. quidem sint, unumquodque uero a ceteris quatuor differat, sicut ut viginti omnes ipsorum differentie sint. Quater enim quinque numerum prædictum constituunt. Et nō ita iste, sed cum si ordines numeros, quod secundo quidem loco numeras, una desiciat differentia, propter eam quod est eorum sumptis: Quod tertio uero duabus: & quod quarto tribus: & quod quinq. quatuor: de eadem istorum uniuersa profecto differentia sunt, quatuor, tria, duo, unum. Genus enim quoniam pacto a differentia, specie, proprio, accidente q. differret, ita nō dictum est. Sunt igitur quatuor differentia, differentia uero quo pacto quidem differat a gene-

re iam dictum est, cum dicebatur, quoniam modo genus ab ipsa differret: restat autem ut quoniam modo differt ab specie, proprio, accidente q. dicatur. Atq. tres hinc differentia emergunt, ut patet. Species rursus quo quidem modo a differentia differt, dictum est. Cū quoniam pacto differret ab specie, differentia dicebatur, quo uero modo a genere differunt, dictum est etiam cum quoniam pacto genus differret ab ipsa specie dicebatur. Restat igitur ut quoniam modo differt a proprio, atq. accidente dicatur. Atq. due iam & hæc differentia

hinc oriuntur: propriū igitur restat ut quoniam pacto differt ab accidente dicatur, nam quo pacto ab specie, differentia, genere q. differt, dictum est ante, cum illa differre ab hoc dicebantur. Cum igitur generis, ad cetera quatuor, differentia sumatur, ut diximus, differentia tres, speciei dua, proprii una, quæ est accidentis, decem omnes istorum profecto differentia erunt. Quatuor quatuor, quæ sunt generis ad cetera, ut diximus, nunc desiciat ceteras afferamus oportet.

Text. 7. Commune differentia est unum specie, æque esse communiatam. singuli enim homines æque sunt homines, atq. rationis participes, est etiam & hoc commune semper his adesse quibus communicatur. Semper enim Socrates rationalis est semper q. homo. Propriū differentia quidē est, semper hoc ipso

Text. 7.
10
Differentia & species in duobus conueniunt. 2.
11
Differēt. & spec. in quatuor differunt. 4
ipso

ipso quale quid est predicari, species autem hoc ipso quid est predicari: nam si homo, ut quale quid sumitur, non tamen est simpliciter quale, sed ea ratione qua differentia generi coniuncta ipsum constituerunt. Præterea, differentia quidem in pluribus sæpe speciebus videtur esse, ut quadrupes pluribus animalibus specie diuersis inest. Species autem in diuiduis solis inest, qua sub ipsa sunt collocata. Præterea differentia prior est specie, qua ex ipsa constat: tollit enim rationale hominem, si ipsa tollatur: a homo si tollatur, rationale non tollitur, est enim & Angelus. Præterea, differentia quidem cum alia componitur differentia, rationale namque atque mortale, ad constituendum hominem componentur: species autem cum specie non componitur, ut alia quidem species oritur, quidam enim equus cum quodam asino, a multi generationis concurrunt: equus autem simpliciter cum asino compositus, non fecerit mulum. Differentia & proprium quidem commune habet æque, ut communicent his quibus communicantur. Aequæ enim rationalia sunt: rationalia, & aequæ risibilia risibilia. Et semper ac omni specie adesse: nam si diminutus etiam fuit bipes, ratione tamen aptitudinis semper dicitur bipes, quoniam & risibile, per aptitudinem se semper dicitur tale, non quia

semper videt. Propria autem hanc nam differentia persæpe de speciebus pluribus dicitur: rationale enim de Angelo dicitur & de homine. Proprium autem de vna tantummodo specie, cuius est proprium prædicatur. Et differentia quidem sequitur ea, quorum est differentia, non tamen conuertitur. In proprijs vero fit mutua prædicatio, propterea quod conuertuntur.

Textus octauus. Differentia cum accidente¹³ commune, est de pluribus prædicari, & item semper ac omni adesse, id modo inseparabile sit accidens: nam bipes cum omni semper homine competit, cornu idem & nigrum esse, omnibus similiter competit, differre autem hisce videntur.¹⁴ Differentia namque continet species & non continetur, etenim rationale continet hominem & Angelum. At accidentia tunc continent, ex eo scilicet, quia in pluribus sunt tunc continentur propterea quod subiecti non vnius accidentis sunt sed susceptiua plurium. Et differentia quidem expers est intentionis, atque remissionis: accidentia autem gradus suscipiunt, ac magis alia, vniuersue dicantur, præterea contraria quidem differentia misceri non possunt, ac possunt accidentia vero contraria nonnumquam misceruntur. Et hac quidem communia, propriaque differentia cum ceteris sunt: species autem quo pacto à genere, differentiaque differt quidam dicitur

Tex. 8. Differentia & accidentis conueniunt in duobus.¹³ Differentia & accidentis differentia trious.¹⁴

dicitur est tum, cum quo patet genus & differentia à ceteris differrent, diceretur. Reliquum ut à proprio, accidenteque differat consideremus.

Tex. 9. Species & proprium conueniunt in duobus.¹⁵ Species & proprium differunt in quatuor.¹⁶

Textus nonus. Speciei itaque cum proprio est commune mutua prædicatio, nam si homo est, risibile est: & si risibile est, homo est, æque risibile est aptum, quod videndum est, ut sæpenumero diximus, oportet, æque præterea species ad se, hisce quibus communicantur. Et propria hisce quorum propria esse dicuntur, differre autem hisce videntur.¹⁶ Species enim & aliorum genus esse potest. Proprium vero, aliorum proprium esse non potest. Et species quidem proprium antecedit, propria autem aduenit species. Sit enim homo oportet ut & risibile sit. Præterea, species quidem semper actu subiecto adesse, proprium autem interdum, & potentia inest. Socrates enim actu quidem semper est homo: non autem semper videt quamquam semper ad videndum est aptus. Præterea quorum definitiones sunt diuersæ, ea etiam sunt diuersa, denique speciei quidam definitio est sub genere esse & de pluribus differentibus numero, hoc ipso quid est prædicari, & quæ sunt similia: proprii vero soli & semper atque omni inesse.

sunt reliqua, quibus conueniunt. & accidens conueniunt in vno. I. propterea quod plurimum inter sese accidens, & id cui accidit distant. Propria autem utriusque sunt hæc: speciei quidem de hisce quorum est species, hoc ipso quid est prædicari, accidentis autem hoc ipso quale est, aut quomodo sese habet. Et quæque quidem substantia vnius speciei, plurimum autem accidentium, tam inseparabilem quam separabilem particeps est.

Deinde species quidem ante accidentia mente concipitur, etiã si inseparabilia sunt (si enim subiectum est, oportet ut illi quippiã accidat, accidentia autem posteriora sunt, & aduentitia naturæ, præterea speciei quidem communicatio aequa est: accidentium autem, & si inseparabilia sunt, aequa non est: Aethiops enim magis aut minus niger: Aethiopo esse potest. At enim restat: aut de proprio & accidente dicamus, quo enim modo proprium à genere & à specie, & differentia differt, aut à diuinitis.

Textus undecimus. Commune itaque proprio cum accidente inseparabile est sine ipsis non esse ea in quibus insunt. Ut enim sine risibile non est homo, licet sine nigro Aethiops esse non potest, & quæma tmo dum omni semperque proprium adesse, sit & ipsum inseparabile accidens edest. Differentia autem hisce, proprium enim uni soli speciei inest, ut risibile ho-

Species & accidens differunt in quatuor.¹⁸ Species & accidens differunt in quatuor.¹⁹ Proprium & accidens conueniunt in duobus.²⁰ Proprium & accidens differunt in tribus.²¹

Differentia & proprium conueniunt in duobus.¹²

mini

mini: inseparabile autem accidens seu nigrum non Aethiopi solum, sed coruo etiā & pisci & hebeno, caterisque quam plurimis inest. Quapropter proprium quidem conuertitur cum eo, cuius est proprium, & est ipsi aequale: inseparabile autem accidens non conuertitur, ac proprio quidem communicatione aequa est, accidentium autem suscipit gradus, sunt & alia communia hisce qua dicta sunt, atque propria, verum & hac ad ipsorum distinctionem, communicationemque demonstrandam sufficiunt.

Summa textus.

IN hoc Capite Porphyrius assignat ea in quibus species, cum genere, & differentia cum illis, proprium cum tribus, accidens cum omnibus conuenit, omnia clara sunt in litera, & in margine, notata & signata. Hic restabat inquirendum de numero predicabilium, de quibus abundè dictum est ultimis articulis, & hæc de materia predicabilium dicta sunt satis. Ad laudem Dei omnipotentis, eiusque sanctæ matris Ma-

de Mercede.

SV-

SVPER LIBRVM
PRAEDICAMENTORVM
ARIST. QVAE CATEGORIAE
dicuntur, Commentaria vnâ cum
quaestionibus.

AUCTORE P. F. PETRO DE
Oña Burgesi, in sacra Theologia
Presentato.

PRAEFATIO

De auctore, ordine, modo procedendi, & alijs.



Rerr. Commentator ille merito maximus, proœmio Physicorum, in cuius præfatione octo admonetia quædam sit auctor, inscriptio, finis, & intentio, utilitas, ordo, diuisio, proportioq; ad alias partes: ex quibus quidem quædam missi facio, quia parum conducunt ad propositum intentum, præcipua vero explicabo. De auctore verò quis sit, ideo dubitatur¹ nam tempore ista dubitatio orta est, cuius tres causas adducit hic Ammon. & licet plerique Neoterici Boetio ex Iamblico referri tribuant, Architam² esse huius libri auctorem, & Angelus Thius, & Diog. J. refert negat esse Aristo. Nescio tamen³ aliquem antiquorum id dicere, nec Boetius librum tribuit Architzæ, sed solâ diuisionem entis in decem prædica-

menta. Hic tamen liber ab omnibus tum discipulū
huc refert, quod etiam liquet ex stylo, & grauitate orationis, & sententiarum: & Simplicius eruditè varios referre modos antiquorum commentandi hunc librum, qui præstat alteri quem ex Boetio de eadem re fecit Aristoteles, Ammonius tamè⁴ qui duos ait repositos esse in bibliotheca Ptholomæi, illum alterū ait non esse Aristoteli. De stylo & diuisione librorum Aristoteli ad multum hic, nos tamen alibi, in hoc tamen primo libro facillè procedit, utpote diuisionibus, definitionibus, leuibusque explicationibus rem tractans: de cuius utilitate tam ad probemata, quam ad diuisiones accidentales, & definitiones quidditarius fuisse Matizius. De inscriptione variè Auctores sentiunt. Adamastro ante Topica Plotini, de decem generibus vocat, Aristo. vero ipse, & Gra-

¹ Ratio dubitandi de auctore prædicamentorum.
² Architam.
³ Diog. J. refert.
⁴ Architam.

Arillot, nec illi Architzæ Pythagor. tribuit prædicamentum.
³ Respon.
sio ad dub.
⁴ Duob. lib. prædica. men. sue re in Biblioth. Ptholomæi.

Et D. Sebastian. Perez E. O. xomen. in sum. mulis.

6 Diuisio lib. in antepædic. & postpædic.

7 Intentio & finis libri. M. Soto Villalp. Merca.

Græci Categorias, non inquam vt significat accusationem, cuius translationis rationem conatur assignare Villalpan. & Porphyrius tribuit Arist. fuisse primum iuentorem huius vocis, sed cum hoc non sit adhibita difficile mihi persuadere Porphyrius procul sit, nam vt bene Soto ait, & Lexicon Græcum, verbum categorico, id est quod prædico, vel demonstro, de quo refertur S. August. Quintilianus vero elementa vocat capitula prædicacionum. Latini autem prædicamenta, quod quidem nomen aliquando pro summo genere, aliquando pro tota serie prædicamenti usurpatur, non pro quouis prædicato, vt dicitur Cratius, & Hebetius, quos cum reliquerint Simpl. & Porphy. sequitur Villalpandus.

In tres aut partes diuiditur hic lib. (licet minutior fiat diuisio à Simpli) in antepædicamenta (scilicet, ubi quædam ad eorum cognitionem præmittuntur, & in prædicamenta, ubi de ipsis agitur, & tandem in postpædicamenta, in quibus aliqua docentur ad complementum, & claritatem dictorum.

Intentio & finis libri est congestis omnibus rebus, & per decem prædicamenta dispositis, ostensisque eorum proprietatibus, dare omnium facilem cognitionem. De subiecto 8 M. Soto, Villalpand. Merc. & vt refert Angelus Thius, Iacobus Iacomelus, Vicentius Madius iuxta inscriptionem dicunt, esse prædicamentum. Thomas de V. Albertus, & Aegidius, quem sequuntur, & referunt Lobanien. & alij hic, sentiunt obiectum, esse ens simplex, vel vniuersale, vt ordinabile in prædicamento, vnde controuersia est de nomine: simplicia enim, id est incompleta sunt, quæ ordinantur in prædicamentis, nam prædicamentum, vt bene Soto 4 Metaphy. q. 4. ad secundum, terminus est secundæ intentionis de

materiali dicens ipsa subiecta, & prædicata, formaliter vero ipsam relationem rationis, quam habet artificium prædicamenti, vt quædam sub aliquo forma sint, alia ad latus, an vero hæc relatio consideretur hic, patebit infra.

Ex quibus vero constat prædicamentum 2^o est, nam Ammo. tenet, voces poni principaliter, de eisque hic principaliter agi, & August. tribuit Themistio, & Simpli. Fornuto, & Cornuto, Athenodoro, Alexan. Aphrodisco, & Egeco, Hermiaio, Iamblico, Siriano, Porphyrio, & sequuntur alij, & Ammo. tribuunt Porph. agi de conceptibus: Boetius, & Nominales præcipue de vocibus, faciuntque quæ adduximus, quæst. 3. Præambula, sed cū hoc primo agi de rebus tenet Auicenna initio Logicæ, Auerroes, Theophrastus, August. S. Thom. & reales, sed Alber. concordat vtroque dicens intellectum prædicare, effectiue per conceptus, vt per signa formalia, & per voces, vt per instrumentum extremum. Vnde antiqui bene dicebant res prædicari, voces vero, vel conceptus prædicare, nam respectu rerum dicuntur prædicata, vt reddant signa quemadmodum voces vniuersales respectu rerum, non aliarum vocum: & hinc est, vt hæc nomina prædicatum, subiectum, & c. nunc rebus, nunc vocibus significatiuis tribuantur, & cum prædicamenta sint prædicatorum, vel subiectorum series, rerum tantum loco ponuntur voces, vel conceptus, sunt tamen alia nomina semper attributa vocibus, vt esse nomen, verbum, & c. alia ferè semper rebus, vt genus, species, & c.

Magis autem ab omnibus hic controuertitur, Vtrum hic liber 1^o Logicæ sit, an Metaphysicæ: reprehendit namque Arist. quod prædicamenta misceuerit Logicæ, Ludouicus Vives, supra Valdui. quæstio quarto Logicæ. Bernard. Mirandul. in Commentario hac

9 Quid principali potest in prædicamento?

10 An hic liber sit Logice, vel Metaphysicæ?

hac re, & postea in Apologetico, & Petrus Ramus hæreticus, inter censuras Aristo. Pro Aristo. vero sunt omnes Arabes, Græci, & Latini, qui vel Logicas edidere, vel commétati sunt Aristo. quos vt innumeros non refero. Multi autem sunt, qui ideo Logicæ esse dicunt, quia rerum omnium naturam, quas Metaphysicus considerat, Logicus ordinat in prædicamento, ne forte postea quia male ordinatæ sunt, sint etiam definitiones malæ, diuisionesque. Vnde dicunt in his simplicibus radicaliter, vel occasionaliter esse errorem, cui Logica medetur. S. Thom. Ferr. 3. contra Gen. c. 108. Car. 1. p. q. 17. art. 3. & hic habet. 9 Metaphy. q. 21. Soto. dubio 2. in Prologo.

Contra hoc tamen est, quia prædicamenta sunt in quibus exercentur, & applicantur præcepta talis ordinationis, at non est Logici, physica demonstratio, in qua exercentur forma Logica, ergo nec prædicamenta. Confirmatur, quia licet in antepædicata, aliquid tradatur conferens huic dispositioni, in ipsis tamen prædicamentis proprietates substantiæ, quantitatis, & c. traditur, ad exemplum vero applicationis præceptorum artis ordinandi prædicamenta, sat erat vnum prædicamentum substantiæ ponere, vt ponit Porphyrius, ergo non est Logici, prædicamenta cogitare.

11 Vnde dico primo mihi certum 1^o 2. Conc. prædicamentum quamuis constituent res in suis locis nullius esse scientiæ, nec Logicæ, nec Metaphysicæ. Scio Metaphysicos aliquos contrarium sentire, præcipue Perci 2. Physicæ. Probatur tamen conclusio, nulla scientia tractat naturam omnium rerum in particulari, ergo nulla scientia potest collocare res omnes in suis locis, imo nulla scientia agit de omnibus supremis generibus, sed Metaphysicus agit de substantia, & qualitate, & c. Physicus de situ, & habitu, sed intellectus ipse lu

mine, & habitu omnium scientiarum illustratus res omnes in suis sedibus, & prædicamentis collocat, arteque tradita à Porph. singula prædicata in singulis generibus disponit, nã cognita natura generis, speciei, differentia, & c. Genus collocat supra, infra vero speciem, differentiam vero tanquam formam, & actum ad congruitatem ponit ad latus, vt omnes dicunt.

Rogabis tamen quare prædicamenta 2^o Metaphysico tribuuntur? Respondeatur, quod quia Metaphysicus agit de supremis generibus scilicet in communi, ad hoc vt melius per distinctionem in Metaphysica omnes res ordinentur, hoc solum tamen non facit habitu metaphysico, sed bene aliarum scientiarum habitibus, quarum obiecta omnia in istis generibus continentur, vnde supra dicebam Metaphysicam non præscribere obiecta alijs scientijs, tantum enim est quod Metaphysica diuidatens in decem genera, nec substantiam in corpus, & spiritum diuidat, cum nesciat corpus, nec per accommodationem inquam, quod agat de ente in communi tribuenda sunt illi prædicamenta, cū etiã alia omnes scientiæ agat de ente in communi, sed (vt dictum est) ad ipsum intellectum omnium scientiarum lumine illustratum, tribuenda est prædicamentorum dispositio, & collocatio.

Vltimo dico 3 congruentissimè ab Arist. ponuntur prædicamenta hic in initio Logicæ, quæ prima est omnium scientiarum quod pater, nam cū Logica tradat definitiones, diuisiones, argumentationesque in communi circa omnem materiam, necessario proponitur illi, saltem omnes res per præcipua capita, tanquam materia mutua ab alijs scientijs, in qua modus sciendi exercentur: est enim mirum quam facilis reddatur intellectus circa omnium rerum cognitionem, cognitis prædicamentis: sicut enim Arist. in Top.

15 Prædicamenta tribuuntur Metaphysico quia de supremis generibus agit.

16 Vltima conclusio.

vbi ponebat sedes argumentorū appo-
suit multas maximas aliarū sciētiarū
vt arguens facilius redderetur in ar-
guendo, ita possit practica menta in
Logica, vt sine difficultate in omni
re fierent definitiones, diuisiones, &c.

cus appellationem habet, & à for-
titudine fortis.

Summa textus.

A Equiuoca dicuntur, quorum no-
men est commune, ratio vero sub-
stantiæ secundum nomē diuersa. Vni-
uoca dicuntur, quorum nomen est cō-
mune, ratio vero substantiæ secundū
nomen eadem. Denominatiua dicun-
tur, quæ ab alio appellationem habēt,
à quo solo casu differunt.

Defini-
tiones
vniuoco-
rū, æqui-
uocorū,
& deno-
minati-
uorum.

Annotationes circa literam.

Primo notandum ex Aramo. Boet.
& Simp.² quod sunt quædam nomina
multiuoca, quæ nos synonyma appel-
lamus (aliter Simp.). Alia vero sūt no-
mina quæ dicuntur diuersiuoca, quæ
& secundum nomen, & definitionem
differunt, vt homo, & equus, ea autem
omisit Arist. vel quia sub dictis cōpre-
henduntur, vel quia earū nullam men-
tionē facturū erat in prædicamētis,
in Poetica verò, ad quæ pertinet, me-
minit eorum, scilicet, diuersiuocorū.

Secundo, notandum ex Alber. 3.
prædicata cuiusuis prædicamēti pos-
sunt tripliciter comparari, primo ad
eas superius, in quibus sunt æqui uoca, vel
analogi, de quo infra. Secūdo ad sua
inferiora, quæ ratione sunt vniuoca:
tertio, tandem ad prædicata alterius
prædicamenti, & sic sunt denominati-
ua, & hoc ordine seruato. Arist. prius
tractauit de æqui uocis, propter pri-
mam comparationē, vel potius vt ea
reijceret à prædicamentis.

Tertio, notandum⁴ quod in datis de-
finitionibus per vocē, nomē, intelligi-
tur quælibet vox significatiua, vnde
verbum, & coniunctiones etiam sunt
vniuoca, vel æqui uoca largè, non stri-
ctè, per vocem autem, ratio, intelligit
Arist. definitionem rei, siue quiddita-
tiua, siue descriptiuam. Nominales
vero

Nota 1.

Nota 2.

Nota 4.

verò intelliguntur conceptum forma-
lem, quia negant dari conceptum ob-
iectiuum vniuersalem, quos supra im-
pugnauimus.

Ex quo infero malè Eugysippum
velle quod vox, secundum nomen, tol-
leretur à definitionibus Arist. quia ip-
se nō dicit æqui uoca sunt sed talia di-
cuntur, quare secundum nomen æqui-
uocantur: canis enim æqui uocat ca-
nes, quos corpus vniuocat, de quo 1. p.
Summul. abundè dixi, similiter supra
c. de genere, qualiter æqui uocum in
actū signato, sit vniuocū in exercito,
diximus, sicuti etiam verbum in actū
exercito, est nomen.

Inferitur secundo falsè Alber. ne-
gare, significationē esse formalem no-
mini, est enim eius forma, vt omnes
satiscentur, vnde propter varias signifi-
cationes, nomen æqui uocum plures di-
citur, abso. ut tamen est vnum nomē
vniūque terminus, quia in concretis
maximè accidentibus, quale est vox,
nomen, vox, terminus, vnitas sumitur,
& pensatur penes vnitate subiecti for-
marū, & nō penes formas, vnde homo
licet habeat plures qualitates: dicitur
tamen cum sit vnum subiectum, vniū
qualitate etiam si in æqui uoco sit mul-
tiplex significatio, & cōsequēter mul-
tiplex accidentalis forma, vt bene S.
Thom. 1. p. q. 39. ar. 3. absolutè dicitur
vnum, quia harum formarum subie-
ctum scilicet vox, est vna.

Vltimo aduertendum 7 quod M. So-
to hic, & fauet Caie. asserit etiam de-
nominatiua, v.g. albū respectu Petri,
& Pauli esse vniuoca, quod quidē so-
lum habet verum, de vniuoco largè,
qua ratione accidens dicitur de pro-
prio, & accidētī, sic enim ea vocat Por-
phy. c. vlt. quia etiam aliquando deno-
minatiua, vt sanum, sunt æqui uoca, nō
est autē ratio quare sint potius æqui-
uoca, quam vniuoca largè: nā strictè
Arist. c. de substantia, solam vniuoca
vocat substantia, hoc est prædica-

5
Corola-
rium.

6
Corola-
rium. 2.

7
Nota. 4.

ta quidditatiua, vt bene copulata Lo-
baniensis, & Coloniensis, & Scotus, q.
6. Logicæ. Verforius etiam hic. & c.
de substantia, & sic loquitur Bartolus
Castrensis, q. 8. hic art. 1. dum dicit du-
plicem esse vniuocationem, scilicet,
essentialem, & accidentialem, seu de-
nominatiua, & ratione demonstra-
tur, quia ratio substantiæ Petri & Pau-
li, de quibus album dicitur, maximè
diuersa est, vt probauit cap. de specie,
q. 2. & ex his manet explicata duæ pri-
mæ definitiones, nā de analogia latior
infra redibit sermo in quæstionibus.

Pro tertia vero definitione aduer-
tendum primo Marsiliū & alios asse-
rere, quod in ea solam voces definiū-
tur, non res, quod colligunt ex ipsa de-
finitione, solum enim voces sunt, quæ
differūt casu, id est, terminatione: me-
lius tamen Venetus, & Soto dicunt res
definiri, quod colligunt primo ex ip-
so Arist. docente, denominationē acci-
pere appellationem à denominante,
v.g. album ab albedine, quod vocibus
nōa competit, sed potius e contra, for-
titudō v.g. à forti appellationem habet:
colligitur etiam ex tenore serua-
to ab Arist. in ista definitione, dicit
enim, sicuti in alijs, denominatiua di-
cuntur, &c. quæ sic debet intelligi, de-
nominatiua ea dicuntur, quæ ab alio,
&c. à quo secundum nomen differūt
casu, id est, terminatione.

Secundo considerandum¹⁰ meritò
Lobaiensis, reijci, dum voluit denomi-
natiua esse à re, quæ non est substā-
tia, nam deauratum denominatiuum
est à substātia: magis autem strictè
Merc. cui fauet Niphus. 1. Topic. c. 2.
quintum prædicabile solum denomi-
natiuum facit, non autem proprium,
quod fluit ab essentia: sed magis latè
Soto, omne connotatiuum, denomi-
natiuum vocat. Cetera quod est quod
Arist. c. de substantia, differentiam ne-
gat dici denominatiuè, cum tamen sit
connotatiuum, v.g. rationale.

8
Barto-
lus Cas-
trensis.

9
Nota
primo de
finitione;

10
Secūdo
nota.

11
Merca
do.

CAPVT. I.
De æqui uocis, vniuocis,
& denomina-
tiuis.



Equiuoca dicuntur ea,
quorum nomen solum cō-
mune est: ratio vero sub-
stantia nomini accommo-
data, diuersa. vt animal dicitur,
vt ipse homo, & id quod est piētū.
Horum enim nomen commune tan-
tummodo est, ratio vero substantia
nomini accommodata diuersa. Si
quispiam enim quam sit vniū-
que ratio animalis voluerit assigna-
re, ratione n vniū-que profecto pro-
prietate assignabit. Vniuoca dicun-
tur, quorum & nomē commune est
& ratio substantia nomini accom-
modata eadem est, vt animal dici-
tur & ipse homo, & equus: nomine
nāq. cōmuni, & homo, & equus a-
nimalia nūcupantur, & ratio quo-
que substantia vniū-que eadem est. Si
quispiam enim vniū-que rationē vo-
luerit assignare: quam sit vniū-que
ratio animalis, eadem rationē om-
nino reddet. De denominatiua ea di-
cuntur quæ ab aliquo nomine ap-
pellationem habent, sō differentia
casu: vt à Grammatica Grammati-

CAPVT. II.

De Diuisione eorum, quę dicuntur, & sunt.



Eorum, quę dicuntur, alia cum complexione, alia sine complexione dicuntur. Illa talia sunt homo currit, homo vincit. Hac istius, modi sui homo, bos, currit, vincit. Eorum, quę sunt, alia de subiecto quidē dicuntur, in nullo vero sunt prorsus subiecto: ut homo de quodam homine dicitur: ut de subiecto, in nullo autem est subiecto. Alia in subiecto quidem sunt, de nullo vero subiecto dicuntur. Atq. id in subiecto esse dico, quod in aliquo quidem est, & non uti pars: ut sit autem seorsim ab eo, in quo inest, fieri nequit, ut quaedam Grammatica est quidem in anima, ut in subiecto, de nullo vero subiecto dicitur: & hoc album in subiecto quidē est corpore: (omnis enim color in corpore est) de nullo vero subiecto dicitur. Alia de subiecto dicuntur, & in subiecto etiam sunt: veluti scientia in anima quidem est: ut in subiecto, de Grammatica autem dicitur: ut de subiecto. Alia neque in subiecto sunt, neq. de subiecto villo dicuntur: ut quidam homo, & quidā equus nihil enim talium, aut in subiecto est, aut dicitur de subiecto.

Atque

Atque indiuidua simpliciter, & ea, quę vna numero sunt, de nullo quidem subiecto dicuntur: in subiecto autem nonnulla ipsorum nihil prohibet esse. Quaedam enim Grammatica ex his est plane, quę in subiecto quidem sunt, de nullo vero subiecto dicuntur.

Summa textus.

Duas diuisiones, & vnam definitionem continet. Prima diuisio eorum quę dicuntur, alia sunt complexa, alia incomplexa. Secunda diuisio eorum quę sunt, alia sunt substantię partiales, alia vniuersales. Item alia accidentia vniuersalia, alia particularia. Definitio sic habet accedens est quod est in aliquo, & non tanquam pars & impossibile est non esse in illo, exempla satis patent in litera, & infra magis.

Annotationes circa litteram.

Pro prima diuisione aduertendum Aristotelem prius agere de complexis, ut ea rejiciat a predicamentis, in quibus diuiduntur voces, ut vult Villalpan, & alij, cui videtur fauere Aristot. ipse cap. 4. ad post. res, ut placet Thomę de Vio, & alijs, quod colligit ex hoc, quod etiam secunda diuisio est rerum, & non vocum. Dissensio est non tamen multa, quia Aristot. modo de rebus, modo de vocibus, ut earum signis, loquitur. Secundo obseruandum Arist. ponere vocem, currit, pro exemplo incomplexorum, vnde nec verba, nec deno-

minatua possunt dici æquiuoca, vel complexa, quia ista petunt pluralitatem significationum formalium, illa vero vnica formali significatione sūt contenta, ratio autem horum penes formale attendenda est. Adde quod æquiuocatio significatur per modum plurium, denominatio autem per modum vnius, & ita cōnotatiua, nec æquiuoca, nec complexa esse possunt, ratio autem Villalpan. contra hoc nulla est.

Dubium tamen solet esse vtrum significatum materiale in connotatiuis sit dicendum absolute significatum, Aucenna que m sequuntur Nominales, dicit esse totale, & absolute significatum Mercado tantum esse partiale, quæstio tamen est de voce, & loquendum est cum multis: & ita respondeo, materiale non esse significatum, sed tantum connotatū, vel significatum. Satis clarē de hoc docet Arist. 4. Metaphysic. 11. & cap. de substantia. 5. Thom. in 1. dist. 18 ar. 2. ad tertium. Soto etiam quæst. 2. de substantia, sed probat bene Petrus Martinez Complutensis secundo de anima, cap. 1. tex. 3. vbi inquit, quod cum forma sit, quę dat esse significatum formale erit absolute significatum. Cui adde quod significare proprie est potentia cognoscitiua aliquid aliud a se representare, & per significatū materiale, nulla natura representatur distincta in voce significante, imo subiectum solum confunditur, & connotatur, ergo nullo modo est significatum, de quo prima parte Summul. dixi cap. de connotatiuis.

Pro secunda diuisione aduertendū, primo quod Alber. inquit esse generis in species, ac ens quod diuiditur, analogum est, vnde Lobanien. dicunt esse analogi in analogata: cōformius tamen Caiet. & Soto asserūt esse duas diuisiones, primam, quę est entis in substantiam & accidens, esse analo-

M ; giia

12 Conc. u. Dicendum tamen, ut bene Alber. Simpli & alij id esse denominatiuum, quando significatum formale, non est essenziale subiecto denominato: colligitur ex Aristotele docente, denominatiuum esse quod ab alio, id est a quouis quæpiam, scilicet non essentiali (cum essenziale non sit verē aliud) appellatiuam habet.

13 Nota. Vltimo. Vltimo considerandum quod in denominatione sicuti reperitur subiectum, & forma, ita nomen subiecti, & formę, illa dicuntur denominatiua denominata, ista denominatiua denominantia, ut dicebam in Summul. de æquiuocis.

14 Corol. Vnde inferitur denominatiua esse media inter vniuoca, & æquiuoca. denominatiua autem absolute, primo requirunt similitudinem, & dissimilitudinem vocis in nullo, cuius defectu S. August. Grammatica pro fœmina docta arte, & pro ipsa arte respicit de nominatiuis, qui nullam dicunt dissimilitudinem vocis. Thomas de Vio dicit hoc esse per accidens. Canter. vero ad denominatiua reducit ex antiquorum sententia: similiter Aegidius, vox sapientia, auiseri singularis & sapiētia in accusatiuo pluralis, etiā reuocat: Secundo requiritur omnimoda similitudo rei. Vnde triplex est denominatiuum, aliud re, & voce, ut albedo, & album, & hæc sunt proprie, & simpliciter denominatiua, alia sunt voce tantum, ut studium, & studiosus: studium enim dicitur curam, studiosus vero quæpiam virtute præditum, quę re differunt. Tandem alia sunt denominatiua re tantū, ut virtus, & studiosus: idem enim prorsus significant, & ista duo vltima sunt improprie denominatiua, denominatione vero simpliciter reperitur denominans, ut absolutum quid est denominatum vero, connotatiuum modo explicato.

15 Canter. Triplex denomi-
16 natiuū.

16 Triplex denomi-
natiuū.

An signi-
ficatum
materiale
in con-
notati-
dicatur
absolu-
tē signi-
ficatum.

4 Merca.

5 Petrus
Martine-
nez.

6 Aduerte
profectū
diuisio.

gi in analogata: secundam vero, quæ est substantiæ in particularem, & vniuersalem, & accidentis in vniuersalia & particularia, esse subiecti in accidentibus: quamuis forte dici posset non esse diuisiones, cum partes sint entia complexa, & simul duæ diuisiones, sed potius esse enumerationem quadam partium.

7 Aduer-tesecundo.

Secundo, aduertendum 7 Arist. nominare substantiam per non esse in subiecto, accidens vero per esse in subiecto, vniuersale per utriusque subiecto, singulare per de nullo dici, quia tantum sunt eorum descriptores, quid autem intelligat per dici de subiecto Soto, & alij intelligunt essentialiter de inferioribus predicari, melius Caiet. Alber. & recentiores intelligunt de aliquo dici essentialiter, & sic indiuiduum de nullo dicitur. Vnde orta est illa famosa distinctio in subiectum in quo, id est, subiectum inhesionis, quod Ammonius vocat subiectum quo ad substantiam, & in subiectum de quo, quod est subiectum prædicationis.

8 Arguitur in de finitionem accidentis primo. Confirmatur.

Circa definitionem accidentis, præterea quæ dicta sunt in prædicabilibus cap. 5. videtur quod non bene assignatur, & primo quia omnia corpora quæ sunt in mundo, sunt in aliquo, ut potest in loco, & non tanquam pars, ergo.

Confirmatur, nam iste modus, quo accidens est in subiecto, non continetur sub aliquo modo essendi in aliquo, quos posuit Aristoteles, 4. Physic.

9 Arguitur secundo.

Secundo, quia in pomo odor illius est accidens, qui transfunditur per aerem, siue dum sensu percipitur, ergo possibile est esse sine subiecto naturaliter, in contrarium tamen est Arist. & solutio argumentorum.

10 Primo-rium ad horum argum.

Ad primum Caietanus & alij, 1. p. asserunt quod vox, est in alio, comprehendit omnem modum essendi aliquid in aliquo, & ita conatur limitare singulas particulas definitionis da-

ta ab Aristotele, inquit enim per ea non distingui corporea, quæ sunt in loco, neque effectus qui sunt in Deo. Sed respondetur his omnibus cum Simplicio, abisque antiquioribus, accidens esse in aliquo, ut intus accidens, ut potest subiectum, per quod patet ad argumentum, locus enim extrinsecus est omni creaturæ, eamque tantum extrinsecè afficit.

Ad confirmationem dico quod iste modus, quo accidens in aliquo est, continetur sub illis positus, ab Aristot. 4. Physic. & hæc est communis sententia, licet, recentiores 4. Physic. agant alios modos essendi aliquid in aliquo præter positos ab Aristotele alibi dicam: hoc certum est quod comprehenditur sub modo, quo forma est in materia, habet enim se subiectum veluti materia respectu accidentis, & accidens velut forma respectu subiecti, quando autem Aristoteles dicit impossibile est accidens esse sine subiecto, loquitur naturaliter.

Ad 2.

Ad secundum dico, ut intelligitur ex Aristotele & Platone, quod inquit odor non transit in aerem tanquam in subiectum, sed tantum ipsum corpus odoratum transfundit illum in partibus tenuioribus, & lenioribus suæ substantiæ, sicque sensum attingit: & hæc est prima solutio Ammonij, nam secunda illius, & quæ est Boetij, & Porphyrij nulla est, conatur enim docere odorem migrare ad aerem, quod accidenti repugnat, & similiter vacua est Villalpand. solutio, quæ tribuitur etiam Motino, odorem ipsum poni, in aere alium producere, tum quia (ut dictum est) accidens non migrat de subiecto in subiectum, tum etiam, quia cum odor sit, qualitas prima non potest aliam sibi similem producere.

CA-

CAPVT. III. De Regulis.



Vm quippiam de quopiam predicatur, ut de subiecto: ea, quæ de predicato dicuntur, dicuntur etiam de subiecto: ut homo de quodam homine predicatur, animal autem de homine predicatur: igitur animal de quodam etiam homine predicatur: quid enim homo, & homo est, & etiam animal. Eorum quæ sunt diuersa genere, & non ita se habent: ut alterum sub altero collocetur, diuersa sunt specie, & differentia: ut animalis namque differentia sunt gressibilis, & bipes, & volatile, de gessibile in aquis: scientia vero nulla ex his est differentia. Non enim hoc scientia à scientia differt, quod sit bipes. Eorum vero generum quorum alterum sub altero collocatur, easdem esse differentias nihil obstat: supera enim de suis inferis predicantur. Quare quotquot differentia predicati sunt, eisdem erunt, & subiecti.

Summa textus.

Dvas regulas ponit Arist. descendentes ad prædicamenta: prima datur de ijs, quæ sunt in recta linea scilicet, quando aliquid de aliquo, ut de subiecto dicitur, etiam de eius subiecto enuntiatur: secunda

datur de ijs quæ ponuntur ad latus, quæ sic habet diuersorum generum, & non subalternatum positorum diuersa sunt differentia: specie: subalternatum autem positum aliquando sunt eadem differentia specie.

Annotationes circa Caput.

DE prima regula plures expositiones dantur, conformior tamen ex Simplicio, Ammo. & Boet. est, quod vox, dici de aliquo, sumatur essentialiter, sic enim quod de alio dicitur, dicitur & de eius subiecto, ut quia substantia essentialiter dicitur de animali, essentialiter etiam dicitur de homine eius subiecto, si vero secundum Alber. dici de aliquo, stat etiam accidentaliter & in omni latitudine sine suppositione simplici, vel appellatione: ex illa maxima oritur modus arguendi de primo ad vltimum, quem Cicero vocat Soritem, hoc tamen non intendit Arist. quia ex dictis datur hæc regula pro his, quæ sunt in recta linea.

Nota prima regula.

Pro secunda regula aduertendum aliquos codices mendose habere diuersa sunt species, & differentia, veritas est, diuersa sunt differentia specie, id est formaliter, quod auctores citati satis probant. 3. Dubium tamen est quid intelligat Arist. per diuersa genera subalternatum posita. M. Soto, & alij. Et colligitur clarè ex versione Argiropyli, ubi est verbum Græcum, ὑπερβαλλειν ὑπαλλειν, intelligunt genera, quorum vnum sub altero collocatur. Communior tamen sententia est Lobanien. Caiet. Iobe. & 4. Villalpand. Alex. Simp. Niph. 1. Top. c. 13. qui intelligunt ea genera, quorum vnum sub altero ponitur, vel saltem vtrumque sub vno, tertio, quæ conformior est veritati, & Arist. quoniam Porph. de specie ponit idem verbum in Græco, quod est hic in Arist. ubi autem genera sub

Nota secunda regula.

3. Dubitatur quid velit Arist. per diuersa genera subalternatum posita.

4. Villalpand.

alterna vocat, non solum quorum vnum est sub alio, sed quorum quodlibet est sub tertio. Adde, quia Arist. 1. Topic. 3. eisdem omnino verbis ponens hanc regulam, docet, quod si eodem nomine significetur differentia generum non subalternorum, tale nomen dicitur de illis differentiis equivoce, quod eundem non habet verum in generibus eiusdem predicamenti, quorum vnus non collocatur sub alio, ergo loquitur ibi de generibus, quorum neutrum collocatur sub alio, nec vtrumque sub tertio, ergo etiam hic.

Dubita- tur secūdo.

6 Suae- tur pars negati- uahuius primo.

Sed maius dubium est de hac re, an scilicet diuersorum generum, quorum neutrum ponitur sub altero, vtrumque tamen sub vno tertio, possit dari eadem differentia constitutiva, vel diuisiva. Quod non videtur, primo, quia sequeretur vnam speciem, illam scilicet, quae per talem differentiam constituitur, esse sub duobus generibus, non subordinatis, quod reputat inconueniens Arist. 4. Top. c. 2. docens quod si duo genera, de vna specie dicuntur vnus sub altero necessario collocatur.

Confirmatur, nam si talis differentia daretur, species constituta haberet duas differentias essentialiter distinctas, nam differentia generum constitutiva, si vnum non est sub alio, simul ambae dicuntur de specie essentialiter per primam regulam, quando aliquid dicitur de aliquo, vt de subiecto, &c.

Secūdo.

Secundo, omnis differentia addita generi, constituit diuersam speciem inam scilicet, vel subalternam, & cum illa specie debet conuerti, ergo non potest competere rei alterius generis, sicut nec species, quam constituit, & consequenter non est diuisiva alterius generis.

Confirmatur ex Aristot. 4. Topi. c. 4. docete, de pluribus, genus quam differentiam dici, non autem diceretur de pluribus, si differentia competeret re-

bus alterius generis, ergo diuisiva, vnius generis, non est diuisiva alterius.

Tertio, differentia constituit determinatam naturam, ergo debet adiungi alicui determinato generi, & non diuersis. Confirmatur de instructo genere destruantur omnes differentiae inferiores, ergo non reperiuntur in alio genere, si enim in alio genere inuenirentur etiam hoc destructo manerent in alio.

Tertio

Quarto, differentia est idem cum genere, vt saepe dixi, si ergo eadem differentia est diuersorum generum dispararorum, eadem differentia identificabitur cum repugnantibus. Confirmatur quia Arist. 1. de partibus animalium c. 3. expresse docet tot esse differentias, quot species, ergo non reperitur eadem differentia in pluribus speciebus, & consequenter non erit diuisiva diuersorum generum.

Quarto

Non est difficultas haec ita parua, vt prima facie videtur, sed quae profecto indiget peculiari attentione, 7 primo enim, & per se inquit an predicamenta ita sint inter se immixta, vt differentia semel, & ad vnum tantum sumatur, quod quidem magis in q. 3. patebit. Nam quod sint plures lineae predicatorum, in quolibet predicamento non est dubium, quod satis liquet ex diuisione generis substantiae in Angelos, animalia, plantas, & simplicia, quae necessario diuersas lineas predicatorum constituunt.

7 Explica- tur dubi- rationis titulus.

Breuius tamen, ad quaesitum dico eandem differentiam simplicem bis posse sumi, & constituere duo genera quae sub tertio collocentur, licet non vnum sub alio, conclusio est Boetij, Alexan. 6. Topic. nume. 95. Simplicia & aliorum, imo & Aristot. c. 2. vbi docet quod bipes est differentia animalis gressibilis, & animalis volatilis, quae vnum sub alio non collocantur, vtrumque tamen bene sub tertio, quae differentia constat non esse superioris, quia sub gressibilis sunt plura animalia

8 Conclu-

Demon- stratur ratione prima.

animantia quadupedia, & ratione de demonstratur. 9 Nam si diuidas quantitatem, in successiuam, & permanentem, quamlibet poteris subdividere, per continuam, & discretam, & per eandem differentias diuiditur quantitas permanens: similiter quantitas continua diuiditur per successiuam, & permanentem: similiter si diuidas potentiam in appetitiuam, & apprehensiuam, quamlibet poteris diuidere in spirituales, & corporales, & contra si potentiam diuidas in spirituales, & corporales, quamlibet illarum subdividere poteris in appetitiuam, & apprehensiuam.

Præterea si diuidas propositionem in affirmatiuam, vel negatiuam, quae libet recte diuiditur in simplicem, modalem, & compositam, & econue. so bene sit diuisio propositionis in simplicem modalem, & compositam: & deinde quaelibet illarum recte diuiditur in affirmatiuam, & negatiuam, quae differentiae intrinsecae sunt, & essentialis propositioni, vt probabo, primo, per Hieronymum quoniam opinio, & scientia sunt diuersae species predicamenti qualitatis, quae diuiduntur eisdem differentiis qualitatis, nam quaedam opinio est physica, quaedam metaphysica, & similiter quaedam scientia est physica, quaedam metaphysica, si niter habitus in scientiam, & opinionem diuiditur, & scientia in practica & speculatiuam, & opinio etiam eisdem differentiis diuiditur, quae ex prima quaestione proximali patet, quod si essentialis differentia: ergo eadem si nplex differentia bis potest sumi ad duo genera subalternatim posita constituenda, & diuidenda: & passim reperiuntur sic diuisa: ita 10 Certe, etiam hic.

10 Cæterus

11 Aduer.

Vbi aduerte 11 me non concedere aliquam speciem constitutam dari sub vtroque dicto genere, quod vt probabile dicit Aristot. 4. Topic. vel

potius aliorum sententias referens, quod satis probat confirmatio primi argumenti, vnde non est contra nos.

Ad primum ergo 12 non concedo talem speciem constitui per tale differentiam diuisiuam vtriusque generis, sed V. g. opinio physica solum ponitur sub habitu opinionis physicae, & non sub habitu scientiae, quae cum procedat ex principiis euidentiis clara est, & euidens, illa autem obscura licet sit eadem differentia, quae hoc habet ex eo, quod in principiis euidentiis inducit claritatem, loquorque de subalternis differentiis, nam de differentia ima supra dixi, vt probabile, conuertibile esse cum sua specie, & infra magis patebit.

12 Soluunt arg. ad 1

Sed dices 13 ista differentia constituit duo genera distincta, ergo praedicatur immediate de duobus generibus. Respondeo id esse per accidens ad rationem differentiae, quae contenta est de vnica tantum specie predicari, quia tamen ad eam bis sumitur, vna cum sit habet rationem plurium, sicuti vnus numero Deus, dicitur de tribus personis distinctis: vnde Arist. dixit, quod dicta differentia non potest inferre alterum tantum genus, quia ad ea quae petit vtrumque.

13 Replica tur,

Ad secundum, quauis genus cum vna eius differentia diuisiva constituat speciem sibi inferiorem, vt dicitur. 6. Topic. c. 3. non tamen requiritur quod sit semper conuertibilis cum illa, nisi sit ima, vt dictum est.

Ad. a.

Ad confirmationem, illud dictum non reperitur in Aristot. ibi si verò reperitur alibi, vel in Porphy. vel Sanct. Tho. debet intelligi de differentiis vltimis speciei imae, de alijs verò non habet verum, nisi suppositio genere, vt quantitas successiuam, non de pluribus quam discretam, quod est eius differentia dicitur, nisi supposito, quod discretum sit quantitas successiuam.

Ad cōf.

Ad tertium dicendum, quod omnis

Ad. 3.

differentia adiungitur determinatio generi, ad constituendam speciem vram, ad constituendum verò diuersitas, adiungitur diuersis generibus, quæ tamen genera continentur sub aliquo alio communiore, sicut quantitas lucis celsiua & permanens, continentur in genere quantitatis.

Ad con firm. Ad confirmationem, destructo genere non destruantur differentie eius modi quæ sunt diuersorum generum, quoniam sunt quodammodo superiores genere ipso. Vel dicet, quod destructo genere, quod primò & per se diuidunt differentie, destruantur differentie, vt si destruat animal, quod primò diuidit bipes, destruitur etiam bipes.

Ad 4. Ad quartum: sicut non inconuenit quod genus identificetur cum differentijs sibi inuicem repugnantibus, vt animal cum rationali, & irrationali, ita etiã nõ inconuenit quod eadẽ differentia, identificetur cū diuersis generibus sibi inuicẽ repugnantibus, vt continuũ cum succelliuo, & permanenti.

Ad cõf. Ad confirmationem sine dubio Aristot. loquitur de differentijs, & speciebus atomis, hic tamen negamus de speciebus subalternis. Et si rationem huius discriminis quæras respondeo species vltimas esse de intentione per se nature, petit enim natura in rebus, quæ per se intendit, varietatem, & diuersitatem essentialẽ, atque adeo quod aliquid sit essentialẽ alicui speciei imæ, quod nullo modo in alijs reperiaturspecies verò subalternæ non intenduntur per se à natura, sed propter imas, ideoque non est inconueniẽs quod nihil reperiat in aliqua specie subalternæ, quod non reperiat in alijs rebus.

Ad 14. Sed dices etiam differentia vltima constitutiuã speciei imæ, reperitur in alijs speciebus, nam intellectiuum est differentia vltima constitutiuã hominis, cum per illam distin-

guatur à brutis, eadẽ tamen reperitur in angelo, qui est alterius generis ab homine: ergo. Responderetur quod intellectiuum, vt est differentia hominis, dicitur compositum ex materia & forma, quod est radix & ratio intelligendi, non quomodo cunque, sed cum discursu, vt supra dixi. c. de differentiis: vt verò vt est differentia angeli dicit substantiam incorpoream, & merè spiritalem, quæ est radix, & ratio intelligendi sine discursu.

Sed dices secundò potètia visua, & auditiuã, sunt diuersa genera qualitatis, & habent eadẽ differentias diuersas, quæ sunt differentie vltimæ cõstitutiuæ diuersarum specierũ infimarũ, nam potètia visiuã diuiditur per equinã, leoninã, humanã, &c. & per humanã constituitur species infima, quæ est potètia visiuã hominis: similiter potètia auditiuã diuiditur per humanã, equinã &c. & per humanã constituitur species ima, quæ est potètia auditiuã hominis, ergo istæ duæ species, scilicet potètia auditiuã & potètia visiuã humanã, constituantur per eandem differentiam vltimã, & consequenter non omnes species imæ, habeant diuersas differentias vltimas. Idẽ argumentum fieri potest de amore, & intellectione, quæ sunt duo genera diuersa, diuiduntur tamen eisdẽ differentijs, scilicet intellectio alia hominis, alia angeli, & amor alius angeli, alius hominis, &c. & istæ differentie constituant diuersas species imas horum generũ, tanquã differentie vltimæ, & in alijs multis occurrunt similia argumenta. Responderetur quod intelligendus est communiter, & vniuersaliter loquendo, in aliquibus tamen casibus accidit, quod diuersæ species non habeant differentias vltimas diuersas. Vel secundò dico, quod intelligitur Aristot. de diuersitate specierum substantialium, quæ quoniam sunt per se intentæ debent habere

15 Respõ.

16 Replia.

17 Respõ.

bere varias differentias, & ita ibi solum loquitur de animantibus, secus verò esse de accidentibus, vt probat argumentum factum. Vel tandem potest dici, quod loquitur de differentijs & speciebus, quas primò constituunt: & ita dicit Aristot. tot esse differentie, quot species, id est, tot sunt differentie quot species quas primò constituunt.

CAPVT. IIII. De diuisione entis in decem genera.

Et orum qua nulla complexione dicuntur, singula aut substantiam significant, aut quantitatem, aut qualitatem, aut aliquid, aut vbi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut agere, aut pati. Est autem substantia quidem, vt in Summa dicamus, velut homo, equus: quantitas autem, vt bicubitus, tricubitus: qualitas, vt album, grammaticeum: ad aliquid, vt duplum, dimidium, manus: vbi vero, in foro, in lycio: quando autem, vt heri, superiore anno: situm vero esse, vt tacet, sedet: habere autem vt calceatum esse armatum esse: agere vero, vt secare, vvere: pati, vt scari, vri. Singula igitur eorum, quæ dicta sunt, ipsa quidem se cum se, nulla cum affirmatione, negatione dicuntur. Florum autem ad se inuicem complexione, aut affirmatione, aut negatione fit. Videtur enim omnis affirmatio vel vera vel falsa esse. Eorum autem, quæ secundum complexione nullam dicuntur, nihil, neque verum, neque falsum est: vt homo, album, currit, vincit.

In hoc. Philo sophus partitur ens in decem genera, dicens, ens aliud substantiuum, aliud quantum, aliud quale, &c. Vbi considerandum, quod M. Soto. sicut Aristot. probare dicta esse incomplexa, quia non significant verum, vel falsum, hæc autem ratio infirma est, quia homo albus complexum, quod reijcitur à prædicamento non significat verum, vel falsum. Dicendum ergo quod liber hic, distinguitur à lib. Perhier. quia in illo agitur de propositionibus, in quibus reperitur verum vel falsum: hic autem de incomplexis, in quibus non est veritas, vel falsitas, sed hæc omnia sequentibus questionibus discutenda sunt.

QUESTIO. I.

De natura & essentia analogie in communi.

Siquæ sunt in Logica, quæ peculiariter attentione & examine indigeant, ea ab omnibus consentur, quæ de analogia hic communiter tractantur: quæ quidem ita facile ab audientium & legentium intellectu illabuntur, quam leuiter à scriptoribus examinantur: quorum vtilitas magna: sed ignorantia maxima eorum, vnde nihil mirum, si labor in æquiuocatione oritur, & passim in quauis re decipi amur: Ideo autem materia hæc ponitur hac in parte, vt intelligamus quæ sit diuissio entis in decem genera, & ita tria præcipua veniunt examinanda: primo (à communioribus procedentes) de essentia & natura analogie in communi: secundò, de natura & essentia

Disponitur. q.

analogia entis in particulari: tertio tandem & ultimo de diuisione entis in decem genera, qualiter & quomodo diuidatur: de primo inquiruntur tria: primò, quid & quoruplex sit Analogia, & in ordine, primùm de physica: secundò, de analogia attributionis, seu Logica: tandem tertio de analogia ipsa proportionalitatis, quæ proportionalitatis analogia dicitur: attentè sunt legendæ: omnia enim industria & labore constant non paruo.

ARTICVL. I.

Quid & quoruplex sit Analogia, & primò de Physica?

Definiuntur analogia.

Sic bene ea, quæ cap. i. dicta sunt teneantur, facile erit intelligere qualiter analogia sit ut media, inter vniuoca, quæ dicunt omninò vnã rationem vniuocatis, & inter æquiuoca, quæ omninò diuersam rationem dicunt æquiuocatis. Vnde sic possunt definiti, & cõmuniter describuntur, analogia sunt, quorum nomen est commune: ratio verò sub tantæ significata, partim eadem, partim diuersa. Aristot. verò, vt videbimus, nomen analogum tantum tribuit analogis proportionalitatis: sed iam alia dicuntur etiam analogia, vt analogia attributionis, dependentiæ essentialis, & ipsa proportionalitatis, quæ quid sint, & an distinguantur, infra patebit.

Secundò notandum, quod primò solet numerari Physica analogia, quæ est Physicæ inæqualitatis, vel analogia secundum esse ex S. Thom. in. i. d. 19 q. 5. ar. 2. ad primum. Caiet. de ea agit. opus. de analogia. c. 1. M. Cummel. eã rejicit à tractatu analogorũ. 1. p. q. 13. ar. 5. Phys. de ea. 7. Phys. text. 31. Metaphysici. 10. Metaphy. cap. vlt. à quibus duobus locis desumpta est

hæc analogia, quæ à Caiet. definitur sic: 3 physica analogia sunt, quorũ nomen est commune, ratio verò significata non ratione sui, sed ratione differentie contrahentis, inæqualiter participatur, quæ analogia ex communi essentialia conuenit omni generi, licet Merc. 4 c. de genere restringat ad genera, quarum materiæ sunt diuersæ, vt calum, & planta, sed Arist. 7 Phys. in nullo genere admittit fieri propriè comparationem, quia ex illo textu. 31. cum genera habent æquiuocationes, omninò est diuersa ratio. Apud Logicum autem, qui tantum vnã rationem abstractam considerat, sunt vniuoca, cuius ratione (scilicet abstractæ) nequit fieri inæqualitas, & iam absolute dicuntur vniuoca: æquiuoca verò vel analogia cum addito, scilicet physica, quia physica attendit modum participandi, & ideò ea vocat S. Tho. analogia secundum esse, quia animal in homine (ad quem ordine dignitatis descendit) perfectius est propter differentiam, quam in equo. Item ordine simplicitatis prius ratione differentiarũ contrahitur figura ad triangulum, quàm ad quadrangulum, &c, & hoc pacto ab Auerr. S. Tho. Caiet. & Philosophis ex Aristot. ordo ponitur inter species generum, ex quo inferitur vt sola species ima, & ei adæquata prædicata specifica, dicantur vniuoca physica.

Sed contra hoc est primò, quia essentialia, V. g. albedinis, lineæ, &c. perfectius etiam cum illo ordine, ratione differentiarum participatur ab albedine, vt quatuor, vel linea trium digitorum, quàm ab albedine, vt duo, vel linea vnius digiti: ergo etiam species infima est æquiuoca vel analogia physice: Secundò, secundũ Caiet. vnũ indiuiduum substantiæ, intrinsecè præstat alteri, vnde videtur species humana æquiuoca physice: ergo, idè quod prius

Definitur analogia physica.

Merca

Arguitur contra traditã

Solutio arg. Ad. 1.

Ad. 2.

prius. Posset quis dicere non ita radicatus, & respondere ad hæc: hæc analogiam physicam, idè species ad competere, quia physica (sicut nec alia scientiæ) non considerant singularia: sed hoc non est dicere, vtum species ima verè habeat hæc analogiam, nec ne? nam ad scientias spectat, tradere modum, quo species participatur ab indiuiduis, vt Porphy. modum, quo prædicatur docuit: licet vnum indiuiduum non consideret specialiter, nec omnia, quæ ratione non menunt species Aristot. in Topicis, quia problemata, in quibus de ipsi indiuiduis prædicatio exercetur, attendebat, si prædicatum esset species, licet alij ad definitionem reducant.

Iam ergo aduerte pro solutione 6 latitudini specificæ imæ cuiusuis qualitatis, & quantitatis, &c. V. g. albedinis non addi gradum, scilicet vt duo ratione differentiarum numericæ, sed omnes gradus esse differentie specificæ, ita vt non totam habeat specificam differentiam, quod omnes gradus non habent, de quo albi. Differentia verò numerica determinantur, species ad hoc, vel illud indiuiduũ, per quod patet ad primum, nam sumendo integrum significatum genericũ, ratione differentiarum, inæquale est in speciebus, at integrum significatum integerque gradus specificus, non patitur hæc inæqualitatem, cum sit tota latitudo speciei, quæ integra reperitur in quolibet indiuiduo, etiam ratione differentiarum.

Ad secundum, si Caiet. velit tantũ vnã differentiam intrinsecè præstare alteri, rationem verò specificam æqualem esse in omnibus, iam vitat analogiam hæc, si verò (de quo suo loco) velit perfectiorem differentiam indiuiduum, rationem specificam efficere perfectiorem in vno, quam in alio, ita vt in differentia specificæ ratione numericæ vnum alteri præstat,

pot. est dicere (nec ita malè) id esse per accidens tantum participationi speciei (cum sit æqualis in multis) scilicet habere hæc analogiam, à scientiis: quæ hoc non curari, sed hæc secunda solutio non placet ita, sicut prima,

ARTICVL. II.

De Analogia Logica, attributionis?

Pro huius rei intelligentia nota quod Aristot. vocat hæc analogiam ab vno, vel ad vnum, vel in vno, loca vide in Caiet. cap. 2. de analogia, & Ferr. cum S. Tho. 1. contra gé. res. c. 34 alia eius nomina, vide in Caiet. supra, sicque definiuntur communiter 1 Analogia attributionis dicitur, quorum nomen est commune: ratio verò significata eadem secundum terminum, diuersa tamen secundum habitudines ad illum. V. g. animal, vrina, medicina, habent idem nomen sanum, cuius idem significatum, scilicet sanitas terminus, animal respicit, vt subiectum, medicina vt causa, vrina vt signum.

Secundò, notandum quod analogia hæc diuiditur, eãque multiplex iuxta varium ordinem ad principale analogatum 2 prima diuisio secundum diuisionem causarum, multa enim denominantur in ordine ad vnum finem, vt medicina, & vrina dicuntur sana propter animal, vel in ordine ad vnã materiam, & subiectum, vt accidentia dicuntur entia in ordine ad substantiam, vel in ordine ad vnum efficiens, vt medicinale de medicamentis, vt diriguntur à medico, in quo est ars, vel in ordine ad vnum formale, vt bonum, ex Aristot. de bonis per participationem dicitur, vt exēplata sunt à bono per essentialia: extenditur

Analogia attributionis quæ dicitur.

Analogia attributionis multiplex.

renditur enim hic, causa formalis ad ad exemplar, vt efficiens ad dirigentem extenditur, loca Aristote de hoc vide in Caiet. iungitur huic analogia similitudinis in actione, quia Nero dicitur de crudelibus, quia intelliguntur, vt illi similes, & vt alteri Neronem participat: & homo de homine viuo & picto, ratione inquam similitudinis, quia viuus adumbrat pictum, pictus adubratur viuum. Hęc autē analogia de homine viuo, & picto, dicitur à S. Tho. q. 2. de veritate, artic. 11. ad 2. absolute æquiuocatio, quia summè ad eam accedit, vt Soto & alij dicunt: ratio autem S. Tho. est, quia pictus nō imitatur viuum in essentia, in figura verò vniuocè conuenit, & adhuc est analogia, quia adumbrat hominis viui essentiam.

Secunda diuisio analogiæ attributionis est in analogiam vnius ad alterum, vt eode de accidenti respectu substantiæ, vel duorum, ad tertium, vt de qualitate, & quantitate respectu substantiæ, in primo modo nullum est analogatum prius vtroque, bene tamen in secundo modo, ita Sanct. Thom. 1. par. quæst. 13. artic. 5. & primo contra gentes, cum Ferr. capit. 34. de potentia. q. & art. 7 hanc tamen diuisionem Ferr. ostendit ad analogia proportionalitatis, de quibus infra dicam, & aliqui analogia per attributionem ad tertium diuinguant, vt alij quando illud tertium participet, etiã rationem analogi, vt de ente aliquando verò non, vt accidens de nouem prædicamentis, in ordine ad substantiam, quæ non est accidens, at potissima conditio huius analogiæ attributionis, vt patebit, & vt ratio analogia formaliter sit in primo analogato, ad quod alia habent ordinem. Vnde nō est ad nouem prædicamenta accidens sic analogum, licet intrinsecè respiciant substantiam, quia hæc non est accidens, vt potè substantia.

Tertio notandum quod potissima conditio, ex qua omnes deducuntur, est, vt significatum formale in vno sit principaliter, & formaliter, quod principaliter dicitur analogatum, in alijs verò respectu illius extrinsecè dicuntur talia, ita M. Cumel. vbi supra, q. 7. Caiet supra, & cum S. Thom. 1. P. q. 13. artic. 6. & 11. Metaphy. lectione 3. vnde est vt secundaria analogata, ex omnium penè sententia, connotatiuè in ordine, scilicet ad primum intelligantur, & definiantur, vnde primum, in definitione aliorum ponitur V. g. pulsus sanus, deambulatio sana per animal sanum, debent definiiri. Et hæc conditio formaliter intelligenda est, scilicet vt in quantum analogata talis analogiæ secundaria non habeat talem rationem, sed extrinsecè denominentur à primo: & hac ratione S. Thom. 1. 2. q. 110. artic. 2. ad tertium. & 11. Metaphy. lectione 3. fauet Arist. lib. 4. text. 2. negat accidens, dicens quod habeat esse, sed extrinsecè à substantia, quia est eius dispositio, & c. similiter licet medicina formaliter habeat virtutem sanatiuam, in quantum analogatum secundum, extrinsecè dicitur sana, vt potè ab animali sano, vt eius causa, sicque potè de alijs philosophari propter quod hæc analogia dicuntur secundum extrinsecam denominationem.

Hinc inferitur quod impertinens esse, vt secundaria analogata habeant communem conceptum vniuersum, vt vult Soto, respiciens extrinsecè sanitatem, vel nullum, sed sicut etiam immediata significata, vt innuit Caiet. Sac enim est, vt nomen taliter analogum significet sua prima impositione, primum analogatum ex modo significandi deinde extrinsecè dicatur de alijs, quæ ipsum respiciunt.

Vltimò bene M. Soto 4 dicit ea analogata à consilio, quæ sunt à memoria, vt vocari Petrum, propter memoriam

NOTA

Coroll.

riam aui, vel ab spe, vt dicitur Cæsarem spe in eundè gratia, cum imperatore, non esse analogi, sed æquiuoca à consilio, quia solum fundatur in voluntate, non autem in natura analogatorum.

ARTICVL. III. & vltimus.

De Analogia proportionalitatis?

Caiet. c. 8. vbi supra probat hæc propriè dici ab Arist. analogia, sed vt dixi, nomen analogum extensum est etiam ad alia analogata, præterquam quod attributionis, dicuntur analogia proportionalitatis, hæc verò proportionalitatis.

Pro explicatione 1 aduertendum primò, proportionem esse habitudinè vnius ad aliud, vt quatuor ad duo, est proportio dupla, quia scilicet bis continet duo: proportionalitas verò est proportio proportionalium. V. g. ea est proportio 4. ad 2. quæ 8. ad quatuor vnde requiritur quatuor extrema, proportio verò duo tantum.

Nota. 2. Aduertendum secundò, quod 2 analogia proportionalitatis alia sunt propria, quando formale significatum in analogatis propriè reperitur, de quo statim. Alia metaphorica, quando in vno tantum reperitur forma simpliciter, in alijs verò metaphorice, & per similitudinem. In communi verò sic definiuntur 3 analogia proportionalitatis dicuntur, quorum nomen est connumeratio verò est eadem proportionaliter significata, ita Cumel hic, & ponit exemplum, sicut videre dicitur de uisione corporali, & intellectuuali, & tamen visio solum proportionem est eadem vtrobique.

Quæ dicuntur analogia proportionalitatis. Sed dices 4 sequitur quod analogi

ga attributionis fiet metaphorica proportionalitatis, quia solum in vno formaliter reperitur ratio, & in definitione eius, de quo dicitur, debet poni Metaphorice, id, de quo dicitur propriè in ordine ad quod debet connotatiuè intelligi. 5 Responderetur differentiam esse, quia in analogis proportionis vnum ali comparatur, in proportionalitatis verò comparatio est proportionis formæ, vnius cum vno, & alterius cum altero, & sicut risus homini, ita viriditas prato, quibus ride re est analogum: & ita sic dicitur Christus leo, quia est quasi verus leo est analogum attributionis, particula, leo, vtrique, sicut verò vt vult S. Thom. 1. p. q. 13. ar. 6. significat dictus de Deo ita se habere in suis operationibus Deus, vt naturalis leo in suis, quatuor habet extrema, estque perinde analogum proportionalitatis metaphoricè, nec est curandum, quod aliquando nomen consusione analogiæ proportionalitatis dicatur etiam proportionalitatis.

Difficultas tamen est tota circa analogiam proportionalitatis propriè. Prima 6 sententia est Zimare verbo analogum, & verbo ens, & eã probat ex Arist. Auerr. Themistio Caiet. supra c. 3. & 4. & 5. Ferr. supra Gand. au. 7. Phys. & Venet. text. 13. & probatur à Neotericis ex S. Tho. estque sine diffensione omnium Antiquorū, quos aliquos præter Caiet. affert Sòz. qui 4. Metaphy. q. 2. tenet, scilicet talia analogia immediatè significare sua significata, quatenus sunt fundamenta proportionalitatis, non vt significant ipsam proportionalitatem, nec fundamentum vt sic, sed formales rationes, quæ sunt fundamenta, ideoque nō esse vniuoca, quia non dicunt simpliciter vnam rationem commuè, nec æquiuoca, sed analogia, quia dicunt plures, nō omnino diuersas, sed proportionales, vtens immediatè omniaque sunt proportionaliter eadem & principia

Respon.

6 opinio Zimare

cipium ad principium vitæ, quod est cor, & principium domus, quod est fundamentum, &c.

7 Op. 2.

Secunda sententia 7 refert hanc analogiam ad essentialem dependentiam, & participationem formalem vnus ab alio, cui fauet S. Thom. 1. p. artic. 6. vt Ferr. suprâ in definitione omnium analogatorum secundariorum vult poni primum, in quo videtur consistere analogia entis ad Deū, & creaturas, substantiam, & accidens.

8 Nota. 2.

Pro intelligentia 8 aduertendum, primò Caiet. opusculo de conceptu entis se explicare, in his analogis dari vnum conceptum imperfectum, quem etiam ponit Ferrara) plures tamen perfectos, & non vnum, de quibus ait se loquutum opusculo de analogia, & Antiqui, primæ sententiæ forte loquuntur de hoc, cum S. Thom. nunc det vnum conceptum enti, nunc neget, in quo verò sit hæc imperfectio cum non explicet Caiet. impugnatur à multis.

9 Nota. 2. pro 1. notab.

Aduerte tamen 9 pro hoc secundo, quod est differentia inter rationes transcendentis, & alias (vocoque hic transcendentis, quæ licet non transcendant omnia; prædicantur tamè de differentijs etiam inferiorum essentialiter) quod in ratione non transcendentis animalis, non differunt homo, & equus, propter animalitatem, sed propter differentias, quibus est animal accidentale: at in ratione entis, quod est transcendens, quia imbibitur in quavis differentia, conceptus iste imperfectus, quia sic imperfectus est, vocatur ab istis conceptus, quod nominis, differunt homo, & equus, licet suis differentijs differant. Vult ergo Caiet. & Antiqui si bene intelligantur conceptum animalis abstractum, in ratione animalis esse perfectum, quia iam non perficitur nisi per differentias, quibus animalitas est extrinse-

ca: conceptum verò entis esse imperfectum, quia dum perficitur per modos intrinsecos inferiores, per significatum, & rationem entis in eis inclusam perficitur: & ideo negatur ab Aristot. ens esse gradum, quia non dicit vnã rationem perfectam modo dicto: & ideo conceptum perfectum dicunt esse omnia, in quibus est iam perfectum ens, quæ in suis entitatibus fundant dictam proportionalitatem, imperfectum verò conceptum communem esse, & simplicius omnibus.

10 Nota. 2.

Aduertendum secundo 10 quod licet homo, V. g. & equus pendeat ab animali secundum quod genus, per suas differentias, quæ in eius potentia continentur, non tamen pendunt in significato formali, scilicet viues sensibile, sine transcendentia, quæ facit dictam dependentiam.

11 1. concl.

Iam sit prima conclusio 11 si non daretur ille conceptus communis nõ dicens determinatè analogata, esset mera æquiuocatio, si omnia reprobarentur immediatè.

12 Probatur cõcl.

Probatur, 12 quia si significat plura, secundum particulares rationes, quæ diuersæ sunt conuenit eis definitio æquiuocorum à casu. Dices habere rationes illas inter se proportionalitatem. Contra, quia etiam in suis naturis, canis latrabilis, & marinus si miliores sunt, & duo Petri in suis numericis differentijs, quam albedo, coruus, & angelus, quantitas, &c. in suis entitatibus, & tamen illis est equiuocum canis, & Petrus, ergo & istis ens.

Confir.

Confirmatur, si vnum nomen impositum vt significaret substantiam imponeretur ad significandã quantitatis entitatem, esset æquiuocum, vel nullum nomen: probatur æquiuocum à casu, ergo & modo ens significaret eorum naturas immediatè.

13 coroll. 2. ita

Ex quo infero 13 hoc quod est

ita se habere vnum ad aliquam rationem, vt alterum ad aliam (si propriè vtrique conueniat, & non metaphoricè vnum in ordine ad alium) commune esse vniocis, & æquiuocis, & analogis, vt homo enim, se habet ad suam humanitatem, equus ad equitatem, vel melius, vt homo se habet ad suam animalitatem, equus ad suã, quibus animal est vniuocum, & vt canis marinus ad suam naturam, canis latrabilis ad suam, quibus canis est æquiuocum, & vt substantia se habet ad suam entitatem, ita accidens ad suam, nec enim vllum est tam equiuocum, vel vniuocum prædicatum, quod non fundet dictam proportionalitatem: & ex Caiet. & omnibus, hæc analogia propriè proportionalitatis, non significant relationem, sed potius naturam, quæ eam fundat. 14 Vbi aduertit, quod analogia proportionis, semper dicunt determinatam distantiam, quæ consistit in hoc, quod cognito vno analogato, cognoscantur & alia, quod prouenit propter habitudines, at improprialitatis analogis, non datur talis distantia: non enim qui determinatè cognoscit proportionem.

14 Nota. 2. in intellectu huius coroll.

15 2. concl. Probatur cõcl.

Secunda conclusio 15 essentialis dependentia, sine transcendentia, nequit consistere analogam ratione cõmunem, destructa vniuocatione. Probatur, quia passio albedinis, essentialiter pendet ab albedine, & species intelligibilis, præcipuè in angelis ab intellectu, quibus omnibus ratio qualitatis est vniuoca, vt patet, nec est alia ratio, nisi quia dependentia est ratione differentiarum, de quibus qualitas genus nõ dicitur per se, ac proinde in significato formali qualitatis non dependet, debet esse dependentia in significato formali: hæc autem non datur sine transcendentia, ergo essentialis dependentia sine transcendentia nequit consistere analogã ratio

nè cõmunè, destructa vniuocatione. Confirmatur, quia nisi ratio communis sit transcendens, licet vnum in ferius vt creatura pendeat ab alio, vt à Deo, facillè quis negabit, & merito dependentiam esse in significato formali, communis nominis. V. g. sed in particularibus rationibus: analogia verò petit dependentiam in significato formali, vt illa faciat analogum.

Confir.

Sed dices, licet sit transcendens ad huc non erit dependentia, in formali significato, quia, id est: ens in communi. V. g. quod in communi implicat esse inclusum in particularibus. Respondetur communitatem non esse rationem formalem significantem, sed ipsam entitatem, penes significantem autem, attenditur vniuocatio, analogia supra dicta: penes imperfectiorem conceptus: communitas autem modus est significandi, non ratio significata etiam formaliter.

16 3. concl.

Tertia conclusio 16 transcendentia, quæ facit modo dicto conceptum communem imperfectum, facit dependentiam, & proportionalitatem analogam, ita vt licet ad analogiam sufficeret dependentia, in formali significato: transcendentia tamen, efficit talem dependentiã, licet ratione inferiori in significato nominis cõmunis

Probatur cõcl.

Probatur, quia cum datur ille communis conceptus, non erit pura equiuocatio, quæ petit plura immediatè: cum verò ratio significata hoc ipso, quod transcendat, non sit omnino vna, cum transcendat diuersa, quoad eorum differentias, non erit vniuoca, ergo nec cessariò erit analogia.

Confir.

Confirmatur, quia licet dependentia inferiorum sit ratione differentiarum cum formale significatum transcendens in eis includatur, in illo erit dependentia, prioritas, & posterioritas, quæ facit analogiam.

Prob.

Secundo, quia vt infra patebit hæc consequentia tenet apud Auit. dicitur

tur de differentijs, quod est esse transcēdēs, ergo non est vniuoçū, vel genus.

17
1. corol.

Hinc infero, primo, 1º quare hæc analogia non omnino abstrahant, vt vniuoçā, vt bene Antiqui cum Arist. quia scilicet, cum sit analogū transcēdēs, licet intelligatur in communi, adhuc manet in differentijs, quia non ita propriè separatur id, quod vbi erat manet, licet sine illo intelligatur, animal verò nõ manet in differentijs, ratione quarum propriè abstrahitur.

18
2. corol.

Secundò infertur, 18 quod si homini & equo, vel Petro & Paulo, tantum esset aliquod transcēdēs, vt eas, licet non esset inter eos dependentia propter transcēdentiam fore, analogum: quia cum vniuoçatio, petat omnimodam vnitatem, nõ minus hæc destruitur, per dependentiam in illa ratione formalit, quam per diuersitatem in eadem, sed transcēdentia facit, vt licet Petrus & Paulus differant numericis differentijs, differant etiam entitate in eis inclusa: ergo non erit omnino vna in illis, nec etiam æquiuoca.

19
3. corol.

Tercio sequitur, vt beatus Caieta. & communiter Thomistæ 19 in definitio- ne horū analogatorū propriorū, ex S. Tho. de veritate, q. 2. ar. 11. nõ semper poni primū, quia nõ est necessarius ordo ad illū, quod si aliter S. Tho. supra, & Petr. videatur loqui, rectè conciliatur à Caiet. ibi loqui de nomine analogo, quo ad relationē analogiæ, at sic non sumitur, vt analogū est, sed pro ratione formalit, quæ relationē fundat, vt patet in ente, & alijs, & est sententia communis.

20
4. corol.

Quartò & vltimò infero, 2º nõ dari conceptū vniuoçū differentijs numericis, tribusque diuisis personalitatibus, quia eū sint, vt supra dixi, metaphysicè incomposita, non habet prædicatum, quod non transcēdat, propter cuiusvis prædicatū, & vltimū, & sic sit analogū. Principium etiā pars & c. quia in ratione principij, cordi,

fundamento, & alijs transcēdēs est, est analogū, loquorq; intra ens reale, nõ infra patet in enti reali, & entitatis rationis nõ esse cõmune analogū propriæ proportionalitatis, sed metaphoricè, vel attributionis, vt comunicabilitas ad plures naturas, quod est esse genus fundamentaliter, quia transcēdit quæcunq; comunicabilitatē cuiusvis generis est analogū realibus propriæ proportionalitatis, ijs verò, & rationis metaphoricè, vel attributionis, similiter conceptus numeri, vt dicitur de differentijs numerorū, quæ fundant proportionalitatem, est analogū transcēdēs, vt de intellectu, & substantia dixi. c. de differentiis, de quorum conceptibus vniuoçis. c. de substantia dicam, quid sit. At albedo. v. g. licet vnū album plus habeat de ea, quam aliud, nec id ratione differentie specificæ, cum sint duæ æquales, sed numericæ, vt dixi supra ar. 1. non est multis albedinibus analogū, quia analogia non attenditur penes multitudinem, v. l. paucitatem gradum vnius differentie habitæ, secundum varias partes: sed penes diuersitatem rationum.

Rogabis vltimò 21 quomodo in dictis analogis reperiantur quatuor extrema proportionalitatis? Respondetur, in participatione reperiri distincta saltem ratione, quod sufficit, scilicet ad minus duo, quæ illam rationem communem habent, & in illa illa ratio diuersificata iam: sic enim quatuor extrema dantur, duo, scilicet participantia, & duo participata, sicut enim se habet domus ad suum principium, ita vita ad suum, quæ sunt quatuor, ratione distincta, duo tamen secundum rem. Vnde non tantū vna & propter diuersitatem participationis, & propter fundamentum, ratio abstracta, postea nõ omnino eodē modo inferiora respicit, & sic nõ est vniuoçā. Dabitari possit, 22 nam vniuersa

21
Vlt. quæ-
ritur.

22
Inurgit
dubium

le, fuit analogum ad quinque, quibus non videtur transcēdēs? Respondetur id esse absolutè & simpliciter vniuersale, quod ratione sui dicitur de multis, non propter aliam vniuersalē prædicationem, quod verò ratione alterius, & sic mediæ prædicatione vniuersalis est vniuersale, secundū quid, est vniuersale, vt secundum quid dicitur aliquis, & ita omnia posse, qui per amicum regem omnia valet, & hæc visa est stricta dependentia. Iam ergo ratio vniuersalis, scilicet vnū in multis, non includitur in differentia generis, quæ est, dici in quid, cum quodam ordine ratione differentiarum, & nec in differentia speciei, quæ est, licet in quid, sine hoc ordine, saltem per se, & sic est, eis vniuoçatio vniuersalis Ar. c. m. mediatio, quæ ipsa differentia v. l. propter differentia assert, non ut quævis mediatio cuiusvis rei, vt patet in dicto modo intertelle ratione alterius respiciens multa clauditur vniuersale in eis inuicem, cum dependentia à genere, vel specie, & sic ratio vnus in multis est illis analogæ, de accidenti verò cum non pendet in prædicatione, vt accidentalit, quæ est extrinseca ratione vniuersalis, cum de Petro dicatur in hoc quod de multis accidentalit dicitur, vbi includitur ratio vniuersalis, iudici, qui in quid, vt est differentia generis, vel speciei, patet, vni in multis non includi.

QVÆSTIO II.
De natura Analogie entis in particulari.

Præhabitis his quæ ad naturam Analogie in communi spectant facile rati erit, omnino quæ de essentia analogie entis particulari in-

uestigare, de quo examinanda sunt quinque. 1º Primò, vtrū ens sit analogum enti reali & rationis, & quomodo? secundo, si sit ens analogum substantiæ & accidenti, & quomodo? Tertio, si sit ens analogum Deo & creaturis, & quomodo? quarto, si eis prædicatur in quid de omnibus rebus: quinto & vltimo, si accidens tā completum quam incompletum sit analogum vniuoçum generibus accidentium, & quomodo?

1.
Disposi-
tur. q.

ARTICVL. I.

Vtrū enti reali, & rationis sit aliquod analogū, & quomodo?

Solutio. 4. Metaph. q. 5. Tab. c. 1. 2. de transcendentibus dicitur esse pure æquiuocum. Probat, quia distans ens reale, & rationis, plus quam Deus, & creatura, quæ licet distent in infinitum conueniunt in ente reali, ergo nullam habent proportionem, vel analogiam.

Secundā sententia est Gandau. 6. Metaph. q. 9. Buridan. in fine prædicationum, qui e contra illis 3 dat aliquid vniuoçum essentiale. Probat, quia ordo ad terminum vniuoçū est relationi reali, & rationis: & sic veraque est in eodem prædicamento relationis.

1. opin.
Sonzia.
proba-

3
2. opin.
Gandau.
& Burid.

4
3. opin.
vera.

1
concl.

entis realis, nam tota mea essentia est in me in re, ergo si illa ratio communis obiectiua non petit esse in re, non est intrinseca enti reali, & si petit, non est intrinseca enti rationis: secus est de ente reali in communi, sub quo distinguuntur substantia, & accidens propter varios modos essendi in re. Probatur etiam variè à M. Cumel hæc conclusio, vbi supra conclus. 2. q. 2. ens reale, & ens rationis non conueniunt in entitate reali aliqua, alioquin ens reale esset ens rationis, & e contra, sed conueniunt in ente considerato secundum omnem latitudinem intelligibilem: ergo fundatur vnus conceptus obiectiuus essentialis enti reali & rationis.

6 Repli.

7 Respōd.

Dices tamen 6 sunt certus aliquid esse ens, & dubito an sit reale vel rationis: ergo est aliqua ratio illis communis obiectiua. Respondetur. 7 id quod esse, quia aliquid commune intelligitur: sed quia scimus id esse obiectiue in intellectu, & dubitamus an id, quod tunc habet esse rationis, habeat præterea aliud esse in re., cui hoc esse rationis est extrinsecum, cuiusque intelligo absolute ens, reale ens apprehendo, nisi addam secundum quid esse ens: vide Cumel in fauorem Scoti vbi supra, argumentatur enim in simili forma.

Hanc conclusionem pono contra Iacob. qui cum supra dicat ens reale & rationis purè esse æquiuocum, male 1. Metaphysic. q. 1. concedit ens in communi abstrahere à reali; & rationis, sed ex ea conclusione infertur ens non esse vniuocum, cum non habeat vnam rationem obiectiuam illis communem.

8 a. concl. Secunda conclusio, 8 relatio, ens & nomina essentialia enti reali, & rationis analogæ sunt, analogia attributionis, atque etiam analogia proportionalitatis metaphysicæ: habet duas partes conclusio, probatur quod ad primam, quia ens rationis nequit intel-

ligi sine ente reali, quod negat aut priuat, vel denominat, vel in monstris adumbrat, vel in relationes ad similitudinem realium intelligit, vt earum umbram, vt supra probaui quæst. de genere est etiam analogia proportionalitatis metaphysicæ. Probatur, quia ens rationis intelligitur, modo dicto, infus esse obiectiuo, & secundum quid, ita se habere vt reale in vero esse, in ordine ad quod intelligitur, & dico de entitate dico de communicabilitate ad inferiores naturas, quod est esse genus fundamentaliter. Nam proportio ista propria, vt ex dictis articulo præcedenti patet, petit vt conceptus abstractus formaliter sit in vniuerso, & communicabilitas intrinseca est naturæ: nulla autem ratio obiectiua communis est, & intrinseca enti reali, & rationis.

Ad primum, primæ sententiæ dicendum, quod cum creator, & Deus sint vera entia, ratio entis communis est illis (quomodo verò infra dicam) at quia ens reale petit esse in re, quod repugnat enti rationis, nequit in aliquo conuenire, quod ab vtroque abstrahat, cum sint veluti contradictoria, vt ens, scilicet, & non ens, quæ non sequitur, quod sint æquiuoca, sed tantum analogæ modo dicto, vnde ne go consequentiam.

Ad secundum, quod est secundæ sententiæ, nego antecedens, nam vt bene Niphys. 7. Metaphysic. q. 6. Villalp. c. de specie, ratio relationis propter dicta, est illis analogæ etiam, & ideo non sunt in prædicamento relationis directæ, de quo infra: nam vt communis sententia tenet, ens reale est, quod diuiditur in prædicamenta,

ARTICVL. II.

Virum ens reale sit analogum substantiæ, et accidenti, et quomodo?

Hæc

Explicatur articulus. q.

HÆC quæstio non versatur de analogia attributionis 1 cum hæc ponatur ab Aristotele, in ente 4. Metaphysic. & ab omnibus ibidem, neque enim hæc requirit vnum conceptum communem, sed satis sunt duo, quorum vnus ad alium ordinatur modo supra explicato, & sic ens primò sumitur pro substantia, secundò pro accidenti, quod ab entitate substantiæ extrinsecè denominatur, vt analogum attributionis, cui vt sic impertinet ens est propria entitas, vt etiam analogis metaphoricis tantum opus est habere aliam formam proportionalem metaphoricæ formæ primi analogati: quæstio ergo est de analogia proportionalitatis propriæ.

De quo prima sententia 2 est Scoti, q. 4. prædicamentor. & Aureol. apud Capreo. supra artic. 4. qui dicunt ens esse æquiuocum pure logicum, quibus fauet Porphy. c. de specie, Auerr. & alij cum Aristotele, qui multis in locis quæ Capreo. fert, dicit nil dari commune decem prædicamentis, sed esse primo diuersa, & simplices conceptus, & ens esse statim omnia. 3. Metaphysic. text. 16. vbi S. Tho. & alij.

Secunda sententia 3 dicit esse vniuocum: ita Licherus, Gabr. Ocham, Boet. quos referit Neotherici, & Greg. 4. metaphysic. q. 1. c. 2. Trombeta. 1. Metaphysic. q. 2. Anton. And. 4. Metaphysic. sed hic sentit cum Scoto, q. 4. metaphysic. q. 1. dicit esse analogum, & 1. d. 3. q. 2. cum dixisset esse vniuocum, statim subdit, vniuocum voco non asserendo, quia non consonat communi opinioni, quidquid autem sit hoc loco, quia ipse sentit dari conceptum entis, nec claudi in differentijs, coacti eius discipuli admiserunt vniuocationem, est tamè hæc sententia Platonis, scilicet ens esse vniuocum, imò genus, de quo quæstione sequenti.

Iam probatur, primo hæc pars, quia Aristoteles 2. Metaphysic. text. 4. om-

nia ait reduci ad eiusdem vniuocum, hoc autem nequit fieri, nisi ens sit vniuocum: ergo.

Secundò, quia aliter nec per creaturas, Deum, nec per accidentia substantiam possemus inuestigare, quod est contra Aristot. & veritatem: ergo ens est vniuocum.

Tertio, quia intellectus est potentia vniuoca, ergo eius obiectum, quod est ens, à quo habet vnitatem, debet esse vniuocum, ergo non analogum.

Quartò, quia saltem ens completum non apparet analogum: ergo ens vt sic non est analogum.

Tertia sententia 4 est esse analogum. Pro cuius explicatione primò

notandum ad vniuocationem, vel æquiuocationem, non attendi vnitatem, vel diuersitatem in esse rei in conceptu formali, vel in obiectiuo, nam dum simul nego ens rationis de ente reali, vel apprehendo, duos Petros vnus est conceptus formalis in esse rei, homo item in hominibus est diuersificatus, attenditur ergo vnitatis conceptus obiectiuus, vel formalis, scilicet vt sic, in esse representato, & representante, illeque est vnus, qui vnum immediate representat, vel representatur: ille diuersus, qui plura immediate representat, vel representatur: erit autem non omnino diuersus, si vnum in ordine ad aliud intelligatur.

Secundò notandum vnitatem conceptus obiectiuus, & consequenter formalis, quia est eius imago, attendi respectu inferiorum, idque ex definitione vniuocorum, patet (sicuti etiã de vniuersalitate dixi) & quia respectu illorum attenditur, illa ratio est vniuoca, que ratione sui in illis est omnino vna: illa analogæ, quæ aliquo modo diuersa: quæ verò omnino diuersa, id est, quæ multa representat quo ad id, in quo differunt, sine ordine vnus ad aliud: pro quibus purè æquiuoca est, licet inter illa sit aliqua conuenientia

3. sent. dicit ens esse analogum. NOTA

5 Vnitatis conceptus obiectiuus formalis attenditur respectu inferiorum.

nientia ex artic. 3. præcedentis quæstionis. Si ve. o. nomen ens, vel aliud, significaret formaliter, illa aliquo modo conuenire esset vniucum, præter quæ quod est cōtra significatū entis, &c. manifeste enim ens entitatē significat, non proportionatē cōuenientiam.

NOTA.

Tertio notandum, licet ex dictis. c. 1. ad æquiuocationem, primò requiratur nomen hoc idē esse, quia plura vnioca, vt homo, & equus, si vno nomine immediatē significentur, æquiuocantur at si vnius vniucationem, vel propriam analogiam proportionalitatis attendamus, fat est dicta vnitatis conceptus, quod nomen, verbum, & vox mentis dicitur: eum ve. o. est analogia plurium conceptuum immediatē, vt Metaphorica, vel attributionis, requiritur vnitatis vocis externæ, aliter erunt duo conceptus vniocci, licet vnus denominatur ab alio, vel illi Metaphorici, & nulla analogia.

Coroll: in mēte datur æquiuocatio pura

M. Soto.

Ex quibus infero, quod in mente implicat 6 dari puram æquiuocationem, vt bene M. Soto 7 hic, & in Sumul. & communis, quia non est vnus conceptus in esse representatiuo, qui significet plura, vt sic licet sit vnus in esse rei aliquando, vt cum intelligo duos Petros, vel canem, hominem, & auam vno conceptu, qui quæ sit eundem diuisas partes diuersas significat: similiter eadem ratione non est in mente analogia attributionis, vel Metaphorica, quia petit duos conceptus formaliter, licet sit vnus in esse rei, quorum vterque est vniocus, licet vnus alteri ordinatus, vel metaphoricus. Item non est in mente suppositio impropria, quæ scilicet, V. g. conceptus sumatur pro Christo, quia sumi in mente est naturaliter significari: conceptusque naturaliter significari: non significat Christum, similitudo verò inter significata ex articulo 3. præcedentis quæstionis, est etiam inter purè æquiuocata quæ quid ergo Merca. 8 opal. argu-

Merc.

ment. cap. 3. pugnet, non est in mente hæc impropria suppositio: sed audito vicit leo, si fecimus conceptum leonis naturalis, audito de tribu Iuda: vel ante ex illuc factione facimus conceptum Christi, & vi metaphoræ, vt similis est leoni, bene tamen in mente datur analogia proportionalitatis propria, quia vnus est conceptus, diuersificatus in participatione, in ratione formali, quod bene Soto 9 hic. q. 1.

Prima conclusio 10 certa, enshabet vnam conceptum significantem entitatem in communi, non determinatē substantiam, & accidens, ita. S. Thom. capit. 1. de ente 11 tenetur propter dicta ab eodem de veritate. q. 1. artic. 1. de potentia. q. 7. artic. 7. Scot. 1. d. 3. q. 2. & omnium Nominal. secundæ sententiæ Alexan. Auicem. Caiet. Ferr. supra, licet id vocet imperfectam labe. 4. Metaphy. q. 4. Cumel vbi supra, conclusiones. 4. Soto hic Merc. c. 1. & communis. Probatur primò ex Aristot. 4. Metaphy. text. 7. vbi ait commune est esse omnibus prædicamentis, vide alia loca in Soto.

Secundo, probatur 12 experientia intelligo enim eas immemorialiorū, & postea dubito an sit substantia, vel accidens: ergo. Item in hac rationale est ens, vel particula, ens, dicit substantiam, & hoc non: quia cum sit genus est extra essentiam, vel dicit accidens, & hoc est impossibile, ergo eas habet vnam conceptum significantem entitatem in communi, &c.

Tertio, probatur ratione 13 euidenti ex Cumel, vbi supra, conceptus obiectiuus entis inuenitur in omnibus conceptibus obiectiuis inferioribus, tam substantiæ, quam accidentis, sed conceptus obiectiuus substantiæ solum inuenitur in substantijs, & accidentis in totis accidentibus, ergo conceptus entis est in communi, &c.

Quartò, quia si immediatē omnia significaret conceptus ille ex articulo

9 M. Soto

10 I. concl.

11 Probatur cōcl. auth.

12 Probatur ex peritijs

13 Probatur ratione

Prob. 4

articulo

tertio præcedentis quæstionis, essent, vt puri æquiuoci, si negetur vnus dictus conceptus, & vel significatio nua copulatiuè, & sic fallò substantia diceretur ens, quia non est accidens, vel diuisiuius: & est sententiæ Sont. e. communiter reiecta, & contra experientiam, vel sub vna ratione cōmuni, quæ dicitur ratione dicta imperfecta, & hæc est nostra conclusio.

Impugnatur 14 tentiare lata à Sont. 4. metaph.

Hinc sequitur falsam esse 14 sententiam, quam refert Sont. 4. Metaphy. dicitur ens nihil determinatē, sed omnia consule representare: impleat etiam esse cognitionem, & nihil determinatē cognosci, saltem in communi, male etiam Sont. dicit ens immediatē dicere diuisiuiam, scilicet substantiam, vel accidens, neque id tolleretur æquiuocationem, ab eo que parum differt Niphus. 1. & 4. Metaphy. q. 1. nisi agar de conceptu perfecto, vt Caiet. o. x. Ferr. & Aegi. & Simpl. quos cum Parmenid. refert Niphus. 1. Metaphy. quæst. 1. capit. 5. licet hæ tres potius agant de ente, vt analogum est attributionis substantiæ & accidenti.

Corol.

Secundo infertur bene Magist. Soto, & alios, eos impugnare, qui admittunt vnam formalem conceptum entis in esse representatiuo, & negant eiusdem vnam conceptum obiectiuum, sicut enim correlatiua, nec oppositum est intelligibile, circa quod attentè legendus est M. Cumel. vbi supra.

15 I. concl.

Secunda conclusio 15 conceptus iste entis analogus est substantiæ, & accidenti, ita Aristot. Auerr. S. Tho. Alex. 2. 4. Metaphy. cap. 2. Donat. & Eusth. 1. Aethicor. cap. 6. Simpl. Porphy. Dexip. 3. Ammo. Boet. hoc. c. 4. labe. Aitad. M. Soto 16 Mercad. Caiet. & Ferr. & citati pro prima conclusione, & Doctor Cumel.

16 M. Soto, & Merc.

Probatur, primo, quia si ens esset vniucum (nam cum dicit vni con-

ceptum non potest esse purè æquiuocum) esset genus, & prædicamentum, vt docent omnes, non essent primò diuersas sequelam ve. o. probat præter alios Ferr. & consequenter non esset de essentia differentiarum, quia enim est de essentia negat esse genus. Sancti. Tho. 1. p. q. 3. artic. 5 & ibidem Cumel & locis citatis supra. c. de differentia, & Aristot. 3. Metaphy. text. 10. & 11. Metaphy. c. 1. vbi nulla inquit differentia participat generis: & 4. Topic. cap. 2. Id autem nullam particulam definitionis generis destruit, nisi vniucationem, vnde ipsa transcendens destruit, quia vniucum vnam rationem dicit, ratione cuius non est intrinseca diuersitas, sed ratione differentiarum, quibus est diuersa, ergo conceptus entis analogus est substantiæ & accidenti.

Secundò, quia ens participatur ab accidenti cum dependentia à substantia, quæ dependentia licet sit accidentis, vt accidens est, quia tamen ibi clauditur ens, est in entitate, formalitè; si significat: ergo, vnde. S. Thom. & alij ex 7. Meta. c. 1. dicunt in definitione accidentis poni substantiam, quia ens in illius particulari ratione clauditur: ergo conceptus entis analogus est, &c.

Iam ad primū Arg. 17 prima sententiæ dico Porphy. vt Arist. 1. c. hic æquiuoci nomē sumit, pro analogo, quale est ens, quod quia non est vniucum, sed omnia transcendit, negat esse gradum Arist. & dicitur statim esse omnia, & immediatē, quia nil est per quod contrahatur, quod nō sit ens: & idē non ponitur in definitione explicitè, quia in quouis gradu est, sed sine negatione propter variū modū entitatis, in quouis gradu, qualiter autē, & quare conceptus simplices dicantur genera suprema dixi supra. c. de differentia.

Ad Argum. secundæ sententiæ 18 ad primū dico quod Arist. vocat vniocum largè propter vnam conceptum, quæm

17 Soluuntur arg. ad 1. primam sent.

18 Ad arg. 2. sententiæ ad 1.

N 4 habe

habet, hictamen diuersimodē parti-
cipatur, & respicit inferiora, respectu
quorum attenditur, vt dictum est,
vniuocatio, vel analogia, ideoque est
analogum.

Ad 2. Ad secundum dicendum, satis esse
analogiam, similitudinem, & imita-
tionem, vt aliquid nos ducat in alte-
rius cognitionem, vide S. Tho. 1. q. 3.
art. 5. & contra gentes, vbi supra.

Ad 3. Ad tertium optimē M. Gumel vbi
suprà. q. 1. solutione ad argumenta
principalia, ad decimum, ens nō est
obiectum formale, sed potius mate-
riale intellectus, in subiecto autē ma-
teriali potentia non est necessaria tā-
ta vnitas, quanta est vnitas potentia,
alioquin sequeretur colorem, quia ra-
tione color est, esse speciem atomam,
quia potentia, facultasque vniua est
vna specie ima, vnde si aliquid con-
cluderet, profectō hoc esset ens esse
vnum specie ima, quia intellectus ta-
lis est, vel potius qualitas, quia sic in-
tellectus est, de subiecto autem for-
mali intellectus, alibi latius, vnde po-
test esse analogum.

Ad vlt. Ad vltimum, si ens completum su-
matur pro sola substantia predicamē
tali vnum est genus, si verō vt etiam
ambit Deum, dicam articulo sequēti,
si vt accidentia prædicamentalia. Re-
sponderetur esse adhuc analogum, quia
esse per se in communi, qui est mo-
dus intrinsecus substantia, intrinsecē
est ens completū, cum hoc ipso, quod
dicit per se in communi, non sit for-
ma alterius, sed intrinsecē completū,
& primus gradus nil non transcendēs
supponens superius. similiter modus
quantitatis, qui est esse totum integra-
le, intrinsecē est completum ens, & nō
parsidem dico de alijs prædicamen-
tis, nam cum propter transcendentia,
& dependentiam in entitate comple-
ta, de substantia, & quantitate analogi-
cē dicatur, ne quid aliud vniuocū da-
ri solis octo prædicamentis, & substā-

tiā, maximē cum multa dependēnt
à quantitate, & omnia à substantia, de
accidenti verō in cōmuni infra dicā.

ARTICV. III.

Verum Deo & creatura ens
sit Analogum, & quo-
modo?

IN qua dubitatione eadem sunt
sententiæ articuli præcedētis, ad-
dendo Rabimosem, qui dicit es-
se purē æquiuocum.

Et probatur ¹ primō, nam hæc ana-
logia petit, vt supra visum est, vnum
conceptum communem, sequitur ali-
quid esse prius Deo salum ratione cō-
tra veritatem: & S. Tho. 1. p. q. 3. ar. 4.
argumento sed contra: ergo ens est
æquiuocum Deo & creaturis.

Secundō, ens est analogum ad sub-
stantiam, & accidens, eo quod simpli-
citer dicitur de substantia, secundum
quid verō de accidenti: sed ens de Deo
& creaturis dicitur simpliciter, Deus
enim simpliciter est ens, similiter &
creatura: ergo ens est purē æquiuocū
prædictis.

Tertiō, probatur saltem quod non
sit ens analogum analogia attributio-
nis Deo, & creaturis: nam si creaturæ
essentiā, per attributionem ad Deum
solus Deus esset formaliter ens. Pro-
batur, nam in istis solum in principali
ratio reperitur formaliter, in alijs ve-
rō extrinsecē, ergo non magis crea-
tura dicuntur entia ab entitate, sicut
potio à sanitate animalis sana quod
est absurdum.

Quartō & vltimo, ista analogia at-
tributionis ex dictis, art. 3. dicit finitā
determinatāq; distantia, ac inter Deū,
& creaturas, est distantia infinita, ergo
idē quod prius scilicet quod non sit
analogum ens substantia & accide-
ti.

¹ Proba-
tur .i. es-
se pu-
re æqui-
uocum.

Secūdo;

Tertiō;

Quartō;

Sit

²
1. Cōclu.

Sit tamen prima conclusio ² certa
ens esse analogum proportionalita-
tis propriæ Deo, creaturis. Ita Dio-
ny. 2. de cœlesti Hierarchia. c. 1. Au-
gu. 1. de Trinitate, c. 1. & lib. 8. cap. 3.
S. Hierony. & Curylost super cap. 23.
Matth. & ad Ephes. 3. S. Thom. 1. part.
& contra gentes supra, vbi Caieta. &
Ferr. & citati, art. 5. præter sanctos, est
Arist. in Metaph. & Philosophi. Pro-
batur, quia ex D. Paulo ad Rom. 1. In-
uisibilia Dei per creaturas conspici,
quod nequiret fieri sine aliqua propor-
tione: alias rationes vide in S. Tho. &
in M. Gumel. de dependētia creatura-
rū à Deo: & loca facere scripturę de in-
finitate propterquam nullum prædica-
tum commune habet non transcen-
dens, per quod patet ens esse analo-
gum Deo & creaturis.

³
2. Conc.

Secunda conclusio ³ etiam est inter
Deum, & creaturas, proportio, & ana-
logia attributionis. Hęc conclusio
etiam est S. Thom. 1. part. q. 11. arti. 1.
ad quartum, & in C. nel. vbi supra, &
in Prologo. sent. q. 1. art. 2. ad secundū
de potentia. q. & art. 7. & Ferr. solutio
ne. 2. Fontec. 4. Metaphysic. c. 2. & pro-
batur ratione S. Thom. creaturę dicūt
habitudinem ad Deum, vt ad causam
exemplarem (& patet etiam ex Arist.
vbi supra, art. 1. huius quæstionis) & vt
ad causam finalem, & efficientem, er-
go analogia sunt Deus, & creatura at-
tributionis analogia Confirmatur si-
cut enim se habet accidens ad substā-
tiam, & respectu illius est ens, secundū
quid, ita creaturæ respectu Dei sunt
entia participatione, ergo: quod ma-
gis patebit solutione argumentorum.

⁴
Soluun-
tur argu-
menta.
Ad 1.

Ad primum ⁴ responder Caietanus
ibi & Ferr. c. 32. vbi supra id esse, quia
ex parte Dei nihil est prius Deo, licet
sit prius ratione nostri modi intelligē-
di, quod ego explicō, quia scilicet fun-
damentum vt possit abstrahi conce-
ptus communis, est esse Deum, & crea-
turas, quarum existētia, & essentia

posterior est Deo, vnde ex parte fun-
damenti nil est prius Deo, etiam ra-
tione, licet sit aliquid illi, & creaturis
commune. Cui adde illud dici simpli-
citer prius, à quo non valet subsisten-
di consequētia, vt animal est prius ho-
mine, quia non valet est animal, ergo
est homo, bene tamen è contra sicque
nil est prius Deo, quia bene valet da-
tur aliquid ens, ergo datur Deus, pa-
tet etiam cum Deus non habeat par-
tes, nec ad vllam creaturam ordi-
netur, sed omnia ad eum ipsum esse
omnium primum.

Ad 2.

Ad secundum vero, vt respondeat
Sato, in omne latus se vertit, vera ta-
men solutio est, quæ colligitur expo-
sitis cōclusionibus, quatenus enim
ens est analogū attributionis ad Deū,
& creaturas, sic dicitur ens simpliciter
de Deo, & secundum quid de creatu-
ris, sicut enim sanū in vrina, nil aliud
est, quā esse signū sanitatis, ita crea-
tura sunt, vt quedam expressiones
diuini esse, & perfectionum eiusdem,
quatenus vero sunt analogia propor-
tionalitatis, vt dicit prima conclusio,
sic substantia creata, est simpliciter
ens.

Ad 3.

Ad tertium similiter ex eodem ca-
pite patet solutio, vbi enim reperi-
tur vtraque dicta analogia cōiuncta,
bene potest ratio formalis, in omnib;
reperiri: quod si quæras, quæ illarum
conueniat ent? relicta aliorum solu-
tione, dico esse simul naturā hæc
analogias in ente, vel probabilius at-
tributionis analogiā, præcedere pro-
portionem, quia ex ratione essendi,
quæ res creatæ variè accipiunt à Deo,
nascitur earum proportio, & inter ip-
sas, & cum ipso Deo. Ad illud vero
quod dicitur in argumento dico ne-
cessariō Deum debere poni in defini-
tione creaturarum, quia ad illum es-
sentialiter ordinātur, cum vero Caieta.
Capreo. & alij Theologi id negāt,
agunt de definitione, non tam distin-

Et, ut potest de illa, quæ traditur per genus, & differentiam proximam, ut cum dico color est discretiuius visus, si verò distinctè explicetur, & in definitione accidentis, substantiæ, & creaturæ, Deus est ponendus: est tamen differentia inter nomina metaphorica dicta de Deo, ut Leo, &c. & propria, ut bonus, sapiens ex 1. par. q. 13. art. 6. quod in metaphorici, creatura est primum analogatum, & in definitione Dei (ut secundum analogatū) est ponenda, in proprijs verò Deus est primum analogatum, saltem ex parte rei significatæ, quia ordine impositionis sæpe prius dictum est de creatura.

Ad 4. Ad quartum Ferr. 1. contra gentes. cap. 34. solutione prima negat talei analogiam in Deo, nam ita videtur docere. S. Thomas de veritate q. 2. artic. 11. Respondetur tamen cum M. Cumel. S. Thom. tantum negare proportionem Mathematicam, duplicem, scilicet alteram, &c. quia est Dei ad creaturas infinita distantia idem Caiet. c. 2. de ente, & proportio metaphysica, vel logica, quæ est attributio & ordo finiti ad infinitum, conceditur à S. Thoma, locis citatis pro secunda conclusionem.

ARTICVL. IIII.

Virum ens predicetur in quid de omnibus rebus?

Prima sententia Scoti. Prima sententia est Scoti, in 1. dist. 3. quæst. 3. negat dici de ultimis differentijs in quid, quia non clauditur in earum essentia. rationes huius sententiæ, & solutiones earum latè, & bene expositores S. Th. 1. par. quæst. 14. arti. 12. agitant.

Secunda sententia M. Soti hic Caieta. cap. 4. de ente, quilibet concedat

ens includi in quouis prædicato, nequeant dici in quid, primo, quia formaliter ens dicit existentiam accidentalem creaturis, & ideo Auicenna idem sentit, ut refert S. Thom. 4. Metaph. lectio ne s. c. u. d. ergo non prædicatur in quid de omnibus rebus.

Secundo probatur, quia ens ex Aristot. 8. Metaph. tex. 16. non oportet quod ponatur in definitione, quia non est nouus gradus, si ergo non est gradus essentia non prædicabitur essentialiter. Confirmatur, quia ad interrogationem factam quid est hoc, ineptè respondetur est ens, ergo non prædicatur in quid.

Pro explicatione notandum 3. ex M. Cumel, ubi sup. ens dupliciter potest accipi, primo participialiter, & dicit actum existendi, scilicet, existens, secundo nominaliter, quatenus significat naturam rei existentis, seu essentiam possibilem existere, sicuti etiam viuens, primo accipitur participialiter, ut dicit actum viuendi, & sic pertinet ad prædicamentum qualitatis: secundo sumitur, ut nomen, ut dicit naturam rei viuentis, & pertinet ad prædicamentum substantiæ. Distinctio hæc entis reipia est: S. Thom. Caieta. Ferr. quidquid dicit Soto.

Iam sit prima conclusio. 4. Si ens participialiter sumitur, de nulla creatura dicitur essentialiter, idque vult Auicenna, Alpharab Algazel, quos refert Caieta. ex Alber. Si vero sumitur nominaliter pro essentia, quæ potest existere, essentialis est cuiusque gradui ex Arist. supra S. Tho. Probat, quia quod non est essentialiter ens, nequit esse pars, vel differentia intrinseca aliquid cuius entis, nec esse in re, ergo ens illo modo essentialiter de creatura dicitur essentialiter.

Secundo, ut Caiet latè probat cum passionibus entis, scilicet, vnum, verum, &c. conueniant differentijs, v. g. rationali formaliter, conueniuntur necesse

sententia M. Soti, Caiet. & Auicenna

Ens accipitur dupliciter

1. Cōcl.

2. Cōcl.

rio includere ens essentialiter, cuius ille sunt passionibus: & communiter de illis ens essentialiter prædicabitur illo modo.

2. Conc. Secunda conclusio. 5. Licet ens participialiter dicatur de creaturis accidentaliter, ens tamen nominaliter de omni ente dicitur in quid. Probat, quia est de essentia omnium, ex prima conclusione, & intelligitur ut per se stans, nil ergo dicitur, ut dicatur in quid, de quo vide, quæ diximus cap. de Genere. Conclusio est Isabel. 4. Metaph. q. 5. Astudillo. 1. Phys. q. 4. & in hoc etiam inclinatur Caieta. Fomsec. 4. Metaph. c. 2. q. 5. Ferr. 1. contra gentes. cap. 25. licet tantum dicat dici essentialiter, vide tabulam S. Thomæ verbo, ens.

6. Tertia conclusio. 6. Ens prædicatur quidditatiuè etiam de suis passionibus, hanc probat Mag. Cumel. latè & bene. Probat, tamen, nam vnum, quod est passio entis, dicitur in diuisione, ergo vel in sua ratione formali hoc tantum dicit, vel etiam dicit aliquid positium, sed non dicit tantum in diuisione, quia nil ponetur, & ille terminus priuatiuus, & quando prædicatur Deus est vnus, nil prædicatur de Deo formaliter, ergo dicit positium aliquid, istud nequit esse aliquid nisi ens, ergo: alias rationes alicui Sorzi.

7. Ad primam 7. respondetur quod ens nominaliter, formaliter non significat existentiam in re, sed essentiam, quæ potest existere, licet nomen sit impositum ab existentia, quia aliud est id à quo, aliud vero id ad quod nomen imponitur, ut vox, lapis, à ratione pedis, quam non significat, sed potius lapidis naturam, quæ solet lædere pedes, vide Caiet. Ferr.

Ad 1. Ad secundam, ideo secundum omnes, ens non ponitur in definitione, quia non est nouus gradus, sed in quouis gradu inclusum, quomodo autem non

fit cum hoc nugatio, in definitionibus dixi supra.

Ad confirmationem vide dicta, c. Ad con. de Genere, arti. Vtrum genus dicitur in quid, per quod distinguatur à differentijs.

ARTICVLVS. V. & vltimus.

Virum accidens ad nouem prædicamenta sit vniuocum, vel analogum?

Non est quæstio de accidenti secundo ad intentionaliter sumpto, sic enim, ut bene M. Cumel. solutione ad septimum q. 1. 1. par. supra q. 13. arti. 5. ratio quinti prædicabilis vniuoca est nouem accidentium generibus. Sed quæstio est de accidenti sumpto primo ad intentionaliter, ut inquam dicit ens reale, quod non est substantia.

M. Soto hic q. 2. & tribuitur Herbeo, quodlibet. 2. q. 7. dicit esse vniuocum & probabilius iudicat Cumel, licet non rejiciat contrariam: non tamen est genus, quia non dicitur in quid, nec est extra essentiam differentiarum.

Secunda sententia Scoti, q. 1. prædicamentorum ad tertium proponit dicit esse pure vniuocum.

Breviter, vera sententia est esse analogum, ita Sorzi. 4. Metaph. q. 4. ad tertium Viguerius in summo libri de anima rationali, cap. 2. verum de ente reali. Probat, primo ex Arist. 1. Topico. c. 13. ubi Niphus, de hominibus Venetis, & expositores, S. Th. 1. ethicor. led. 6. dicente duobus prædicamentis nullum nomen esse vniuocum loquitur enim de reali significato, non de terminis secundæ intentionis, ac quibus iam dixi.

Ad con. firmat.

Sensus quæstionis explicatur

Prima opinio M. Soti

Secunda opinio Scoti.

Tertia opinio vera.

Secund

Probatur ratio

Secundo, probatur ratione sicut ens est: essentiale omnibus, & transcendens, etiam accidens accidentibus, nihilque illis proprium potest intelligi, quod non sit aptum inherere, quod est esse accidens, & sic etiam diceretur in quid, ex qua dependentia haec analogia patet. Et quidem isti auctores videntur propriam vim ignorare: implicat enim quod sit aliquid vniuersum, & non omnino abstractum, cum ergo vniuersio petat omnimodam abstractionem, accidens necessarium erit extra essentiam differentiarum, estque sententia Scoti de ente, ab omnibus impugnat.

Quod sit primum analogatum.

Tota autem difficultas est de analogia dependentiae, & attributionis. Viguerius ponit quantitatem primum analogatum, ad quae cetera accidentia refert, dicit attributae, sed videtur falsum, quia qualitas est illa perfectior, nec in communi pendet a quantitate, ut sit in angelis. Ideo alij qualitatem volunt esse primum analogatum, quia conuenit ratione superioris gradus, scilicet, substantiae finitae, quae petit potentiam, quantitas vero ratione inferioris gradus, scilicet, corpus. Sed si hoc esset verum non vniuerso carentur in qualitate, risibilitas, & tactus, quia hic essent ratione superioris gradus, ut ipse animalis, illa vero ratione inferioris, qui est homo.

1. Cocl.

Vnde potius dicendum videtur quod quantitas sit primum analogatum, quia ab ea pendet omnis qualitas corporea, & ipsa nulla spiritali qualitate pendet, omnes etiam relationes, actiones, & passionis, ubi, & quando corporea, & situs, & habitus ab ea pendet, ut a qualitate, actio, & passio, relationes, ubi, & quando, in spiritalibus. Quare primo ponatur quantitas, licet non sit ad omnia primum, secundo qualitas, tertio relatio, quia haec petit terminum & subiectum, illae vero subiectum tantum: ad quantitatem vero, & qualita-

tem cetera reuocantur, unde non est opus dare vnum primum analogatum, a quo omnia pendeant, sed satis est ut ad quantitatem, qualitatemque omnia reuocentur, & iudeant: & istis modis ad substantiam, praeter paucas relationes, & modos rei, & actiones, qualis est creatio, quae insunt immediatè substantiae.

Secundo dico quod licet hoc satis sit cuidam ordini congruo praedicamentorum, non tamen sufficere ad dependentiae analogiam accidentis ad nouem generalissima. Probatur, nam licet sit dependentia aliquarum qualitatum, actionum, &c. a quantitate, vel qualitate, aliarum tamen dependentiarum, id faciet, ut accidens ad illa sit analogum dependentiae, non vero ad generalissima, quia nec quantitas in communi a qualitate, nec haec in communi a quantitate, nec actio Dei transiens ut creatio, quae non est a corpore, nec relatio creaturarum ad Deum, ac per consequens earum generalissima, non habent dependentiam a quantitate, vel qualitate.

Confirmatur, quia nec ubi in communi, & quando, ut reperiuntur etiam in Angelis, dicit dependentiam a quantitate, nec quando a qualitate, nec ubi Angeli, cum fiat ab eius intellectu, qui est qualitas, nihil tamen dabitur a quo haec in communi pendeant: habet ergo accidens analogiam transcendentiae, non dependentiae ad nouem generalissima, ut ens ad albedinem, & Angelum. Similiter accidens non est analogum ad nouem generalissima attributionis, quia omnia sunt intrinsecè accidentis, & respectus substantiae erit ens, non vero accidens hac analogia attributionis analogum. Primum quia (ut dictum est) omnia sunt intrinsecè accidentis. Secundo quia substantia, quae ponitur primum analogatum est ens, non vero accidens.

Vltimo dico etiam accidens completum

2. Cocl.

Confirmatur.

Vlt. conclusio.

Confirmatur.

Secundo.

Tertio.

pletum est analogum ad nouem genera. Probatur, quia ex supra citatis nihil commune duobus praedicamentis est vniuersum essentiale, quia aliter sequitur quod sit genus, & consequenter nouem praedicamenta esse vnum, ut decem esset vnum, si eius esset genus.

Confirmatur, quia ex 5. Metaphys. text. 12. quae sunt vnum, vel sunt vnum numero, vel specie, vel genere, vel analogia, sed accidens completum in communi est vnum, non numero, nec specie, ergo vel est vnum genere, vel analogum, ut dicimus.

Secundo, quia est dependentia inter aliqua accidentia, sed haec ratio ad aliqua probat analogiam dependentiae non ad nouem generalissima, ergo accidens completum est analogum ad nouem genera.

Tertio, quia accidens completum est transcendens ad generalissima, ergo est analogum, nam in modo intrinsecè quantitatis, qui est esse totam in re, intrinsecè includitur completa natura accidentis. Item relationis praedicamentalis modus est, ut totum suum esse sit ad aliud, ergo non habet pro genere accidentis, quod non includit formaliter relationem praedicamentalem, aliter differentia non tota eius essentia esset ad aliud, similiter esse ab alio, quod est actio, recipi in aliquo, quod est passio, esse in loco quod est ubi, & alia quae sunt modi intrinseci generalissimorum. Ex istis terminis colligitur, respicere immediatè id, cuius sunt, non vero supponere commune genus, sed cum generalissimis esse synonyma: nam differentiae diuisivae generalissimorum, ut radix intellatus quantitate, supponit radicem per se standi, similiter radix discursus supponit radicem sensus, ut patet, modi autem intrinseci generalissimorum secum afferunt, non supponunt rationem substantiae, vel accidentis completi.

Circa vltimum dictum arguitur

primo, nam accidens completum potest intelligi, ita ut in differentiis non claudatur, ut substantia potest intelligi, & ut communis ad partes, quomodo est analogum, & ut est generalissimum quomodo est vniuersum non inclusum in differentiis, idem de qualitate, & relatione, &c. ergo licet accidens possit sumi, ut transcendens, sumi potest etiam ut non transcendens, & vniuersum.

Secundo, quia secundum multos ordo ad substantiam non est de essentia accidentis, ergo nec praedicabitur quidditati, nec includitur in differentiis, sed erit vniuersum.

Tertio, quia hoc ipso quod sit transcendens, non erit genus, licet sit completum accidens, poterit ergo esse vniuersum.

Ad primum patet ex dictis ibi accidens etiam completum transcendere modos intrinsecos nouem generalissimorum, quod non habet substantiam, ut est genus, transcendere scilicet, suas differentias diuisivas, quia sunt haec, radices passionum, ut quantitatis corpus, intellectus spiritus, quae differentiae, ut patet, supponunt per se stare completum, id est, determinant, non includunt, ut generalissima, & hoc est esse generalissima, nec opus est ut accidens, vel ens completum, transcendant differentias inferiorum generum, haec enim quia supponunt genus, quod contrahunt, non secum afferunt, non dicuntur tam completa entia, sed satis est ut sint transcendentia ad modos intrinsecos generalissimorum, ut accidens non sit vniuersum nouem generibus.

Ad secundum, licet illa opinio sit falsa, & paucorum, & contra Aristot. (de quo alibi) tamen quaecumque fuerit essentia accidentis completi, quam committatur, saltem aptitudinalis inhaerentia transcendens est, & analogia.

Ad vltimum, bene probat eo ipso quod

Primum argumentum contra conclusionem

Secundum

Tertium

II Soluuntur arg. Ad 1.

Ad 2.

Ad vlt.

quod transcendat non esse genus, sed id est, quia destruitur vniocatio, & non alia particula definitionis generis, vt patet ex dictis hic & arti. 2. huius quaestiois.

QVAESTIO. III.

De diuisione entis in decem genera vt in inferiora.

Disponi tur quae stio.

Diuisio ista ex dictis plane iam colligitur, de quo inquirantur quinque ad pleniorum notitia: primo, qualiter ens in sua inferiora partitur; secundo, si sufficienter in decem genera diuidatur; tertio, de his quae communiter in praedicamentis collocantur; quarto, si natura in concreto, vel in abstracto in praedicamentis collocantur; quinto & ultimo, qualiter praedicamenta inter se differant.

ARTICVL. I.

Quomodo ens in sua inferiora diuidatur?

Explicatur quae stio.

Magnus campus profectio patet disputationis. Vtrum diuisum sit ens nominaliter, vel participialiter, id est, vt significat essentiam, vel existentiam, quod quidem petit, quaestio de distinctione essentiae, & existentiae, quae quamuis difficilis sit, quia tamen non est locus alius commodior ad illius disputacionem, hic videnda est haec quaestio.

QVAEST. VNICA. circa hunc articulum. I.

Vtrum essentia distinguatur ab existentia & quomodo.

Prima opinio dicit distinguere realiter quae communiter tribuntur S. Thom. 1. par. quaest. 3. articulo. 4. vbi magister Cumel, & 2. contra gen. cap. 52. idem omnes ab Thom. in 2. Ca. ietanus de ente. cap. 1. quaest. 20. Capreol. in 1. dist. 8. q. 1. Sonz. 4. Metaph. quaest. 12. Iabel. tit. de irascendentibus Ferr. 1. contra gen. vbi supra. Et tribuitur Boet. lib. de hebdomad. dicente, in creatura aliud est esse, aliud id quod est, quia habent esse participi- parum. Impossibile vero est esse idem quod participat, & quod participatur. Probatur primo, ratione essentiae comparatur ad existentiam, sicut potentia ad actum, quia essentia de se non habet esse, cum possit illo carere, existit vero per existentiam: ergo est tanquam actualitas illius. Et ita videtur esse commune axioma: ergo distinguuntur realiter, quia non potest intelligi verus actus, & potentia, sine distinctione reali.

Pars affirmatiua est Thomae & aliorum distinguunt scilicet creaturam.

Probatur 1. T

Secundo

Secundo, esse creaturae debet esse receptum in alio, vel in essentia: ergo distinguitur realiter ab illa: nam esse receptum, esse inesse inesse, esse primo subsistens, nullo modo est contra actum, quia cum sit vltima actualitas rei, non potest contrahi per aliquam terminum actualem: & ideo si non contrahitur per aliquod receptum, non habet vade contrahatur, & ita esse irreceptum est omnino illimitatum: omne autem esse creaturae est limitatum; & ita receptum: ergo distinguitur realiter a natura: nam inter recipiens & receptum realiter, debet esse realis distinctio.

Confirmatur, esse receptum est purus actus, quia non componit cum alio, in quo recipiatur, nec in alio quod

Confirmatur.

Confirmatur.

quod recipiat, cum enim ipsum esse, sit vltima actualitas, non est in potentia ad recipiendum, esse vero creaturae non est purus actus: ergo est esse receptum in essentia.

Confirmatur secundo, si in Angelo, esse & essentia, non distinguerentur, ipsa substantia Angeli esset omnino simplex, & ita Angelus in sua substantia esset actus purus, potissima enim ratio ad probandum Deum esse actum purum, infinitum & omnino simplicem, est quod Deus est ipsum esse in sua pura actualitate subsistens, non ergo hoc potest competere creaturis.

Argu. 3.

Tertio, essentiae creaturarum abstrahunt ab existentia, nam siue homo existat, siue non, semper essentia est eadem, quocirca essentia secundum se non habet causam efficientem, secundum D. August. 2. de liber. arbit. At existentiae rerum, non abstrahunt ab existentia, & habent Deum pro causa efficiente: ergo distinguuntur realiter essentia & existentia, non enim vna & eadem res, potest esse nec essentia & contingens, causata & non causata.

Confirmatur.

Confirmatur, essentia creaturae non est ens situm, seu ens rationis, sed est verum ens reale, & vt sic, non includit entitatem existentiam, imo potest intelligi sub opposito illius, vel sub non existentia: dicit ergo entitatem distinctam ab existentia.

Argu. 4.

Quarto, entitas essentiae, est separabilis ab entitate existentiae: ergo sunt duae entitates realiter distinctae, si enim esset vna entitas non posset vna esse sine alia, sicut non potest esse quantitas sine figuram: non enim potest Deus per se supplere modum siue re, sicut etiam per se, non potest supplere relationem siue fundamento. Antecedens vero patet ex eo quod verbum diuini non assumpsit naturam creatam, sine existentia creata, quod patet primo,

quia assumpsit essentiam sine substantia creata: ergo sine existentia: patet enim est ratio, cum vtraque sit modus. Secundo, nam ad hoc assumpsit naturam creatam, vt illi communicaret esse proprium, & increatum: ergo assumpsit illam sine proprio esse. Tertio, quia alius Christus non esset simpliciter vnus, sed duos nam sicut ens dicitur ab esse, ita illud est simpliciter vnus, quod habet vnus esse: si vero in Christo praeter illud esse increatum, esset aliud creatum, haberet duo esse, quod pugnat cum Athanasio, sicut caro & anima, vnus est homo, ita, &c. imo est contra sextam Synodum generalem, actione 11. in Epistola Sophronij ibidem approbata, vbi dicitur habuisse existentiam vnus.

Confirmatur.

Confirmatur, nam si accidentia in Eucharistia habent existentiam vnus, ergo est separabilis.

Secunda sententia Durandi & aliorum.

Secunda opinio dicit non distinguere realiter nec formaliter, sed tantum ratione ratiocinata. Ita Durandus in primo, dist. 8. quaestio. 2. Henri. quodlibet. 3. quaest. 9. & quodlibet. 14. q. 6. & in Summa. 1. par. 9. quaest. articulo. 27. quaest. 1. Gregor. in secundo dist. quaest. 6. Gabriel in tertio, dist. 6. q. 2. & Minor. eodem Herbeus, quodlibet. 7. quaest. 9.

Probatur.

Probatur primo, essentia, v.g. Petri, praescindendo illam ab omni ratione formali, distincta illa vt sic, est extra causas: ergo illa vt sic, est existens: ergo non per existentiam formaliter distinctam, cum rem existeret, nil aliud sit quam esse extra causas. Antecedens patet, quia illa vt sic, est aliquid a parte re: ergo illa vt sic, est existens: adde illa vt sic praecisa, terminat aliter actionem Dei, & eius conseruationem, quam ab aeterno terminabit: ergo aliter se habet, quam ab aeterno se habebat, quia modo est extra causas, & non antea, praeterea modo est actus

liter componens cum existentia vnū totum, quod est ex istis, sed implicat intelligi compositum extra causas, quem vtraque pars componens sit extra causas: ergo essentia & existentia, sunt extra causas, vt sunt partes componentes, sed vs sic sunt distinctæ: ergo ad inuicē sunt distinctæ, extra causas.

Confirmatur.

Confirmatur, entitas essentia præcisa, vel est entitas actu, & tunc sequitur quod ipsa præcise sit extra causas, vel est entitas in potentia: & tunc sequitur, quod non sit extra causas: ergo implicat aliquam entitatem esse extra causas, quem hoc habeat ex sua propria formalitate.

Argu. 2.

Secundo, ipse modus existentia, quæ dicitur formaliter distingui ab essentia, illam quæ esse extra causas, tunc sic, vel ille est extra causas per alium modum formaliter à se distinctum, & tunc daretur processus in infinitum, quod est absurdum, cum existentia se ipsa sit existens, sicut quantitas se ipsa est extensa. tunc sic, ergo quemadmodum intelligimus existentiam se ipsa sine alio se se distincto formaliter, existere extra causas: ita possumus intelligere de ipsa essentia: ad hoc enim, parū refert, si sit res vel modus rei, nam licet relatio sit modus rei, habet suam existentiam distinctam à se eo modo quo suum fundamentum.

Confirmatur.

Confirmatur, nam sicut essentia, v.g. hominis, habet indifferentiam, ad esse vel non esse actu, ita ratio existendi, quæ est quædam essentia in communi habet indifferentiam ad esse vel non esse actu, vt patet de existentiâ Antichristi, quæ modo non ponitur, sed postea ponetur in actu, sed existentia non requiritur vt ponatur in actu alia existentia formaliter à se distincta, aliàs esset processus in infinitum: ergo nec ipsa essentia requirit aliquam rationem formalem à se distinctam, per quam ponatur in actu.

Tertio si esse, & existentia distinguuntur, ex natura rei: ergo sunt duo extrinseca talis distinctionis realis: ergo fundant relationē realem distinctionis: ergo quodlibet extremū distinctum ab alio, est entitas actualis extra causas: relatio enim non est nisi inter extrema quæ actu sunt, cum ergo relatio sit inter extrema duo distincta, debent habere distinctam actualitatem. Item illa essentia, vt intelligitur prius natura, quam existentia, fundat relationē realem dependentiæ à Deo: ergo illa vt sic existit, quia nihil dependet à Deo, nisi secundum esse actuale, quod habet antecesses autē patet, quia omne quod est creatum pendet à Deo, sic autem se habet essentia, vt præcisa ab existentia, aliàs sola existentia crearetur, ergo, illa vt sic pendet à Deo.

Argu. 3.

Confirmatur per solam negationē existentia, auferitur tota realitas essentia, ergo existentia includitur in formali realitate essentia, quia per negationē præcisam vnus rationis, tantum tollitur illa ratio præcise, vt licet à parte rei, non possit esse substantia creata, sine vilo accidenti, tunc ex negationis accidentium, non negatur realitas substantia creatæ. At recessus patet, quia negata existentia essentia, non manet entitas actu: ergo in potentia, & consequenter, non manet magis entitas, quam quilibet possibilis, quæ non est producta. Adde, quod per essentiam formaliter est extra nihil: ergo per illam formaliter existit.

Confirmatur.

Argu. 4.

Quarto, quia aliàs sequeretur, quod existentia esset modus receptus in ipsa essentia, consequens est falsum, sequela vero reat: nam modus per se cum non subsistat, debet recipi in composito subsistenti: item quia quæ sunt à parte rei distincta, non possunt constitutere vnū, nisi per modum compositionis: compositio autem sit ex actu & potentia: ergo existentia se habet vt actus, essentia vero vt potentia

rentia illum recipiens: duo enim non efficiunt vnū, nisi vnū in se alteri, vel vtrumque tertio: hoc autem esse falsum patet, quia subiectū est prius natura, quam actus qui in eo recipitur, vt docet Aristot. hic. tex. 52. ergo prius natura existit essentia, quam recipiat aliquem modū, omnis enim modus realis, & existens recipitur in potentia realiter existenti, implicat enim vt modus receptus in subiecto, tribuat illi existere, cum ad hoc vt recipiatur in illo, supponat illud existere, actus enim receptus, non tribuit potentia esse subiectum, sed supponit & consequenter ex se habere omnia intrinsece requisita ad esse subiectū, constat autem quod ad recipiendum actum realem extrinsecè, requiritur subiectum reale extra causas.

Confirmatur.

Confirmatur ex essentia profluunt omnes passionēs, & modi ipsius compositi: ergo & modus existentia si est formaliter distinctus, profluit ab essentia, reale autem ab ente reali profluit, & ita prius natura supponitur essentia ante ipsam existentiam.

Conclusio ex natura rei essentia distinguitur ab existentia.

Proba. 1.

Dico primo seculū omni operatione intellectus, ex ipsa natura rei, essentia distinguitur ab existentia, in hoc conueniunt Auctores primæ opinionis, & alij quos statim referam, quod planè dixit Aristoteles, 1. & 2. Posterior. docens alteram esse questionem, an sit, aliam quid sit: & rursus, quid aliquid sit homo, aliud est quem hominem esse. 2. Poster. 3. & subdit, esse nullius rei est substantia, id est, essentia, hoc idem ad minus probant rationes primæ opinionis. Sed præterea patet primo: essentia vt sic, abstrahitur à re existente vel non existente, v.g. à leone possibili, & leone existente, sed distinguitur formaliter à leone possibili, ergo magis ab existente: nam sicut leo ratione suæ essentia particularis, addit aliquid supra ens, quod non continetur in conceptu

entis: ita & ratione suæ existentia, quidquid magis de hac peculiari ratione probat M. Gumel 1. p. q. 3. arti. 4. concl. vlti. Secundo à parte rei datur vna ratio existentia, communis omnibus rebus, quæ sunt extra causas, & abstrahitur ab earum essentia: ergo à parte rei distinguitur ab illis, ideo ens formaliter distinguitur ab inferioribus: antecedens patet, quia datur ratio communis essentia & entis: ergo, & ratio communis existentia: nam ens dicit id quod potest existere: ergo, sicut prædicatur in communi potentia, ita poterit prædicari actus, & sicut omnes res conueniunt in hoc quod est, posse existere, ita omnes quæ sunt extra causas, conueniunt in hoc quod existunt, tum sic, in ratione existentia conueniunt à parte rei, leo & equus, & in ratione essentia, differunt à parte rei, modo explicato, questionibus vniuersalibus, ergo ratio essentia, & ratio existentia, differunt à parte rei, licet non per idē omnino, per quod conueniunt à parte rei, per idē à parte rei differre. Tertio, si essentia idem formaliter, essentia & esse, essentia etiam idem essentialiter, quod enim differt formaliter, differt per definitionem, atque adeo essentialiter, ergo e contra. & c. Consequens est falsum, quia existentia non est de essentia nisi ipseus Dei, qui cum sit prima omnium causarum (vt dicitur) non potest suum esse ab alio recipere: vnde D. Hilarius 6. de Trinitate, docet in solo Deo existentiam ad essentiam pertinere. Idem Auicenna 5. Metaph. c. 1. & commento 1. Posteriorum c. 4. & hinc sumitur alia ratio, quia quæ in Deo sunt vnita, propter eius summam simplicitatem, sunt in creaturis diuisa: in Deo autem essentia & existentia distinguuntur ratione ratiocinata, ergo maior distinctio concedenda est in creaturis. Item cum existentia sit extra essentiam, poterit concipi integra essentia, existentia uo cō

Proba. 2.

Prob. 3.

cepta, in conceptu autem quidditati-
uo, includitur tota ratio formalis rei:
ergo tota ratio formalis essentia crea-
tae absque existentia, aliter non posset
Deus vnā ab alia separare.

**Proba-
tur 4.** Quarto, res possibilis non habet ali-
quod modum realem, cum esse exi-
stens, ergo existentia est aliquis mo-
dus realis supra ipsam rem. Dico, quod
possibilem non esse ens, atque deo ni-
hil habet, sed contrariam intelligit
ipsa existentia rei secundum se, abira-
hendo à tempore, cum autem concipi-
o illam existentem, concipio aliquid
reale, quod non concipiebam de sola
essentia: nam homo in actu & in potē-
tia habet eandem definitionem, & nō
eamdem existentiam: ergo existentia
est extra definitionem essentia: ergo
extra eius rationem formalem.

**Confir-
matur.** Confirmatur, nulla re: potest intelli-
gi, cum opposito eius, cum quo est
idem formaliter, essentia autem po-
test intelligi cum negatione existentia
cum consueto, v.g. essentiam rei prae-
terita. Item quia alius etiam substantia
esset idem formaliter cum essentia,
cum sit etiam quasi modus illius
consequens tantum est illud, ergo, & c.

2. Conc. Dico secundo, essentia nō distingui-
tur, tanquam res à re ab existentia, sed
tanquam res, & modus illius in hac cō-
uenient auctore secundae opinionis,
& specialiter illam tenet alij, qui ad-
stentia, ut res & modus illius in hac cō-
uenient auctore secundae opinionis,
& specialiter illam tenet alij, qui ad-
stentia, ut res & modus illius in hac cō-
uenient auctore secundae opinionis,

3. Conc. Dico secundo, essentia nō distingui-
tur, tanquam res à re ab existentia, sed
tanquam res, & modus illius in hac cō-
uenient auctore secundae opinionis,
& specialiter illam tenet alij, qui ad-
stentia, ut res & modus illius in hac cō-
uenient auctore secundae opinionis,

4. Conc. Dico secundo, essentia nō distingui-
tur, tanquam res à re ab existentia, sed
tanquam res, & modus illius in hac cō-
uenient auctore secundae opinionis,
& specialiter illam tenet alij, qui ad-
stentia, ut res & modus illius in hac cō-
uenient auctore secundae opinionis,

5. Conc. Dico secundo, essentia nō distingui-
tur, tanquam res à re ab existentia, sed
tanquam res, & modus illius in hac cō-
uenient auctore secundae opinionis,
& specialiter illam tenet alij, qui ad-
stentia, ut res & modus illius in hac cō-
uenient auctore secundae opinionis,

esse extra causas sine ratione forma-
li essendi extra illas, quae est existentia,
nam ens actu nihil aliud est quam ens
extra causas. Rursum, existentia non
potest manere sine essentia, nec econ-
tra, quia modus intelligibilis est esse,
quod sit sine eo cuius est modus.

Confirmatur, si entitas essentiae se-
clusa existentia, est entitas actualis, se-
queretur quod ab aeterno esset aliqua
entitas realis sine ulla causa effectiua,
cum Deus non creet ab aeterno, con-
sequens est absurdum. Secundo, si exi-
stentia est alia res distincta ab essentia
ergo est ens completum sicut ipsa, er-
go sicut essentia praecidendo ab exi-
stentia ponitur in recta linea, & habet
suas passiones, ita etiam existentia pra-
ecidendo ab essentia, erit quaedam quid-
ditas in recta linea & habens suas pas-
siones. Item, ergo etiam ipsa exi-
stentia requirit aliam existentiam.

Confirmatur, singularitas non disti-
ngitur realiter à natura nec figura à
quantitate, ergo neque existentia ab
essentia: nam sicut existentia est mo-
dus vltimo terminans naturam, ita fi-
gura quantitate, & singularitas na-
turam quod autem sit modus, patet,
quia distinguitur ab essentia secluso
intellectu, & non ut res à re, ergo ut
res & modus, hanc eandem conclusio-
nem defendit M. Zamel, vbi supra.

A 7 argumeta prima opinionis 6
ad primum dicendum, essentiam & exi-
stentiam non se habere pro, re, tanquam actum
& potentiam receptam, sed utrum se
habent, ut res existens in actu & pote-
tia obiectiua: nam essentia de se, seclu-
sa existentia, non dicitur entitatem actua-
lem, sed potentialem, & existendo fit
actualis, non per receptionem alicuius
actus in aliqua potentia, sed tantum
per hoc quod illa entitas, quae erat in
potentia, ponitur in actu vna & eadē
virtute agentis, & hoc sine composi-
tione plurium entitatum: nam vna &
eadem essentia, quae nunc est actu,
& ante

Confir.

Proba.

Confir.

**Soluun-
tur arg.
prima
opinio.
Ad 1.**

Ad 2.

& antea erat in potentia, & solus mo-
dus essendi est ouerfus, qui modus in
abstracto consideratur, dicitur existē-
tia, & comparatur ad essentiam, non
ut actus receptus in illa, sed ut quidam
modus, & terminus constituens essen-
tiam, in esse entitatis actualis, ideoque
soler dici, quod est vltima actualitas
rei, & potest etiam dici: prima quia est
id quo primo res in actu entitatio
constituitur, quod autem sit potentia
obiectiua infra patebit.

Ad secundum, esse creaturę, non est
receptum in alio, tanquam in subie-
cto, sed sufficit esse receptum in alio,
tanquam ab efficienti, & communi-
cante tale esse, quod satis est, ut tale ef-
fe sit limitatum: unde sequitur quod
esse Dei sit admiratum & infinitum,
quia est ipsum esse per essentiam, &
non per participationem: ideoque, quid
quod perfectissimum imaginari potest
sub latitudine entis, continetur esse
Dei: creatura autem esse, limitatum
est ad certam participationem diuini
esse, quod vnaquaeque res participat,
iuxta mensuram & capacitatem suam
naturam, ut lapis participat esse, vique
ad talem gradum, in latitudine corpo-
ris, quia natura lapidis non transcen-
dit gradum illum, homo vero partici-
pat perfectius esse, quia eius natura est
constituta in altiori gradu: cur autem
haec res postulet in sua natura tantam
perfectionem: alia vero maiorem,
& hoc non habet causam à priori:
sed ideo sic est, quia talis est natura
eius: reicitur vero tales sunt rerum natu-
rae, primum principium est sine causa,
unde inferitur quod esse ut sic, non dicitur
actum ita vltimum in perfectione,
ut intra latitudinem illius, non possit
dari magis & minus perfectum esse.
Existentia enim Angeli perfectior est
quam lapidis, cum illa sit spiritalis,
haec materialis, & quia actus propor-
tionatur potentia perfectiori es-
sentię, perfectius esse tribuendum est.

Ad confirmationem, ut aliquid sit
purus actus, non tantum requiritur quod
non sit compositum ex actu & poten-
tia: sed etiam requiritur ut omnem
potentiam excludat: esse autem crea-
turae, quae motus non sit receptum in alio:
est tamen receptum ab alio, & ex se
posset non esse: ideoque multum ha-
bet mixtum potentialitatis, saltem ob-
iectiue, & sic patet ad aliam confir-
mationem.

Ad tertium dicendum, quod in es-
sentia abstracta ab existentia, non ma-
net entitas aliqua actualis, sed tantum
manet esse in potentia: ideoque non re-
quirit causam efficientem actualiter,
sed possibiliter, sed contrariam de ho-
mine non existente verificatur quod
sit animal rationale: haec ergo definitio
competit alicui, quod habet veram
entitatem. Propter hoc aliqui asse-
runt dari aliquas propositiones, quas
vocant sempiternae veritates: ita Arist.
1. Poster. cap. 1. D. August. 2. de libero
arbitrio, c. 8. & 4. lib. super Genesim.
S. Thom. de veritate, art. 1. & 9. Alber-
tus in p. super c. 9. Senz. 9. Metaphy.
q. 3. Sed hoc diuersissime explicatur:
nam aliqui hoc modo intelligunt, ho-
mo est animal, id est, possibiliter, est a-
nimal, sed hoc modo etiam propositiones
accidentales essent semper verae,
alij, in se, seu conditionato, id est, si ho-
mo est debet esse animal, sed neque
hoc sufficit: nam veritas illius proposi-
tionis, consistit in necessaria vnione
extremorum, non vero in bonitate
consequenti, ut in propositione con-
ditionali: sunt ergo illae propositiones
verae, quia habent verum esse, nō enim
accipitur pro actu existendi in rerum
natura, sed tantum ad significandam
necessariam vnionem extremorum,
quod Summulista dicunt verbum ab
solui à tempore. Ad quartum dicendum
inauitatem Christi dñi, habere suam pro-
pria existentiam, quia ut praecisa à Ver-
bo diuino, est entitas actualis, & ita

**Ad con-
firma.**

Ad 3.

Ad 4.

Ad 4.

existens, nec potest intelligi, q̄ vna entitas sit extra causas, per id per quod, alia sit extra causas: adde nam verbū assumpsit humanitatem creatam, & ita existentem quæ nō terminat creationem, nisi secundum existentiam, nō tamē assumpsit humanitatem subsistentem sed ad hoc sibi eam vniuit, vt ei communicaret subsistentiam, quare autem non potuit simul communicare existentiam, dicemus infra, neq; ex eo quod humanitas habeat suam existentiam distinctam à Verbo, sequitur in Christo esse duplex esse, sed vnum totale, sicut in homine est existentia materiz, distincta ab existentia formæ, &c. ad illud Concilij dico, loqui contra Paulum Samosatensem, & contra Nestorium, qui vt ibidem ante illa verba, in mente refertur, asserbant naturam humanam Christi, prius tempore habuisse existentiam in se, quā Verbum vniretur: definitur ergo ibidem, humanitatem Christi nō in seipsa præexistisse priusquā vniretur Verbo, quod autē ait, in illo habuisse existentiam vnā, potius supponit humanitatem habere de se existentiam, sed non in se subsistentem, sed in Verbo, vel nomine subsistentiz vtitur existentia, vt communiter fit in Concilij, de quo alibi.

Ad confirmat.

Ad confirmationē, accidentia in Eucharistia seruant eandem existentiam, sed non eundem modum, de quo infra.

Soluuntur argumenta secundæ opinionis, 7 ad primum.

Ad argumenta secundæ opinionis, 7 ad primum dicendum, essentiam præscindendo ab omni ratione formaliter distincta, non esse extra causas, sicut quantitas præscindendo ab omni ratione formaliter distincta, non est figurata, sed sicut ista à parte rei est figurata, per rationem à se distinctam, ita essentia est existens per rationem formalem à se distinctam. Et cum dicis, illa vt sic præcisa est aliquid reale, distinguo vel essentiale, tunc concedo

vel actuale tunc respondeo, ipsam essentiam præcisam specificat, uē, esse entitatem actualem, non verò reduplicatiuē, id est, ipsa essentia est extra causas, sed non formaliter, eo quod essentia est, sed eo quod habet existentiam adiunctam: sicut non datur quantitas à parte rei, quæ non sit terminata quia implicat intelligere quantitatem finitam sine termino, sed hoc nō habet à se, sed à figura, & ita patet, quomodo aliter se habeat modo essentia, quā ab æterno, quia modo est entitas actualis, mediante illo modo, non vero antea, ad aliud.

Respondeo illam non esse propriam compositionem ex potentia reali, & actu reali, sed ex potentia obiectiua, & vltima actualitate (vt dictum est) & ideo non requiritur vtramque extremum, vt præcisum ab alio existere, sed sufficit vt vnum existat per aliud, de quo modo adducemus aliquas instantias.

Ad confirmat.

Ad confirmationē patet, ex dictis quod essentia non præcisa est entitas actu, sed id non habet à se, sicut substantia lapidis præcisa, est essentia, sed à ratione formaliter à se distincta, ex eo autem quod id non habeat à sua formalitate, non sequitur quod non sit extensa in ordine ad locum, similiter ex eo quod essentia non habet à se existere, non sequitur quod sit non existens, atque adeo in pura potentia, sed quod ex sua præcisa formalitate esset in pura potentia, si nō adesset alius modus.

Ad 2.

Ad secundum, dico existentiam non existere, sed esse id quo aliud existit, & consequenter dicitur ipsi aliquo modo existere, quia est in re existente, & ideo non requiritur alia existentia, quia ista modo existat, sicut actio, nō sit, sed est quo aliud sit, essentia enim requirit modum formaliter distinctum, per quem existat, quia est ipsum existens. Licet autem relatio habeat

8 Replicatur.

habeat suam existentiam distinctam à fundamento, hoc ideo est, quia ipsa non est ratio formalis existendi, sed referendi, sed contra dicitur relatio, v. g. similitudinis, sit ratio formaliter tribuens, fundamento esse simile, ipsa tamen est alteri relationi similis, non per seipsum, sed per aliam distinctam realiter: ergo similiter existentia erit existens, per aliam existentiam: nam sicut relatio potest denominari similis, ita existentia potest denominari existens: ipsa enim verè est extra causas, cum sit extra nihil, & existentia Antichristi modo non denominatur existens, sed possibilis, & postea denominabitur existens.

9 Respon.

Respondeo, 9 relatio similitudinis non se denominat similem, quia esse formaliter similem, non resultat ex seipsa solum, sed ex alio extremo scilicet ex termino, qui si pereat, perijt relatio: at existentia neque in suo effectu formali, neque in sua denominatione, pendet ab alio extrinseco, imo nec se denominat absolute existens, sed id quo aliud existit, & idem contingit in subsistentia, de qua infra.

Ad confirmat.

Ad confirmandum existentia, proprie loquendo nō est indifferens ad esse, & non esse sicut homo non est indifferens, ad esse & non esse hominem, quod autem ipsum existere, aliquando ponatur à parte rei, aliquando nō, non est propter indifferentiam ipsius, sed vobis essentia, verbi gratia, hominis, sed contra sicut natura indiuidui Antichristi, est modo in potentia, ad existendum vt quo, & non in actu, ita & existentia indiuidui illius, est in potentia vt quo, id est, vt actualiter sit ratio existendi alteri, & non in tali actu: ergo ad hoc vt talis indiuidua existentia ponatur in suo actu, requiritur alius modus, sicut vt ponatur natura in suo actu: dices, ad hoc sufficere actionem producentis, & non requi-

10 Replic.

ri aliam rationem formalem, idem dicam ego de natura: adde quod modo non querimus, à quo ponatur in actu, sed per quid postea sit in actu, ea ratio quæ modo est in potentia.

11 Respon.

Respondeo, 11 distinctum esse, ponitur naturam extra causas, & esse naturam extra causas, primum tribuitur actioni agentis, in genere causæ efficientis: secundum tribuitur modo ipsius naturæ, quæ est existentia ista enim in genere, causæ formalis, est extra causas: vnde actio agentis terminatur ad ponendam naturam extra causas, mediante illo modo, ipse autem modus non est ponibilis in actu per se, sed consequenter ad positionem naturæ, cuius est modus, & ita pendet natura vt ponatur extra causas à causa efficiēti, quæ est agens, & etiam à causa formali, quæ est modus: modus autem à causa efficiēti tantum, & non à causa formali, quia dando suum effectum formalem naturæ, etiam formaliter se denominat, vt dictum est de quantitate, vnde essentia istius modi nō est quod sit extra causas, alia non possemus intelligere rationem formalem illius, vt possibilem tantum, sed essentia eius est, quod sit ratio per quā aliud est extra causas: atque adeo possumus illum intelligere, tunc eo quod intelligamus illum modum extra causas. Sed contra 12 præscindendo essentiam ratiū modi, per quem Petrus est extra causas: & consideremus illum in Petro, sicut ipsum Petrum antequam existat, tunc sic, esse istum modum extra causas, vel est quid reale in ipso, vel non, si non ergo, nec actu esse extra causas erit aliquid reale in ipso Petro, item euident est quod istud quod est actu esse extra causas, est aliquid quod non erit in modo possibili, & nō aliquid rationis, ergo aliquid reale, tunc sic, vel est aliquid reale de quidditate istius modi, vel extra quidditatem illius, non primum, quia sic semper.

12 Replic.

esset extra causas actu, & nunquā possemus illam intelligere in potentia: ergo non est de quidditate. Præterea ergo existentia est extra causas, per aliquid quod sit extra quidditate ipsius, cum illud sit reale & non de quidditate, vt probatū est, rursus ista ratio formalis, per quam modus ille est extra causas, vel est de eius essentia, vel non, si primum ergo semper est, si secundū ergo per aliud reale, & sic in finitū.

13 Respon.

Respondeo¹³ natura esse extra causas, mediāte isto modo est aliquod reale de nouo, & supra naturam possibilem, & supra naturam præcise, atque adeo est aliquid de nouo, supra modū possibilem, non quia intelligamus aliquid reale in ipso, quod non intelligebamus in modo possibili, sed quia intelligimus naturam de nouo terminatā per illum, sicut rem esse productā, dicitur & dicitur productionem de nouo, non tamen dicitur alium modū, per quem productio sit producta: vnde solum per id significatur respectus quiddam, quo connotatur actio agentis ponentis, extra causam hominem, & cōsequenter per istum modum.

14 explic.

Dices¹⁴ ideo substantia requirit aliam rationem formalem, per quā sit extra causas, quia non habet ex sua quidditate, esse extra illas, sed motus existentia, non habet ex sua quidditate, esse extra causas, ergo requirit aliam rationem formalem, per quam formaliter sit extra illas.

15 Respon.

Respondeo¹⁵ negando consequentiā, sicut licet substantia indigeat actione, per quam producat: ipsa tamen actio non indiget alia actione, quia substantia non habet id, ex sua quidditate, vt quod, vel vt quo, ille autē modus licet nō habeat extra essentia, vt quod habet tamen vt quo, id est, dādi esse extra causas, atque adeo per id quod absolute existit, suo etiam modo existit ille modus, vnde non apprehenditur vt potens existere, tanquā quod, sed tan-

quam quo, & ideo non est capax alterius existentia, imo nec coniunctū essentia, & existentia rei possibilis apprehenditur, vt possibile, tanquam quod, sed ex parte essentia tanquā quod, ex parte vero existentia tanquam quo.

Ad 3.

Ad tertium, ad relationem realem sufficit, vt extrema sint a parte rei, & distincta, licet vnum, vt præcise ab alio non habeat a se existentiam, sed ab illo, sicut multi glossant opinionē, D. Tho. de existentia materis per formam, quæ tamen possunt referri ad inuicē, & licet negaretur distinctio realis, nihil ad rem: ad aliud dico id quod præcise ab existentia etiam abstracta ab actu aut dependentia à Deo.

Ad confirmat.

Ad confirmationem non magis relinquitur per negationem existentia realitas essentia secundum se, quam per negationem figura, realitas quantitatis secundum se, non enim auferitur eōdem quidditatem, vt sic, quæ est propria essentia, quamuis illa non sit extra nihil actuale, nisi per existentiam.

Ad 4.

Ad quartum dicendum, existentia non esse proprie actum receptum in essentia, cum non supponat potentiam realem, sed tantum obiectuam, & ita non est proprie compositum (vt dictum est) nisi ex actu ultimo terminante, & ex essentia per illum terminata, quare in rigore, essentia non est prius natura, cum existentia, cum in nullo proprio genere causa præcedat illam, vel posset dici quod in diuerso genere causa, essentia & existentia se præcedunt, sicut creatio vel transsubstantiatio, vt lib. 5. huius dicitur quæ in vno genere causa est prior suo termino, & in alio posterior, nā quatenus est id quo terminus fit, est prior illo in genere causa efficiens, vel formalis, at quatenus subiectatur in illo: est enim accidens, & nō habet aliud subiectum, est posterior illo in genere causa materialis, similiter existentia, vt est id quo ponitur extra causas essentia, est prior

prior illa in genere cause formalis, vt vero est in illa tanquam in subiecto, est posterior, quasi in genere cause materialis, & ita sicut non est inconueniens, quod creatura quæ habet esse per creationem, sit prior illa in genere causa materialis, ita nec vt est natura quæ habet esse actuale per existentia, sit prior aliquo modo, quam illa, & sicut nō potest intelligi essentia, vt ens actuale, nisi vt terminata per existentiam, ita nec potest intelligi, nisi vt terminans productionem: est etiā ad hoc alia instantia, in relatione actualis dependentia à Deo, & c.

Ad confirmat.

Ad confirmationem respondeo, nihil proficere ab essentia, nisi vt iam actua per existentiam, atque adeo existentia non proficere ab illa, sed potius se habet vt ratio quæ, essentia determinat productionem sui, atque essentia seipsam producat, si esset actua essentia uel esse, de quo optime Souza Metaph. 1. 5. ad primam. Et ferè omnia argumta quæ posita sunt, probant de substantia que tamen certius videtur ex natura rei distingui ab essentia, de quo infra, imo si recte perpendantur atque, habent vim in omni opinione, si enim essentia existit per existentia, ratione ratiocinata distincta, cur non ipsa existentia existet per aliam existentiam ratione etiam ratiocinata à se distincta non est autem minus inconueniens, imo etiam maius, cōcedere processum in infinitum in realitatibus, ratione ratiocinata, quæ formaliter distinctis, & sic possunt alia argumenta proportionaliter applicari, pro maiori tamen intelligentia.

Dubitabis primo quid sit existentia, & quomodo se habeat cum essentia.

Dub.

Posita distinctione formali, inter essentiam & existentiam, non fa-

cile est intelligere quomodo se habeant inter se: quidam assunt existentiam esse quoddam accidens receptū in creaturis, per quod extra nihil existunt. Probat, non est materia neque forma rei naturalis nec compositum, neque vniuersumque: ergo est accidens. Secundo informat totam substantiam cuius est: tota enim substantia est existens: ergo. Tertio quidquid intelligitur aduenire toti substantia iam constituta, est accidens illius, quia ita se habet existentia cum sit extra conceptū totius substantia, ergo. Quarto, non distinguitur à duratione, ergo est accidens.

16 Quod sit accidens receptū in creaturis. Probat.

17 1. Concl. Existentia est quod reale.

2. Concl.

Breuiter dico primo 17 & colligitur ex dictis supra, existentia est, quid reale, quia per eam fit ens realiter existens, sine vlla operatione intellectus.

Dico secundo 2 existentia est quid intrinsecum rei existenti, ita vt existere non solum sit, vt quidam putarunt denominatio extrinseca, quatenus res creata à Deo conseruatur, vt refert Bañes, 1. par. quæst. 3. artic. 4. dub. 1. articuli tertii, sicut esse cognitum, vel esse visum, sed sit entitas coniuncta, & propria rei existentis: quo pacto albedo dicitur intrinseca corpori, quia non est sola denominatio extrinseca, conclusio est communis, & probari solet, quia inintelligibile est, quo pacto res, quæ tantum erat in potentia, atque adeo actu erat nihil, ex non ente fiat ens in actu, nisi per quid intrinsecum, sed profecto ratio non vrget absolute, quia res poterat produci & conseruari, quo ad essentiam, siue existentia coniuncta, vt isti docebant, ratio ergo est, quia perfectus modus essendi in rerum natura, & possibilis creatura, est per existentiam coniunctam & intrinsecam, ergo talis illis conceditur.

Dico tertio 3 existentia abstracta sit ab entitate accidentali & substantiali, 3. Concl.

19 3. Concl. ita vt

ita vt existentia accidentium sit accidentalis, existētia vero substantiæ, substantiæ, patet, quia consonum rationi est, vt existentia quæ (vt dicam statim) est completum, & quasi vltima actualitas essentiæ, talis sit in ratione existentis, qualis est sua essentia in ratione essentis.

Confirmatur, quia existentia substantiæ in probabili opinione est substantia, vt dicitur, per quā fit ens per se, & per se operās, quæ est magna perfectio, fateor existentiam posse dici rei creatæ, accidens verbaliter, quod accidat ei existere.

Dico quarto²⁰ existentia proprie non est forma informans essentiam, nec potentia ab ea informata, sed est modus illius, habēte quā terminus contrahens, ac terminans, & quasi substinens i, iam essentiam, ne redigatur in nihilū: patet, quia aliās in nulla opinione potest dici, quid creatum existere existentia Verbi diuini, quod neque informare, neque informari potest. Secundum vero, Satis demonstratum est ex solutionibus argumentorum primæ & secundæ opinionis supra posita. Dices²¹ illa terminatio ad quod genus causæ pertinet?

Respondet ad genus causæ rationalis somota imperfectione quæ consistit in informatione passiva: habet ergo id quod perfectum est in causa materiali, quod est seipsa informare, substantiare formā, & caret imperfectione illa, quæ est informari, actuari, & perfici, quod arguit imperfectionem in re, quæ ita perficitur, & actuat per formam, vel per aliud simile: vnde sequitur existentiam non esse materiam neque formam, neque vniōnē, sed actualitatem illam, qua entitas quæ ex se non est existentia, existit, modo supra explicato: qualiter autem in diuerso genere causæ, intelligatur existentia præcedenter consequens formam, dictum est.

Ex dictis infero, cum Capre. in 1. d. Corola. 8. q. 1. Caiet. de ente. c. 8. q. 11 ad. 8. existentiam substantiæ, reduci ad genus substantiæ, accidentis vero ad prædicamentum accidentis, existentiam vero in communi, esse analogum ad illas existentias, & existentiam Dei, eodem modo quo ens, quæ reductio non est imperfecti ad perfectius, sed potius complementi ad id quod sine tali complemento non poterat esse conatur liter actu extra causas, ideoq; dicitur vltima actualitas, non quia sit vltima in generatione, vt docet Caiet. supr. 1. Nihil enim potest generari prius quā detur eius existentia, vt constat, sed dicitur vltima, vt docet S. Tho. q. vni. ca de anima, art. 6. ad secundum, deit, suprema, & excellentissima, qua posita res intelligitur omnino perfecta substantialiter, in quo sensu, i. p. q. 4. art. 2. ad tertium, existentiam ad essentiam comparat, vt actū ad potentiam, receptum & recipiens, modo explicato. Hoc idem sentit Scot. in 3. dist. 2. quæst. 3. dicens esse existentiam non habere proprias differentias alias à differentijs essentis: probat, quia alioquin oportet, vni propriam coordinationem existentiarum, distinctam à coordinatione essentiarum.

Ad primum²² nego consequentiā, vt patet ex tertia conclusione, aliās si militer concluderetur, personalitatem esse accidens, illa vero quæ numeratur in antecedenti sunt quæ pertinent ad essentiam rei naturalis, vt distinguitur ab existentia. Ad secundum nego antecedens, sed terminat ac complet, vt dicitur conclusio. Ad tertium, quid quid aduenti enti completo existenti, id quidem est accidens: existentia autem non ita aduenit, sed potius est qua ipsum ens seu substantia fit actu existens. Ad quartum, duratio & existētia ex natura rei, aut saltem ratione nostra distinguitur, idē, satis est, vt pertineant ad diuersa genera.

20
4. Cone.

21
Ad quod genus causæ pertinet terminatio existentis.

22
Soluuntur arg. Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Sed

Dub.

23
Pars affirmatiua sua detur. 1.

2.

3.

4.

5.

6.

24
Conclusio absoluta essentia est perfectior existētia.

Sed secundo dubitabis.

Consequenter pro complemento huius, an in creaturis existentia absolute sit perfectior essentia. Bañes. 1. parte q. 3. ar. 4. dub. 3. affirmat: primò, ex Dyoni. c. 1. de diuinis nominibus, vbi ait inter omnes perfectiones, quas à Deo suscepimus, esse quid maius. & Arist. 8. ethic. c. 11. dicit patrem maius conferre beneficiū in filios, quam rex in subditos: est enim, inquit, esse causa pater, quod maximum esse certum est: & S. Thom. 1. p. q. 4. art. 1. ad. 3. & de veritate. q. 8. art. 1. id videtur docere expressè secundò, esse comparatur ad essentiam sicut actus & vltima actualitas, & perfectio, ad potentiam, & perfectibilis: tertio, essentia, sine existentia, est ens omnino in potentia, & actu nihil, per existentiam verò, sit ens in actu: quarto, quod in Deo intelligitur vt perfectissimum est esse. & ideo id solet afferri, vt quod maximè manifestat excellentiā Dei, ideo dicitur, ego sum, &c. quāto, perfectissimæ causæ perfectissimus debet tribui effectus, primo & per se ab illo procedens, sed proprius & primus effectus Dei, est esse creaturæ, cuius terminus à quo, est non esse: tertiò, quia omnia dicuntur appetere esse, quāto sit maximè appetibile, atque adeò maximum bonum, ergo idē quod prius.

Secundò tamen absolute essentiam perfectiorem esse existentiam, hanc tenet Scot. in 7. d. 1. q. 1. Sonzi. 4. Metaph. q. 13. ferr. 1. contra gentes. c. 28. M. Zumei, vbi supra, quam totum ponit pro corollario, & alij multi Thomistæ colligant, vbi supra, imò iuniores Metaphysici lib. 4. c. 2. q. 7. ad secundum, dicunt existentiam non esse bonum, neque appetibilem, nisi ratione essentis, quamuis secundum quid illa excedat, quatenus per

illam essentia sit extra nihil: & quidē in nostra opinione euidentis est, quia modus imperfectior est re, cuius est modus natura sua, constat autem existentiam modificare essentiam, illam terminando, &c. solet etiam probari generaliter, in omni opinione multipliciter, sed debilibus rationibus, ideo prætereo, & probo secundo, quia omnes philosophi ex perfectione essentis, seu quidditatis, quæ definitio comprehenditur, existimant à priori demonstrari gradum perfectionis, quæ cuique competit reliquarum entitatum.

Tertio, essentis rerum, non sunt propter existentias, sed potius contra, existentis videntur esse propter essentias vt enim in rerum natura detur actu animal rationale, ideo tribui tur ei existentia, non contra.

Confirmatur, hæc est bona causa existētia hominis est perfectior existentia equi, quia essentia hominis est perfectior, non contra, nisi quasi à posteriori.

Quarto, id perfectius videtur in quouis ente, quod est de conceptu quidditatio illius in recto, siue illud existat, siue non: quæ essentia & non existentia est de conceptu quidditatio illius: ergo, &c.

Vltimò, verbum diuinum perfectissimè fuit homo vniuerso nobiscum: at si existētia in homine esset perfectior essentia in opinione S. Tho. quam defendit Bañes. & probabili satis, defuisset illi quod perfectius est in homine, quod asserere videtur absurdum.

Confirmatur, substantia est essentia quædam perfectissima, vt dicitur & constat. Christus autem secundum fidem non habuit substantiam propriam: ergo, defuisset illi quod perfectius est in homine.

Ad primum²⁵ respondeo Dyoni. & Arist. loqui de esse simpliciter, seu substantiali comparato ad reliqua esse

Prob. 3.

Corol.

Prob. 4.

Prob. vi.

Confir.

25
Soluuntur arg. ad 1.

accidentalia, quā dicant, maius est esse hominem, quam esse sapientem, album, &c. huiusmodi autem testimoniu S. Tho. videtur vrgens, quia expresse comparat essentia ipsam existentiam, sed potest dici S. Thom. tantum modo docere existentiam esse perfectissimam, quatenus includit omnia, eo quod eo ipso quod aliquid intelligitur existens, intelligitur claudere in se & continere essentiam: non tamen e contra. Quando intelligitur ens, secundum essentiam, statim coaccipitur existens, imò potest esse actu nihil. Ad secundum, licet existentia esset actus essentia, nõ ideo esset actus perfectior: sicut licet actus secundus, sit actus ipsius primi, & vnus secundus. V. g. habitus sit actus alterius secundi. V. g. potentia, non ideo perfectior est, vt constat apud omnes. Ad tertium respondeo, essentiam existerē per existentiam, non tamen habere intrinsecam rationē essentia, per ipsam existentiam, sicut humanitas Christi Dñi nostri nõ habet intrinsecē & formaliter rationē humanitatis, per verbum, quauis, in illius opinione habeat existentia per illud. Ad quartū respondetur, in Deo, nostro more intelligendi, vt quid perfectius, cōcipi diuinam naturam, quā existentias, & personalitates illius: verum est tamen, nobis valde innotescere infinitam Dei perfectionem, quando intelligimus, Deū habere totum suum esse independēter ab alio, idque subindicat illa testimonio. Ad quintum potissimus effectus Dei, non est existentia creaturæ, sed essentia illius, licet non possit produci secundum quod exigit eius natura, nisi cū sua existentia, vt cum termino per se requisito, vt essentia sit in actu. Ad sextū, omnia appetunt esse, non tã propter ipsum esse, quã propter essentiam, verum est vnã existentiam posse esse multo perfectiorem, alia essentia, cuius ipsa non est existentia, & ita

humanitas Christi magis appetebat esse actum propter existentiam quam habet in verbo, quam propter essentiam propriam humanitatis: nos tamen comparamus essentiam & existentiam sibi respondentes natura sua. Sed iam ad quæst præcipuã accedamus, quomodo scilicet, ens in sua inferora diuidatur. Ad quod respondeo, omnia sententia Cart. 4. de ente, qui dicit ens participialiter diuidi in decem prædicamenta. 26 Dicendū tamen breuiter ens nominaliter diuidi, ita Capreo. l. d. 8. q. 1. ad 7. & q. 2. ad quartū, cōtra quartam conclusionem. M. Soto hic Ferr. 1. contre gentes. 2. 25. ex S. Tho. cuius verba, & loca refert: vide Arist. 1. Physic. q. 4. conclusionē. 6. respondetque Ferr. ex S. Tho. petitis locis argumentis Cart. scilicet etiam ens participialiter diuidi, quia bonum diuiditur, quod dicit existentiam in S. Tho. Secundo responderi potest bonum fundamentaliter non dicere nisi essentia, & sic diuidi, licet completiue dicat existentiam, quomodo etiam potest diuidi.

Probat̃ conclusio, in qua non dico essentiam sine existentia habere entitatem de facto, quæ ponatur in prædicamento, sed poni essentiam, quæ realiter existit, ponitamen vt distinctam ab existentia, ad quod sufficeret sola distinctio rationis, vt si dicas albedinem, vt distinguitur à similitudine, vel ab aliqua sua passione poni in tali specie qualitatis, licet non sit sine passione realiter. Probat̃ur ergo, nam termini positi in prædicamento loco rerum, vt particula, homo, animal, equus, non significant quod hæc existant, aliter implicaret esse falsam homo existit. Confirmatur ex fine prædicamentorum, quæ sunt ad definitiones & demonstrationes, &c cum verò definimus, demonstramus & per se diuidimus in scientijs, nulla sit mentio existentia, sed sunt propositiones

Reipōd. ad quæst. principi

Probat̃ur cōcl.

Consiq.

tiones necessarię ob connexionē extremo:um, sed ex suppositione tantum, sic enim omne quod est, quando est necesse est esse.

vbi ad quantitatem referunt, alij quando in genere qualitatis ponunt, 6 Scalliger exercitatione. 65. noua diuisione ex Arcanis Caldæonem re. ducit ad nouem.

6 Scaliger etiã nouem.

ARTICVL. II.

An sufficienter ens in decem genera sit partitum?

1 O, inio aliquorū ex antiquis circa numerationem prædicamentorum.

Plato vnū tantum facit prædicamentum entis, reijciunt tamen ab Aristot. sæpè, quia ens non est genus, sed analogum, vt probatum est, Zenocrates, & Andronic. vt refert Simplicius duo faciunt prædicamenta, substantia, & accidentis, sed reijciuntur, quia etiã accidēs est analogū, Laur. Vall. lib. 1. Dialecticæ. c. 19 & 17. tria facit prædicamenta, substantiam, qualitatem, & actionem, hunc Grammaticum omitto.

2 Stoicorū sententia ponentū quatuor prædicamenta.

Stoici 2 quatuor faciunt substantiam, quale, quomodo se habeat, scilicet in se, & quomodo se habeat ad aliud, vel vt refert Plotinus li. 1. Aeneada. 6 c. 29. substantiam, qualitatem modum rei, & relationem, sed deest vtrouique quantitas & qualitas, aliquando est etiam modus rei, vt figura, & vel omittitur actio, passio, &c. vel

3 Niphus toridem ponit prædicamenta quatuor.

Niphus in Iudæis, & alij ponit 5. Metaphy. refert: quatuor etiã ponit substantiam, quantitatem, qualitatem, relationem, sed profecto non ex se: ipse enim oppositum docet in Ploti. & Metaphy. vel forsitan loquitur de præcipuis. 4 Plotinus Aenead. 6. lib. 2. c. 13. & Marcii videtur quinque ponere, motum, quietem, ideitatem, diuersitatem, & ens, 5 Nicæstratus posuit nouem, nam actionem, & passionem, fecit vnū genus, scilicet motum, quod infra patebit falsum. Alij

Secunda sententia plura ponit, quã decem 7 vt Iber. min. apud Simplic. refertque Plotin. lib. 1. c. 1. Aenead. 6. retere ponentes infinita, sed tantum referre ponentes infinita entia. c. vero. 25. id refert ex Marcii. illos inquam esse Cynicos & Stoicos, sed cum isti agant de generalissimis manifestè est falsum, & de alijs reieciunt supra. c. de differentia Alij ponunt vndecim prædicamentum entium rationis. Item tribuitur Pythagoricis poluisse viginti, decem positia, & decem negatiua, Soto male hoc refert, sed Pythagoras, negatiua reducit ad affirmatiua, sententię cum Aristot. ex Simplic. hic, & Recentioribus, Niphus. 5. Metaphy. q. 6.

7 Aliã sententia ponens plus quam decem.

Tertia sententia vera 8 est Aristotel. hic, & 5. Metaphy. Archy. Auen. & omnium Peripateticorum, & communis, cuius numeri sufficientiam melius alijs. S. Thom. 5. Metaphy. de vndecimo verò entium rationis, licet recentiores nolint id facere, sed reducere ad prædicamenta entium realium, tamen ipsum non est pars entis realis substantia, quod quidem reale hic diuiditur, & ita non est collocandum directè inter prædicamenta entis realis, quia verò non entia rationis bene reducuntur vt fictiones, negatio in communi, relatio in communi, generetas in communi: & quia habent propriam sedem entium rationis, congruentius est prædicamentum facte, ad quod directè pertineant. Non tamen vnū tantum, quia ens rationis, analogum est transcendens, vt ens reale, sed vnū est fictio, aliud negatio, sub qua est priuatio, aliud relatio: imò relatio,

8 Sententia vera est Arist. & omnium Peripateticorū

que

quae significatur per modum passio- nis, & relationis transcendentalis, vt videri, intelligi, &c. non videtur face- re vnum genus cum relatione, quae est ad modum relationis praedica- mentalis, vt nec passio quae est relatio trans- cendens, & relatio praedica- mentalis realis: sed haec minutiora iam sunt.

Vtrum verò sit euidentis tantum esse decem praedica- menta entium rea- lium, dubium est Villalp. affirmat. Respondetur tamen nos non habere euidentiam, quia caremus princi- pio de demonstratio, nec est cur quis se iactet latitudinem entis realis cō- prehendere, nullo modo que latere ignorū genus. Adde, quia de al. quibus praedi- camentis non est euidentis esse distin- cta genera realia, sed satis est id pro- babiliter defendere, vt de habere, re- latione, actione, &c.

9 Non est euidentis tantū esse decem praedica- menta.

10 Concl.

Est tamen conclusio certa 10 esse dece, quia omnia quae cognoscimus, ad ea reducimus, & autoritate om- nium penē post Aristot. non tamen esse euidentis dicunt recentiores Niphus 7. Metaphy. q. 7. cap. 2. refertque pro hoc Auic. Boet. Pythag. & ideo Arist. non id curasse demonstrare.

Horum omnium sufficientiam S. Thom. melius alijs. 5. Metaphy. lect. 7. sic colligit. 11 Pro quo aduer- tria esse considerata in substantia, scilicet materia, forma, & composi- tum, & in accidentibus, alia in esse ab intrinseco substantiae, alia verò ab extrinseco. Iam ergo, praedictum enim ad primam substantiam. V. g. Pe- trus, quae est fundamentum omnium praedica- mentorum, aut enim praedi- cat rem, quae est substantia. V. g. Petrus est homo, animal, &c. & haec consti- tuit substantiae praedica- mentum, aut praedicat accidens, quod ab intrinse- co competit, quo si absolute conuenit ei, aut ratione materiae, & est qua- titas, aut ratione formae, & est quali-

tas verò tale accidens, vt pote intrin- secum, non absolute conueniat, sed re- spectu ad aliud, est relatio, & hoc cō- uenit ratione totius, ex eo enim quod Petrus est, Petrum generat. Tertio modo sumitur praedictum ab eo quod est extra substantiam: & talia sunt sex vltima praedica- menta: nam si tale ac- cidens, non sit mentura substantiae est praedica- mentum habitus, vestitum esse, &c. si sit mentura substantiae, aut quantitatis, est vbi, res enim non qua- tra, non sunt in loco, & si addas dispo- sitionem partium ad inuicem, est situs vt stare, &c. aut est mensura duratio- nis, id est, temporis, & est quando. Sin verò praedictum partim pertinet ab intrinseco, ab extrinseco partim, tūc si principium illius sit intrinsecum, est praedica- mentum actionis, si ve- rò terminus sit extrinsecus, est passio nis, vnde quantitas, vbi situs, & passio materiam sequuntur: qualitas, quando & actio, formam: relatio verò, & habitus compositum sequuntur, quae omnia clauduntur hoc disticho:

Arbor 12 sex natis, rubicundis, Nume- rure, crasto 12 rus praedica- Anno, st. ns. septa est, vrere, si- torū hoc ne pari. ditico contine- tur:

Arbor substantia sex, quantitas, na- tis, relatio, rubicundis, qualitas, rure ubi, crasto anno quando, stans, situs, septa est habitus, vrere actio, sine pari passio. Alio. ve. d. qui decem ponens praedica- menta Aristot. accusant, quod non bene posuerit, vide in Simpl. hoc enim petit praedica- mentorum cog- nitionem.

ARTICVL. III.

De his, quae communiter collo- cantur in praedica- mentis?

Pro

1. concl.

P. Ro intelligentia dico primò 1 in praedica- mentis ponit entia rea- lia, completa, incompleta, finita, imperfectio- nis esse ita, vnde entia ra- tionis, quia diuisum est ens reale, vt su- pra dixi, in nullo sunt decem praedi- camentorum, licet aliquo modo ali- qua illorum reducuntur, vt negatio, & priuatio ad affirmationem, quae ne- gatur, per quam cognoscitur, vt rela- tio rationis per comparationem & si- militudinem ad relationes reales. V. g. relatio partis metaphysice, per simili- tudinem ad relationem reale partis physicae, vt relatio generis & differen- tiae per similitudinem relationis ma- teriae, & formae cognoscuntur, simili- ter motus reducitur ad genus sui ter- mini, ad quem est via, vt dicam. 3. Phy- sic. V. g. motus ad quantitatem ad au- gmentationem. Item reducuntur par- tes physicae, vt materia & forma ad genus eorum, quorum sunt partes, V. g. inferiorum materia, & forma ad corruptibile, superiorum verò ad in- corruptibile. Punctus ad quantitatem cuius est modus (de vitate alibi) re- ducuntur etiam entia aduersarialiter significata, & non per modum naturae, vt bene ad bonitatis speciem, quae fue- rit sapere, ad numerum, cras si sit aduer- bium ad esse in tempore.

2. concl. Dico secundò 2 entia per accidēs secundum partes tantum ponuntur, vt homo albus, in substantia, & quali- tate, secundum diuersas partes, quia cum praedica- mentum sit ordinatio praedica- bilium, simplicia, non comple- ta debent poni, nec complexè signifi- catione, vt est definitio.

3. Differen- tia quo- Tandem difficultas est de differen- modo 3 tijs 3 quas communiter dicitur poni reducere, ita Soto. 4 Cante. Villalp. in praedi- & Recentiores de substantia. q. 5 hic camen. tamen verum est, quod se explicant de differentia, quae est in specie, quam

4. Caxter. constituit, quod forsau alij etiam vo- Yllalp. lunt, au. vt diuisua, vel loquendo pro

prie de differentia se la sumpta, ponit- tur directe in praedica- mento, licet ad- latus: quia vt non male. Recentiores ex Ammo. praedica- menta habent la- titudinem, & non tantum longitudi- nem, & ita, quae in eis sunt ad latus simpliciter, & per se ponuntur.

Notandum tamen 4 alio modo re- quiri esse ens completum, vt aliquid ponatur in linea, quam vt in latere, vel vt sit praedica- bile, vt enim ponatur in linea, opus est ita esse completū vt nullum gradum supponat, sed secū- afferat: propter quam rationem talia praedica- tur in quid, quia per modū substantia nil supponeatis, sed per se stantis: differentia verò, quia sunt qua- litates, & forma, materiam, quae est genus intrinsecè supponentes, non po- ponuntur in linea, sunt tamen in late- re, & vniuersalia, quia id tantum re- quirat esse, ita completum ens, vt sig- nificatum formale non sit in re pars physica, vel integralis, vt materia, & caput, sed vt tota natura realiter, sub- vna tamen ratione formali, de quo. c. de genere. Imò vt bene 5 Villalp. ex Ammo. propriae passionis reducun- tur ad genus sui subiecti, vt fractus il- lius, licet alibi directe ponantur, quin etiam reducuntur communia acci- dentia, vt ornamentum subiecti, vt di- xit Aristot. 1. Top. c. 7.

1. concl.

2. concl.

3. concl.

4. concl.

5. concl.

6. concl.

7. concl.

8. concl.

9. concl.

10. concl.

11. concl.

12. concl.

13. concl.

14. concl.

15. concl.

16. concl.

17. concl.

18. concl.

19. concl.

20. concl.

21. concl.

22. concl.

23. concl.

24. concl.

25. concl.

26. concl.

27. concl.

28. concl.

29. concl.

30. concl.

31. concl.

32. concl.

33. concl.

34. concl.

35. concl.

ARTICVL. IIII.

Vtrum natura significata in abstracto, vel concreto, po- nantur in praedica- mentis?

Non est quaestio de praedica- mento substantiae, 1 ibi enim om- nes ponunt in concreto, sed de praedica- mentis accidentium, vtrum naturae in abstracto, vel concreto po- nantur in praedica- mentis

1. concl.

2. concl.

3. concl.

4. concl.

5. concl.

6. concl.

7. concl.

1 opinio Prima sententia 2 ponit concreta, & ratione illorum abstracta, Niphus 5. Metaphys. q. 7. capit. 4. & alibi. Probatur primò, quia ex 7. Metaphysic. concreta sunt magis entia, quam abstracta, sed penes entitatem res ponuntur in prädicamento: ergo primò ponuntur concreta.

Secundo. Secundo, quia concretum in accidentibus, cum sit necessario connotatiuum, significat per modum adiacētis, & accidentis, abstractum verò per modum substantiæ: ergo magis iuxta naturam eorum accidentia ponuntur in concreto.

Confir. Confirmatur, quia hæc prædicatio album est coloratum, non est alterius prædicabilis, quam generis de specie, ergo si particula, album, & particula, coloratum, sunt genera, & species ponuntur in prädicamento directè, album autem & coloratum concreta sunt ergo.

Confir. Secundo confirmatur, quia differentia etiã in accidentibus debent sumi in concreto, & connotatiuè, cum significantur in quale quid, & prædicatur sic: ergo genera & species poterunt etiã sic sumi, quia non videtur magis destrui ratio differentia, quã generis, & species propter id, & cōsequēter concreta ponuntur in prædicamento.

Tertio. Tertio, quia esse in loco, vel esse in tempore, sunt quædam genera cōcreta accidentium, locus verò, & tempus non sunt in illis prædicamentis, ergo concreta ponuntur.

Quarto. Quarto, quia ex S. Tho. & alijs distinguuntur accidentium genera per modos varios prædicandi de substantia, de qua non in abstracto, bene tamen in concreto dicuntur: ergo cōcreta: primò, & ratione illorū abstracta ponuntur in prædicamento.

2. sententia Tho & Scot. Secunda sententia 3 ponit concreta ratione abstractorum, ita S. Thom. cum Caiet. capit. 7. de ente, Scot. q. 1. 5. vniuersal. & 11. prædicamentorum.

Tab. 5. Metaphys. q. 6. Soto. q. 1. de quantitate, ex S. Thom. opusc. 42. c. 19. quorum ratio præcipua est: 4 quia concreta, cum inuoluant subiectum, & accidens, sunt entia per accidens, quod non ponuntur in prædicamento per se: ergo ratione abstractorum ponuntur concreta.

Confir. Confirmatur, quia ex Aristot. 3. Topic. c. 1. iustitia, inquit, per se est in genere, non iustus, & 1. Topi. 2. videtur dicere de albo coloratum dici de nominatiuè: ergo non est eius genus: ergo abstracta per se ponuntur in prædicamento.

Notandum primò ex cap. 2. 6 connotatiuum non significat subiectū, sed formam, ita vt de subiecto possit prædicari, quod est connotare subiectum, abstractum vero non connotat subiectum, ex modo significandi, quia non significatur, ita vt de eo prædicari possit, sed ratione rei significatæ, dicitur connotare, quia dicit ad illud ordinem intrinsecum, vt albedo, ita Caiet. supra, & Tab. 7. Metaphys. q. 2. melius S. Tho. 5. Metaph. lect. 9.

Ex quo infero 7 connotatiua simpliciter esse entia per se vt ait S. Tho. supra. 5. Metaphys. lectio. 9. Scot. q. 15. vniuersal. Tab. 7. Metaphys. q. 2. Aucr. Alex. Niphus, cum Aristot. 5. Metaphys. text. 13. & 14. vbi ponit connotatiua sub ente per se: negari tamen nequit ex modo significandi miscere subiectum, ob quod dicitur secundū quid, ens per accidens, comparatum ad abstractiuum etiam quia in accidentibus hoc ipso, quod connotatur subiectum importat etiam accidentis inhærentiam. Notanter dico in accidentibus, quia id potius est ex parte rei significatæ, quæ media inhærentia vnitur subiecto, ex modo nanque significandi, sicut non determinatur subiectum, quia album tantum connotat, quod habet albedinem: licet esset chimæra non determinatè subiectum

4 Probat. ratione

5 Confir.

6 Connotatiuum nō significat subiectum ad form.

7 Corol.

8 Repli.

Respōd.

10 Nota. 2.

11 Soluuntur arg. primæ opin. ad 1. ad 2. 4

iectum corpus, ita etiam ex modo significandi non dicit realem inhærentiam, quia non requiritur distinctio formæ significati à parte rei à subiecto denominato, vt rationale, quod est connotatiuum, in quo non est distinctio formæ denominati, & denominantis.

Sed dices 8 cur inhærentia connotata non faciet vnum per se cum essentia, v.g. albedinis, sicut existentia per se, facit vnum per se cum humanitate, v.g. Respondetur suppositiuitatem (hic sumo suppositiuitatē pro existentia latè) complere in se naturam substantiæ, in hæretia verò actualis, non complet in se accidens, sed est eius in se completi communicatio ad subiectum, & ideo non faciet cum eo vnum per se.

Secundo notandū, 10 quod cū Metaphys. consideret res in ordine ad voces, nil d. fingueretur inter abstracta, & concreta accidentium, quia est idē significatū, quod ponit in prædicamento: Logici verò, qui attendit etiã modū significandi (vt sup. dicit b) definitionē rei) it, quia est quid complexū vt sic prius, & melius ponat abstracta accidentiū: concreta verò nō ita per se, quia ex modo significandi cum inuoluant subiectū, sapunt ens per accidens, & sic verior est secunda sententia idē probat prima ratio & primus locus Aristot. in secundo verò bene Niphus, au. 7. ostendit tantū Aristot. de re colorato accidere albū, vel forid ag. t ratione significati materialis.

Iam ad primū primæ sententiæ 11 dico, quod id, quod addit cōcrectū, facit vt sapiat ens per accidens, nec tam pure ponitur in prædicamento.

Ad secundū, vt colligitur ex S. Tho. & alijs. p. q. 13. ar. 1. ad 2. Ferr. 1. contr. 2. gentes. c. 10. abstractum dicit significare per modum substantiæ, non quia significet per modum substantiæ, id enim habet concreta, nō con-

notatiuè, vt homo: sed quia ex modo significandi, dicitur totam formā, non vt est in alio, sed solitariè, vt substantia in re non est in alio, connotatiuè verò, quia significant formam, vt est in alio, quomodo accidens est in re, dicitur significare per modum accidentiū bene tamen S. Tho. ait abstracta significare per modum formæ, & vt quo aliquid est, non vt quod, vt homo: licet ergo connotatiua accidentium significant magis per modū prædicati accidentalis, quod potest esse substantia: abstracta verò significant magis iuxta realem naturam accidentis, quod est vt quo substantiæ, & sic vt magis, vt ens per se significant, melius onentur in prædicamento.

Ad primam confirmationem respondetur, quod tantum nego hæc cōcreta esse tam purè, & proprius in prædicamento: est tamen absolutè prædicatio generis de specie.

Ad secundam respondetur, quod cum differentiā dicatur in quale quid significanda est in concreto, & connotatiuè, at species, & genus cum dicantur in quid, debent significari in abstracto, vt absoluta, quia in accidentibus, sic sunt magis entia per se: præterquam quod, concretum quod est differentia, vt proprie sumatur, connotat genus, cum qualitate vnā per se, & eam tantum speciem, cuius est per se pars, non aliam cum qua sit vnum per accidens, vt emendat, quod est differentia habitus, nec eam notat subiectum, in quo est, scilicet, hominem, nec de dicitur: at species si connotat subiectum, dem dicit de genere) id subiectum connotat cum quo facit vnum per accidens, cū non sit per se partes subiecto cū connotato facientes vnum per se.

Ad tertium, esse in loco, & c. si sunt verba, quia non significatur per modum naturam, non sic ponuntur in prædicamento si verò sunt nomina, sunt

11. 5A

Ad cōfirmatio.

Ad 2.

11. 3

Ad 3.

11. 4

sunt abstracta, nec dicuntur de substantia, sed eorum concreta, ut vbi catum temporale.

Ad ult. Ad vltimum dicam articulo sequenti, & hic aduerte pro toto articulo me non agere de nominibus artificiatorum: primo, quia hæc non ponuntur in prædicamento, nisi quo ad id, quod est vnum per se in genere naturæ, ut est figura artificij in vno lapide facti: Secundo, quia fortè verius est dicere, formaliter subiectum & materiam, ut voluit Recentiores. Phyl. ex Veneto, & quod loco Arist. cui fauet alius locus Auerr. apud Ferr. sunt tamen vnum in genere artis, ut vult Aristot. qui in Metaphy. ponit hunc, & alios modos vnitatis, sicq; planissimè explicatur hic, quod alii qui ex illo loco colligunt, plura in vno genere esse vnum in alio, qui scilicet plura in genere naturæ sunt vnum in genere artis, vel in genere moris: vtrum verò plura in vno genere naturæ sint vnum in alio genere naturæ, alibi patebit, & latius dicam.

ARTICVLVS V.

Ultimus.

Vtrum prædicamenta inter se realiter distinguantur?

1 opinio

Prima sententia dicit distinguere omnia prædicamenta inter se realiter, ita Niphus in Metaphy. q. 12. & lib. 4. q. 4. & alij locis asserit esse commuacem Peripateticorum, & videtur Caiet. 1. p. q. 2. art. 2. & q. 54. artic. 2.

2 opinio

Scotus verò cum suis affectis videtur distinguere ea ex natura rei, & non realiter, licet in re.

3 opinio

Tertia sententia S. Tho. & communior Thomistarum distinguitur modis efficiendi, intelligendi & prædicandi,

labe. 5. Metaphy. q. 10. Sorz. q. 13. Veracruz hic. q. 3. M. Scot. q. 2. de quantitate, Durand. in. 1. d. 30. q. 2. nec discordat Herbas, quem refert labe. sed contra hanc sententiam S. Tho. multa inturgunt argumenta, quæ tamen nulla sunt, si rectè intelligatur.

Breuitè pro explicatione recolendum in memoriam, quæ dixi latè de omni diuisione, secundum omnium sententiam, & distinctionem. q. 3. vniuersal. art. Notab. 1. vbi quid, & quod duplex distinctio realis, formalis, ex natura rei, & rationis explicat.

Secundo aduerte, prædicamenta esse quædam summa prædicata: hic enim prædicamenta generalissima voco, quæ dicuntur primo diuersa, quia in nullo superiori vniocantur, non tamen est necesse, ut sint genera propria, nam si aliqua natura in nullo vnioco genere cum alia conueniret, licet tans natura esset vnioco tantu speciei prædicabilis, ut de vbi corpore tenent alij, faceret aliud prædicamentum distinctum, dicereturque genus, ut genus hominum, & maiori aliqua proprietate, quia esset supremum prædicatum vniocum, non tamè genus prædicabile, vnde est, ut illa sint diuersa prædicamenta, quæ sic sunt suprema prædicata, illaque ad diuersa spectent prædicamenta, quæ in nullo sic vnioco conueniunt.

Tertio notandum, quod cum idè fundet diuersos conceptus, ut dixi late quæstione de genere, aliquando illi ita se habent, ut vnus sit per se forma alterius, & determinatiuus illius, ut differentie generis, & differentia numerica speciei, & tunc cum vnâ faciant naturam, nec ad diuersas species, nec ad diuersa prædicamenta spectant: aliquando verò ita se habent, ut licet neuter conceptus sit per se forma alterius, in aliquo tamen vnioco conueniunt, ut color, in quantum diffusio, & ut potentia actiua in qualitate

NOTA

Nota

rate vniocantur, tuncque faciunt diuersas species vnus prædicamenti, aliquando tandem nec vnus est forma alterius, nec in aliquo genere vniocantur, ut actio, & passio, & tunc sunt diuersorum prædicamentorum.

Quarto, sciendum S. Thom. hos conceptus genericos (quia non possunt esse differentie entis, cum id includant) vocare modos entis generalissimos, quando verò eos distinguit intellectus, vocat modos intelligendi, licet non tam proprie, sed ne sitamus in voce Thomistæ explicant modos intellectos, ut verò suprema hæc prædicata sunt sic apta, ut prædicentur, dicuntur modi prædicandi, id est, modi apti ad prædicationem.

Prima conclusio, prædicamenta nec sunt realiter distincta, nec oportet realiter distinguere. Probat, quia ut patet, res, & fundamentum, diuersorum sunt prædicamentorum, licet re demittent actio & passio, idem re motus, & tamen sunt in diuersis prædicamentis: secunda pars probatur secunda conclusione.

Secunda conclusio ad distinguenda prædicamenta sufficit distinctio rationis ratiocinatæ, ut scilicet sit duo prædicata suprema in nullo genere vniocata, licet ratione tantum ratiocinata distinguantur. Vnde Arist. 5. Metaphy. id est esse vnum genere, quando est vna figura prædicationis, quod Niphus 5. Metaphy. 7. capit. 3. explicat figuram prædicationis esse modum prædicandi, & subdit cap. 5. ad quintam argumentum, quod abstracta quo ad modum sunt in prædicamento substantiæ. Probat tamen conclusio, nam cogito quod aliqua duo entia, quorum neutrum est forma alterius in nulla specie, vel genere conueniunt, aut sunt suprema prædicata, vel sub duobus supremis collocantur, ergo id sat est, ut sint duo prædicamenta.

Ex quibus colligitur argumenta omnia contra S. Thom. ruere, quæ fundantur in eo quod modi intelligendi, & prædicandi extrinseci sunt rebus, hoc enim nil obstat, quia S. Tho. etiam attendit naturas rerum, quæ in ratione formali in aliquo genere conueniunt, vel non, ad distinguendū verò has rationes formales, quæ sæpè sunt idem re, opus est opere intellectus, ut distinctio reducat ad actū: & idè alibi ait distingui modo intelligendi apto ad prædicationem, non modis prædicandi, in quid, vel quale, quod est prædicabile, sed diuersitate non conuenientium in genere, licet omnia genera dicantur in quid. Vide Niphus vbi supra, qui soluit duodecim argumenta contra S. Thom. & bene omnia tamen in hoc pugnant. Ad id quod distinctio per modos prædicandi est prima respectu prædicamentorum logicè, id est, quatenus sumuntur pro rebus, ut substantant intentionibus, non autem est prima respectu rerum, ut sumuntur absolute, quia ut sic se ipsis distinguuntur.

Dices, 7 si attenditur modus aptus ad prædicationem, ergo accidentia in concreto sunt in prædicamento sic tanque dicuntur de substantia, respectu cuius distinguuntur. Respondetur quod S. Thom. tantum vult nouè, prima prædicata accidentium, sumi, quæ de substantia dicuntur in nullo genere conuenientia: at quia in prædicamenti eo modo respondentur, quæ sunt subiecta essentialium, & ut summa prædicata essentialia inferiorum, non ut denominatiua, & accidentalia, idè proprius ponuntur abtracta, quam connotatiua, præsertim, quod sic (ut dixi) sint, ut magis entia per se.

Explicui iam, quæ magis spectant ad cognitionem prædicamentorum in communi, nam diuisionem entis in per se, & per accidens, finitum & in

Coroll.

Obiect.

Recipod.

finitum, in actum, & in potentiam, &c. tractate, profecto esset omnem penitiam philosophiam huc afferre, modus vero quos in permissio linearum diuersorum predicamentorum, & mistio eiusdem predicamenti esse potest satis colligitur ex. c. 3. nunc iam ad singula predicamenta accedamus, Deo dante, qui sit benedictus in infinita seculorum secula. Amen.

CAPUT V.

De substantia, primū predicamentum.

Text. 1.

Substantia autem quae quiddam proprie in primis & maxime sic dicitur, est quae neque de subiecto aliquo dicitur, nec in subiecto aliquo est, ut quidam homo & quidam equus. Secunda vero substantia species habet in quibus quas in primis substantiis appellamus insunt, dicuntur. Et haec quiddam & harum specierum genera, ut quidam homo, in specie quidem homine est, genus vero speciei animalis est. Secunda igitur substantie haec dicuntur ut homo atque animal.

Text. 2.

Text. 2. Manifestum autem ex his quae diximus est, quod eorum quae de subiecto dicuntur necesse est nomen & rationem de subiecto predicari, ut homo de subiecto quodam homine dicitur, predicatur autem & nomen, hominem enim de quodam homine predicabis, & ratio quaeque hominis, de quodam homine predicabitur, qui

dam enim homo, & homo & animal rationale mortale est quare & nomen & ratio de subiecto predicabitur. Eorum vero quae in subiecto sunt, in plurimis quidem neque nomen neque ratio predicabitur de subiecto: in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet de subiecto predicari, interdum ratione vero est impossibile, ut album, cum in subiecto sit corpore, predicatur de subiecto: dicitur enim corpus album, ratio vero albi de corpore nunquam predicabitur. Alia vero omnia, aut de subiectis dicuntur primis substantiis, aut in subiectis eis sunt. Hoc autem manifestum singula deprehensum fuerit ut animal, de homine predicatur: ergo & de quodam homine predicabitur, non si de nullo quorundam hominum, neque omnino de homine. Rursum color in corpore est, ergo & in quodam corpore: non si non in aliquo corporum singulorum est, nec omnino in corpore, quare alia omnia aut de subiectis primis dicuntur substantiis, aut in subiectis eis sunt: non existentibus igitur primis substantiis aliquid aliorum esse est impossibile: omnia enim alia aut predicantur de eis, aut in subiectis eis sunt, quare non existentibus primis substantiis impossibile est aliorum aliquid esse.

Text. 3. Secundarum vero substantiarum magis substantia est species quam genus: propinquior enim est prima substantia: si quis enim prima substantia quid sit ad eum

Text. 10.

Text. 9.

dentius conuenientiusque reddiderit, si speciem quam genus reddat ut hominem quendam manifestius assignabit, hominem potius quam animal assignans, illud enim proprium magis cuiusdam hominis, hoc autem commune, & cum quodam a horem assignauerit manifestius assignauit, arborem assignando quam plantam. Præterea prima substantia, ideo quod alijs omnibus subiungitur, & omnia alia de ipsis, vel predicantur, vel in ipsis sunt, ea gratia prima substantia maxime dicuntur: ut autem prima substantia ad omnia se habent cetera, ita se species ad genus habet, subiungitur enim species generi: genera enim de speciebus predicantur: species autem cum generibus non conuertuntur: quare & ex his species genere substantiam magis est. Ipsarum vero specierum quacunque genera non sunt, altera magis altera substantia nulla est. Nihil enim accommodatius assignabis de quodam homine hominem assignando, quam de quodam equo equum. Similiter autem & in primis substantiis nulla altera magis altera substantia est, nihil enim magis, quidam homo substantia est, quam bos quidam.

Text. 4.

Text. 4. Merito igitur post primas substantias solae aliorum omnium species generaque secunda substantia dicuntur: sola enim haec eorum quae predicantur primam

substantiam indicant, quendam enim hominem, si quis edisserat quid sit, speciemque genus accommodatius demonstrabit, & manifestius quid sit faciet hominemque animal attribuyendo, aliorum vero omnium quidquid attribuat quis tribuet extranea, velut album, aut currit, aut aliud quodcunque homini depromendo: quare merito haec sola aliorum secunda substantia dicuntur, ad haec prima substantia eo quod alijs omnibus subiungitur, & omnia alia de ipsis vel predicantur vel in ipsis sunt propriissime dicuntur substantia. Sicut autem prima substantia ad omnia se habent cetera, ita genera & species primarum substantiarum ad reliqua omnia se habent. De his enim reliqua omnia predicantur, quendam enim hominem dices Grammaticum esse: ergo & hominem & animal Grammaticum dices esse similiter autem & in alijs.

Text. 5.

Text. 5. Commune autem omni substantia est in subiecto non esse: primamque substantiam, nec in subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur, secundarum vero substantiarum constat quidem, etiam sic in subiecto nullam esse. Homo enim de subiecto, quidem homine quodam dicitur, in subiecto vero nullo est, nec enim in quodam homine homo est: similiter autem & animal de subiecto quiddam dicitur, quodam homine non

etiam est animal in quodam homine. Præterea eorum quæ in subiecto sunt nomen quidem de subiecto prædicari, interdum nihil prohibet, rationem vero est impossibile. Secundarum vero substantiarum de subiecto, & ratio & nomen prædicatur, rationem enim hominis de quodam homine prædicatur, & animalis similiter, quare non erit eorum substantia, quæ sunt in subiecto. Non est autem proprium substantiæ hoc quippe, & differentia eorum est quæ in subiecto non sunt. Bipes enim & gressibile de subiecto quidem quodam homine dicitur, in subiecto vero est nulla. Nec enim in homine bipes est, neque gressibile. Ratio quoque differentia de illo prædicatur, de quocumque ipsa differentia dicitur. Velut si gressibile de homine prædicatur, & ratio gressibilis de homine prædicatur: est enim homo gressibilis, neque nas vero substantiarum partes conturbent: quæ si quæ in toto sunt, etiam in substantia sicut, quæ ita in toto quasi in subiecto sunt, ne forte eas non esse substantias fateri cogamur: non enim si in subiecto quippiam esse quemadmodum partem esse dicitur.

Text. 6. Text 6. Inest autem substantiis differentijs, que omnes vniuoce, ut prædicentur: omnia enim quæ ab his prædicata sumuntur aut de individuis, aut de speciebus prædicantur, à prima nanque substantia

prædicatio nulla est, de nulla enim subiecto dicitur: secundarum vero substantiarum, species quidem de individuo prædicatur, genus autem & de specie prædicatur & individuo similiter, autem & differentia de specie & individuo prædicantur: iam vero oratione prima substantia specierum, generumque suscipiunt & species generis, quæ enim de prædicato dicuntur, eadem & de subiecto dicuntur: similiter autem rationem differentiarum suscipiunt species & individua. Vniuoce autem sunt quorum nomen commune est, & ratio eadem, quare omnia quæ a substantiis differentijsque sunt, vniuoce prædicantur. 2

Text. 7. Omnis autem substantia hoc aliquid significare videtur, in primis igitur substantiis indubitabile id verumque est, hoc aliquid ipsas significare, individuum vero unumque numero est quod significatur: in secundis vero substantiis similiter quidem propter appellationis figuram hoc aliquid significare videtur, cum quis aut hominem aut animal dixerit: non tamen est verum, sed quale quid potius significat, non est enim verum ipsum subiectum, ut ipsa substantia prima sed de pluribus ipse homo & animal dicitur, verum non quale quid absolute significat, perinde ac album, nihil enim album quæ quale significat, aut species & genus circa substantiam quale ipsum definunt, qualem

enim

enim quendam substantiam sine significat, genere tamen amplior definitio quam speciei fieri solet, qui nanque animal dicitur, is pluræ complectitur, quam is qui hominem dicitur.

Text. 8. Text. 8. Competit præterea substantiis, & nihil ipsi contrarium esse. Prima nanque substantia ut alicui homini aut alicui animali, quid nam contrarium fuerit, nihil enim prorsus his aduersatur: at neque ipsi homini, vel animali contrarium, quidquam esse videtur, non tamen hoc substantia proprium est, & alijs enim competit ut quantitati. Hic ubi enim aut tricubito nihil contrarium esse videtur, neque ipsis dec. m. neque talium quidquam aduersatur, nisi quisquam multum pauco, aut magnum paruo dixerit esse contrarium: at tamen nihil eorum, quæ definito sunt quantitatis cuiquam prorsus aduersari videtur.

Text. 9. Text. 9. At vero substantia à substantia non suscipere gradus, ut sic magis minus, ut etiam, ad quod non dico substantiam substantia non magis substantiam esse: hoc enim iam diximus ita esse, sed quæcunque substantiam id ipsum quod est non dici magis ac minus esse, veluti si substantia eadem homo sit, non est magis, aut minus, aut seipso aut alio, homo, non enim alius alio magis homo est, perinde atque album aliud alio magis, aut minus est albo, corpus enim al-

bum magis album, nunc quæ prius, & calidum magis nunc calidum dicitur esse ac minus. Substantia vero non magis dicitur nec minus, neque homo magis, nunc homo dicitur esse quam prius, neque ceterorum quicquam omnino quo substantia subeunt rationem: quare patet, substantiam gradus suscipere non posse, ut magis sit unquam id quod est vel minus.

Text. 10. Maxime vero substantia proprium hoc esse videtur, idem inquam unumque numero permanens, contrariorum esse susceptivum, quale nihil in his quæ substantia non subeunt rationem proferri possit, quod unum numero cum sit recipere in se simul contraria possit, ut color unus idemque numero, albus idem ac niger negotium ut item numero bonum malumque ut dicitur, ac in cæteris similibus inter quæcunque substantia non sunt: substantia autem una eadem numero contrariorum est susceptiva, veluti quidam homo unus ac idem interdum si albus, interdum niger, & calidus atque frigidus, & vitiosus, & pudiosus. Ad alia vero nulla, id ipsum accommodari videtur, nisi forte quisquam instaret, orationem opinioemque dicens contrariorum esse susceptivas, eadem enim oratio falsa veraque videtur esse: nam si vera est hac oratio quæpiam in qua sedere, si illic surgit eadem hac oratio falsa erit: idem & in opinione fieri videtur, nam si quis-

Text. 10.

piam opinatur quempiam sedere si surgat ille falso nimirum opinatur, qui de illo eandem habet opinionem. Enimvero si quispiam & his illud accommodatum duxerit esse, in modo tamen habebit utique differentiam, substantia enim ipse, sui mutatione contrariorum sunt susceptrices si sit enim ex calido quidpiam frigidum, mutatur sane, alteratur enim ut patet. Et similiter si nigrum ex albo sit, & studiosum ex vitioso, & in ceteris simili modo, unumquodque mutationem suscipiens contrariorum est susceptiuum: in oratione vero, atque opinione non ita sit, sed ipse quidem immobiles penitus manent. Si res autem moueatur, ibi tunc euadunt circa eas contraria: oratio nanque eadem manet, quempiam inquam sedere, re autem mota, inter dum vera, inter dum falsa sit, eadem circa opinionem etiam fiunt, quare saltem hoc quidem modo substantia proprium erit, ipsam sui mutatione susceptricem contrariorum esse. Quod si quispiam & hoc acceptet opinionem, ut patet orationem susceptricem contrariorum esse, sciat id ipsum verum non esse. Oratio nanque opinione, non quia suscipiunt aliquid, ideo susceptiuum contrariorum esse dicuntur: sed quia circa quippiam aliud accidit aliud, ex eo nanque vera vel falsa oratio ac opinio dicitur esse, quia res ipsa est, aut non est, non

quia ipsa contrariorum sunt susceptiuum. Simpliciter enim à nulla re profertur, aut oratio, aut opinio mouetur, quare non erunt susceptiuum profecto contrariorum, si passio in ipsis nulla efficiatur, at substantia hoc susceptiuum contrariorum dicitur esse, quod contraria suscipiat ipsa. Morbum enim & sanitatem, nigredinem, atque albedinem suscipit, atque unumquodque saltem ipsa suscipiens susceptrix contrariorum dicitur esse: quare substantia proprium erit, ipsam unumquodque numero permanentem mutationi sui susceptricem esse contrariorum, sed de substantia quidem hætenus.

Summa Textus.

In quo primo docet, quid sit prima & secunda substantia. Secundo ponit aliquas comparationes. Tertio, lex proprietates. Primo ergo, definit primam substantiam dicens.

Prima substantia, quæ proprie principaliter, & maxime dicitur, est, quæ nec est in subiecto, nec dicitur de subiecto, deinde definit secundam substantiam, sic.

Secunda substantia est species, vel genus, sub quibus sunt primæ substantiæ: secundæ substantiæ, ab accidentibus, quia hæc in abstracto non prædicatur, de primis substantiis nomine, vel ratione: in concreto enim prædicantur ratione, id est, non dicunt definitionem, vel essentialiam primæ substantiæ: secundæ

1. Definit.
1. subst.
2. Definit.
2. subst.

verò substantiæ, quia sunt essentialia primis, prædicantur de eis nomine, & ratione.

Secundo ait, quicquid non est prima substantia, vel prædicatur de illa, vel est in illa, unde destructis illis impossibile est aliquid aliorum remanere.

Tertio dicit, species est magis substantia, quam genus, nulla tamen species ima, est magis substantia, quam alia, nec unum indiuiduum alio.

Prima proprietas, nulla substantia est in subiecto, sed hæc proprietas differentijs etiam competit.

Secunda proprietas secundæ substantiæ, & differentia vniuersæ, id est, nomine, & ratione, de primis dicitur, sed hæc non competit primæ, de prima nanque, nulla est prædicatio.

Tertia proprietas, prima substantia significat hoc aliquid, secunda verò, quale quid.

Quarta proprietas, substantiæ nihil est contrarium, sed hæc quantitati conuenit.

Quinta proprietas, non suscipit magis & minus, etiam conuenit quantitati.

Sexta proprietas, eadem numero permanens, est susceptiuum contrariorum.

Annotationes circa literam.

Nunc est cur vertamus in dubium hic, quare à substantia incipit Aristoteles primo, quia ex dictis constat esse primum analogatum, à quo accidentia ignobiliora in eo quod subiecta pendunt: secundo, quia ut bene M. Soto ex Hammo, Boetio, & alijs ex. 7. Metaphy. text. 4. constat substantiam esse priorem, natura, tempore, & cognitione, accidentibus, natura quidem prior, quia efficienter, finaliter, & materialiter, accidentia cau-

fat, manifestum est autem prioritate nature esse prioritatem causalitatis, 2. Physic. cognitione etiam, quia accidentia cognoscuntur per substantiam, qualiter autem cum hoc iter, quod Aristoteles dicit accidentia multum conferre ad cognoscendum quod quid est, alibi dicam, tempore etiam est prior, quia à toto genere, est substantia præcedens accidentia, utpote, Deus qui & substantia, & prior omni alio est.

Secundo notandum, quod Aristoteles omisit varias acceptiones substantiæ, quia difficiles pro tyronibus tunc, quia tamen prouociores iam sunt primo sumitur pro essentia cuiusuis rei, & sic loquitur Aristoteles, in definitione vniuersorum, ratio substantiæ, &c. secundo, ut idem est, quod non est accidens, quo pacto materia prima, quæ est pars, est substantia: tertio, pro generalissimo huius prædicamenti:

Quarto, pro essentia cuiusuis substantiæ completæ lineæ prædicamenti, nam de differentia dicam infra: quinto, ut significat formaliter esse subiectum accidentium, quod videtur passio substantiæ: ultimo secundo intentionaliter pro subiecto prædicationis, de quo latius articulo sequenti, primo per totum, vide. 5. Metaphysic. text. 15. cetera, si quæ sunt infra.

QVAESTIO. I. De essentia & proprietatibus primæ & secundæ substantiæ.

Quæ per quinque difficultates examinabitur: prima, quæ sit diuisio substantiæ in primam & secundam? secundo, si sit bona definitio primæ & secundæ substantiæ? tertio, si prima substantia sit magis substantia quæ secunda?

quarto, si vna species ima vel indiuiduum sit magis substantia quā aliud; quinto, si proprietates substantiæ sint bene assignatæ?

ARTICV. I.

Quæ sit diuisio substantiæ in primam & secundam?

1. opinio Loban. In qua quidem re tot sunt sententiæ, quot capita. Prima est Lobanienf. qui hanc diuisionem ponunt accidentis in accidentia, vt si quis dicat, n. uficoi um alius sapiens, alius in sapiens, ita hic eorum quæ substant, &c.

2. opinio Burlaxi. Secunda opinio est Burlaxi, qui ponit hanc diuisionem subiecti in accidentia, vt si dicas hominum: alius Grammaticus, Dialecticus alius.

3. opinio Iabel. & aliorum. Tertia est Iabel. Metaph. q. 17. M. Soto, Caiet. Alber. & Recentiorū, S. Thom. de potentia. q. 2. artic. 2. ad 6. esse analogi in analogata.

4. opinio Tartar. Quarta est cuiusdam Tartareti hoc in loco, & Recentiorum, qui tenent esse generis in species.

5. opinio Villalp. Euxip. Ammo. Porphy. Quinta est Villalp. Euxip. Ammo. Porphy. Quinta est Villalp. Euxip. Ammo. Porphy. Quinta est Villalp. Euxip. Ammo. Porphy. Quinta est Villalp. Euxip. Ammo. Porphy.

Pro veritate recolendum in memoriam, quod supra dicebam ex S. Tho. 1. p. q. 13. art. 2. in corpore aliud esse id, à quo nomen imponitur, & ita nomen substantia, dictum est à substantiando, quia per se existit, & est subiectum aliorum inhaesionis, & prædicationis, non tamen significat hunc modum substantiandi, sed naturam quandam completam, quam quia non perfecte cognoscimus, per suam pro-

prietatem explicamus, scilicet esse per se.

Secundo sciendum, ex dictis accentionibus substantiæ, tres esse ad propositum: prima, pro essentia substantiæ prædicamentalis: secunda, pro passione, quæ est realiter subiectare accidentia: tertia, pro secunda intentione, quæ potest esse subiectum propositionis.

Iam ergo 6 prima sententia Lobanienf. fecit illam proprietatem, scilicet, esse per se, diuifum, sumensque membra diuidentia secundè intentionaliter, dixit esse diuisionem accidentis in accidentia: sed quia illa proprietates se habet, vt subiectum, & fundamentum, saltem cum prædicatur, dicit existentiam, nec absoluitur propositio à tempore: idè melius dicitur diuisio subiecti in accidentia, vt quando diuisum est dicta essentia, membra vero diuidentia sumuntur pro passione vel secunda intentione, vt sumit secunda opinio, & Simpl. 7 Merc & Cæter.

Secundo dico, si diuisum, & membra diuidentia sumantur pro illa reali passione, scilicet realiter subiectare accidentia, diuisio est analogi in analogata, vt vult, tertia sententia, & S. Thom. vbi supra, quia re ipsa sustentare accidentia, per se conuenit primæ substantiæ: secundè verò vt in re est per primam, abstracta enim ab ea, vt homo, extrinseca denominatione, dicitur subiectare, quia prima subiectat.

Ternò dico si diuisum, & membra diuidentia secundè intentionaliter sumantur pro relatione subiecti, vera est sententia quarta Neoterico- rum, etique profectò diuisio generis in species, licet ratione differentiarum sit vna perfectior aia, vt homo equo. Probat, quia in hoc quod est esse subiectum in communi non pender secundà à prima, quando enim verbum absoluitur à tempore, vt in hac, homo est rj

Quæ. 1. de quiddita. subst. art. 2. Si sit bona definitio. 117

est rjabilis, non est homo subiectum propter primam substantiam, nec prima respectu contingentium, saltem pender à secunda, vt in hac, Petrus est albus, vnde ratio subiecti in communi, vtrique competit, sine dependentia vnus ab altera.

Ex quibus infero falsam esse Villalp. au sententiam, scilicet, quintam, quia non est opus ad hoc recurrere, cum detur aliquod diuisum iuxta dicta. Secundo quia tunc ex Boet. Porphy. & Simpl. vt referunt recentiores, dicitur enumeratio partium, quando est æquiuoci in æquiuocata, quibus tantum nomen est commune, quam respectu nominis, sit quodammodo diuisio, quia vna vox in plura significata distinguitur, vt supra dixi in Summulis.

Secundo, patet solutio omnium argumentorum, quæ communiter solent fieri. A luerto tamen Arist. nolle vnquam tantum speciem esse relationem subiecti primæ, vel secundæ substantiæ, nam respectu prædicamentorum essentialium passionum, communium accidentium, & differentiarum, diuersæ sunt relationes subiecti specie, sed tantum vult in ratione subiecti primam substantiam præstare secundæ, & secundam accidentibus, vt videbitur, pro quo sit articulus secundus.

ARTICV. II.

Vtrum bona sit definitio primæ, & secundæ substantiæ?

1. Pars negatur. E T videtur quod non sit bona præcipue definitio primæ substantiæ, scilicet prima substantia est quæ nec in subiecto est, nec de subiecto dicitur, primo quia cum datur per negationem potius dicit quod

non sit, quam quod sit ergo definitio est nulla.

Secundo, quia homo secundum se, nec est in subiecto, nec dicitur de subiecto, & non est prima substantia: ergo definitio primæ substantiæ est nulla.

Confirmatur, quia species subiectibilis maxime in Angelis, si vnus sit tantum possibilis, nec dicitur de subiecto, nec est in subiecto, vt species subiectibilis est, vt non est prima substantia vt sic, ergo definitio illa conuenit alijs à deo.

Tertio, quia ex cap. de Specie, non habemus definitionem singularium: ergo non potest rectè prima substantia definiti, cum sit singularis.

Quarto, quia data definitio non illi conuenit, quia dicitur de multis, vt potè de Petro & Paulo, &c. at prima substantia de nullo dicitur, ergo idem quod prius.

Confirmatur, quia ponit Arist. exemplum, aliquis homo, quod est singulare vagum, quod de multis dicitur, vnde nec est prima substantia, nec secunda, quia nec est species, vel genus quæ sunt secundæ substantiæ.

Sed contra est Arist. & cum eo omnes hic, licet in verborum ordinatione discrepent, definiens primam substantiam quod non sit in subiecto, nec de subiecto dicitur.

Pro quo notandum primo, quod Albertus, Caietanus, & M. Soto, vox substantia quæ proprie, principaliter, & maxime dicitur, credunt esse definiti, idemque valere quod prima substantia: subditque Caietan. & Albert. codices mendose habere substantia est, quæ proprie, &c. nam sic innuitur illa verba, partes esse definitionis. Secundo dicit Caiet. definitum formale huius definitionis esse modum particulariter existendi, communem omnibus indiuiduis substantiæ, quod præter quæ quod non probat, fallum est ex dictis cap. de Specie.

Nota 2. Secundo, notandum quæ dixi cap. de Specie. quæc quinque nomina indiuiduum, irregulare, prima substantia suppositum, & persona idem re videtur significare, sed duo priora communia sunt etiam accidentibus, irregulare vero respectu vniuersalis dicitur, alia verò tria propria sunt substantiæ, quomodo hoc sit, vide ibi cap. de specie.

1. Cōcl. Iam dico primo in hac re, vox, est in sensu ponendum post dictas particulas, licet sit verborum tripositio, ita enim legunt omnes Græci, scilicet, substantia, quæ propriè, &c. est, quid vero intelligat Arist. per illas particulas, & cur sic primam substantiam nominauerit non male recentiores ex D. Tho. idem sonare propriè, & principaliter, quia ratione sui prima substantia subiectat accidentia. Alber. vero Boet. & Caiet. alij dicunt, dici propriè substantiam ad differentiam accidentium, quæ minus propriè, quia sunt quidditates: dicuntur etiam substantiæ, vox, principaliter, ad differentiam secundæ substantiæ, quæ ratione primæ dicitur subiectare accidentia, vox, maxime, quia subicit pluribus prædicatis, scilicet, & ipsis secundis substantiis, & accidentibus.

3. Cōcl. Secundo dico, vt bene M. Soto iuxta dicta in prædicabilibus) definiti, vt quo secundam intentionem primi subiecti, licet in actu exercito verificetur definitio in Petro, & Paulo. Probatur primo, nam vox, prima substantia, terminus est secundæ intentionis: facit enim appellacionem, nec dicitur homo, sed Petrus, prima substantia, ergo definitur, vt quo, secunda intentione primi subiecti. Secundo, quia secunda intentio in actu exercito: species est in actu signato, prima vero substantia de nullo prædicabilis est dicitur. Ex quibus omnibus.

4. Coro-larium. Inferitur primo, quod non obstat quod Canter. ait definiti complexum

hoc, & ens per accidentia, substantia singularis) quia Porphy. Ammo. & Simplicii dicunt definiti membrum illud diuisionis cap. secundi, scilicet, quædam non sunt in subiecto, nec dicuntur de eo, vbi prima & secunda intentio secundum omnes clauditur, Aristotelesque eadem usurpat verba, vnde vt ibi virtute sunt duplex diuisio, erit etiam hic duplex definitio, non inquam hoc obstat, quia Arist. ibi explicite voluit ponere, & re quæ ponitur in prædicamento, & intentionem quam habet, hic vero per secundam intentionem, & quasdam proprietates, realitatem ipsam declarat, & hæc de definitione primæ substantiæ præterquæ ad argumenta, sibi solutiones magis hoc declarabunt.

Secundo inferitur quod bene Sonzi 5. Metaph. q. 14. dicit quod substantia addit aliquid supra conceptum entis, quod, per vocem, per se, significatur, id quod supra dicebatur cap. de differentia, quod, vox, per se, non significat aliquid additum, sed exprimit aliquam rationem quæ non exprimitur per vocem, eius, talis autem ratio, negatio quædam est conueniens substantiæ, vt substantia est, & tantum valet dicere substantia est ens per se, ac substantia est ens non in alio inherenter, & ita potens per se, ratio substantiæ constituitur, per quod in eum describimus id, quo formaliter substantia distinguitur ab accidente, quod solutione argumentorum magis patebit.

Tertio inferitur quod dicta definitio solum sit descriptiua, non essentialis: de ratione verò secundæ substantiæ M. Soto hic q. & alij dicunt intentionem secundæ substantiæ esse intentionem quidditatiui prædicati de prima: nam Aristoteles ait esse species, vel genera, in quibus sunt primæ, non vt in subiecto, sed vt in communi prædicato, vt vox, in, valet

2. Coro-larium.

3. Coro-larium.

pro, sub. Caietanus vero intentionem secundæ substantiæ ait esse: vniuersaliter concipi, & primæ particulariter concipi: hæc tamen sententia fundamenta præbet intentionem, quas prima docet, neutra tamen placeat quia Aristoteles, vt ipsi etiam fatentur, comparat, & præfert primam substantiam secundæ, ergo intentio secundæ substantiæ est intentio secundæ subiecti, vt & intentio est intentio primæ, primi subiecti, aliter non erit hæc magis substantia quam secunda.

Confir-matur. Confirmatur, quia ex nominis ethymologia dicta est secunda substantia, quasi secundum subiectum, & secundum subitans.

7. Conc. Dico tertio 7 Aristor. illis verbis, scilicet, secundæ substantiæ sunt genera & species, non definire intentionem secundæ substantiæ, sed docere quibus comparet, scilicet, speciebus, & generibus, vniuersaliterque & particulariter concipi, comparantia sunt alijs prædicamentis.

8. Soluunt-rur arg- Ad 1. Ad primum nego consequentiam, quia etiam Deam propter suam eminentiam per negationem describimus, & materiam propter imperfectionem negatiue describimus: de quo bene Canter. ex Arist. 8. Topico. cap. 3. Cicero in partitionibus, Boet. de definitione varijs locis, & hac ratione in ratione subiecti definit per negationem: nil enim est perfectius ea, vt sic in subiecto aliquando etiam propter maximam imperfectionem, vt materia describitur, quo nec sit aqua, &c. maxime cum id quod negatur, explicatum est, vt fecerat Arist. supra. Oportet tamen subintelligi aliquid loco generis, scilicet, substantia prædicamentalis: aliter definitio conueniret partibus substantiæ, sicque haberet aliquid affirmatiuum, & virtute tota est affirmatiua, vt ait Simplicius, quia non esse in subiecto, sumitur pro esse

subiectum, & non dici de subiecto pro esse primum, vnde est completa substantia, quæ est primum subiectum, vt dixi, cap. de accidenti, articulo tertio.

Ad secundum dico, quod sensus definitionis est (præterea quæ explicata sunt) quod primæ substantiæ repugnat esse in subiecto, vel dici de eo, nam vt verba affirmatiua in definitionibus plerumque dicunt aptitudinè, ita negatiua repugnantiam: natura autem secundum se, vel homo nec habet negationem essendi in subiecto, nec ei repugnat esse in inferiori subiecto, licet non habeat affirmationem secundum se, vnde distinguo antecedens, per quod patet ad confirmationem, nam species subijcibilis vt sic nec habet dici de subiecto, nec ei repugnat, licet vt sic non conueniat dici de subiecto: species vero Angeli in illa opinione est prima substantia, non secunda, quæ apud Aristotelem debet esse communis natura.

Ad tertium, de vna prima substantia, fator nos non habere definitionem, sed de prima substantia in communi bene est definitio, qualiter autem sic definitur patet ex secunda conclusionem.

Ad confirmationem patet ex dictis, quod prima substantia non in actu signato, sed in actu exercito dicitur de multis.

Ad quartam & vltimum bene aliquid dicitur, vox, aliquis homo, ibi tantum sumi pro ostenso, ad quod alludit M. Soto 1. Summula. de termino communi, & singulari Et similiter Scot. q. 1. ait, idem esse de indiuiduo homini sem Caieta. sed non ait dicere secundam intentionem, sed realem modum particulariter existendi, iam verò dixi cap. de Specie non id significare, sed significare, modo categoricari: recedenda sunt quæ ibi dicuntur articulo vltimo.

Ad 2.

Ad 3.

Ad confirmationem.

Ad 4.

ARTICVL. III.

Vtrum prima substantia sit magis substantia, quam secunda?

uiduis ratione speciei: Petrus enim est animal, quia homo est animal. Ad de quod prima substantia quae definitur, est species, ut patet ex articulo 2. ergo prima substantia non est magis quam secunda. ergo idem quod prius.

In oppositum est Arist. ex quo aduenit quod est eadem substantia per non esse in subiecto explicetur, hoc magis conuenit primae, quae est simpliciter, & non pars alterius. Secunda vero est in prima, parsque componens eam differentia specificam, vel non erit a specie, vel indiuiduum, praeterquam quia existentia etiam praedicatorum per se naturae singulari primo conuenit, licet conexio extremorum primo conueniat secundis substantijs: praestat tamen prima, quia existentia praestat potentiae, & conexioni extremorum. Tandem quia licet homo pluribus subicit, quam Petrus realiter, non tamen quam prima substantia, quia in aliquo indiuiduo subicitur, & ita non est prius subiectum quam prima substantia, sed quam Petrus, in intentione Petrus est magis substantia licet paucioribus subicit, quia ratione sui subicitur in re, homo vero ratione singularium, licet extensioe id est, pluribus subicit, erit minus substantia: quia praestat intentione subiectare, quam extensioe subiectare.

Ex quibus infero falso Villalpand. qui Ammo. sequitur recedere a sententia omnium hic, dicereque Arist. in hoc, hic loquutum more vulgi, sed in hoc. Meraphy. tex. 2. posuisse suam sententiam oppositam, quod fuit primum argumentum, hoc enim & contra dicta, & Aristot. est qui hoc ex professo hic probat, quod quidem non facit, cum ex aliorum sententia loquitur, in Meraphy. vero bene S. Tho. Auer. Alexand. Niphus, & fern. e omnes asserunt loqui ex sententia Platonis: non ait enim ita esse, sed qui ex dictis retuleratque Platonis sententiam, contra

Cōclusiō

NOTA

Falso recedit Villalpand. a comuni hic.

Quaestio. I. de quiddita. subst. arti. 3. Si prima subst. &c. II

contra quam id inferit, ut inconueniens. Praeterea nomen secundae substantiae Aristot. inuenit, ut ait Soto, & Caiet. ut vniuersales substantias, quae si diminutae substantias diceret per quod patet ad primum. Licet M. Soto respondeat vniuersalia dici magis substantias, quia magis abstracta, & perpetua, recentiores etiam, esse magis substantias extensioe, non intensioe: prima tamen solutio bona est, per quod patet ad secundum distinguendo minorem.

Ad tertium, sic intellige Arist. destructis primis substantijs omnino, id est, quo ad omnes partes nihil aliorum manet, unde cum manet anima, non omnino destruitur prima substantia, cum sit pars primae, manere vero accidetia in Eucharistia sine prima substantia miraculum est: Deus autem non est eius praedicamentale, de quo loquitur Arist. (de quo latius infra) Porphy. vero ex Boet. Alber. Caiet. tantum vult hanc esse veram, homo est rationalis, licet differentia numerica Petri falso ei conueniret, si verò illa esset falsa, homo est rationalis, destrui essentiam Petri, quae est esse hominem, & consequenter rationalem.

Et ad confirmationem antecedens nego, non enim Arist. argumentatur ab inferiori ad superius negatiue, sed a numeratione sufficienti partium, id est, a negatione omnium primarum substantiarum ad negationem secundarum, vel dic, quod loquitur quo ad existentiam, & sic primae substantiae superius quid sunt.

Ad quartum dic, quod licet essentia hominis praestet differentiae numericae, ratione tamen huius immediate. Petrus est subiectum omnium praedicatorum, saltem quoad existentiam modo dicto, sin vero consideres totum Petrum, cum etiam addat differentiam numericam homini, quae est aliqua perfectio, Petrus praestat ho-

mini: unde distinguo maiorem, quia tamen dicta perfectio parua est, dicitur non tam intentus a natura propter se, quia propter perfectiones speciei, ostendendas in re, & ita quando haec in vno conseruari possunt, non curat multiplicare indiuidua, de quo satis dixi cap. de Specie.

Ad quintum, patet ex dictis, quod licet pluribus subicit homo quam Petrus extensioe, non tamen intensioe & ratione sui, quod praestatius est.

Ad confirmationem, fateor potiora praedicata esse speciei, id est, communiora, nam ex dictis, cap. de specie, indiuidua etiam materialia suis quidditatibus & positiuis praedictis gaudent, quamuis etiam ex illo nil contra nos colligebatur, ad aliud vero, patet quod prima substantia solū quo ad conditionem definiendi sit species.

ARTICVL. III.

Vtrum vna species ima, vel indiuiduum sit magis substantia, quam aliud?

Videtur quod sic nam homo, ut patet, vel Petrus pluribus subicit praedictis substantiabilibus, & accidentibus, quam Michael, quia habet corporalia & spiritalia, Michael vero spiritalia solum, & coruus quam homo, quia subicit generi auis bruto, &c. ergo vna species praestat alteri.

Confirmatur, quia Aristot. 3. Meraphy. si tex. 5. elementa ait, magis videtur substantia, ergo magis quam homo, & consequenter vna species praestat alteri.

In contrarium est Aristot. breuiter ad argumenta 3 var. respondet Lohanen. sic philosophum interpretantur illud dici magis substantiam

Pars negativa suadetur primo. Argu. 2.

Hoc est, Vtrum in ratione substantiae ei praestet, pars negativa suadetur primo, quia Arist. 8. Meraphy. ait vniuersalia esse magis substantias, quam particularia, sed secundae substantiae sunt vniuersalia, ergo. Secundo, quia id dicitur prius subiectum, a quo non conuertitur consequentia in subiectando, sed non valet homo subiectat, ergo & Petrus, bene tamen e contra, ergo homo qui est secunda substantia, est prius subiectum, quam Petrus, qui est prima, & consequenter secunda substantia quam prima.

Tertio, quia ratio Arist. nil probat, nam destructis primis substantijs manent anima, & accidentia in eam nec tamen est prima substantia, manet etiam Deus, qui non est subiectum, & Porphy. cap. vlti. ait ablata specie auferri indiuidua, non e contra.

Confirmatur, quia argumentatur ab inferiori ad suum superius negatiue non enim valet non est Petrus, ergo nec homo, ergo secunda substantia est magis substantia quam prima.

Argu. 4. Quarto, quia species est magis perfectior substantia, magisque intentus a natura, quam indiuidua, ergo est magis substantia secunda, quae est species quam prima.

Argu. 5. Quinto, quia pluribus subicit homo quam Petrus cum subicit omnibus, quibus omnia eius indiuidua subtant, ergo est magis subiectum, & magis substantia, homo autem secunda substantia est, ergo.

Confirmatur, quia praedicata per se, quae sunt potiora, conueniunt indi-

Ad 5.

Ad confirmationem.

Pars prima suadetur.

Confirmatur.

Conclusio est pars negativa.

ua quest. 3 Ad arg. variè re sponde- tur ad 1. Loban.

Secūdo à quibus- dam re- centiori- bus.

Tertio respon- det Vil- lalpan. & Boet.

alio, quod substat predicatis. quibus illud, & alij, ideoque species esse magis substantias genere, & indiuidua speciebus, vnam vero speciem, vel indiuiduum non magis alio, quia si pluribus, non tamen eidem substat, si tamen hoc ita esset Petrus non esset magis substantia, quam equus, qui est secunda substantia contra Aristotelem, & veritatem, ex artic. 3.

Ex dictis patet ad argumentum, tantum enim probat extensū esse magis subiectum vnum alio, non vero intensū, vt loquitur Arist.

Ad confirmationem ex ipso Arist. qui 7 Metaph. c. 1. ait elementa esse manifesti simē substantias, patet etiā loco citato tantum idem velle.

ARTICVL. V. ET Vltimus.

Vtrum sex proprietates substantie bene assignet Arist.

Videtur quod non, prima est esse in subiecto. Contra quia ex Anerr. elementa sunt for maliter in misto, ergo.

Secundo, quia partes integrantes substantie, & differentie non sunt substantie ex Arist. & non sunt in subiecto, ergo.

Tertio quia album, & omnia accidentia in concreto non sunt in subiecto. Contra vltimam proprietatem, quae est sexta, vna numero manens est susceptiua contrariorum.

Contra nam substantia non est vna numero, ergo ei non conuenit.

Secundo, quia ignis recipit calorem non frigus, ergo substantia non suscipit contraria.

Tertio, vna actio v.g. cōna continuata die Iouis, noctu post duodecimam horam, si edantur carnes recipit bonitatem, & malitiam contrariam, & tamen non est substantia, ergo non est proprietates solius substantie.

In oppositum est Arist. & communiter omnes.

Pro decisione dico, 3 primo quod non esse in subiecto est propriū quarto modo substantie, vt distinguitur contra accidens. Et tamen propriū secundo modo substantie, in qua praedi-

Respon- sio ex di- ctis ad argum. Ad con- firmat.

Pars ne- gatiua luadet. cōtrapi- mam p- prieta- tem. Argu. 1. Argu. 2.

Argui- tur pri- mo con- tra ter- tam pro- prietatē. Argu. 2. Argu. 3.

1 Cōd.

4. Cōd.

cametalis, quia omni & nō soli cōuenit.

Dico secundo, secunda proprietates conuenit secundae substantiae, estque illius propriū secundo modo, non quarto modo, quia ex Arist. hic, conuenit differentiis, loquiturque Arist. de predicatione artificiali, quae primae substantiae non competit, & de vniocē stricta vniocatione, quae petit in Arist. vt predicatum sit essenziale subiecto, per quod reijciuntur accidentiū genus, & species.

Dico tertio, quod circa tertiam proprietatem tria dicit Arist. primū primas substantias significare hoc aliquid, quia antonomastice pro substantia sumitur, quam vox, hoc significat in singulari. Dicit secundo, secundas videtur significare hoc aliquid, quod minus bene aliqui interpretantur, quia primas vocamus aliquādo nomine secundarum, quia sic ex 1. Top. c. 6. eas vocamus nomine accidentium, dicentes vena Malicum dum aliquis homo vna, melius M. Soto, recentiores, & Canter. reddunt rationem huius, quia secundae substantiae, vt homo, significant per modum suppositi, & substantiae. Tertio dicit secundas substantias significare quale quid, nō vt vult Aure & Alber. quia conuenit genere, quod est quid, & differentia quae est quale, nam id etiam conuenit differentiis subiectiuis accidentium, secundo, quia generalissimum substantiae secundae substantia est, non tamen cōposita sic, sed simpliciter simplex, vt dixi q. de specie. Caie. & S. Th. opus. de naturae generis, dicunt significare quale quid, quia dicunt substantiam, quae sic significata denominatur à secunda intentione, quae vt omne accidens largē dicitur qualitas, id est, forma, sed Petrus etiam in singulari significatus à relatione subiecti denominatur: vnde melius I. b. trac. 5. p. Sot. recentiores, & S. Tho. significare quale

quid, quia in cōmuni significatus homo forma est quidditativa inferiorū per quod aliquantū declinat à rōe inuoluntaria: hoc atiquid, nec Arist. Mētū vtget atbū solam qualitatē dicitis nam, vt bene M. Soto, q. 2. ad. 3. alia versio habet forū quale, & dato ita sit, cōtū intēdit Arist. atbū qualitatē solā, id est, accidentalem, non substantiale, cur autem homo non dicatur in quale quid, dixi c. de genere, & de differentia, vt bene etiam probauit Tolet.

Dico quarto substantia non habet contrarium physicē, scilicet, sic enim debent intelligere, quia contraria physica accidentia sunt, eidem inherētia, quod Arist. dicit, quod circa idem subiectum mutū se expellunt. Radically tamen sunt contrariae substantiae, quia radices contrariorum qualitatum, vt caloris & frigoris, non tamē satis erat non in se immediate substantias destruere, vt nō essent contrariae, quae est solutio M. Soto, quia colores contrarij etiam medijs primis qualitibus se destruunt.

Dico quinto Arist. nolle in ratione substādi suscipere magis, & minus, vt bene Ammo. & Simplic. nec in perfectione, vt probant argumenta contra hoc facta, sed vnam numero substantiam non posse acquirere plures gradus perfectionis, vt vnus calor v.g. dum intenditur requirit: vnde parum refert, quod vna anima perfectior sit alia etiam substantialiter, sed de hoc cap. de qualitate.

Vltimo dicitur secundum omnes sex proprietates est quarto modo, ita Arist. & Archytas dicunt eie maxime propriū, vnde falsō Porphy. & Ammonius hoc negant, quia caeli, & Angeli non suscipiunt: similiter Villalpandus explicat male suscipere contraria largē scilicet, lucem, & tenebras. Sic tamen ex 1. mb. intellige substantiam moueri posse saltē violenter motibus contrarijs caelos, Angeli vero

4. Cōd.

5. Cōd.

6. Sexta & vltima conclus.

7. A

vero capaces sunt amoris, & odij, lē-
titiæ, & tristitiæ: Deus autem, cui cō-
traria recipere repugnat, non est sub-
stantia prædicamentalis (de quo in-
fra) anima verò nostra, licet hæc con-
traria recipiat non est vna numero, vt
vult proprietates scilicet naturæ com-
pletæ. Item quantitas in Eucharistia
est per miraculum, naturaliter enim
(vt loquimur) recipit contraria tan-
tum, vt quo, non vt quod, quia reci-
pit vt sustentata à substantia.

9 Soluuntur arg. ad primum.
Ex dictis manent soluta argumen-
ta in principio, cum hoc tamē ad pri-
mum quod licet Auerr. opinio sit fal-
sa, de quo in Philolophia adhuc non
sunt, vt accidentia in subiecto, sed vt
partes in composito.

Ad 2. Ad secundum, partes & differentiæ
sunt substantiæ, id est, non accidens, &
sic non sunt in subiecto, Arist. vero ne-
gat has esse substantias, quia non po-
nuntur in linea, vt de eis prædicetur
generalissimum substantiæ, sed sunt
ad latus modo supra latè explicato.

Ad 3. Ad tertium, vt album pro formali
est accidens, sic in hæret subiecto, vt
de connotato, quod significat substā-
tiam verè dicitur (album enim est
substantia) sic pro connotato non est
in alio.

10 Soluuntur arg. vltima proprietate. Ad primum.
Ad argumenta contra vltimam pro-
prietatem 10 ad primum dico, quod
propter illud Ammo. negat conueni-
re secundæ substantiæ, sed melius Sim-
pli. Villalpan. & alij sic explicant, vt
homo est rursus in singulari tamen
rider, sic substantiæ in communi cō-
uenit esse susceptiuam contrariorum,
ea tamen in exercitio recipit in singu-
laribus.

Ad 2. Ad secundum, ignis dum est pugna
cum contrario, aliquid frigiditatis
vel humiditatis recipit, & contrarios
motus, impulsus ab ære flante in op-
posita.

Ad 3. Ad tertium, illa non sunt nisi con-
trariæ denominationes, vt proposi-

tio recipit veritatem & falsitatem,
vna numero permanens, præterquam
quod est duplex actio in genere mor-
ris, vt vero est vna in genere naturæ
tantum est bona in esse naturæ. po-
tiusq; dicitur bonæ, vel malæ, vt quo,
quia suppositum taliter denominat,
vel taliter.

QVÆSTIO. II.

De his qua in hoc prædica-
mento collocantur.

Tria solum in hac re aliquale
difficultatem ingerunt quæ
sunt examinanda: primo, si
Deus hoc genere, vel in alio po-
natur: secundo, si Angeli, & ceteri in-
teritio, si partes substantiæ à principalio-
ribus autem incipientes sit.

Disponitur quæstio.

ARTICVL. I.

Vtrum Deus sit in prædicamen-
to?

Hanc quæstionem hisce verbis
M. zumel tractat 1. p. q. 3. art. 5.
Gregor. Arimin. in 1. d. 8. q. 3 &
Gab. q. 1. Marfil. q. 12. & alij Nomina-
les, Theologi q; obscuri nominis. Ve-
neus cap. 4. de substantia affirmant.

Probat 1 ex August. sermo. 3. in
Octaua Epiphaniæ: & Boet. quid-
cunt duo prædicamenta, scilicet, sub-
stantiam, & relationem, esse proprie
in Deo.

Pars affirmatiua suadeat.

Confirmatur ex Arist. 4. Top. c. 2.
vbi videtur concedere in Deo genus,
& differentiam: & Alex. 3. Topi. c. 1.
Deum, & hominem esse (ait) sub eod-
dem genere.

Confirmatur.

Secundo, confirmatur, quia S. Tho.
1. d. 8.

1. d. 8. q. 4. art. 2. Deum ponit reductiue
in prædicamento.

Argu. 2. Secundo probatur, quia Theologi
& Philolphi dicunt Deum esse pri-
mam mensuram substantiarum, sed ex
10. Metaphy. vnumquodque mensu-
ratur aliquo sui generis, ergo.

Confirmatur, quia infinitas non
obitat, quia linea infinita esset in præ-
dicamento, si daretur.

Argu. 3. Tertio probatur, quia ratio substā-
tiæ, scilicet, esse per se, Deo maxime
conuenit.

Argu. 4. Quarto, nam à substantia infinita
Dei, potest abstrahi ratio limitata, &
finita: ergo. Nam in Deo idæa homi-
nis non est idæa equi, ergo datur ra-
tio limitata secundum quam in præ-
dicamento collocetur.

Veratamen sententia 2 negat Deū
poni in prædicamento, ita Theologi
in 1. d. 8. cum M. Bouau. Scoto. Dui. 2.
Palud. Richardo. ap. Alber. Aegid.
S. Tho. 1. p. q. 3. art. 5. vbi Caic. & M. zumel
Ferr. cum S. Tho. 1. contra gen-
tes. c. 25. Alex. 1. p. q. 5. memb. 1. Henri.
q. 2. art. 26. Dionys. August. Boet. Da-
masce. quos refertur dicti, maxime
zumel, Label. & Metaphy. & commu-
nis Peripateti. vt probat Picus de en-
te, & vno ad secundam obiectionem.
Auc. 8. Metaph. c. 4. Trismegisti, cap.
2. Pimandri, & bene P. Tolet. hic.

Concl. Deus non ponitur in prædicamento.
Prob. 1. Probatur primo, nam secundum
expositionem Themistij, & Alexā. ex
3. Physic. vbi per ens non habens potē-
tiam, quod omisit ante diuisionem en-
tis in decem prædicamēta, intelligit
Deum confirmatur, quia prima & se-
cunda substantia substantant acciden-
tibus, quorum Deus non est capax: vt
de August. ait Deum abusu dicit sub-
stantiam, licet ab Arist. 12. Metaph. tex.
59. & Theologis bene vocetur pri-
ma substantia in alio sensu, id est, præ-
stantissima substantia.

Secundo, ratione sexta M. zumel
quam vocat optimam, nam quicquid
in prædicamento, vel est ipsum ge-
nus primum, & tale non est Deus, quia
non est contrahibile, & determinabi-
le, vel est aliquid sub tali supremo cō-
tentum, & sic, vel est species, & hoc non
quia Deus non est compositus genere
& differentia, quam includit species,
vel tadem est indiuiduum, & hoc non,
quia sic aliquid reale esset prius Deo,
& simplicius: & in hac vltima proba-
tione non placet zumel aliter probas
scilicet, quia indiuiduum est substā-
tia prædicamentalis participans natu-
ram substantiæ supremæ, quæ compo-
nitur (inquit) ex ente, & modo intrin-
seco, hoc inquam non placet, quia ex
supradictis est conceptus simpliciter
simplex, & ita nullum esset inconue-
niens quod vt magis adhuc pateat.

Prob. 2. Probatur primo, nam secundum
omnimodam actualem infinitatem
perfectiōnis in prædicatis proprijs
claudit cōmunia, implicat ergo esse
cōpositum, nisi absurdè dicatur homo
compositus ex ente, & homine, & cō-
sequenter nil est in Deo pars, & hinc
est, non tantum non poni Deum in præ-
dicamento accidentis, quo caret, nec
in substantia, in quo nos, quia nil est vni-
uocam vtriusque essentialē, ex supra di-
ctis, sed nec esse metaphysicè compo-
situm, etiam in genere & ratione en-
tis infiniti, quia ratione dicta nil po-
test esse cum Deo pars, cum quoduis
eius prædicatum communia inclu-
dat, multo que minus habet composi-
tionem essentialē, & relationum, vel
attributorum primo, quia hæc cum
sunt intrinsecè infinita entis, intrinse-
cè claudunt naturam diuinam: secun-
do, quia minus digna Deo, & peior
compositio est ex duabus rationibus
particularibus, quam ex communi,
& propria, quarum neutra claudit
aliam formaliter, vtraque tamen ca-
ret, licet habeat constitutionem, vt di-
xi c. 5. p. de differentia.

Ex quibus planè sequitur 3 Christū
domi

3 dominum secundum quod homo directè poni in predicamento, vt bene omnes colligunt (licet Soto dicat ex quadam opinione Nominale. se qui non directè poni, est q; prima substantia eiusdem speciei nobiscum, nec oppositum est tacum.

4 Dubium in hoc predicamento concreta ex di- ctis ponantur, quæ sunt supposita, & suppositum si diuinum, & infinitum, abstractaq; reductiue, videtur Christum non poni directè? Respondetur ex D. Tho. 3. p. q. 2. ar. 3. res poni in pre- dicamento ratione natura quæ in Chri- sto, vt homo est, est finita, esse autem suppositum est conditio, & in Christo diuinu supplet id, quod faceret crea- tum, & ita vox, hic homo, signat natu- ram humanam vt in supposito, vel po- tius vt per se stantem, cui parum refert, vt supposita sit, quam non dederit minar homo, vt sit concretum, finitū, vel infinitum diuina sit.

Dices saltem, ergo Deus, vt dicitur homo, dicitur poni in predicamento. Respondetur possibile in predicamē- to, cum sit terminus secundæ intencio- nis facit appellationem ad significa- tū formale, & ita innuitur poni Deū ratione deitatis.

Ad 1. Iam ad primum Boet. tantum vult habere Deum substantiam, & relatio- nem, proprie, non quantitatem, &c. vt tamen relatio non est predicamenta- lis, vt patet, ita nec substantia. August. 5. de Trinita. c. 88. & D. Tho. 1. p. q. 41. propter Deo concedunt nomen actio- nis, scilicet non sit predicamentalis, quæ est in Deo, quod consonat com- muni modo loquendi Scholasticorū, & Sanctorum, qui vocant creare in- telligere diuinas actiones.

Ad con- firmat. Ad confirmationem primam Ari- sto. & Alex. vsurpant id exemplum ex opinione famosa sui temporis, scilicet, animal esse genus Deo, & homini ex eorum vero, vt alibi dicam ex

sanctis, & doctoribus non requiritur veritas.

Ad secundam, ipse D. Tho. 1. p. q. 3. ar. 5. nec reductiue ponit in predi- camento, estq; citatior loquutio, quia videbatur dicere esse partem, est tamē principium predicamentorum. Vnde alij dicunt non in se Deum adu- ctuē poni, vt omnium principium, & me- suram omnium, quod tantū ex Caetano, tum vult D. Tho. ubi, licet zumel tribuat illi dum esset iuuenis. Arist. verò 1. Aethico. 6. cum Deum nu- meret ponens acceptiones substantiæ, & predicamenta tantum vult esse om- nium præclarissimum substantiam.

Ad secundum argumentum, Philo- sophi loquantur de mensura homo- genea, per cuius multiplicationem mensuratum innotescit. Deus verò est mensura ætherogenea per acces- sum ad quam maiorem vel minorem innotescit perfectio mensurati, & sic non oportet vt mensura sit eiusdem generis cum mensurato.

Et ad confirmationem omnes com- muniter dicunt, quod si linea infinita possit esse, ponetur in quantitate pre- dicamento, nam infinitum in quanti- tate, v. g. cum sit eiusdem speciei li- neæ, quæ finita est in eodē genere po- nitur. Deus autem omnimodo infini- tus cum nullo vniocatur, nec habet compositionem propter dicta etiam in ratione, & genere entis infiniti.

Ad tertium, D. Thom. 1. par. & 1. cō- tra gentes supra, & 1. distin. 8. quæst. 4. artic. 2. docet rationem generalis- simi substantiæ non esse per se existe- re, sed esse id, cui debetur substantia per se ita vt non dicat essentialiter substantiam, vt Deus, sed naturam, cui debetur, idemque est quod Can- terus & alij dicunt: genus esse substan- tiam finitam, id est, capacem a cōtē- tiuum, quia ex dicta infinitate nascitur incapacitas accidentium, nec distin- gui etiam formaliter substantiam à natura

Ad secū- dam 6. firmat.

Ad 2.

Ad con- firmat.

Ad 3.

Quæ. 2. de natura subst. art. 2. Si Angeli, & cæ. & c. 122

natura, sed eam includere, vt homo ens.

Ad 4. Ad quartum respondet M. zumel, vbi supra, quod idæa hominis, secun- dum quod dicit respectum ad creatu- ras, dicit modum quendam limitatū, sed vt dicit perfectionem quæ est in Deo, dicit infinitam perfectionem, sed hoc iam excedit nostrum institu- tum.

ARTICVL II.

Vtrum Angeli, & cæli ponan- tur in hoc predicamento?

1 Prima sententia est Auerr. quem sequitur Zimara Theoremate 40. Gandau. 10. Metaph. q. 2. ne- gant: primo, quia ex Arist. corrupti- bile, & incorruptibile differunt gene- re, & (vt Themistius ait) non conue- niunt in aliquo vnioco.

Secundo, quia ex Arist. quæ ponun- tur in predicamento constant actu, & potentia, in Angelis vero nulla est potentia, ita etiam Ammon Simplic. & Boetius.

2 Secunda sententia 2 concedit de cæ- lis, negat tamē de angelis, primo, quia ex 8. Metaph. Angeli sunt actus pu- ri, ergo non habent genus, quod est po- tentia.

3 Confir. Confirmatur, quia ex Iamblii, Sy- riano, & supra citatis pro prima sen- tentia Arist. tantum hic agit de substā- tia sensibili, qualis non est Angelus: ita tenet Albert. tractatu de substantia, cap. 12.

3. opinio Tertia sententia 3 est Durand. in 2. distin. quæst. 1. & Marsil. q. 2. qui cum ponat Angelos in predicamento ne- gat tamen componi in predicamen- to, genere, & differentia, quæ à for- tiori citati, dicunt etiam, vt refert zumara: primo, quia genus sumitur à

materia, differentia, à forma, quibus carent Angeli,

Secundo, quia in Angelis non est fundamentum ad distinguendum ge- nus à differentia, cum sint formæ sim- plices, & simplex, vt 9. Metaph. text. tu vltimo, vel totū, vel nil attingitur, non ergo est diuisibilis in conceptus.

Tertio, quia differentia perfectior est genere, at angelus nil habet perfe- ctius genere intellectiuo, ergo.

Quarto, Vltimo, quia in eius differentia clau- det genus intellectiuum, nulla autem differentia, ex Aristotele, & supra di- ctis participat genere.

5 Obser. 1. Omnes autem Philosophi & Me- taphysici sunt in contrarium, aduer- te quò 1 generalissimum huius predi- camenti non est substantia totalis quæ diuiditur in primam & secundam, sed inter secundas substantias est secun- da substantia totalis perfecta abstra- hens à compositione physica, & me- taphysica, corporea, & incorporea, quæ est principium omnium quæ po- nuntur in predicamento, sic vt eam dico homo alius vniuersalis, alius particularis, non diuiditur homo in communi, sed eius realitatis varia ac- cidentia ostenduntur.

6 1. Concl. Prima conclusio. 6 Angeli, ne dum cæli sunt in predicamento substan- tia, ita S. Tho. Durand Alex. & Themis- ti. & communis scholasticorum in 1. dist. 8. dum de Angelis, 1. p. q. 50. per va- rios articulos, vbi zumel comò 2. Gre- go. q. 3. ait esse communem sanctorū, Auc. 8. Metaph. communis hic, & c. de specie. Probat, quia alioquin corpus, & non substantia cōtra Arist. & omnes esset generalissimum huius predicamenti, & compositum esset ex materia & forma, cum Arist. 8. me- taph. neget hanc compositionem ge- neralissimi.

Secundo, quia si ratio Auerr. valeret figura, & quantitas cæli non erunt in predicamento, cum non possint

Corrupti intrinsecè. vt male fatetur Auerr. cum sint eiusdem speciei cum nostris, & sic in eo tem prædicamēto.

Tertio. Tertio, quia ratio generalissimi conuenit illis, & nobis sine dependentia, & transcendentia, ergo est vniuocum genus.

2. Cōcl. Secunda conclusio. 7 Angeli, nedū cōpositi sunt genere, & differentia ita S. Th. 1. p. q. 50. ar. 2. ad 1. vbi latè & bene Zumel de ente. c. 6. vbi Caiet & 2. contra gen. c. 95. vbi Ferr. Hērio. quodlib. 7. q. 8. cōcord. 2. q. vit Herbe. q. 3. Bacon. Bonau. q. 1. Alex. 1. p. q. 20. Mumbet. 1. 2. Auic. 9. Metaph. c. 4. Theonii. 3. Phys. Sonz. 12. Metaph. p. 4. Niph. q. 6. Label. 7. Metaph. q. 5. Probat. quia cum sint in prædicamēto, quod Duran. & Marti. etiā fatetur, cum non sint generalissima necessitatio erunt per differentiam contracti, habebuntque genus, & differentiam.

Prob. 1. Secundo, quia genus erit substantia completa differentia, (spiritalis, quod v. sic, id est, vt differentia est, cum nō sit completum, supponit genus cum quo componit.

Prob. 2. Tertio, quia si necessaria est compositio Physica materia, & formæ p fundamento generis, & differentia: nullum accidens habebit genus, & differentiam, cum sit forma non composita physice.

Tertio. Ad primum latè recentiores: Aristot. tatum velle corruptibile, & incorruptibile deferre specie, vel genere subalterno. Themistius loquitur de vniuoco physico. Et ad confirmationem Arist. non negat Arist. elis potentiam Metaphysicam. quæ est genus, sed Physicam, quæ est materia.

Solutio arg. Ad 1. Ad confirmationem Arist. non negat Arist. elis potentiam Metaphysicam. quæ est genus, sed Physicam, quæ est materia.

Ad argumētale eūd; sententia. Ad argumētum secundæ sententiæ patet per dictum, scilicet, quod Arist. tantum vult Angelos esse Physice in compositos, & pure, non autem metaphysice: & ad confirmationem illi auctores alibi docent oppositum, hicq; tantum dicunt Arist. gratia clarita-

tis vsum fuisse exemplis sensibilibus.

Ad primum argumentum Duran di, dixi supra, solum Arist. intendere genus assimilari materia, differentia vero forma, de quolacè, vide Ferr. supra c. 96. & Caieta. cum S. Thom. de ente. quomodo radicaliter genus à materia sumatur in materialibus quæ inquam materia maximè distat à completa existentia, cui forma, à qua funt differentia, magis accedit, in Angelis verò ab ipsa e. entia, quia remotior est genus, ab existentia verò, vt propinquior sunt ad differentia. Pro quo aduocite ex 3. de Anima, q. ex multis modis quibus dicitur aut quid materia est imperfectum vel etu perfectioris, & ita omnes sunt materiales, vt Auerr. ipse fatetur 3. de anima, commento hic, & 14. vide Niphum 12. Metaph. q. 6. cap. 3.

Ad secundum, sufficit videre angelis spirituales, quod nō habeat aliquid substantia, & illos essentialiter in qualitate, vt modo dicto, cum deur genus, & differentia distinguantur, ponanturque in prædicamēto. Aristoteles que (vt ait Heribeus) non loquitur de distinctione formæ conceptus, sed realiter, id est, t. qui conceptum animalis in homine attingit formam liter attingit rationale, sed bene realiter. Vel melius ex S. Thom. Nipho. Auerr. & alijs. vbi Caieta. in Antepæd. c. 1. in Prologo tantum velle simplicia, vel non apprehendi, vel non posse falsū, & cum errore apprehendi, sed tunc alia d. lo. eorum apprehendi, de quo in Perhiera.

Ad tertium, patet ex cap. de differentia, non enim semper differentia perfectior est simpliciter suo genere.

Ad vltimum dico. q. genus intellectuale, vel spirituale sunt, & est aliquid completum, nullū priorem gradum supponens, & ita nō prædicatur de differentia, quæ cum sit qualitas, & forma supponens intrinsecè materia

Ad 1. ar. gu. Dur.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

riam, genus, non est sic ens, completū, eademque ratione genus substantia de nulla differentia prædicatur.

Replie. Dices saltem differentia inferior Angeli includet superiorem differentiam, quia cum hæc sit differentia, non erit illo modo ens completum, sed supponens etiam genus.

Respon. Respondetur, quod sicut in passione, cuius est radix Angelus, datur gradus se non includetes, si vt habeat perfectum intellectum naturaliter habetem species, & eius limitatio ad tantam perfectionem, quæ vt terminus supponit intrinsecè intellectiū gradū, cuius est terminus, ita eius radix substantialis intrinsecè supponit radicem perfecti intellectus. Dices secundo, talitè differentia Angeli perfectioris, qui habet v. g. quatuor gradus intellectiui, claudet differentiam inferioris habetis duos. Respondetur quod si id esset, vnus esset pars alterius, non species cō distincta, vt ergo differentia trianguli non est habere tres angulos, sed cū tali linearū dispositione differētiæ inferioris angeli nō sunt duo gradus intellectiui, sed tali modo positio, vn de negatio aliorum nascitur, aliter essent vnus speciei imæ, & non haberent, vt habent species, & intellectus, distinctos specie, plures species.

Obijci-tur.

Respon. Respondetur quod si id esset, vnus esset pars alterius, non species cō distincta, vt ergo differentia trianguli non est habere tres angulos, sed cū tali linearū dispositione differētiæ inferioris angeli nō sunt duo gradus intellectiui, sed tali modo positio, vn de negatio aliorum nascitur, aliter essent vnus speciei imæ, & non haberent, vt habent species, & intellectus, distinctos specie, plures species.

ARTIC. III. c. vltim.

Vtrum partes substantiæ directe ponantur?

NOTA Aduertendum q. partes loquor de Physicis, de alijs enim, Metaphysicis, s. dixi. q. de genere] sūt duplices, alix enim sunt integrantes, id est, quantitatiæ, vt partes ligni, & c. alix non quantitatiæ vt materia & forma. Rursus integrantes alix homogeneæ, id est, eiusdem rationis, vt pars aquæ, ligni, quæ continuatione sunt partes:

nam secundū se sunt totū aliq; ethereogeneæ, id est, diuersæ rationis, vt manus, pes, & c. Etiam sit prima sententia Loban. & Villalp. id est, ponit partes integrantes, vt caput, manus, & c. quia cū cōstent materia & forma sunt sub genere corpus. Secunda sententia est aliorum qui dicūt etiā directe poni in prædicamēto partes homogeneas non viuientium quæ sunt tota per se, per accidens autem continuatione sunt partes, quia habent cōpletum principium substiēdi separatim q. sola diuisione reducitur in actū.

In oppositum tamen est S. Tho. opu scu. 42. à c. 10. Caieta. M. Soto. Cant. Brunel. q. 1. art. 2. ad quartum, quia tamen res est facilis.

Primo certū est 3 quod partes Physicæ, vt materia & forma, quia intrinsecè sunt partes, & entia incompleta secundū omnes tantū reductiū ponuntur.

Secundo, certum est 4 q. nulla pars æthereogenea ponitur directe, sed reductiue in prædicamēto. Probat. quia manus, & c. vel sumitur cū accidentibus suis, & sic est eis per accidens, vel quoad substantiale tantū, & sic sunt partes ordinatæ intrinsecè ad totū: siue (vt aiunt Medici) ponantur forme partiales carnis, cutis, & c. siue vna sit forma omniū, siue manus abscissa habeat eandē formam, siue non, nā si est ostendit esse partem per se, q. tantum manet via corruptionis vt in insectilibus. Itē probatur ratione S. Th. nam si manus, v. g. ponatur in genere, cū habeat vitam sensitiuā erit animal, & cū habeat animal rationale erit homo, cōsequens est falsum, quia distinguitur realiter ab homine præterquā est ridiculū.

Tertio debet esse certū 5 q. partes homogeneæ non viuentiū, & c. sicut per continuationē per accidens sunt partes, ita per accidens nō ponūtur in prædicamēto directe, per se autē posse poni, pro statu tamen quo non sunt partes, sed totū. Probat. quia dū est

1. Partes integrantes directe ponunt Villalp. & alij.

2. Opinio

3. Concl.

4. Concl. Probat.

5. Cōcl.

Probat.

pars distinguitur realiter à suo toto: & per consequens predicatū propriū totius cum sit idem re cum toto distinguitur realiter à parte vt pars est.

Confitatur. Confirmatur, quia alioquin seque retur esse actū infinita individua substantia; vel quantitas, quia sunt infinitæ partes, quarū quævis est illo modo totum; tum etiam, quia vñtas numerica continuorum sumitur à continuatione: ergo.

Ad argumentum patet manus non habere materiam & formam, vt dicitur esse completum sed partiale: partes vero homogeneæ sic vocantur, quia habent naturam, quam habet totum vt pars aquæ, cum prædicatur tamen de toto, aqua sumitur, vt completum ens, quando de parte, non, licet sit id per accidens, quia per accidens est pars.

Ad argumentum secunde sententia dicendum est per tertium dictū.

C A P V T. VI.

De quantitate, quæ est secundum predicamentum.

Tex. 1.



Quantum autem partium est continuuum, partium distinetur, & partium habetionem positionem partibus, partium est non habetionem constans. Atque distinetur quidem est, vt numerus atque oratio, continuuum autem, vt linea, superficies, & corpus: & insuper præter hæc, tempus & locus. Partium enim numeri nullus terminus continuuum est, quo ipse copulatur, ceterum quinq; & quinq; si sunt denarij partium, nullo communi termino, copulantur, sed sunt similiba, similiter

tria & quinq; nullo communi termino copulantur. Neq; omnino sit, vt numeri partium terminus communis vllus sumatur, sed semper partes seuunctæ sunt, quare distinetur numerus est. Similiter oratio distinetur esse videtur, nam quantum ipsam esse ex eo patet, quia longa, breuique syllaba, mensuratur. Eam vero orationem dico, quæ sit cum voce: & enim nullo partes ipsius communi termino copulantur: neq; enim terminus communis duplex est ad quam syllaba coalescant, sed quæque per se sunt seuuctæ. Linea vero continuuum est, sumi namque communis terminus, quo partes linea copulantur, punctum potest: & idem vt superficiem linea. Plani, namque partes cum quodam termino copulantur. Similiter & in corpore sumere, assignareque lineam, superficiemve communem terminum potest, quo partes corporis copulantur. Porro autem & tempus & locus generis huius sunt: tempus enim præsens cum exacto, futuroque copulatur. Rursus & locus continuuum est corporis enim partes quæ quidem aliquo communi termino copulantur, locum occupant, igitur & loci partes, quas quæque pars corporis occupat, eodem sane termino copulantur, quo copulantur & partes corporis. Quare locus etiam continuuum erit, quippe cum partes ipsius vno communi termino copulantur.

Tex. 2. Præterea partium vni di-

Tex 2

rimus ex habentibus positionem partibus, partium e non habentibus constat, nam linea quidem partes positionem habent, quæque enim ipsarum a rebus suis habet: atque parte plani quæque sita est, sumere cum parte copulatur, sumere, assignareque potest. Similiter & plani partes positionem quandam nimirum habent: si enim amque modo quæque partium ubi iacet, naque cum parte copulata est assignabitur. Partes enim solidi, lociue positionem identidem habent. At in numero nemo de monstrare partes ipsius positionem quam habeant, aut ubi sint sita, aut qua quævis cum copulatur potest. Nec item in tempore, nulla enim pars temporis permanet, quod autem non permanet, id quoniam pacto positionem habebit sed ordinem habere potius rices propterea quod hæc pars sit prior tempore hæc posterior. Et in numero similiter modo: ex eo plane, quia prius vnum quam duo, & duo quam tria, & tria quam quatuor numerarunt: atque hoc quidem pacto, ordinem quandam habent, positionem autem ipsarum non vniq; firmas. Oratio quoque similiter sese habere videtur: nulla enim ipsius pars permanet: sed iam quæ dicta est, prehendi amplius non potest. Quare partium ipsius positionem sane non erit: cum nulla pars eius permaneat. Quæ cum ita sint: patet, partium ex habentibus positionem, partibus, part-

rim eff non habentibus, positionem cantare.

Tex. 3. Atque hæc sola quæ dicta sunt, proprie quanta dicuntur, cetera vero vniuersa per accidens: ad hoc enim aspicientes, & cetera quanta dicimus: vel vt album ex eo multum dicitur, quia multa superficies est: & albio longa, motusve, quia tempus est longum, non enim per se vnumquodque horum dicitur quantum. Etenim si quis pram quanta nam sit albio assignauerit, tempore sane ipsam desinet, biennem dicendo, aut triennem esse, aut alio simili modo. Et album etiam quantum sit si assignauerit, superficies e nimirum desinet: quanta enim est superficies, tantum decet & album esse. Quare ea sola, quæ dicta sunt, proprie & per se quanta dicuntur, ceterorum vero nihil per se, sed per accidens dicitur quantum.

Tex. 3

Tex. 4. Præterea quantitati nihil est contrarium, indefinitis enim quantis nullam omnino contrarietatem esse, patet, ceterum hi ubito, aut tricubito, aut superficiem, aut alium tal: nihil est aliorum omnino contrarium. Nisi quis pram paruo multum, aut paruo magnū dixerit contrarium esse. Ad horum nihil est quantum, sed potius a ali quid. Nihil enim per se magnū, vel parū dicitur, sed ad aliud sane refertur: ceterum nos quidem paruum dicitur milium autem magnum, propterea quod hoc minus, ille minor,

Tex 4

hisce quageneris eiusdem sunt existat. Ad aliud igitur est ipsorum relatio: nam si paruum quicquam magnumve per se diceretur, nunquam mans quidem peruis, milium vero magnum utique dicitur. Rursum in pago quidem multos homines, Athenis autem paucos dicimus esse: qui tamē longe sunt illis plures, & in theatro vero paucos, qui quidem & ipsi multo sunt illis plures. Præterea bicubitum quidem, atq. tricubitum, & talium unumquodque quantum significat, magnum autē & paruum quantum non significat, sed magis ad aliquid. Alterius enim contemplatione magnum, paruumque intelligitur. Quare patet hæc ex his esse, quæ ad aliquid sunt. Præterea siue quanta hæc quispiam esse ponat, siue non ponat, nihil enim est ipsis contrarium: quod enim per seipsum sumi non potest, sed ad aliud semper refertur, ei quoniam pacto contrarium quicquam fuerit. Præterea si magnum ac paruum contraria sunt, fiet ut idem contraria simul suscipiat, & eadē sibi ipsis contraria ut sint. Fiet enim interdū, ut magnum atq. paruum sit idem. Est enim ad hoc quidem paruum, ad aliud vero magnum: quare fiet ut idem eodem tempore, magnum sit atq. paruum. Quod si ac contraria sint idem profecto contraria simul suscipiet: at nihil videtur simul suscipere contraria posse: substantia namque susceptrix contrariorum esse

videtur, non tamen valet simul atq. egrotat quisquam, neque simul album est quisquam, atque nigrum, neque ceterorum quicquam, quod quidem contraria suscipiat simul. Fiet etiā ut ipsis sibi ipsis contraria sint: Nam si magnum contrarium paruo est, cum idem corpus & magnum sit & paruum eodem tempore, maxime sequens videtur, quod ipsum sibi contrarium faciamur. Sed ut quicquam sit ipsum sibi contrarium, fieri nequit. Ergo nec magno paruo contrarium esse potest, neque paucis multum. Quare & si quispiam hæc non ad aliquid, sed quanta esse dicat, contrarium tamen nullū prorsus habebunt. Maxime autem quantitatibus contrarietas versari circa locū videtur. Superius enim inferius contrarium panis, locus qui est in medio inferius esse dicentes: propterea quod medijs ad fines ipsius mundi distantia maxima est. Ceterorum quoque definitionem contrariorum, ab his ea ferre, ac assignari videtur, quæ namque plurimū inter se sub eodem genere distant, ea contraria esse dicunt.

Tex. 5. Perro autem quanto magis ac minus esse non comperit, ut bicubito: non est enim aliud alio bicubitum magis: neque in numero, ut tria magis quam quinque, tria, vel quinque contrarie dicantur. Neque tempus aliud alio magis tempus dicitur, neque in eorum ullō omnino quæ dicta sunt, magis minus

Tex. 9

nusve dicitur. quanto itaque non magis ac minus esse comperit.

Text. 6. Text. 6. Proprium autē quantitatatis est maxima, æqualitas & inæqualitas, ut hoc æquale, vel inæquale, unumquodque eorum quæ rationem quantitatis subeunt dicitur, ut corpus æquale ac inæquale, & numerus & tempus æquale inæqualeque similiter dicitur, & de caeteris quæ iam dicta sunt, si multo modo. Reliqua vero quæ non sunt quanta non omnino æqualia ac inæqualia videbuntur: vel ut dispositio æqualis inæqualisve non omnino dicitur, sed similis potius atque dissimilis: & album interdum æquale inæqualeque, non omnino, sed simile dicitur atque dissimile solet. Quare quantitati maxime proprium erit, æquale ac inæquale, ut dicitur.

Summa Textus.

D Vas continet partes, in prima tres diuisiones quanti, in secunda tres proprietates.

1. diuis. quanti. Prima diuisio 1 inferior declarata est, quantum aliud per se, ut ipsa quantitas, aliud per accidens, ut substantia.

2. diuis. Secunda diuisio 2 quantum per se aliud continuum, cuius partes copulantur termino communi, cuius species sunt quinque linea, superficies, corpus locus, & tempus: aliud discretum, cuius partes non copulantur termino communi, ut numerus, & oratio, cuius partes mensurantur longitudine, & breuitate.

3. diuis. Tertia diuisio 3 quantum per se

aliud habet positionem in continuo, ut linea, superficies, corpus, & locus, patet de loco, nam locatum hoc habet, ergo locus, cuius partes correspondent locato: aliud non ut numerus, tempus, & oratio.

Prima proprietates 4 quantitas non habet contrarium: obicit primò, in loco esse contraria sursum, & deorsum, & non responderet: secundo obicit, quia magnum & paruum sunt contraria: responderet primò, hæc esse de genere relationis, non quantitatis, quia idem respectu diuersorum est magnum, & paruum: secundo, responderet eo ipso quod conueniunt eidem non esse contraria.

Secunda proprietates 5 est non suscipere magis, & minus.

Tertia 6 quæ est maxime propria fundare æqualitatem, vel inæqualitatem.

1. proprietates quantitates

5 2. proprietates 6 3. proprietates

Annotationes circa literam.

A Quantitate 1 inter accidentia Aristot. incipit, quia similior est substantiæ, ut patet ex duabus proprietatibus, quæ quantitati, & substantiæ competunt.

Secundo, quia quantitas inter accidentia notoria est primum analogatum. Tertio, quia voluit, non enim semper placet inquirere absconditum: ubi non sunt, nec esse necesse est sint.

Dubitatur tamen, primò, cur prius Aristot. quantum diuiserit, quam definit? Cuius respondet, quod Aristot. non intendit rerum naturas, essentialisque explicare, sed tantum eas suis sedibus, & locis collocare, ideoque species diuiserit, omnesque numerat, non autem genus illarum. Vel secundo ex Soto, 2. Physic. q. 3. dicit, quod quando Aristot. species definit, non curat de genere, consistit enim quæ sit illius natura exconuenientia specierum. Male autem

Cur prius incipit Aristot. a quantitate

quam ab alijs accidentibus

Cur prius definitur quantum

QV AESTIO. I.

De essentia & quidditate quantitatis continua, quantū ad suas species:

Soto hic responder, quod hic agitur de quantitate sub ratione mensuræ, quæ est passio quantitatis, & analogia continuæ, & discretæ: unde interroganti quantitas, &c. res. onetur magis, vel parius, &c. at interroganti quorum responderat centum vel viginti, analogum enim non est definitio. dicit Soto: hoc autem non potest stare: primo, quia cap. 2. definitur accidens, quod est analogum: secundò, quia si essentia quantitas est vniuersa continua, & discretæ, cur non erit eius passio? tertio est maximè, quia sic non esset vnum genus quantitas, sed potius duplex, continuum alteram, alteram discretum, & consequenter prædicamenta v. decim.

3 Cur possuerit duas vltimas diuisiones simul? respondetur, ut ostēderet idem esse vniuersum diuisum, nullamque immediatiorē altera: præfert tamē secundam tertiam, quia tertia secundum omnes contra Simplicium est subiectum in accidentia: secunda verò superioris in sua inferiora, & species, si numerus sit ens per se, de quo infra latè. Adde quod tertia datur per alterum membrum negatiuum, quare verò cum in diuisione præposuerit continuum discretum, in tractatione prius tractat de discretis: respondetur, quia voluit, aliter alij.

4 Dubitatur tertio, quid intelligat Aristoteles per habere partes positionum in continuo? respondetur, nō intelligere, partes habere talē vel talelem dispositionem in ordine ad locum, sic enim constituitur prædicamentum situs, sed intelligit partes inter se dicere ordinem, taliter vt vna sit quasi locus alterius, & consequenter, quod simul coexistant, unde bene solum linea, corpus, & locus habent positionem in continuo, non autē tempus, numerus, & oratio, quia horum partes nequeunt simul coexistere.

Ordo iste præosterus est, sed necesse est ratio quidem, dicit enim à cōmuniōribus deberemus exordium in hac resumere, tamen quia ab specierum conuenientia facile ratio generis colligitur, in hac materia difficilissima, ab speciebus exordium sumere decreui, & ita prius, species continuæ & discretæ explicabo. De primo quidem videnda sunt quinque, primo, si substantia habeat partes sine quantitate? secundò, de essentia & passionibus quantitatis quod est corpus? tertio, an ista realiter distinguatur à substantia? quarto, si linea superficies & corpus, sint tres species quantitatis continuæ: quinto, si pondus sit species quantitatis, de alijs enim alibi est dicendum.

ARTICV. I.

Vtrum substantia habeat partes sine accidenti quod est quantitas?

Questio, hæc celebris est & quasi clavis rotis tractatus, inquiturque de substantia corporea, nec dubium est de partibus physicis, materia, scilicet, & forma, sed de partibus extensionis, id est, de partibus eiusdem rationis, quæ dicuntur integrantes, de quibus iam dixi supra.

Prima sententia negat, sed eas habere à quantitate, ita Durandus in c. d. 34. q. 1. Capreo. 2. d. 15. q. 1. ad quartum & 4. d. 12. & 13. ad primum. Vbi tamē

Disponitur quæst.

Explicitur tit.

1 sententia. Durandus & aliorum mult. est negatiua.

men alias partes ponit substantia, distinctas à partibus quantitatis, sed eas esse à quantitate. Soto. 5. Metaph. q. 21. ad secundum. Ferr. 1. Physic. q. 4. Aber q. 6. Gandau. q. 9. Zimara Theoremate. 48 ex Averr. videtur Niph. 5. Metaph. d. 1. p. 9. c. 3. verlic. ex hoc sequitur, &c. 5. ad quantum & quintum. Burl. 1. Physic. fol. 10. Caiet. 1. p. q. 50. art. 1. Merc. hic ad primum citatur S. Thom. 3. p. q. 76. art. 3. ad secundum. sed loquitur in ordine ad locum, & 2. d. 30. q. 2. artic. 1. art. esse indiuisibilem, sed idem dicit ibi de calo. Iacob. citatur. 10. Metaphysic. quæst. 20. sed nil dicit.

Proba. Probatur, quia essentia quantitatis est habere partes, ergo ratione eius tantum conuenit substantia, vt esse album ab albedine.

Confir. Confirmatur, quia diuisibilitas, mensura, & passio: sunt quantitatis propriae. & 5. Metaph. per diuisibilitatem deficiunt, ergo vbicumque fuerit, est ratio quantitatis, sed si substantia habeat partes sine quantitate, esset sine ea diuisibilis, ergo non haberet.

4 Senten. Secunda sententia dicit, has partes esse idem re cum substantia, vt cum fundamenti relationem, ratione tamen distingui. & idem hanc extensionem esse, formaliter de prædicamentis quantitatis: probatur, quia definitio materiae solum est esse susceptiuum substantialis formæ: & definitio corporis esse compositum materiae, & forma.

Confir. Confirmatur, quia aliter nec trina dimensio esset species quantitatis, nec diuisibilitas passio quantitatis, sed communis substantia, quod videtur contra omnes.

5 1. concl. Prima conclusio. Substantia corporea non habet partes à illo accidenti realiter distincto, & consequenter sine quantitate. Consequens est Argidi, Theoremate. 30. Marli. q. 42.

art. 2. Euri. quolibet 1. q. 4. licet bene ponat extensionem in ordine ad locum à quantitate. Scot. d. 12. q. 2. 9. ref. on. deo. Astudin. 1. Physic. q. 4. M. Soto. q. 2. hic & Veracruz. Vener. in Summa Metaph. cap. 12. & 13. Soto. licet. 3. Metaph. q. 2. 1. negat animal posse creari sine quantitate, quia non haberet organum, tamen q. 4. præfendendo à quantitate admittit in essentia materiae plus, & minus: Plato hanc conclusionem vult, dum in Thymeo, materiam vocat magnum & paruam: & Antiqui dicentes esse de substantia lineam, &c. quos carpit Aristot. quia forte vocabatur id quantitate, linea autem de prædicamento quantitatis accidens est, de quo latè infra.

Proba. Probatur iam efficaciter conclusio, per diuisionem nulla substantia producit, sed de parte fit totum, sed per diuisionem ligni. V. g. manent duæ substantia: ergo ante erant duæ partes.

Confir. Confirmatur, nam aliter substantia ligni erit tota in toto, & in quavis parte, quo ad substantiam, impleatque in substantia diuisi, si substantia nō sint partes. Confirmatur secundò quia gutta aqua vult alteri gutte, & cum in narratione additur materia, ex toto fit pars, nec enim imbibitur in præexistente, sed cum illa vt comparis compositi totum: ergo sunt partes substantia: præter partes quæ sunt totis. Item in rarefactione cera liquefit, & ibi partes substantia: magis extenduntur, & non per quantitatem, cum non producit noua quantitas, vt patet apud omnes, & Aristot. 4. Physic. ergo. Sed dices, acquiritur nouus modus quantitatis, quo extenduntur, ita Soto.

2. Confir. 2. Hoc est impossibile, nam modus rei non est res: ergo non est quantitas, nec habet extensionem, ergo per eam non extenditur substantia.

Secundo suadetur ex Theolog. quia ex communi doctorum in 4. d. 10.

Proba.

Confir.

Confir. 2.

19 dly

10. 1

12. 13

12. 13

& 3.

23. p. q. 76. caro, ossa, & nerui Christi sunt in hostia ex vi sacramenti: quantitas autem concomitauerit: ergo partes substantiales Christi praeiunguntur quantitati.

Confir. Confirmatur, quia ex veriori sententia, sanguis & caro Christi vnam habent formam, sed praeter intellecta quantitate terminant duas conuersiones re distinctas: ergo est distinctio partium materiae praeter intellecta ante quantitatem.

2. cōfir. Proba. 1. Secunda conclusio 6 substantia non habet has partes a quantitate: probatur primo, quia idem, & diuersum consequatur ens: ergo per idem quo aliquid est ens, est idem, vel diuersum, sed quod est pars substantiae non habet suam entitatem a quantitate: ergo nec distinctiōnem a parte.

Confir. Confirmatur, quia vel quantitatis partes sunt in partibus substantiae, vel necessario dicendum est, quia extensum accidens perit subiectum extensum, & sic substantia non habet partes a quantitate, sed prius natura, vel partes quantitatis sunt in omnino eodem, & sic si manentibus extremis parui hominis cum quantitate, Deus auferat a medio hominis quantitatem erunt duae numero quantitates, in omnino eodem, tam in nutritione conspicitur falsum, in qua noua pars quantitas, cum substantia non totali, sed partiali acquiritur.

Vlt. probatur. Vltimo probatur, quia Deus sub quantitate hostiae quatuor digitorum distinctis diebus errare potest distinctas partes, quae ut termini diuersarum creationum non a quantitate distinguuntur.

Confir. Confirmatur, primo, quia separata quantitate a pectore hominis pectus esset pars, & non totus homo, ergo non habet partes a quantitate.

Cōfir. 2. Secundo confirmatur: si in eodem casu a manu separaretur quantitas, erit

pars manus & pectus, & distincta, nec a quantitate: & si sacerdos dimidium hostiam consecraret, vel Deus dimidionem substantiam auferret, maneret tota quantitas, & non tota substantia: ergo habet substantia partes, & non a quantitate.

Tertio confirmatur, quia cum feratur lignum, vel a tinea corroditur noua materia, & formae in singulis puluisculis fierent, si illi, V.g. ante non essent partes, essetque creatio, vel tractus substantiatio, si est productio materiae, & formae, & quo ad substantiam in mica panis, & buccella manducaret quis totum panem, maioremque vim haberet argumentum, separata quantitate a puluisculis.

Tertia conclusio 7 haec extensio, & pluralitas partium essentialis est, cuius entis corporeo. Probatur, quia id est de essentia alicuius entitatis, quod ei in se conuenit sine ordine ad extrinsecum, sed habere has partes conuenit realitati cuiusvis entis corporei sine ordine ad extrinsecum: ergo. Omniaque argumenta, quae feci de substantia procedunt in accidentibus corporeis mutatis mutandis, probantque quod est in subiecto extenso, in partemque diuiditur, intrinsecas habere partes.

Ex quo infero 8 male quosdam facere quantitatem, primum analogatū in ratione extensi, licet enim extensio sit analogū, cum substantia, & accidentibus corporeis conueniat, substantia corporea erit primum analogatū, ad quod intrinsecè ordinatur quantitas, sicut enim accidens in cōmuni essentialiter ordinatur ad substantiam, ita accidens extensum essentialiter respicit, ut sic subiectum extensum alia vero accidentia corporea immediate ordinantur ad quantitatem, in qua sunt, mediate verò ad substantiam corpoream.

Nec obstat, quod substantia pendeat a quantitate, quia pendet ut a subie-

Cōfir. 1.

3. concl.

Corol. 1.

cto qualitatum, quibus ista substantia eget, non quia substantia ad quantitatem ordinatur, ut quantitas ad substantiam corpoream.

9 Soluuntur arg. 1. sent. Ad argumentum 9 primae sententiae responderetur, quod ita sit essentia quantitatis, nec in passionibus, mutatur modo infra dicendo, quod potest forte multi ex dictis negare extensionem substantiae sine quantitate.

10 Soluuntur arg. 2. sent. Ad argumentum 10 respondeatur, quod non est distinctio cognita essentiae materiae, si tantum tenetur esse sine, utrum formae, quia esse tale inceptum in se, & sine ordine ad aliud habet partes.

Ad cōfir. Ad confirmationem, responderetur illa communis esse omni entis corporeo, quid sit proprium quantitatis, ita tamen dicimus, cui verò si substantia habeat partes, non sit per se motus ad substantiam, quatio est, s. Physic. & aliquid dicam articulo sequenti, quo inquiratur.

ARTICVL. II.

De essentia & passionibus quantitatis quae est corpus

1 Explicatio arti. Ratio habitandi maxima quidem est, quia nihil videtur manere proprium huiusmodi, si substantia non sit et partes etiam dimensio nam sine quantitate, ut determinatum est a theore, & sententia de hoc dubio perspicuo infra ponentur articulo de essentia quantitatis in communi, cuius dicta quod Plato in 2^o Thimaeo in hac videtur fuisse sententia, v. existimaret materiam primam esse quantitatem corpoream, & ita formam erendi, & accidentia extensio nis capax, & s. Categ. 3. q. 2. conclusio ante terminum argumet. tom. 2. opinionem nominaliam, quam ar-

culo sequenti ponam facilius defendi, si dicat formam materiam esse quantitatem in supposito, qua forma, & accidentia extenduntur. Haec quidem opinio, si loquar etiam rationibus naturalibus esset agendum, non ita facile impugnaretur, cum tamen conflictet eundem fidem in Eucharistia non manere aliquid substantiae ipsius panis, non poterit haec opinio a Philosopho Christiano defendi, nisi dicat materiam primam non esse partem substantiae panis, sed esse illius accidens, si res nominale, saltem verbale, ac materiam primam partem esse substantiae satis r. Physic. demonstratur.

Illis tamē omnibus authoribus hic omisis, sit conclusio certa 3 praeter illam extensionem essentialē omni corpori, quae ideò entitatiua, transcendensque extensio dicitur, est alia extensio specialis, quae dicitur corpus de praedicatione quantitatis. Rationes ad hoc ponendam valde sunt notanda.

Primo, quia cum sint simul multae extensiones entitatiuae, & transcendentes substantiae, & multarum qualitatum corporearum, ut albedinis coloris, & c. ratione huius extensionis non repugnat duo corpora esse simul, est ergo alia extensio ratione cuius id naturaliter repugnet, & haec est corpus quantitatum, cuius essentia est extensio occupatiua loci, aliudque corpus proinde non admittens naturaliter in eodem loco.

Secundo, cum scissio alicuius corporis fiat, quia repugnat duo esse simul, ceditque debile forti corporis, cui per se primo, conuenit illa repugnantia, passio eius esse posse scindi modo naturali.

Tertio, ut extensio entitatiua, & transcendens aliam admittit in eodem loco ita non petunt partes eius partes loci, sed in una parte loci possunt esse, ut duo gradus caloris, est ergo passio

3. conclusio certa.

Prob. 1.

Prob. 2.

Prob. 3.

palsio corporis quantitatis occupa-
tiui loci, extensio in ordine ad locū,
& mensurabilitas ratione huius ex-
tensionis, finalque vel infinitas in
eadem, ab hocque habet superficies
ita extendi, vt sit locus alterius cor-
poris, & ab hac essentia est, vt omnia
grana non mergantur in centrum
sitque diuisio, & masticatio cibi, &c.
aliter em terra, vel cibus careret qua-
ntitate, & nos nostra grauitate differe-
mur in ceatru, & cibus cum man-
bus vel ore penetratus maneret.

Prob. 4.

Quarto, quia agens naturale petit
partes sal i situ, locoque distinctas,
aliter non erit capax passionis, vt Chri-
stus non est capax in Sacramēto altaris
passioque quantitatis facere, vt sub-
stantia corporea patitur, & recipiat:
& ideo non dicitur ad substantiam per
se motus continuus, quia cum proue-
niat ab agente ex distantia locali par-
tium, sit vt prius in vna agat, quam in
alias, sicut hoc est oratione quantita-
tis, ita & continitas nutritionis, & ex-
tensionis, caloris, &c. imo conditio
est hac extensio vt agens naturale
agit, mittat species, & videatur: &
quia Christi corpus non est extensum
localiter in Eucharistia, nec potest
agere naturaliter, nec videretur.

Prob. 5.

Quinto, quia vt substantia agit me-
dijs qualitatis, quae sunt potentiae
actiuae, ita quantitate, quae est poten-
tia passiva recipit, & ita communis
Doct. in materia de Eucharistia contra
quosdam Nominales ait, quantitatem
supranaturaliter separatam recepti-
uam esse accidentium frigoris, & calo-
ris, &c. aliter efficaciter probant dū
hostia calefit ab agente naturali fo-
re creationem caloris, si non detur sub-
iectum actionis & caloris create au-
tem solius est Dei, & sic omnes dicunt
quantitatem esse subiectum quo, acci-
dentium corporaliū.

Corol. r.

Ex quibus inferitur non frustra poni
extensionē corporis de predicamēto

quantitatis, substantia verò, quae est
eius radix corpus est de predicamen-
to substantia.

Secundò, patet iam quae sint essen-
tia, & passiones huius speciei, & sic in-
telligi de hac extensione philosophos
dicentes esse essentiam corporis de
predicamento quantitatis.

Dees 4 tamen haec omnia posse tri-
bui extēioni substantia, & sic non esse
opus alicuius accidentis? Responde-
tur 5 si solum esset lumen rationis
naturale quis forte diceret cum No-
minalibus, sed Eucharistia fides satis
docet id esse falsum: nam duae hostiae
consecratae, sub quibus non sunt duae
substantiae, sed idem corpus Christi ne-
queunt esse in eodem loco, ergo non
est ratioe substantialis extensionis,
sed potius extensionis quantitatiuae.
Et ita sequitur aperte duas hostias,
etiam si Christus in eis non esset, sed
solae quantitates, non posse naturali-
ter esse in eodem loco, ergo ratioe
extensionis quantitatiuae. Vnde nescio
ego, quo argumento efficaci proba-
ret Arist. i. Physic. contra Parmenid. di-
stinctionem reale huius speciei à sub-
stantia, sed sat esset luminis natura nos-
se haec impenetrabilem extensionem
distingui ratione à substantia, quia
eam ad extrinsecum refert.

Secundò impugnat, 6 quia si se-
paretur quantitas à substantia lapidis
illa substantia erit extensa, & diuisibi-
lis, & habebit partem extra partem:
ergo isti non sunt passiones, nec effe-
ctus formales quantitatis corporis, an-
tecedens patet, quia motus sine quan-
titate, & instanti fieri nequit, vt de-
monstratur. 3. lib. Physic. ergo illa sub-
stantia erit immota, & in eodem lo-
co, secundum omnes suas partes, ita
vt vna pars non sit vbi alia, sed extra
aliam, sicut antea: ergo erit extensa,
& diuisibilis, & habens partem extra
partem sine quantitate, quae est cor-
pus. Sonz. 5. 7 Metaphy. q. 19. praei-
pue

Inferro

Repliq

Respō

Impug

1. solut.

Sonz.

puē ad sextum, & eius confirmationē,
respondet quod illae partes substantiae
non mouebantur, sed manebant in e-
dem loco, non quidē circumscriptiue
admodum corporum, sed definitiue,
vt angelus, quia non habet partes etiā
sicut in loco extenso distantes ad inui-
cem, ita quia illa substantia lapidis non
habebit partes, nam habebant esse per
quantitatem: pars enim integralis pars
est quantitatiuae: ideo non habebit par-
tes distinctas, nec erit diuisibilis in
partes, quāuis illae entitates quae an-
teceant partes distabunt ad inuicem.

Sed contra est, quia esse in loco defi-
nitiue est operari vel habere suā vir-
tutem, applicatā ad statim operandū
in eo loco: ergo talis substantia non est
definitiue. Secundò, quia illae entita-
tes, quae antea erant partes realiter, &
substantialiter distinguuntur nume-
ro sicut antea, & conuolunt vni nu-
mero lapide distinctum ab omnibus
alijs, ergo sunt partes lapidis: Scot. 2.
vero hic, q. 2. & 1. Physic. q. 1. dicit quod
illae partes manerent extensae, & vna
extra aliam in eodem situ, sit etiam,
quod quāuis extendere substantiam
& facere partem extra partem, sit for-
malis effectus, quantitatis: non tamē
est ita formalis, sicut albedinis facere
albū, & ita formalis, quod non possit
per Dei potentiam suppleri, sed quidē
eius fallitur, quia esse extra aliam in e-
odem situ corpore quantitatiuo ha-
bet, cuius quidē ita formalis effectus,
& passio fluens ab illa, quod si detur
necessario dabitur, & eius radix. Exi-
stimo enim quod quāuis detur ra-
dix sine passione Dei potentia, non ta-
mē passio sine radice, vt statim patebit

8
2. solut.
Scot. hic

3. solutio
Tart.

Tertia solu. 9 est Tartar. i. Physic.
q. illa manerēt in se vnite & extēse sub-
stantialiter, vō tamen quantitatiue, id est
in ordine ad locū, ita vt parti substan-
tiae respondeat pars loci, & quod partes
substantiae ambire, & circūferri possēt
à loco, sed quidē quāuis iste vere sol-
tatiue

quat, non tamē vsque quae explicat
quomodo maneret substantia illa.

Quarta solutio 10 est Neoheroico
10
rō, qui duo dicunt, primū, quod illa
4. solut.
Neohero
substantia esset diuisiua ab alia substā-
tia. V. g. alterius lapidis, & hoc dicit
Neoheroico contra Alber. tract. 2. Phy-
sic. q. 4. ait, quod ablata quantitate à ma-
teria, vel substantia corporea, non habe-
ret diuersitatem partium ipsa materia,
nec substantia, & Landan. ibi. q. 9. & 12
be. q. 8. Secundò dicunt quod illa sub-
stantia quāuis esset diuisiua ab alijs,
non tamen esset in se diuisibilis, quia
quantitas est, quae dat partes taliter, vt
in eas diuidi possit, huic dicto fauet S.
Tho. 4. contra gentes. c. 6. in fine di-
cens, remota quantitate substantia om-
nis indiuisibilis est, vt patet per philo-
sophum. i. phys. Sed contra est quod
illae entitates, quae componeb. ut lapi-
dem non amittunt suam intrinsecā
rationem, in qua distinguiebantur ad
inuicem, vt supra probatum est late:
ergo manent realiter distinctae, & di-
uersae: cur ergo non poterunt à Deo
separari ad inuicem? secundò, illa sub-
stantia habet partes, vt probatum est:
ergo poterit in illas diuidi.

Item ergo, quinta solutio 11 re-
nenda est Scoti in 4. distinct. 10. & 2. d.
5. solut.
2. q. 2. 2. Añud. i. Physic. q. 5. in fine
Scoti, in
& Barid. etiam. i. Physic. quod ille par-
4. & alio
tes manerent nullibi, sicut angelus in
tum.
via S. Thom. cum nullibi vult opera-
ri, nullibi manet, & quod nec ad
inuicem distarent, nec vna esset pre-
ter aliam in ordine ad locum, et-
sent tamen realiter, & componeret
vnum totum, & hoc videtur tenentia
Pauli Veneri hic à Soto citati dicen-
tis, quod ille partes substantiae tunc
erant ad pactum: & sic illa substan-
tia non maneret extensa, nec haberet
partem extra partem, intellige in or-
dine ad locum, cuiam aptitudinaliter
vt statim dicam, nam per punctum non
intelligit terminum lineae quā-
tatiue

tatiuz, quia tūc nulla esset talis linea, & ita nec talis punctus. Adde quod non esset maior ratio, quare fluere t omnes ad vnum punctum, quam ad alium, præsertim vbi nullus est punctus medius, cum sint infinita. Præterea ille fluxus non est motus, quia talis nec instantaneè, nec sine quãtitate fieri potest, vt. 3. Phisic. demonstratur, intelligit Venerus, quod ille partes fluere ad punctum, id est, relicta priori extensione non magis distarent, quam si colligerentur in eodem puncto.

11 Dubitatio quomodo corpus Christi in Eucharistia, non occupet locum? respondetur **13** non esse proprium, quarto modo inseparabile quãtitate actu esse in loco extenso situata parte extra partem, sicut enim ridere actu, non est passio hominis, sed ipsum posse ridere: & si hoc diuina potentia ibi impeditur, ita non est passio quantitatatis quarto modo, esse actu in loco extenso situata, & c. sed sola aptitudo ad id, quæ ratione quantitatatis conuenit substantiæ, hæcque aptitudo per quam explicatur essentia huius speciei quantitatatis, est dispositio, ac idem recum quantitate, & ab ea inseparabilis existenti in loco extenso, diciturque passio, & non essentia, quia præintelligitur extensio habens partes, quarum nulla aliam, nec aliud corpus admittit naturaliter in eodem loco, ac proinde consequenter intelligitur petere locum habentem partem extra partem. De actuali extensione, articulo sequenti ad tertium & quartum. Vtrum modus dictus sectionis sit proprium quarto modo, quomodoque Christi corpus in Eucharistia figuram habeat naturalem, non in ordine ad locum, sed in ordine ad se. medietque inter caput, & pectus collum, & inter brachia

13 Respon. Secundo dubitabis, **12** quomodo si proprium est quantitatatis occupare locum, Christi corpus, quod ex cōmuni Doctorum habet quantitatē in Eucharistia, non occupet locum? respondetur **13** non esse proprium, quarto modo inseparabile quãtitate actu esse in loco extenso situata parte extra partem, sicut enim ridere actu, non est passio hominis, sed ipsum posse ridere: & si hoc diuina potentia ibi impeditur, ita non est passio quantitatatis quarto modo, esse actu in loco extenso situata, & c. sed sola aptitudo ad id, quæ ratione quantitatatis conuenit substantiæ, hæcque aptitudo per quam explicatur essentia huius speciei quantitatatis, est dispositio, ac idem recum quantitate, & ab ea inseparabilis existenti in loco extenso, diciturque passio, & non essentia, quia præintelligitur extensio habens partes, quarum nulla aliam, nec aliud corpus admittit naturaliter in eodem loco, ac proinde consequenter intelligitur petere locum habentem partem extra partem. De actuali extensione, articulo sequenti ad tertium & quartum. Vtrum modus dictus sectionis sit proprium quarto modo, quomodoque Christi corpus in Eucharistia figuram habeat naturalem, non in ordine ad locum, sed in ordine ad se. medietque inter caput, & pectus collum, & inter brachia

pectus in ordine ad se, materia de Eucharistia.

Vltimò, notandum Aristor. non memisse istius passionis quantitatē, quæ est proxima dispositio ad occupandum locum, quia soli speciei corporis est propria, non quantitatē in communi: de hac tamen passione inquiri posset tertio, vtrum **13** sit species huius prædicamenti? Respondetur **14** quod vt albedo, & eius passio ponuntur in eodem prædicamento, quia passio albedinis est qualitas, & dependentia est in differentijs: ita hæc passio locum habet in hoc prædicamento, cum habeat partes etiã, quæ sunt dispositio proxima actu occupandi locum, scilicet aptitudinalis ordo partium quantitatē, ad distinctas partes loci, quæ habet partes ratione distinctas à quantitate: est tamen realiter ipsamet quantitas respectu loci extrinseci considerata, vt fundare qualitatem, & essentiam, est ipsa quãtitas, vt alteri comparabilis, diuisibilitateque ipsa vt partibilis: o enim realiter distinguuntur vt quæstione tertia: patebit, bene tamen ille modus est dispositio proxima occupandi locum, quia vt dictum est separatur à quantitate Christi in Eucharistia.

ARTICVL. III.

Vtrum hæc quantitas distinguatur realiter à substantia?

Dubium solum **1** est de hac specie, scilicet corpus, nam numerus si est quantitas, distinguatur vt eius unitates, & oratio vt partes temporis quibus mensuratur, de quibus infra, de tempore, motu, & loco: **3.** & **4.** Phisic. & de superficie patebit, artic. **4.**

M. Soto

Nota

13 Queritur si proxima dispositio ad occupandum locum sit species huius prædicamenti.

14 Respon. quod si

Q. 1. de esse quã. Ar. 3. Si corp. sit acci. à substã. disti. 129

2 Opinio nomina lium.

3 Pars negatiua, suadet. tur. **1.**

Arg. **2.**

Arg. **3.**

Arg. **4.**

4 1. concl. in hac opin,

2. cõfir

M. Soto refert Occhan, & Nomina **2** negantes, sed quoduis corpus esse suam quantitatē, totque ponit quantitates in vno homine, quot entia corporea. Primo, quia **3** si solum reponitur vna quantitas erit accidens susceptiuum contrariorum, quod est proprium substantiæ, consequens tamen falsum est.

Secundo, quia ex. **4.** Metaph. tex. **14.** vnã accidens non est subiectum alterius.

Tertio, quia quãtitas potius est modus accidentium quam subiectum.

Quarto, quia si quantitas facit partes distare loco, acquireretur in rarefactione quantitas, quia partes magis distant: consequens tamen est contra philosophum. ergo.

In hac opinione vt facilius defendereur, dicendum **4** esset, primo, quod in re materiali distinguuntur ratione nostra ratiocinata ipsa substantia, & sua quantitas, ipsa qualitas, & sua quantitas. & c. ita essent simpliciter negandæ, substantia est quantitas, qualitas est quantitas, & similes, sicut negantur hæc, actio est passio, albedo est similitudo, etiam ab his, qui dicunt non esse inter has quantitates distinctionem realem, de qua re videte Soto Cathego. prima fundamenta **1.** q. **2.**

Secundo, dicendum **5** esset, quod quantitas siue extensio sequitur naturam illius cuius est: & ita quia materia, & forma substantialis, altera est potentia, altera verò est actus, & quia distinctæ qualitates possunt ex natura sua esse simul actus eiuãdem substantiæ, ideo harum omnium quantitates possunt esse simul naturaliter: at quia duæ formæ substantiales, aut duo calores numero distincti, vel duæ dulcedines, & c. non se habent vt actus & potentia, nec vt actus, qui simul possunt esse in eadem potentia, id est, naturaliter, horum quantitates non possunt esse simul, seu penetrari.

Dices **6** duæ substantiæ, seu accidentia non habentia quantitatē possunt esse simul in eodem loco, licet vnum illorum non sit actus alterius, nec vtrunque eiuãdem tertij, ergo tota repugnantia existendi simul plures entitates oritur ex eo quod sunt plures quantitates, siue se habeant vt actus, & potentia, siue non. Respondetur **7** quæ non sunt quanta possunt esse simul, & similiter plures quantitates, quarum vna est actus alterius, vel vtraque eiuãdem tertij.

Tertio dicendum **8** esset, quod in rarefactione mutatio, quæ fit in substantia, fit in illa secundum quod est quanta, non secundum, quod est substantia: vtrum autem secundum quod est quanta intrinsecè mutetur, ita quod augeatur intrinsecè dicam alibi, interim dico cum S. Tho. **1.** **2.** q. **62.** art. **2.** ad primum. & **2.** **2.** q. **24.** art. **5.** ad primum, ex Aristor. **4.** Phisic. **9.** text. **84.** quod in rarefactione non acquiritur noua quantitas, aliter contingit in augmentatione viuẽtium, in his enim acquiritur noua quantitas, sicut & noua substantia.

Quarto fatendum **9** esset ingenue quod in diuisione alicuius quanti multæ scilicet materia, forma materialis tam substantialis, quam accidentalis, diuiduntur, vt quod, licet vnũ tantum sit quod diuiditur, vt quod, scilicet substantia completa, & auctum, & motum.

Quinto, circa Sacramentum Eucharistiæ dicendum esset, quod per consecrationem substantia panis per se, eius autem propria quantitas non nisi per accidens (quia cum substantia identificatur) conuertitur in corpus Christi, remanent tamen quantitates caloris, saporis, & reliquorum accidentium, quæ cum ex natura sua sint actus eiuãdem subiecti nõ mutantur.

Ad illud miraculum consecrationis, sequitur primo, quod **11** illa accidenti

6 Replica

8 Respo

8 1. concl

9 4. concl

10 5. concl

11 Infer

cidentia sint inter se vnita, & mouean-
tur ac si essent in subiecto ratione gra-
uitatis, quæ fuit vnum ex accidenti-
bus ibi relictis.

12 Sequitur secundò, quod 12 Deus
Infertur 2 ibi suppleat vicem subiecti: potest enim
cum subiectum sit causa extrinseca re-
spectu accidentium: & ita quando il-
la hostia calefit, aut frigidit, vel aliud
accidens omnino de nouo recipit, nõ
oportet dicere, quod ibi quantitas ab
alijs accidentibus distincta suppleat vi-
cem subiecti respectu accidentis, quod
est eiusdem nature cũ illo, vt calor re-
spectu caloris, frigiditas respectu fri-
giditatis, &c. Sed dicẽdũ est sicut Deus
supplet vicem subiecti respectu quan-
titaris iuxta oppositum opinantes, sic
& supplet vicem subiecti respectu om-
nium reliquorum accidentium, etiã
quo ad fieri quantus omnino de nouo,
& hac ratione accidentia ibi de
nouo producta non dicuntur creata,
quia creatio terminatur ad rem, quæ
ex vi talis actionis subsistere potest si-
ne subiecto, & sine suppleante vicem
subiecti.

13 Dices 12 ergo agens naturale ex
Replic. ipso Deo suppleat vicem subiecti
educit formã tanquã ex subiecto in-
14 go 14 consequentiã propriẽ loquẽdo,
Respon. quia educi formã ex aliquo subiecto
intelligitur ratione veri subiecti, qui
erat in potentia ad recipiendam for-
mam educitã, fateor Deum supple-
re in genere causæ efficientis casualita-
tem illam, quã habet subiectum res-
pectu formæ educitæ.

15 Hæc opinio, vt dicit Soto, Catheg.
Quaest. 5 q. 2. probabilis est maxime, vt à no-
tis hæc bis fuit explicata, sed probabilior ad-
opinio huc redditur ab alijs dicendo 15 quod
probabi-
lis redda-
tur pro-
babilior
quantitas non est nisi vnio partium inte-
grantium ipsius substantiæ, & aliorũ
accidentia, & est modus ex natura rei
distinctus ab illis partibus vnitis, sicut
dictũ est de vnione materiæ cum for-
ma, quæ vnio dicitur accidens, quia nõ

est modus se habendi substantiæ, vel
accidens in essentiali ratione: substã-
tia enim essentialiter dicit composi-
tionẽ ex materia & forma. Alia idẽ
accidẽtia, in proprio cõceptu tantum
dicunt, quod sint actuatiua substantiæ
dãdo illi tale esse, accidentale, nec
important vllam vnionẽ partium inte-
gralium: & ita talis vnio nõ potest re-
uocari ad prædicamentũ illarũ par-
tium vitarũ, sed constituit nouũ præ-
dicamentum quantitatis: & ita quan-
titas secundã hoc non est accidens per
inhæsiõẽ, cũ non inhæreat, sed per de-
nominationem quandã accidentalem,
non solum vt putant, quidam Nomina-
les res est aliu quanta, quando eius
partes integrales distant localiter, sed
etiam quando sunt penetratę ad inui-
cem, nam tunc etiam retinent prædi-
ctam vnionem partium.

Confirmatur hæc opinio, nam si di-
catur quantitas esse rem distinctã
à substantia, & qualitibus: distor-
quãtur vt haber partes, & vnionem illa-
rum ab eis, distinctã ex natura rei: er-
go illæ partes quantitatis habent ali-
quam rationem sibi essentialẽ, quã
tribuant substantiæ, priore vnione
illa, sicut supra dixi de substantia, &
qualitatibus: ergo vnio illa partium
quantitatis cõstituet prædicamentum
quantitatis, eius autem partes pertine-
bunt ad aliud prædicamentum: quan-
titas enim ex natura sua est vnio par-
tium, seu illarum, conseruatio, quæ, vt
patet, in diuisione alicuius quanti
potest deperdi, etã si nulla res entitatiuẽ
deperdat, sicut in simili contingit in
hominis corruptione.

16 Obiect. Obijciẽtes 16 vnio reducitur ad præ-
dicamentum rerũ, quarũ est vnio, vt in
hærentia aibedinis in subiecto reduci-
tur ad prædicamentũ qualitatis: ergo
vnio partium integralium substantiæ re-
ducitur ad prædicamentũ substantiæ,
& vnio partium integralium quali-
tatis, ad prædicamentũ qualitatis

Cõfir.

16 Obiect.

Re-

17 Respon. Respondeo 17 concedendo ante-
cedens de vnione essentiali, qualis est
inter materiam & formam, secus de
vnione partium integralium, quæ
rebus vnitis accidit. Dices 18 illa
18 Respon. vnio partium integralium substantiæ
substantialis est, & illa partium inte-
gralium qualitatis est qualis, vt ita
loquar: ergo non conueniunt vnio-
cẽ in ratione vnionis: ergo non perti-
nent ad idẽm prædicamentum.

19 Respon. Respondeo 19 sicut omnes actio-
nes tam substantiales, quam acciden-
tales inter se, & similiter omnes passio-
nes inter se conueniunt vnio-
cẽ, in hoc quod est esse ab, & in sic, & prædi-
ctæ vniones conueniunt vnio-
cẽ in ratione conueniunt vnio-
cẽ, vt sic.

20 Secũda sententia 20 contraria &
2 sententia. verior quã eligo est M Soto, S. Aug.
5. de Trinit. 1. dicens, in his quæ par-
ticipatiõne magnitudinis magna sũt,
aliud est magnitudo, aliud quod ab ea
magnitudine magnum est. S. Tho. 3. p.
q. 77. ar. 1. & in 4. d. 12. q. 1. ar. 1. quæst.
31. Phisic. lect. 3. 3. Metaph. lect. 13. scõ
11. 3. d. 12. & 4. d. 12. q. 1. vbi dicit esse cõ-
mune Theologorum, Capreo. 2. d.
18. q. Greg. d. 13 q. 2. Marfil. in 4. q. 9.
ar. 2. & 1. de generatione. q. 3. Durand.
1. 1. q. 1. sine. & 2. d. 18. q. 1. & in 4. d.
10. quæstio. 2. Sonz 5. Metaphisic.
quæst. 19. & 12. Burleus. 1. Phisic. etiã
16. idẽm. q. 7. & hoc videntur sensisse
omnes graues phisicosophi dum dix-
erunt quantitatem esse subiectum quo
reliquorum accidentium materialium:
videndus est Aegid. de Eucharist. pro-
positiõne. 19 Soto probat ex Arist.
est que Auerr. 1. Phisic. & communis
realium in materia de Eucharistia, &
hic & ar. 2. quæ cõclusio lumine potius
fidei innouit, quã naturæ: nam manet
quantitas subiectũ cõmune acciden-
tium sine pane, alteri ignis calefaciẽs
hostiam crearet calorẽ, vt dixi, & non
posset calefacere, cũ non posset crea-

Astud. & Valles.

re calorẽ, & sic accidentia nõ sunt
in vno subiecto colligata naturaliter
ab angelo motu locali disungi possent
calor à calore, de quo latè materia
de Eucharistia, quæ sic melius intelli-
gitur: atque esse omnia. ff. & concilia
loquuntur. Intelligitur que Eucha-
ristiæ Sacramentum dicendo, primò,
quod ibi quæritas cõseruatur à Deo
vt subiectũ quod reliquorum acciden-
tium, non per additionẽ alicuius esse
aut modi ab ipsa distincti, & multo
minus per existentia substantiæ panis;
& vini, qua existerat ante consecra-
tionẽ, vt quidam Neotherici temerẽ
asseruerunt, sed per hoc quod illa quã-
titas negatiuè remanet independẽtã
subiecto, vt docet S. Tho. 3. p. q. 77 ar.
2. Scot. in 4. d. 12. q. 1. Palude. ibi. q. 3. &
alij communiter, de qua relatus in
Theologia.

Secundo dicendum 21 est cum S.
Tho. 3. p. q. 77. ar. 5. ad tertium, quod
quantitas ita supplet vicem subiecti,
quod quando aliquid generatur ex
speciebus sacramentalibus, illud sic
ex quantitate conuerfa in totam sub-
stantiam rei producta, vel quod pro-
babilius est in materia primã: ita
Capreo. 2. d. 1. q. 3. & 4. d. 12. Caic. Soto
to, Enri. Codli. 4. q. 36. R. car. 4. d. 11. ar.
2. q. 2. quæ opinio ita est intelligenda,
quod agens naturale naturaliter dis-
ponit, quantitatem illam, geren-
tem vicem subiecti naturalis, & cum
primũ vltimo illam disponit, exigit
naturaliter, vt sibi ab auctore nature
concedatur materia prima, in qua re-
cipiatur forma substantialis genera-
da, eo modo, quo naturaliter exigit
homo, vt creetur anima, cum primũ
ipse disposuit materiam: & licet non
sit certum, verum Deus in hoc casu de
nouo producat aliam materiam om-
nino nouã, vel reproducat eam, quæ
fuerat conuerfa in corpus Christi, vel
potius quantitatem, vt dicit hæc opi-
nio, conuertat in materiam primã:

R. 2. Mihj

22
Modus
diendi
probabi
lior.

Mihi tamen probabilius 22 vide-
tur reproducere a deo materiam, quæ
fuerat conuersa in corpus Christi,
quia si quantitas illa conuertitur in ma-
teriam: oportet creare nouam quan-
titate: frustra autem diceretur esse
quantitas præexistens, cum necessaria
esset enti genito, & alia esset produ-
cenda: quantitas ergo illa manet, &
materia noua creatur: primo autem
miraculo videtur magis consonum,
vt materia, quæ fuerat conuersa in
corpus Christi, & erat futura materia
horum accidentium, quæ modo re-
manet cum genito, ea illis reprodu-
catur à Deo, Adde quod quia forma
substantialis genita eadem omnino,
& eodem modo producit ab agen-
te naturali, ex parte illius, quæ produ-
ceretur, si sub illis accidentibus, esset
eadem illa materia, quæ fuerat in cor-
pus Christi conuersa. Hæc dixerim
hac in parte, quauis nonnulla alte-
rius sint facultatis, & altioris, vt vide-
tur qualiter verum verò consonat,
nec etiam videremur rem ita diffi-
cilem à longe salutare, & præcipuè, vt
quæ dicta sunt viderentur clara, le-
ctor prudens poterit facile illa elige-
re, ista vero parumpendere.

Hinc est vt supra dixi actualem oc-
cupationem loci, licet sit proprium
quarto modo quantitatis, cum sepa-
retur à quantitate Christi in Euchari-
stia, distingui ab ea etiam realiter, &
consequenter, omnis passio realiter
à suo subiecto proprio realiter distin-
guitur, quia non est maior ratio de
vna, quam de omnibus.

23
Solutio
ur arg.
Ad 1.

Ad primum 23 omnes dicunt, cap.
de substantia, quantitatem esse subie-
ctum quo, non quod, contrariorum:
quia naturaliter non sustinet nisi ab
alio subiecto subiectata, vt voluntas
amorem, & odium subiectat.

Ad 2.

Ad 2. maxima illa explicatur à S. Tho.
1. 2. q. 56. ar. 1. scilicet non esse subiectum
quod, sed quo, vnum accidens alterius,

Ad tertium tantum est de essentia
huius speciei extensio occupatiua lo-
ci, nam in communi intrinseca est
cuius curi corporeo, & cum illo faci-
ens vnum per se.

Ad 3.

Ad quartum dicendum, quod in ra-
refactione cere non acquiritur quan-
titas, quia non acquiruntur partes oc-
cupatiuæ loci, sed acquiritur actualis
extensio & proxima dispositio occu-
pando maiorem locum, quæ distin-
guitur ab vbi realiter, & cum maneat
cum cera, mutat vbi, motu locali, &
hanc non habet quantitas in Euchari-
stia, separatur enim diuina potentia.

Ad 4.

ARTICVL. III.

An linea superficies, & corpus,
sint tres species quantitatis,
& an sint alie?

Sciendū punctū 1 ex Euclide pri-
mò elemètorū esse, cuius pars non
est, punctū autē linea, & superficies
qua ratione indiuisibilia sunt, non ha-
bent subiectū adæquatum, sed in adæ-
quatum, scilicet substantiā: punctū ergo
non ponitur directè in prædicamen-
to, quia ita est modus terminans, vel
continuās lineam, vt nil aliud habeat
quàm esse terminū, vel continuati-
onem lineæ: eadem ratione, si linea su-
mitur pro termino, vel continuatione
superfici, & superficies pro termi-
no, vel continuatione corporis, sunt
modi rei reductiuè positi in hoc præ-
dicamento, vt personalitas, in forma-
tio formæ, in hærentia actualis accidē-
tium: sumitur ergo linea, vt dicit lon-
gitudinem, superficies vt latitudinē,
corpus vt profunditatem, vel quod
idem est, linea, vt dicit vnā dimensio-
nem, scilicet longitudinem, superfi-
cies, vt duas, scilicet latitudinem cum
longitudinē, corpus, vt tres, scilicet
cum eis, profunditatem.

Nota 1.

Secund

2
Nota 2.

Secundò sciendum, 2 impossibile
esse duas species maximè diuidentes
idem genus, ita se habere, vt tota en-
titas vnus sit in alia, cum enim genus
diuidatur differentijs oppositis, im-
plicat vt anque eidem conuenire.

3
3. concl.

Prima conclusio 3 proprie loquē-
do linea, superficies, & corpus, non
sunt tres species quantitatis continuæ
permanentis. Probatur, quia quicquid
dicit, linea formaliter, est in superfi-
cie, & quicquid superficies formaliter
est in corpore: habet ergo se in me-
do intelligendi, vt partes ad totum,
quod aliqui dicunt esse species incom-
pletas, præintelligimus enim longitu-
dinem latitudinē, hæcque profundita-
tem, non tamē vt genus superius, quia
vt dixi, non sunt plures species, sed vt
præintelligimus conceptum partis to-
ti, vt si vltimam hominis differentiā,
quæ sit radix duarum passionum non
subordinatarum, præintelligam, vt ra-
dicem vnus, sine vt radicē vtriusque
cum vnus tantum speciei sit differen-
tia: quod si Deus per possibile, vel im-
possibile crearet aliud ens, quod nihil
aliud posituum haberet, quam esse ra-
dicem vnus illarum passionum, pars
esset speciei humana, cum suppona-
mus nil habiturum posituum, quod
non habeat hominem formaliter.

4
2. concl.

Secunda conclusio, 4 Mathema-
tici qui non attendunt rerum perfei-
tate vocant istas tres species, licet Phy-
sicè, vel Metaphysicè non sint plures
species proprie ratione dicta. Probatur,
quia Mathematici alia demon-
strant de lineis, alia de superficibus,
alia de profunditate: & quia ita agūt
de eis, ac si vna dimensio non esset in
alia. Adde quod hæc nomina, linea
vel superficies significat cum præci-
sione longitudinem, vel latitudinem,
ita vt licet superficies sit longa, non
dicitur linea, nec corpus, licet latum
non dicitur, superficies, quia habent
aliud, cum hoc tamen stat saltem in

quantitatibus quæ sunt diuersæ spe-
ciei non continuari.

5
3. concl.

Tertia conclusio, 5 licet sit proba-
bile, quod duabus conclusionibus
probatum est, nihilominus dico li-
neam, superficiem, & corpus, esse tres
species formaliter distinctas, idem ge-
nus diuidentes quantitatis continuæ
permanentis quæ conclusio satis pa-
tet, ex solutione argumenti primæ
conclusionis: nego enim quod quic-
quid formaliter dicitur linea, dicat etiā
superficiem, quia linea dicitur longitu-
dinem cum tali modo positio, vnde
oritur negatio latitudinis, quare vt
sic, implicat superficiem lineam con-
tinere, ac idem philosophandum de
superficie, & corpore, admodum quo
supra dicebamus de differentijs an-
gelicis, & de triangulo, & quadran-
gulo.

6
1. Cor.

Ex quibus 6 infero primò, & ex prin-
cipio notabilis secundū lineam bicubiā,
vel tricubiā esse eundem speciei,
quia quicquid illa habet, habet hæc, &
continuari possunt. ita S. Thom. 10.
Aeth. corum, lectio 5. licet ratio-
ne, si terminum dicat videri differre
specie, quod etiam ratione Aristotel.
ibidem colligitur, quod si. 1. 2. q. 52.
artic. 1. & 2. p. quest. 7. artic. 2 ad se-
cundum dicat speciei differre, vel agūt
de specie partiali, & incòpleta (quid-
quid explicat Cajetan. ibi, & Concil.
dub. 3. in ratione determinata men-
tionē suam, vel melius vt dicebam in ratio-
ne suam, & locorum, videri differre
specie, propter respectum ad pri-
mum continens ealum, de loco autē
quarto Physic. interim sufficit quod
dixi dubio quarto circa caput, ex S.
Tho. 5. Metaphysic.

7
2. Cor.

Inferitur 7 secundò vniocè esse,
& eiusdem speciei lineam infinitam,
cum finita, & sic poni in eodem præ-
dicamento, quod aperit inferitur si se-
tentè duo principia posita ruminen-
tur: vt tempus quod secundum Phi-

Iosophos erat infinitum, cum tempore finito penitur, ita Sonz. 5. Metaph. q. 15. ex Aristot. & Auic. Iab. q. 17. Duran. 2. d. & q. 3. Tho. 1. p. q. 85. an. 8. ad secundum. Aristot. 6. Topic. cap. 5. vbi Niph. & Lebanien. Soto 1. q. ad. 5. hoc tamen est si talis linea posset esse de quo. 3. Physic. nam quia S. Tho. id negat. 1. p. q. 7. 5. Metaphysic. text. 1. 8. lineam infinitam dicunt non esse lineam. Desinitio autem Euclidis, scilicet lineam esse longitudinem duobus punctis terminatam, bene explicatur à S. Thom. supra. q. 85. esse definitionem lineae rectae finitae; nam non solum finitae, sed nec circulari conuenit.

3 Obiect. Dices 8 tamen finitum, & infinitum sunt passionem quantitatis, ut patet ex Aristot. in libris Physic. ergo dabilis est talis linea, & possibilis, ut sic in hoc predicamento. Pro solutione notandum ex Galet. 1. p. q. 7. art. 3.

6 Solutio. circa solutionem secundi, quod aliquid potest esse passio dupliciter: primo modo, quia subiectum vendicit sibi illam passionem. V. g. homo petit risibilitatem: secundo modo, passio conuenit alicui, non quod subiectum vendicit tibi illam passionem, sed quod si esset passio vendicaret sibi subiectum, non è contra, sicut dicimus, quod vacuum est passio loci, nõ quod locus vendicit sibi vacuum, sed si esset vacuum vendicare: sibi locum: pari ratione infinitum est passio quantitatis, non quod quantitas vendicit sibi infinitatem, sed quod si esset vendicaret sibi quantitatem, & istae passionem non est opus reperiantur in predicamento, bene tamen alia.

10 Infertur Tertio infertur 10 qualiter puncta sunt in linea, in qualibet enim sunt dico puncta terminatiua lineam, & infinita continuatiua, quorum vnum est principium vnius partis, & finis alterius, impossibileque est dicta puncta separari a linea praecipue termi-

natiua, aliter enim daretur linea infinita, ut bene Sonz. 5. Metaphysic. q. 20. conclusione quarta, nec obitar quod partes lineae sunt actu copulatae, sed partes infinitae partes: ergo sunt etiam partes infinitae diuisibiles, nõ diuisae: & id dicendum de linea respectu superficiei, & de superficie respectu corporis, hoc pono contra Valensium, qui omnino negat puncta esse in linea contra Aristotelem & veritatem, & contra quendam nouum philosophum Aquarium, in additionibus ad questionem. 8. 3. lib. physic. Ferr. tenentem lineam punctis componi, quod & nouum & absurdum ab omnibus iudicatur.

Quarto infero, 11 quod sicut supra probatum est omni enti corporeo intrinsece esse partes entitatiuae extensionis, cum extensio illa sit trina dimensionis, & profunditas, consequenter manet probatum intrinsece etiam habere dimensionem longitudinis, quae est linea, & latitudinis, quae est superficies, sicut tamen dixi essentiam corporis quantitatiuae esse extensionem occupatiuam loci, ita eius linea, & superficies sunt, quae huc pertinent.

Quod si 12 inquiras, cur ergo Philosophi tantum in hoc predicamento agunt de lineis? Responderetur 13 primo, non erat compertum, an alia nisi à quantitate haberent illas partes, quas quantitas certo habebat, & ideo hic disputatur, utrum alia sine quantitate habeat, & demonstratur veritas. Secundo, quia maxime attenduntur istae dimensiones, quae sunt in ordine ad locum, quae sunt ratione quantitatis, sicque sentibiles sunt, & nobis mensurae. De loco vero. 4. Physic. vbi de tempore, & motu, lib. 3. parebit, an sint species quantitatis, de lineis, punctis, & superficibus, continuatiuis, & terminatiuis, praeterea quae dicta sunt, & an sint realia, lib. 6. non enim obiter explicantur bene natura rerum.

11 4. Coroll.

12 Interrog. 13 Respon.

ARTICVL V.

Utrum pondus sit species quantitatis continua?

1 Pars affirmatiua. Videtur quod sic, quia secundum id aliquid videtur aequale, vel mensurabile. V. g. alteri vnicuique: ergo pondus, &c.

2 Secundo. Secundo, quo aliquid mensuramus, quantitas est, pondere autem vnius rei aliam mensuramus: ergo.

3 Tertio. Tertio graue, & leue sunt passionem quantitatis. 20. Metaphysic. capit. 13. sed ponderis est passio graue & leue: ergo pondus est quantitas.

4 5. concl. Breuiter dico 2 certum esse specie qualitatis, non quantitatis, ut voluit Archytas cum Aristot. 5. Metaphysic. tex. 17. S. Tho. text. 18. Canter. 2 hic ex Alexan. S. August. 10. Confes. c. 8. quia pondus est grauitas, quae est actiua qualitas deorsum deferens, habetque partes ut albedo, & sic facit vnum alterius: uale, & quia maius pondus reuelocius defert ut albedo intensior, ostenditque maior velocitas maiorem impetum, non quia plus sit quantitate extensionis, imò cum calum quantitas pondus non habeat, nec alia ratione quantitatis, nec est passio quantitatis, sicut ex aliorum sententia id innuat Aristot. tex. 18. multa enim maioris quantitatis minus ponderant, ratione tamen eius conueniat, 2. lib. de generatione. & 5. Metaphysic. cap. 14. & per 3 hoc patet ad primum.

5 Soluuntur arg. Ad secundum, pondus secundum se non est mensura, sed secundum motum, quem efficit. Item non est mensura quantitatis per se, sed ponderis alterius rei, quod est etiam qualitas. Ad tertium, sicut risibilitas est passio substantiae, cum tamen sit in genere qualitatis, ita graue, & leue possunt esse passionem quantitatis, cum tamen non essent quantitates: pondus autem nihil aliud est quam ipsa grauitas, unde non est quantitas. Alij etiam dicunt Aristot. loqui ex sententia antiquorum, dicentium grauitatem prouenire ex multitudine superficierum: leuitate vero ex paucitate, ex quo sequebatur, quod cum omne quantum (continuum intellige) habeat superficies plures, vel pauciores, omne quantum esset graue vel leue, illa tamen opinio fugienda valde est.

6 Ad 3. Ad tertium, sicut risibilitas est passio substantiae, cum tamen sit in genere qualitatis, ita graue, & leue possunt esse passionem quantitatis, cum tamen non essent quantitates: pondus autem nihil aliud est quam ipsa grauitas, unde non est quantitas. Alij etiam dicunt Aristot. loqui ex sententia antiquorum, dicentium grauitatem prouenire ex multitudine superficierum: leuitate vero ex paucitate, ex quo sequebatur, quod cum omne quantum (continuum intellige) habeat superficies plures, vel pauciores, omne quantum esset graue vel leue, illa tamen opinio fugienda valde est.

non essent quantitates: pondus autem nihil aliud est quam ipsa grauitas, unde non est quantitas. Alij etiam dicunt Aristot. loqui ex sententia antiquorum, dicentium grauitatem prouenire ex multitudine superficierum: leuitate vero ex paucitate, ex quo sequebatur, quod cum omne quantum (continuum intellige) habeat superficies plures, vel pauciores, omne quantum esset graue vel leue, illa tamen opinio fugienda valde est.

QUESTIO II.

De essentia quantitatis discretæ.

Qualiter istae sint partes subiecti quae quantitatis discretæ explicandum est, de quo 1 inquiruntur, quatuor: primo, si oratio sit quid distinctum à numero? secundo, si oratio sit ens per se, & species quantitatis? tertio, quid & quomplex sit vniuersalis? quarto, si numerus sit ens per se & species quantitatis discretæ?

Disponitur quæstio.

ARTICVL I.

An oratio sit quid distinctum à numero?

Sciendum 2 primo, ut intelligas titulum, quod hic non sumitur oratio pro mentali, quia illa non est quantitas, sed pro externa, & quicquid velint loquuntur, ex Boetio & Hammo, significatio est impertinens, quia cum hæc sit ens rationis, non erit profecto intrinseca enti reali: bene ergo de

Nota.

scribitur à Iabe. esse morulas discretas temporis, vel potius ex eis compositum, tempus enim duratio est successiva, quando autem quis intercessimus duas, vel tres syllabas profert, illarum morularum temporis in prolatione consistunt, partes sunt orationis: vnde bene Soto. Cāt. & alij dicunt impertinens esse ad rationem rationis, quod illarum morularum sint vocum, vel sonituum, cithararum, aut cymbali, &c. eadem enim est ratio. S. Thom. autem & alij, qui per vocem orationem definiunt, vtriusque oratione vitarioli, & communioli.

Dices 4 tempus esse accidens inhaerens primo mobili, & continuo, quomodo ergo oratio habet partes temporis discretas? Respondetur 5 id esse tempus primum, quia est regularissimi motus: sunt tamen alia tempora secundaria, ex quibus componitur oratio, duratione scilicet aliorum motuum, quarum durationes, ut ipsi motus interceptantur, & sunt discretae.

ARTICVL. III.

Vtrum haec oratio sit ens per se, & species quantitatis?

Communis sententia huc videtur affirmare, videtur etiā S. Tho. opusc. 43. c. de oratione, ut interrim omittam multas sententias, & varias de hoc.

Vnde melius Lobanien. ex Alber. & Auerr. dicitur Aristot. loquuntur ex aliorum sententia, & Caiet. ait se non videre cur sit species quantitatis: & haec sententia est vera, vnde Aristot. non posuit orationem in Metaphysica, propter quod quidam dicunt non esse speciem distinctam à numero: cum enim eadem sit ratio ternarij linearum, & superficiarum, vel hominum, & angelorum, ut patebit cur non erit etiam dierum, vel molarum temporis & linearum, praesertim cum idem sit modus diuisibilitatis, in actu diuisa & mensurabilitatis in oratione, & numero.

Sed quod non 3 sit propria species, & ens per se: probatur, primo, quia partes orationis sunt omnino entia in actu discrete posita in predicamento: ergo non sunt per se partes, & consequenter oratio non est per se totum: species enim coplura nequit nullo amisso esse pars alterius, manensque inuariata, sed de hac ratione art. sequenti.

4 Replia.

5 Respon.

1 sententia communis

2 Lobanien.

3 Pars nequa suadetur.

Secundum

Arguitur.

Secundo suadetur, quia prolatio duabus syllabis in secunda temporis interruptione non est oratio, desinit ergo esse ratio, ac per consequens non facit vnum cum tertia parte medietate sequenti.

Confirmatur.

Confirmatur, quia cum sit necessaria interruptio, cum hac sit vnus rationis, siue sit breui tempore, siue toto anno, vna erit oratio tota vita, est ergo oratio vnum ens morale, non physicum, & ita interruptione breui non amittitur eius vnitas.

Confirmatur.

Confirmatur secundo, nam ipsa ratio discreti successiui, videtur tollere rationem vnus per se, cum tollat intermeditationem, quae sola videtur facere in eis vnitatem, ut patebit cum de tempore dicam.

Arguitur 3.

Tertio, ad idem, quia cum Petrus profert vnum versum, & Paulus, aliud, erit vna numero oratio, nam Petrus, solus loquens diuersas acris partes verberat, fiet ergo ex loquutionibus omnium ab initio mundi, vna oratio, sed quia ponitur ordo prioris & posterioris in partibus orationis sequitur, quod dum duo simul loquuntur sint duae orationes loquatur deinde alius, cur magis faciet vniam orationem cum mea, quam cum alterius, & tamen cum mea faceret si solus essem loquuntur, quia nil in terra est persona loquentis: ergo.

Confirmatur, quia si aer diuidatur erit oratio in distinctis subiectis, & sic alia pars sonitus est in aere, in aqua alia si sit capax sonitus: ergo non est vnus numero accidens, praesertim cum neutra pars sit potentia ad alteram, & ad hoc faciat argumenta de numero.

Conclusio certa.

Conclusio tamen est certa. Proprie loquendo, & absolute oratio non est ens per se, sed per accidens: quod bene probant argumenta facta, dixi proprie quia ut delineis, superficiesus, &c. sup. dixi, vocari à Mathematicis species distincta: ita à Musicis, Poetis, Rhetoricis, plura illa tempora vo-

cabuntur vna species, cum faciant vnā harmoniam, variabiturque species orationis, penes plures, longas, vel breues morulas, v.g. dominus, minus, & mus, sunt indiuidua eiusdem speciei, quia verterque pes est tribrachus, Deus vero, aut Deos sunt diuersae speciei, quia alter pes est pyrrichius, & alter iambus, & sic de alijs, quia inquam faciunt distinctas proportionem: licet phy sicè multum, & paucum tempus, quia eiusdem speciei non variat. Imo ratione variorum sonituum ex illis, vel corpulentis variabitur oratio eadem ratione. Vnde licet in definitione orationis in communi sufficiat dicere esse morulas discretas temporis, quia oratio sumitur pro quavis loquutione, etiam non harmonia (dicitur enim Graecè vocalis loquutio) quae vltimior est, ad orationem tamen harmoniam addendum est (licet communiter, & in dicta definitione non aduertatur) cum tali, vel tali modo sonitus: nec mirum sit tempora, & sonitus pro partibus petat, cum non sit vere vnum per se. Iam vox temporis, in definitione intelligenda est de tempore resultante ad motum, quo fit sonus, aliter duae morulae interseisis temporis, cum fiunt duae motus locales vnus post alium, erit oratio, quod nempe admittit, & hoc probat esse ens per accidens, quia physicè nil habent plus, vel minus duo tempora illorum motuum localium, quam cum sit sonitus.

Item quia in oratione attenditur prioritas partium, longitudo & breuitas, varietasque sonituum, ponitur distincta à numero, sed cum cuius partem sit per accidens, ut sit alius prior, vel posterior, longioris temporis, vel alterius sonitus, non erit vnum per se, cum discretio tollat vnitatem physicam successiuorum, facit tamen ad harmoniam, & ideo distinguit à numero, licet non distingueret à ratio-

Definitio orationis pro quavis loquutione, etiam non harmonia (dicitur enim Graecè vocalis loquutio) quae vltimior est, ad orationem tamen harmoniam addendum est (licet communiter, & in dicta definitione non aduertatur) cum tali, vel tali modo sonitus: nec mirum sit tempora, & sonitus pro partibus petat, cum non sit vere vnum per se. Iam vox temporis, in definitione intelligenda est de tempore resultante ad motum, quo fit sonus, aliter duae morulae interseisis temporis, cum fiunt duae motus locales vnus post alium, erit oratio, quod nempe admittit, & hoc probat esse ens per accidens, quia physicè nil habent plus, vel minus duo tempora illorum motuum localium, quam cum sit sonitus.

In quo distinguitur ratio à numero.

ne entis per se. cum discretio id tol-
lat. & compositio ex sonitibus, & tē-
poribus, & propriē loquendo potius
videtur materialis determinatio ora-
tio numeri, cum ratio ternarij vt sic
non petat, nisi ex communi loquutio-
ne partes permanentes, vnde oratio
erit numerus harmonicus, vel tem-
porum, &c. non coadistincta species,
sed erit numerus pradicatum com-
mune orationi, & tribus corporibus,
& hæc de oratione, & c. iam de nume-
ro dicamus.

ARTICVL III.

Quid, & quotuplex sit vnitatis
pradicamentalis?

IN tractatione graui de essentia nu-
meri, primo de vnitatibus dicen-
dum, quia cum in numero (cum
habeat partes disinctas) ad hoc vt sit
ens per se, requiratur, vt partes quæ
sunt vnitates habeant ordinem, M. zu
mcl. 7. p. q. 1. art. 1. dubio vnico agēs
de vno, vt est principium numeri. re-
fert ferē sententias infra ponendas,
nullam tamen eligit, nec impugnat.

1 Prima sententia est Capreol. in 1. dist. 24. q.
1. label. 4. Metaphy. q. 8. innuunt vni-
tates supra quantitatem addere quod
dam esse posituum, indiuisum, quod
quantitas dat substantiam. Sed hoc nō
potest stare, quia quantitas cum sit in-
trinsecē habens partes, nequit dare ta-
le esse in partibile, sed fortē tantum
volunt addere supra ens posituum,
vt ore quantitatem, licet M. Soto pri-
mum dicat opinionem realium.

2 Secunda sententia est Aegydi in 1. di-
st. in. 24 & 4. Metaph. q. 9. & 10. vnita-
tem esse quantitatem, vt perficit sub-
stantiam in se, prius quam intelliga-
tur dare illi partes quantitatis, hæc
tamen gratis dicitur, quantitas enim

1122

nil prius dat quàm se, quæ est intrin-
secē habens partes quantitatis, & si
illa perfectio est diuisibilis, quid aliud
erit quàm quantitas? In vero indiui-
sibilis, vt dicitur, tum nequit dari à
quantitate: tum etiam quomodo ta-
lis vnitas addiuisiōnem ligni diuidi-
ditur, cum repugnet ens non habens
partes diuidi? nec enim debet fingi
vnitatem positiuam consurgere, cum
diuisio solum faciat de parte totum,
vnde vnitas habentium partes, neces-
sario etiam habet partes.

3 Tertia sententia vera est Duran-
di in primo, dist. in. 24. quæst. 2. Gre-
gor. quæst. 1. artic. 2. Soto cap. de
Quantitate, quæst. 2. 3. Canter. hic Son-
zi. 10. Metaphy. quæst. 3. id quæ for-
tē vult Capreolus, & labelus, scilicet
vnum quantitatum, licet aliquid
positiuum addat enti, scilicet, quan-
titate (quod tantum vult S. Thom-
as, 1. par. quæst. 11.) tamen quanti-
tati nil addere positiuum, & opposi-
tum bene magister Soto vocat ima-
ginationem, qui explicat aliqua lo-
ca. S. Thomas, & id dictum Aristote-
lis senarius non est bis tria de qua-
dam Mathematica figura numero-
rum, res est nobis inutilis in se,
tum quia si numerus est ens per ac-
cidens eisdem rationibus eius figu-
ra non est ens per se propriè.

4 Iam ergo vnitas duplex est alte-
ra transcendens, quæ conuertitur
cum ente, cui indiuisiōnem addit
in entitate, scilicet, vt non sint duo
entia saltim completa, quæ illam ha-
bent, de quæ 4. Metaphy. Altera
est quantitatis, quæ dicit indiuisiō-
nem in genere quantitatis, potius-
quæ loquimur de vnitate quantitatis
specialiter, quam qualitatis, &c. non
quia magis vel minus sit ens, sed quia
quantitas specialem habet diuisiō-
nem in partes eiusdem rationis rea-
liter, naturaliter quæ factibilem, de
qua infra, & ratione illius alia, &

Tertia
sententia
Durā. &
aliorū.
3
Canter.

4
Vnitas
duplex

hanc

hanc diuisiōnem non habens quan-
tum actus, est vnum, hæc speciali ra-
tione.

ARTICVL IIII.

Vtrum numerus sit species quæ
titatis?

1 Explica-
tur titu-
lus.

Comuniter fertur numerum
compositum ex vnitatibus
quantitatis, quem vocat nu-
merum pradicamentalem, esse ens
per se, & speciem quantitatis, nume-
rum vero vnitatum transcendentium,
quem transcendentem vocant, esse
ens per accidens: ita Capreol. suprā
Sonz 10. Metaphy. quæst. 7. label. lib.
8. quæst. 9. S. Thom. de potentia, q. 9.
artic. 7. 1. par. q. 30. artic. 3. 1. dist. 24.
q. 1. arti. 3.

2 Suade-
tur pri-
mo pars
affirma-
tiua.

Suadetur primo, quia Aristoteles
hic cum facit speciem quantitatis.

Argu. 2.

Secundo, quia de hoc est Arithme-
tica, scientia autem non agit de ente
per accidens, quod si de numero An-
gелorum ageret, etiam esset contra
Aristotelem tam abstracta, sicut Me-
taphysica.

Argu. 3.

Tertio, quia ex Arist. & Auerr. &
alijs (quos Sonzi. & alij referunt, nu-
merus resultat ex diuisiōne cōtinui.

Argu. 4.

Quarto, patet quod sint plures spe-
cies numeri: nam par, & impar sunt
passiones distinctæ specie, ergo & ef-
sentia quarum sunt.

Arg. vii.

Vltimo, quia Aristoteles & Philo-
sophi communiter dicunt variari
species numerorum, quauis addita,
vel ablata vnitate, & ita etiam essen-
tias esse sicut numeri, quia quouis gra-
du metaphysico, id est, quauis differē-
tia, variantur, vt numerus.

Alij vero Auctores sentiunt oppo-
situm, & dicunt hunc numerum etiā
reperi in Angelis, ita Bacon. 2. d. 11.

Gregor. 1. d. 24. q. 2. ar. 3. Marfil q. 27.
art. 2. nec oppositum esse vero simile
fauet, quā in quod ex Damasco. lib. 4.
c. 8. & Boet. fertur, & q. Palat. ex S.
Isidoro, & Dionys. Gab. cum Occhan.
1. d. 24. ubi quæ Palat. ex Themistio id tri-
buit Platoni, & D. August. numerum
inquam simpliciter ex spiritibus,
non in corporalibus poni, verba vi-
de in Gregorio.

Iā pro decisione dico primo quo
ad perfectiōem, & obiectum Arithme-
tica non esse maiorem rationem de
numero quantitatum, quam aliarum
quarumlibet rerū. Probatur, eadem
enim passiones par & impar, & c. eadē
demonstrationes figuræ, & supputa-
tiones ab ipsis Arithmetis inuentæ,
in vtroque sunt: ergo.

Secundo, quæ rationi ternarij, v.g. im-
perunens est, quod sint tres quantita-
tes, vel Angelij, vel entia rationis per-
manētia, vel successiua entia cum or-
dine prioris & posterioris inter par-
tes, vel sine eorum licet ordo ille at-
tendatur in oratione, quia variat har-
moniam, & c. tamen etiam est harmo-
nica oratio quando duobus instrumē-
tis, vel varijs vocibus simul vna sylla-
ba profertur, & per consequens ad ora-
tionem in communi, quæ sola loquū-
tione sine harmonia contenta est, suf-
ficient discretio duarum modularū, li-
cet eodem tempore diuersi profertur,
& oppositum videtur gratis dictū, cū
faciant etiam simul harmoniam.

Confirmatur, quia sic bene defen-
ditur quod Aristoteles & Philosophi
dicunt vnitatem, vt sic non habere o-
sitionem in continuo, & Arithmeti-
cum magis abstrahere quàm Geome-
tra, quod si numerus sit tantū quænti-
tatum, non bene defenderetur. Cum ve-
ro Arist. negat numerum separatum,
nō negat esse in spiritualibus, sed vt be-
ne Gregor. & Palac. negat id eas quæ
dā separatas: de materiali vero bene
Bacon ait tantum numerum quanto
rum

Palat.

1. Concl.

Proba. 2.

Proba. 3.

Confir-
matur.

Palat.

Palaci.

rum poni in hoc prædicamento, idq; intendit Aristot. cum vocat numerum vna plura quantitas: & forte ob hoc alij 3 propter hoc tantum hic ponunt numerum quætorum.

Sunt tamen Neotherici quidam acuti dicentes numerum quantitatum facere vnum per se, non vero aliorum entium, quia quæuis quantitas potest alteri vniri, & sic est ens quodammodo in potentia: vnde numerus quantitatum non componitur, vt alij ex entibus omnino in actu, sed quidè quantum arbitror hæc potentialitas sicut est ad cōiunctionem, ita facit vt quantitates continuatæ faciant vnum continuum ens per se, non discretum, patet: nam illa potentia potius destruit rationem numeri, & discreti.

Quare secundo dico. Numerus quantitatum, vel aliarum rerum proprie est ens per accidens: ita Gregor. & alij supra.

Probatur primo ex Aristot. 3. Phisic. tex. 6. & 8. & 10. Metaphy. tex. 4. dicente numerum esse plura vna, ergo non est per se vnum. Et Auerr. quem citat Gregor. numerum esse acervum unitatum: alia plura eius loca affert Iabell. & Boet. quem affert Marfil. dicentem esse unitatum aggregationem.

Secundo probatur ex 7. Metaphy. tex. 49. (vbi expōitō) ex pluribus entibus in actu nō fit vnum per se, sed numerus coalescit ex pluribus entibus in actu completis, cum ponantur in prædicamento: non enim componitur ex priuationibus aliter non esset ens positum, sed multæ priuationes, ergo, &c vnde illud Axioma plura in vno genere sunt vnū in alio, nil facit, quia supra dixi plura in genere naturæ esse vnum in genere moris, vel artis, quæ perfectitatem non attendit, vt nec Mathematici qui plura corpora, vel lineas in vno loco positas vnam vocant.

Dices tamen contra hoc primum materia, & forma realiter distincta faciunt vnum per se, ergo & duæ unitates faciunt vnum per se.

Secundo, longitudo & latitudo sunt entia completa, & componunt profunditatem, quæ est ens per se, ergo ratio nulla.

Respondetur ad primum, quod materia, & forma componunt vnum per se, quia hæc inter se ordinem actus, & potentia, at partes numeri nō habent inter se ordinem, nec est quæ sit suapte natura actus, quæ potentia, quod enim de vltima unitate dicitur voluntarium est, nam quæ modo est prima, fit secunda adueniente altera, & si Deus simul tres æquales quantitates crearet, non esset quæ foret vltima. Multoq; peius alij dicunt, vel potius fingunt, vltimam dicere relationem rationis, quæ fit ab intellectu, vltimo hanc numerante, nam licet vltimitas faciat ad numerum rationis [quæ numerum abstractū ex Auerr. Auerr. & S. Tho. Sōnzi. Iabell. & alij vocant] nō fat est ad numerum realem, quem vocant rebus applicatum, quia eo ipso quod aliquid pendet ab esse obiectiuo in intellectu, non est ens reale, sed rationis.

Ad secundum dicendum, quod nequeunt illæ esse partes, nec proprie plura entia, sed vt transcendent prædicatum, quale est ens completum ad generalissimam, quia longitudo clauditur in eo quod addit superficies, & hæc in eo quod addit profunditas, licet possint præintelligi vt ens, de quo art. 3. latè diximus, q. 1.

Secundo probatur conclusio principaliter, quia ens primo cōsequitur vnum, quod dicit vnam priuationem, sed in numero tot sunt entia completa, quot unitates ex prima ratione, ergo non est vnum. Sed ad hoc potest responderi non esse completa in genere numeri, quia quæuis est in potentia ad nu-

Replie.

Secūdo

6 Respondetur ad primū.

Ad 2^o

7 Secūdo probatur conc. prin. epali. ter.

ad numerum. Respondetur si neutra pars est potētia, vel actus alterius nequit esse potentia ad totum, quia totum non est suus actus, sed compositum ex potentia, & actu.

Prob. 3. Tertio probatur conclusio, quia numerus est vnum indiuiduum quantitatis, v.g. ternarius quātitatū per vos, ergo cum tribus unitatibus faciet quaternarium: probō consequentiam, quia unitas discretorū per vos est ens per se, ergo ponit in numero, vt continuorum.

Confr. Confirmatur, quia si fat est distinctio formalis partium, in infinitum est multiplicatus numerus duorum continuorum, quia cum unitate binarij erit ternarius, & cum huius unitate erit ternarius.

Prob. 4. Probatur quarto, quia omnes species in prædicamento constitutæ debent esse vnum per se simpliciter, & absolūtè: ita quod licet admittat cōpositionem plurium illa tamen plura sunt inter se vnita vnione reali, ratio ne cuius illa iam non sunt plura simpliciter, sed vnum: quæ ratione Arist. 7. Metaphy. tex. 49. probat subiectū non posse componi ex substantijs, quæ enim (inquit) ita insunt actu, nunquā vnum actu sunt, id est, quæ ita insunt alicui composito, vt dum insunt sunt entia in actu absoluta, fieri nō potest, vt constituat vnum simpliciter, tum sic, continua ex quibus componitur quantum discretum non sunt inter se vnita aliqua communi vnione, ergo singula sunt entia in actu simpliciter, ergo compositum ex ipsīs non erit vnum ens simpliciter.

Confr. Confirmatur, quia inter illa plura non modo non datur illa realis vnio physica, sed res illius ordo aut temporis, cum possint illa omnia esse simul duratōne, vt constat, nec loci cum licet omnino murent locum, non tamen mutetur formaliter ratio illius vnionis: nam v.g. numerus trium ho-

minum non petit ex natura sua hūc magis esse in hoc loco, quam in alio alterius, nec datur etiam vllus ordo causalitatis, aut finalis, aut efficientis, vt patet, imo nec formalis, aut materialis: vnde in numero, v.g. nulla est unitas, quæ ex natura sua debeat esse quasi alterius complementū, aut perfectio, quia nulla petit esse vltima, cū enim numerus aliquam multitudinē, quæuis unitas illius indifferenter potest, statui, vt prima media, & vltima, ergo quantum discretum non est vnū nisi per aggregationem, & per accidens. Obijciunt, quidam Aristot. vbi supra, adferentem unitates in numero non esse entia in actu, sed tantum per accidens. Respondeo id Aristot. imponi, cuius hæc sunt verba, vnum simpliciter est, quod non cōstat ex pluribus in actu, quo pacto substantiæ non cōstant ex substantijs. Et statim addit, patet igitur quod similiter, & de numero se habeat, si numerus compositio unitatum est, vt à quibusdam dicitur, aut enim dualitas non est vnū, aut non est in ea unitas actus: vbi potius nobis fauet, & facile colligitur ex dictis: vnde cōstat neque numerū, neque orationem, esse proprie expressisse loquendo species quantitatis.

Secundo, si plura quanta continua in ratione numeri seu multitudinis constituunt nouam speciem quantitatis, ergo similiter plures substantiæ, pluraque qualia, plura relatiua, &c. debent constituere nouas species substantiæ, quantitatis, ac relationis; nec video cur numerus quantorum sit species quantitatis, & numerus substantiæ non sit species substantiæ, & sic de alijs. Dices quod unitas continui differt realiter à quantitate continua, sed hoc omnino falsum est, vt docent omnes, quid enim magis addit supra continuum, hoc quod est esse vnum, quam supra hominem, vt alium, &c. hoc quod est esse vnum? Ideo respon-

Secūdo

40

ali)

quod vnitatis est duplex, alia est transcendentalis, quæ est passio entis ad æquata, quæ cum illo recurrit, seu cōuertitur, eo enim quod aliquid est ens per se, eo ipso est vnum, seu vnitatis, quæ vnitatis transcendat illis nihil aliud est, quam negatio in diuisionis in se, & diuisionis à quolibet alio, & ita non constituit nouum prædicamentum, cum vagetur per omnia, vt quid omnibus illis commune: vnde potest sumi argumentum pro nostra cōclusionione, quantum enim discreti sit, non est simpliciter indiuisum in se, cum condat pluribus actibus, ergo, vt sic non pertinet ad prædicamentum. Alia est (æquiuocatur) vnitatis prædicamentalis, quæ nihil aliud est quàm ipsa quantitas continua, quæ speciali quodam modo constituit substantiam in ratione vnius integrali quoddam vnitatis, & ideo vocatur prædicamentalis, & perit speciale prædicamentum, & hæc ratione numerus qui constat ex vnitatibus transcendens, non est species alicuius prædicamenti, sed vagatur per omnia, secus illo, qui constat ex vnitatibus prædicamentibus, cum nec numerus nihil aliud sit quàm iug vnitates pertinere, aut non pertinere ad prædicamentum, quando pertinent aut non pertinent supra hominem v.g. & idem dictum puta de reliquis, nihil additur posituum hoc, quod est esse vnum, sic etiam supra quantitatem continuam hoc quod est esse vnam nihil addit posituum. Dices, addit supra substantiam ipsam rationem quantitatis cōtinuæ, quæ substantia, vt dixi, redditur vna, speciali quodammodo, quo ipsa non erat vna in ratione substantiæ. Contra nam hoc quod est esse qualem agentem, & patientem, &c. etiam addit supra substantiam nouam rationem vnitatis, in ratione qualis agentis, & patientis, & licet quantitas continua specialiori modo reddat vnam ipsam sub-

Obijcio

stantiam, tamen hoc quod est esse vnum ipsum continuum supra quantitatem continuam, nihil additur posituum, ergo vnitates diuersorum continuorum non faciunt speciem quantitatis distinctam ab ipsis cōtinuis.

Vltimo probatur ternarius prorsus manens, vt antea in re nil acquirens, vel omittens componit quaternarium, implicat autem vnam speciem formaliter, aliam componere, manendo vt erat, ergo, &c.

Dices tamen gutta aquæ manens, vt erat, componit aquam cum alia gutta. Respondetur illas physice, & vt re vni, & ita per vni nomen, ad quæque vni gutta erat in naturali potestate, sunt partes. Vtrum vero perdantur pãcta terminatiua partium dicantur in physice, licetque linea duorum palmarum amittat, nil habet per quod ab infinita distingatur specie, quia nõ est pãctus de essentia lineæ, vt patet in circulari, & minus à linea trium palmarum, quia multo minus est de essentia lineæ his vel illis punctis terminari.

Tertio dico numerus non esse genus, sed ima species, si est ens per se: ita Niph 13 Metaph. q. 3. probatur quia implicat idem formaliter facere diuersas species, sed omnes vnitates in ratione vnitatum, & partium numeri sunt eiusdem rationis, vt patet clare, si 3, vel 5, vel 7, creetur æquales, ergo nequeunt facere diuersas species.

Cōfirmatur, quia numerus maior & minor se habet in genere discreti, sicut duo vel tres palmi, continui, sed hi sunt eiusdem speciei, ergo.

Vltimo quia loquendo etiam de numero rationis, siue tertia, siue quarta sit vltima vnitatis, & duæ vel tres nõ vnitatis, eadem est ratio vltimæ, materialeque quod pauca, vel plures sint numerata prius.

Iam ad argumenta ad primũ respondetur: Arist. vocat species mathematicè loquedo, vt dicitur ad quintum,

Vltimo probat.

8 Replia.

Respõd.

10 3 Concl. Prob.

Confr.

11 Vltimã concla.

12 Soluuntur arg. Ad 1.

tum, nec diuidit quantitatem incontrinum, & discretum, vt in species proprie, sed vt in Metaphysica, diuidit eas in vnum, & multa, de qua diuisio ne ibi & ita Arist. supra, & Auerr. 4. Phys. vt refert label. numerum vocat plura vna, pluresque vnitates, ne nos decipiat esse vnum numerum, vnus enim est acerbus, nec ternarius, v.g. est nisi tria entia, vt Latine & Hispanicè vocatur, tres, non vnum, nec est inter eos ordo potentia, & actus, propter quod ex substantia, & accidenti non fit vnum per se, quia substantia non est potentia ordinata ad accidens, vt quæuis pars quantitatis est respectu alterius ad vniorem. Arist. autem meminit hic potius huius diuisionis, quàm in alijs prædicamentis, quia habet quantitas speciale diuisionem quæ fit numerus etiam pro materiali, & formali, si esset ens per se huc pertineas, quia tamen non est pro materiali tantum ponitur, vt plura indiuidua: vnde est vt numerus diuinarum personarum, quia persona non habet in prædicamento, in nullo ponatur, tutiusque est quando in diuisionis ponitur numerus addere (vt Concilia addunt) in personis, re videatur poni pluralitas in essentia, & verè si numerus esset formaliter in prædicamento, & ens per se, non est cur in ratione ternarij non ponatur numerus personarum, cum impertinens sit, vt sit ternarius enti reali, vel rationis, finitum, vel in finitum.

Ad 2.

Ad secundum dicendum, quod de ente per accidens, id est, de ente casuali, & fortuito, bene aiunt Philosophi non esse scientiam, at de ente per accidens in genere entis, esse potest scientia, vt Arist. in Poster. dicitur: cur verò Arithmetica non sit tam perfecte scientia abstracta quam metaphysica, partem dixi in Preambul. ar. 7 scilicet hoc esse, quia rationi v.g. ternarij sine noua entitate determinatiua ternarij est locus in corporibus, & ita non tã abstrahit, quàm ratio substantia, & entis, quæ noua entis ratione per se determinatiua illorũ determinatur ad corpora: dixi etiam Arithmetica obiectum diuisionem numerum quantitatem, quia ab eo incipit, licet in angelis sit eius numerus, & demonstrationes.

Ad 3.

Ad tertium, concede libenter cum Arist. & omnibus, ex diuisione cōtinui resultare numerum, sed nõ inde solũ resultat: vnde est etiam numerus Angelorũ, vel dic quod loquitur de numero quantorũ vnde decipit Arithmetica.

Ad 4.

Ad quartũ, bene potest radix vnius entis esse ens per accidens, vt quatuor qualitates coloris: & ita passiones esse per se, entia vero per accidentis, sed melius quod paritas, & imparitas distinguatur specie, cū ex pari fiat numerus impar, additione partis eiusdem rationis: vnde sunt entia per accidens, vt numerus, cõposita ex pluribus actibus, & ita nõ est opus prima solutione. Ad uertendũ tamen imparitatem esse in æqualitate duarum medietatum: paritatis verò esse equalitatem eandem medietatũ, eadem autẽ specie quantitas magna non habet medietatem æqualem illi medietati quã habebat, dũ erat parum: si habeat nunc duas medietates æquales, id est, quia par addit diuiditur in partes æquales: vnitatis verò addita numero pari in genere discreti nequit diuidi, quia tamen est eiusdem rationis cum præcedentibus vnitatibus non faceret numerum alterius speciei, licet numerus esset ens per se, quod non est.

Aduer.

Ad 5.

Ad vltimũ dicendum, vt dixi de oratione à Mathematicis vocari species, & distinctas, quia varias faciunt proportionales, & figuras, imaginarias, ternarius, quaternarius, &c. ipsi verò non attendunt an sit vere ens per se, nec an habeat partes, eiusdem rationis. Aristoteles vero non facit argumentum, sed ipsi, & Philosopho.

Iosophi. numeri similitudine, (quia Mathematicis variatur specie) additione unitatis explicant essentias re- rum distinguunt nouis gradibus metaphysicis additis, vel ablatiis: & hæc de diuisione quantitatis in continuū, & discretum, nam de diuisione illa, cuius partes habent positionem in cōtinuo, vide quæ sunt circa literam, & statim hic quaestione tertia.

QVAESTIO. II.

De essentia & passionibus quantitatis.

Disponitur quæstio. **D**E qua quinque sunt examinanda, primo, si quantitatis eadē ratio sit Logicæ, & Metaphysicæ: secundo, quæ sit talis ratio: tertio, de numero & ordine passionum eius: quarto, de diuisibilitate: quinto, & vltimo, de mensura & alijs duabus passionibus.

ARTICVLVS. I.

Utrum sub eadem ratione tractetur in Logica, & Metaphysica de quantitate?

Prima sententia. **P**rima sententia affirmant Iab. 5. Metaph. q. 20. & Soto, qui referunt, S. Tho. 5. Metaph. & opusc. 48. Caiet. & Alber. quia hic Arist. locum & superficiem, quæ tantum distinguuntur in ratione mensuræ, fecit duas species, quia tamen vna est diuisibilitas vtriusque locum omisit in Metaphysica: & vocauit tempus quantum per accidens, hic vero per se, quia diuiditur ad diuisionem spatij, quæ est mensura per se. Burlæ. & Merc.

utrobque dicunt eandem rationem formalem considerari.

Notandum pro conciliatione, seruum esse 3 essentiam huius prædicamenti esse eandem, & species eandem apud Logicum, & Metaphysicū, quia essentia quantitatis, & suarum specierum, vna est, licet à diuersis consideretur. Patet euidenter, quia si essent diuersæ rationes genericæ in Metaphysica, & Logica, essent duo prædicamenta quantitatis, & consequenter vndecim genera. Secundo, quia etiam in Logica per habere partes, non per mensuram agit de quantitate, & eius species declarat, vt patet in litera.

Secundo dico 4 species quas ponit in Logica, colliguntur à posteriori per passionem, quæ est mensura, quia est notior, & hoc vult prima sententia, in Metaphysica vero colliguntur à priori per radicalem diuisibilitatem.

Ad rationem primæ sententiæ, respondetur primo cum Burl. Auerr. Albert. Ampli. Lobaniæ. locum poni speciem quantitatis secundum famosam opinionem antiquorum, qui putabāt esse separatas dimensiones, quam impugnat 4. Physic. vnde Titelman dicit communius esse nō esse distinctā speciem quantitatis à superficie.

Secundo, si forte sit, vt in ratione mensuræ distinguuntur à superficie, de quo 4. Physic. quia in quantum locus est mensura extrinseca locati, in quantum superficies intrinseca subiecto: ita etiam extensio partium, vt extrinseca locato erit locus, vt intrinseca subiecto superficies: nec esset opus allicubi, vt numeraret omnes species imas De tempore verò cur ibi in Metaphysica vocetur quantum per accidens, dicitur 4. Physic. ratio quæ M. Soto tantum probat esse duas particulares rationes mensuræ non verè esse analogas, quidquid sit de veritate, de quo latius infra,

AR-

ARTICVLVS. II.

An essentia quantitatis sit extensio, vel diuisibilitas, vel mensura?

Prima opinio. **S**anctus Thomas diuersis locis diuersa ponit opusc. 32. in fine, ait mensuram esse rationem quantitatis. Patet quia locus, & superficies sic tantū distinguuntur specie, vt mensura scilicet intrinseca, & extrinseca: at in 1. d. 19. q. 1. ar. 1. ad primum: & 5. Metaph. lect. 15. & cum eo Soto q. 21. 12b. q. 20. ponunt diuisibilitatē, essentiam quantitatis: & videtur Arist. tex. 18. vbi per eā definit quantitatem.

Secunda sententia est Petri Martinez, 2. de anima. q. de diuisibilitate formarum: consistat essentiam quantitatis ex diuisibilitate, quam habet in se, & mensura quam habet respectus substantiæ, vt relatio etiam constat ex eadē ad sibi proprio, & ex esse in, respectu substantiæ.

Tertia sententia vera est 3 extensio nem esse essentiam quantitatis: ita Niphus, 1. Metaph. q. 9. Anton. Andr. & Scot. q. 10. Durand. 1. d. 34. q. 1. in fine Alber. tract. 2. Physic. c. 4. Gandau. q. 9. Lobanier. hic, & Soto. Bruzel. Canter. etiam cap. de qualitate in line descriptionis qualitatis. Probatur, quia ab extensione quæ est habere partes nascitur posse diuidi, & mensurari, & ita Arist. (vt refert Niphus) probat quantitatem esse diuisibilem, quia est extensa.

Pro huius tamen explanatione notandum, primo 4 primam sententiam non differre ab hac, quia (vt Iabel. & Soto explicant ad argumenta) loquitur de diuisibilitate tandem étaliter, pro radice scilicet potentiarum, quæ est ipsa essentia, & ita definitio Arist. vel datur per passionem, vel sumitur pro

radice diuisibilitatis. S. Thom. vero (vt Iabel. & Soto explicant, ex eodē 5. Metaph.) tantum ait mensuram esse rationem, penes quam in Logica Arist. probat orationem esse quantā, quia mensuratur longitudine, & breuitate, & qua facile locus à superficie distinguitur, vel secundo quia mensura est propria passio, dicitur ratio propria, id est, per se conueniens.

Secundo, sciendum 5 tertiam sententiam, quæ ait essentiam quantitatis esse, habere partes eiusdem rationis inter se, adhuc non explicare speciale rationem quantitatis, quia (vt probatum est) omnia tam accidentia quam substantia corporea, habent etiam id siue quantitatem, imo intrinsecum.

Dicendum 6 ergo eius essentiam esse extensionem trium partium, vt naturalem habeat repugnantiam extendi simul loco, vel tempore, hoc quæ est proprium quantitatis, nam motus vel est quantitas, vel si non, est quia non est ens completum (de quo 3. Physicor.) duo autem vbi cum sint simul loco, quia quoduis accidens, & substantia propria habent vbi, non habent hanc repugnantiam de se, sed duæ partes superficiesierum duplicata papyro sunt simul loco, at superficies, & linea, vt partiales conceptus corporis quantitatum, cui id repugnat, hic ponuntur, quo pacto superficies est locus ex articulo. 2. quod si numero, & orationi non competat, nil mirum, quia non sunt entia per se propria, quod si essent, vel alia species reperitur quantitatis, vel linea foret species completa, facile esset dicere, quod vt nescimus rationē qualitatis (& ita Arist. ait esse quæ dicimur quales) esse scire etiam rationem communem quantitatis, esse quæ dicimur quantitates Iustin. hic cap. 13. fat est quæ species cognoscere, licet earū essentias in vna communi speciali quantitatis nesciamus adunari.

1. Cōg

2. Cōg

Adratio nem primæ opinionis.

Secunda opinio.

3. Tertia opinio vera.

Probatur.

4. Prima nota.

Secunda nota.

Essentia quantit. quæ sit.

Tertio sciendū. Tertio, sciendum qd etia si numerus esset quantitas per se non per hoc tolleretur extensio esse de essentia quantitatis, nam vt bene So. & Liba. dicunt, licet proprietate nominis numerus non dicatur extensus: dicitur tamen vt nos hic sumimus extensus pro habente partes, sicuti proprietate vocis non dicitur tantus, vel quantus: bene tamen vt nos sumimus quantum pro habente partes: tollitur tamen essentia esse occupatum loci, cum numerus plurium accidentium cū subiecto, & plures Angeli possint esse plures in eodem loco.

Ad i. Ad primum patet ex primo notab. illam sententiam non esse contra nostrā: sumit enim S. Th. ibi mensuram, & diuisibilitatem pro ratione.

Ad rationem eandē sententia. Ad rationem secundā sententia de eadem formalitate habet esse in, & ad hoc illud sit communius, de quo cap. sequenti, vt quantitas reddit substantiam inextensibilem, reddit habentem partes tales, & vt in se habet partes, est in se mensurabilis, absurdū quod est duas rationes conuertibiles, diuisibiles scilicet, & mensurabilitatem facere de essentia entis, maxime generalissimi, quod est simpliciter simplex. De definitionibus verō continui. Nip. 7 & alij. de celo, tex. 2. nūc enim definitur ab Arist. esse cuius motus est vnus, nunc cuius partes coguntur termino communi, nunc est diuisibile in semper diuisibilia, quas citati explicant.

7 Petrus Martinez.

Replie.

Respon.

& extensum, sed calor saltim partes in extensione, quæ sunt partiales calores non habet a quantitate, imo neq; extensionis ex dictis, & non dicitur calidus, forte ergo quia vocamus cōmuniter quantitatem, & extensionem, passionem illam quantitatis, quæ est proxima dispositio, vt ut extensa loco, a qua nos vocamus aliquid magnam, & ceram liquefactam longiorē: quantitas quæ habet hanc passionem, dicitur quantitas, & extensa, le. i. quia tem pori, cui hoc non conuenit attribui-mus esse longum, extensum, & quantū, & numero Mellis est solutio Marfil. conere: hęc communi auclorū vsu pro abtractis sumi.

ARTICVL. III.

De numero, & ordine passionum quantitatis?

Omos cōmuniter. s. Meta. 1 concedit quatuor passiones quatuor. Anto. Ard. q. 10. tab. q. 20. & sent pass. alij Prima secundum omnes est diuisibilitas, eo enim in ipso quo quantitas habet partes pot. est diuisa. Secunda est finitas, vel infinitas ex 1. Phy. tex. 15. Ant. Andr. & alios. & ita verum est, si sit possibilis quantitas infinita, de quo 2. Phy. qui 2. verō S. Tho. & alij credunt impossibilitatem, faciunt passionem finitatem, Arist. q. tantum velle infinitum nō posse apprehendi, nisi cum quantitate: ponitur ergo hæc passio secundo loco, quia cō ipso, quo quantitas est diuisa, finita est, & limitata suis terminis, quod si sine termino procedat infinita est. Tertia passio est, quod secundum quantitatem res dicatur æquales, vel inæquales, cuius meminit hic Arist. Quarta est mensurabilitas, quæ ex Alber. cum Arist. 4. Metaph. tex. 18. conuenit solū finito, infinitum namque nec mensurabile, nec pertransibile est, quod verū est se-

est secundum se totum, nam secundū partes ipse Alex. M. Soto, & alij attribuant quantitati infinitæ, vnde erit passio (si sit dabilis infinita quantitas) mensurari secundum totū, vel partes.

2 Villalp. conatur. Villalp. peruertere, poneus prius mensuram quàm æqualitatem, & c. quia res vt cōmensurabilis alteri fundat æqualitatem, vel inæqualitatem: quidē hoc est respectu nostri, vt eas cognoscimus, tamen in se ideo potius res videtur alteri cōmensurabilis, quia tantam maiorem, vel minorem habet quantitatem, quod est esse æqualem, vel inæqualem: vnde congruentius citati in principio, postenus ponunt mensuram, & Vera Cruz, & alij, quos refert Niph. 5. Metaph. quæ 9.

3 Objc. Sed dices: 3 magnam & parū sunt passiones quantitatis posite à S. Th. 5. Metaph. lectio. 5. ergo non tantum quatuor sunt passiones.

Respon. Respondetur fundare relationem magnæ & paræ passio est quantitatis, ita tamen, perfectio est fundare relationem æqualitatis, vel inæqualitatis: vnde si est numerata: omittimus autem duas passiones, quas posuit Arist. scilicet, non habere contrarium, nec suscipere magis, nec minus, & alia quæ addi possunt, vt suscipere contraria vt quo, quia hæc sunt alijs communes, duo, primæ substantiæ, & tertium qualitatis: (vt supra dixi) voluntas, vt quo amorem, & odium recipiat vt verum dicam non suscipere in magis, & minus quantitati conuenit, licet multæ partes illi iungantur: nam suscipere magis, & minus, est in eadem parte, plus vel minus habere de forma, quantitas autem id non habet, cum non sint simul duæ partes, nec in rarefactione, in qua nec acquiritur quantitas.

4 Objc. Secundo dices: 4 sentit Arist. loco Respon. aliquid esse contrarium? Respondetur

licet Boet. id crediderit, vt dicunt Lo bantem.) non sentit: non enim respondit, quia nōdum reiecerat falsam opinionem, celebrem tamen, suo tempore, de loco: sed 4. Phy. vel quia ex iolutione de magno & paruo pēdebat, vt cuius ratione relationum sunt hæc opposita, non absolute, quia quantum uis parua linea in infinitum est diuisibilis, nec habet oppositum, sic locus loco contrariatur ratione contrariarum qualitatū, non vt locus est superficies, scilicet continens.

Nota. 1. Notandum tamen primo, has quatuor passiones assignatas conuenire in cōmuni omni enti corporeo, eo ipso quod habet partes, sunt tamē propriæ corporis quantitatis, modo dicto super. quæ 2. & tēporis, successiua mensuræ, diuisibilitas, & c. simulq; in cōposibilis, esse in partibus. De alijs speciebus, siquæ sint, & de quantitate in cōmuni dic de passionibus, vt de essentia dixi art. 1. vel de diuisibilitate reali, modo infra dicendo art. 3. esse sermonem.

Nota. 2. Secundo notandum in rebus in corporeis, vt in Angelis, & c. quæ non habent partes extensionis, bene Doctores asserere dari æqualitatem solum improprie, & metaphoricè, nec secundū quantitatem, corpora esse formaliter æqualia, sed secundum relationem, per quantitatem vero fundamentaliter.

ARTICVL. III.

An. & quomodo diuisibilitas sit passio quantitatis?

ET videtur quod non primo quia cœlum, nec minimum naturale, quæ sunt quanta non sunt diuisibilia. Secundo, quia numerus est diuisus non diuisibilis: ergo.

Tertio, quia cōdiuiditur quantitas nō manet, quæ erat ante, ergo nō est passio, cū eius actus destruat subiectū.

Quarto

Quarto, quia diuisibilitas continui cum sit in infinitas partes nequit reduci ad actum, vt demonstrat Arist. 3. Phyl. aliter pars quantitatis erit in diuisibilis, quod implicat, ergo illa potentia nulla esset & frustranea.

Opin.

In hac re quidam, maxime secundo argumento moti intendunt quod dum Arist. desinit quantitate per diuisibilitatem tantum agit de continua, sed hæc videtur contra Alexan. Niph. & expositores, & contra text. Arist. qui statim subdit exemplum numeri, & continui sumit eorum quantitatem, & consequenter diuisibilitatem, vt sunt vnum saltem mathematicè: quo posito.

Sententia.

Secunda sententia est Sontz. 5. Metaphy. q. 22. & 23. Caieta. 1. p. q. 7. arti 3. prima solutione Niphi. 5. Metaphy. q. 9. ad secundum labell. q. 20. in fine dicentium 3 intelligi de diuisibilitate reali, vt sensus sit, quantitatem posse recipi secari, licet Caietanus addat per non repugnantiam, aliter partes post diuisionem non erunt vnũ, quid, & hoc aliquid, vt ait Arist.

Opin.

Tertia sententia Caietani solut. 2. Sot. 1. Phyl. q. 4 qui dicitur 4 passionem quantitatis esse diuisibilitatem secundum designationem, vt scilicet possit signari hæc pars nõ esse illam, & huic fauent argumenta, quamuis nõ multum vigeant oppositam sententiam, ad primum, secundum, & tertium infra patebit ad secundum Sontz. supra q. 21. ad 4. Scot. & tribuitur. S. Thom. dicunt q. cum vnitate faciãt vnũ numerum in ratione numeri, in cas, vt in partes posse diuidi hæc tamen solutio nulla est, vt sit diuisio realis: nam non possunt vnitates esse magis diuisæ quam antea erant, cum semper faciant numerum, vnde solutio esset negare numerũ esse ens per se. Præterea tempus nõ videtur propriè posse realiter eũ secari in partes, cũ non existat, sed largè se desinat esse aliqua pars temporis.

Im ergo pro decisione tertiam sententiam iudico veriorera scilicet, non esse passionem diuisibilitatẽ realem propriam, maxime si numerus, & ratio sint species partiz. Nec obstat Arist. qui tantũ vult in quantitate assignare distinctas partes eiusdem rationis inter se, quarũ quarũvis si sola sumatur sit ens completum, non vt volunt Liban. sensum esse, quantitatem esse id, quo substantia diuiditur, in hoc aliquid, id est, in singularem substantiam, quia tempus cum diuiditur, nõ diuiditur substantia in plures substantias. Desinitio ergo explicita Arist. est, quantum est diuisibile in ea, quæ insunt, quorum vtrumque, vel vnum quodque vnum quid aprum est esse, & hoc aliquid, id est, in partes, quarũ quarũvis sola sumpta sit ens completũ, quæque sint formaliter in toto, non virtute, vt elementa in misto.

Dubium tamen est an realis diuisibilitas sit passio saltem cõtinuæ permanentis? obstant enim aliqua argumenta facta. Respondetur tamen affirmatiuè, dato enim quod quantitas cœli petat ex sua numerica differentia, tale subiectum, quod multi probabiliter negant: respicit tamen illud non in quantum cœlum, sed in quantum hoc indiuiduum est, vt sic autem fortè ei non repugnat diuidi, sed vt cœcium est, & ita quãtitas separata ab eo supernaturaliter, posset diuidi realiter naturaliter: imo licet cœlo, id repugnaret in quantum hoc.

Adde q. non obstat exercitiũ diuisionis in paucis quantitatibus impediti, dũ sunt in cœlo, siquidẽ in alijs eiusdem rationis quales sunt quantitates horũ inferiorũ sæpè exerceatur, idq. melius pateret, si huic quãtitati per accidens esset esse in cœlo, siquidẽ per accidens impediretur ab actu: idẽ dico de remissione caloris vsq. ad vnũ, si calor aliquis sit in ipso igne, vt in subiecto, nõ in ei materia, per quod patet ad pri.

Conclu.

Ad 1.

Ad 3.

Ad 4.

Diffinitio Arist. de quant. explicatur.

Dubitatur.

Ad 4.

Ad 1.

Ad 3.

Ad 4.

NOTA.

Ad primum, nam naturale minimum diuidetur realiter à quopiam, si iungatur ei aliquid ex vtraque parte.

Ad secundum, dixi de numero, ego enim tantum peto de quantitate continua permanenti.

Tertium, nil vriget, nam homo etiã corruptione moritur, nam corruptibilitas, vel diuisibilitas sunt passionum entium, quorum actus sunt corruptio, & diuisio subiecti.

Ad vltimum, quãuis potentia suo modo reducitur ad actum, tempus enim successiuè fit in actu, quod si Deus id faceret infinitum, nunquam totum esset in actu positum: ita diuisio continuè successiuè reducitur in actum per vnã diuisionem, & aliã, & aliã, idq. potest esse in infinitũ, nunquam tamen positum in actu totum: sed melius vnico verbo Scoti dixit hoc scilicet quod actus diuisibilitatis non est esse diuisam, sed diuidi, diuidi autem potest in infinitum.

Tandem aduerte quantitatem ego re qualitatibus, vt mollitie, &c. vt diuisio realis in actum reducatur naturaliter: & si sumatur largè pro diuisio ne etiã in reali facta, vt dixi, in tempore erit passio omnis quantitatis per se, nec alijs: competet sic diuidi, nisi extensis loco naturaliter ratione quãtitatis.

ARTICVL V.

De mensura, & alijs duabus passionibus.

Non occurrit dicendum aliquid circa æqualitatem, finitum, & infinitum præter ea quæ dicta sunt, solum iure est vt de mensura agamus.

Duplex est quantitas.

Pro quo nota primo ex S. Tho. 1. p. q. 42. art. 1. ad primum duplicem esse

se quantitatem, aliã perfectionis, quæ est maior, vel minor perfectio rei, aliã mollis, de qua noster sermo, cuiusque mensura fit, per quam certificatur de quantitate cuiuscunque rei, duplex necessario erit mensura, alia mollis, alia perfectionis: perfectionis reperitur etiã in spiritibus, de qua loquitur Arist. dicens primum in vnoquoque genere est mensura aliorum, vt homo animalium, albedo colorũ, Deus entium: genus enim sumitur late, vt ambit etiam analogũ, quia quo magis ad illud acceditur, est aliquid perfectius.

Dices quãuis creatura infinitè distat à Deo, ergo nulla magis accedit. Respondetur, quod ex parte extremi finiti datur propriè maior vel minor accessus, vt linea, quo maior est magis accedit ad infinitum, magisq. distat à nihilo. Rursus mensura mollis alia est actiua, qua vtimur ad mensurandum, alia formalis passiuã, quod est esse mensurabile, & hæc est passio quantitatis, modo supra explicato, nã actiua non ei conuenit, vt habet ratione totius, sed partis: vnitate enim vt sumitur vt pars numeri, & vltra supra, vt parte metimur numerum, vel pannum, & de hac Arist. 10 Metaph. tex. 2. & 3. vbi expositores, per huiusque reduplicationem ostenditur, cuius quantitatis sit mensuratum.

Secundo, notandum 3 tunc aliquid mensurare per se aliud, cũ est eo certius in re, cum vero mihi tantum, vt cum mea vna aliam metior, est per accidens mensura actiua: ratio vero primæ mensuræ actiue ex Arist. supra peti, vt sit certissima: si enim est alia certior, illa est prior. Secundo petit vt sit minima in illo genere aliter metiatur eius terit prior, & ex hac proprietate sequitur erit, vt in illo genere debeat esse ir diuisibilis.

Hinc est rationem primæ mensuræ analogicè conuenire mensuræ discretorum

Obiectus. Respondetur.

Nota 2.

CAPVT. VII.

De his que ad aliquid.



LA vero dicuntur ad aliquid, que id quod sunt aliorum esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur: veluti dupli, id quod est cuiuspiam dicitur, duplum enim alicuius scilicet, & maius id quod est, alio dicitur maius: aliquo namq; maius dicitur similiter & cetera, que istiusmodi sunt. Sūt & hac etiam ex hisce que ad aliquid sunt, ut habitus, dispositio, scientia, atq; positio: omnia enim hac id quod sunt aliorum esse, aut ad aliud aliquo alio modo dicuntur: & non aliud quidquam. Habitus enim cuiuspiam habitus, & scientia alicuius scientia, & positio alicuius positio dicitur esse, ceteraque simi modo. Et a ignur sunt ad aliquid, que id quod sunt aliorum esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur: ceu mons magnus ad aliud dicitur: ad aliquid enim mons magnus dicitur. Simile quoque cupiam simile dicitur: & cetera etiam talia ad aliquid eodem modo dicuntur. Sunt autem & recubatio & statio, & sessio, positiones quedam, positiones vero ad aliquid sunt. Recubare autem, aut stare, aut sedere, positiones non sunt: sed à dictis positionibus denominatiue dicuntur.

Tex.

4
Canter.

torum, & continuorum, ex Arist supra labell. & Sonzi, ibi quaest 2. Berl. Soti. 4 & alij, quia tres dictæ conditiones simpliciter conueniunt unitati, quæ in genere numeri indiuisibilis est, vt bene Soro. Nam diuisio numeri est in partes actu discretas, licet unitas continua, in partes continui, continuique diuisione diuisibilis, n̄ estura vero prima continuorum, vt nō est minima in illo genere continuorum, nec est certissima, sed ex supposito ne humana institutionis, vt in grano tritici, quod est prima mensura corporis mollis, & minutum temporis, nam cum hæc habeant partes, medietatis, sunt priores, & illarum medietates, vt minorū secunda, & secundorū tertia, & c. sic ratio primæ mensuræ in illis solum est ad placitum, & ens rationis, ratio vero mensuræ vni uocē conuenit parti continuorum, & discretorum, quia eadem ratione pars vt minor, & ceterior mensurato, mensurat, licet enim hic sūtere, vel facere vltimam mensuram, libram, & c. fuerit ad placitum, realiter tamen, & per se notificant mensuratum, eo ipso quod minores, & vt partes sumuntur, quanquam hæc etiam ratio mensuræ præstantius conuenit unitati, quæ suapte natura est prima mensura.

5
Obijcit.

Dices pars continui mensurat totum, vt habet rationem numeri actu, vel potentia, plures, scilicet partes, & vt ipsa habet rationem unitatis, ergo analogicè dicitur.

Respondetur quod hæc ratio numeri, & unitatis non est aliud quam ipsum continuum, quod partes habet, in quo non pender à numero, cū ergo mensura actiua sit passio partium quantitatis: passiuæ est passio quantitatis, vt totum est, quia facit rem talem, vt possit mensurari.

Tex 2.

Tex. 2. Est autem & contrarietas in hisce que ad aliquid sunt: virtus namque visio contrarium est, quorum vtrumque ad aliquid est, & ignorantia scientia. Non tamen vniuersis contrarietas irrest: duplo namque & dimidio, & similibus, contrarium est nihil.

Tex 3.

Tex. 3. Videntur etiam ea que sunt ad aliquid, & gradus suscipere, vt magis, minusve talia sunt: simile namque & magis, & minus dicitur simile, & dissimile, & equale, & inaequale similiter: quorum vtraque ad aliquid sunt. Quippe cum simile cuidam simile, & dissimile cuidam dissimile, & inaequale cuidam inaequale accatur. Non vniuersa tamen hanc subeunt legem: duplum enim non magis, minusve dicitur duplum, neque quicquam talium ullum.

Tex 4.

Textus 4. Atqui vniuersa que sunt ad aliquid, ad ea dicuntur, que conuertuntur: seruus enim heri dicitur seruus, & herus heri dicitur herus: & duplum dimidij duplum, & dimidium dupli, dimidium dicitur: & in ceteris simili modo, quanquam interdum dictio casu differt. Scientia enim scibilis scientia, & scibile scientia scibile, & sensus sensibilis sensus, & sensibile sensu scibile dicitur. Verum interdum conuersio fieri non videbitur, si ad id ad quod dicitur, non accommodare

fuerit assignatum, sed qui assignat, errauerit: veluti si ala auis fuerit assignata, non conuertitur auis ala: non enim primo accommodate est assignata ala auis: nā non hoc ala ipse dicitur, quo est auis, sed quo est ales, complurium enim, & aliorum ala sunt, qua aues non esse constat. Quare si accommodate fuerit assignata, fiet conuersio sane: veluti ala alitis ala & ales ala est ales. At qui interdum conuersio facere necesse est, si positum nomē ad quod accommodata fuerit assignatio, non fit: ceu si clauus nauigij assignabitur, non accommodata sit assignatio, non enim eo clauus ipse dicitur, quo nauigium est: sunt enim nauigia, quorum unum clauus nō sunt. Sed forsitan accommodatior assignatio fuerit, si clauus clauati clauus, aut aliquo alio simili modo dicatur, nō enim impositum nomen est. Atque conuertitur, si accommodata fuerit assignatio: clauatum enim clauo est clauatum. Idem fuerit & in ceteris modis: veluti caput accommodatius fuerit assignatum, si caput caput, quam si animalis esse dixerimus: non enim eo caput habet quo animal est: complura namque animalium capite vocant. Hoc autem pacto facillime quidpiam eorum nomina sumet, quibus nomina posita non sunt, si à propositis primū vocabus etiā his imponatur nomina, que cum primis conuertuntur, vt in prædictis insuerit licet.

ubi ab ala a'es & à c'auo clauatum assignabatur. Vniuersaigitur ea, que sunt ad aliquid, si accommodate quis reddat, ad ea saneduntur, que conuertuntur. Nam si ad quoduis vniuersumque, & non ad id, ad quod dicitur assignetur, non fit sane conuersio: neque enim quicquam coru, que sine conuersa ad ea dicuntur, que conuertuntur, nomenq. habent, conuertitur: si non ad id quod dicitur, sed ad accidentiū aliquid assignetur. Veluti si seruus nō heri, sed hominis, aut bipedis, aut cuiuspiā similitum fuerit assignatus, non fuerit sane conuersio, non enim accommodata est assignatio. Præterea si accommodate ad id quod dicitur fuerit assignatum, sublatis quidem cæteris omnibus, que sunt accidentia, relicto autem eo solo ad quod est assignatum a eo modo datè, ad illud sane dicitur, ceu si seruus ad herum dicatur: sublatis quidem cæteris vniuersis que accidunt heri, bipede inquam, scientie susceptiuo, hoc homine relicto autem tantummodo heri, seruus ad ipsum semper dicitur: seruus enī heri dicitur seruus. Quod si non accommodare ad id, ad quod tamen dicitur, fuerit assignatum, cæteris quidem sublatis, eo verò, solo relicto, ad quod est assignatū, non a ipso sane dicitur. Assignatus enim sit seruus hominis, a'aque auis, atque ab homine seruus auferatur, non ad hominem

sine seruus dicitur. Nam cūm herus non sit, neque seruus est sane. Similiter & ab aue ales auferatur, non ulterius ala profecto ad aliquid erit: si enim ales non sit, neq. erit ala cuiusquam. Quare quodque assignetur ad id, ad quod tandem dicitur, accommodate, oportet. Atqui si sit quidem positum nomen, facilis assignatio fit: si vero non sit, nomina foriaste ponantur necesse est. Quod si hoc assignentur modo, ea que ad aliquid sunt vniuersa, ad ea sane dicuntur, que conuertuntur, ut patet.

Tex. 5 At vero ea que sunt ad aliquid, simul natura esse videntur: atque in plurimis quidem vera est hæc sententia, in quibusdam autem vera non est. Simul enim duplum est & dimidium: & si est dimidium, duplum est & contra: & si seruus est, herus est etiam, similiter & in cæteris. Quin & mutuo hæc interimunt sese. Nam si duplum non est, dimidium non erit, & si dimidium non est duplum non erit. Idem est & in cæteris modis, que rationis sunt similes. Non tamen in vniuersis que sunt ad aliquid, verū hoc esse videtur, simul in quā natura videntur: scibile naq. scientia prius esse videbitur. Plerūq. n. rerū que antea sunt, scientias nos recipimus: in partibus n. aut nullam repræsentat. scientia fieri quispiā cū scibile simul videbit. Præterea si scibile tollatur, tolli-

tollitur & scientia: scientia vero si tollatur, non tollitur scibile, nā si scibile non sit, scientia non est, nullius enim profectus scientia erit: scientia vero etiam si non sit, scibile esse nihil prohibet: quadrationis enim circuli, & si scibilis est: scientia quidem nondum esse videtur: est autē scibilis ipsa. Præterea animali sublato, scientia quidem animalis non erit, cum cōplura interim qua scibilia sunt animalium existat: sic & in sensu res sese habere videntur, sensibile enim antecedere sensū videtur si sensibile nanque tollatur, tollitur & sensus: at ipsum si sensus auferatur, non tollitur. Sensus enim circa corpus, & in corpore sunt: itaque sensibile sublato, corpus è medio tollitur: est enim & ipsum corpus sensibile, si corpus vero non sit, etiam sensus auferatur. Quare fit, ut secum sensibile sensum auferat. At sensus secum sensibile non tollit: nam si animal tollatur, tollitur quidem sensus, sensibile vero non tollitur. Est enim sensibile corpus, ut calidum, frigidum, dulce, amarum, & cætera omnia que sunt similis generis. Præterea sensus quidē cum sc. fitiuo simul emergit: nam una cum animali, & ipse sensus efficitur. Sensibile autem est & antea, quā sensus sit, ortus est enim ignis, & aqua, cæteraque talia, è quibus animal cōstat, & antea quā sit omnino animal, aut sensus: quare sensibile prius ipso sensu videbitur esse.

Textus. 6. Existit autem hoc loco dubitatio quadam, vtrum nulla substantia dicitur ad aliquid, quemadmodū & videtur: an hoc in aliquibus substantijs secundis contingat, in primis nanque substantijs verum est. Nam neque tota, neque partes ad aliquid sane dicuntur, quidam enim homo non dicitur, cuiusdam quidam homo, neque quidam equus cuiusdam quidam equus. Et itidem in partibus, que iam enim manus non cuiusdam quidam manus, sed cuiusdam dicitur manus, & quoddam caput, non cuiusdam quoddam caput, sed eiusdem dicitur caput. Eadem & in pluribus secundis substantijs dici possunt, homo nanque non cuiusdam dicitur homo, nec equus cuius dicitur equus, nec lignum cuius dicitur lignum, sed alicuius possessio dicitur. Talia igitur patet non ad aliquid esse. In quibusdam autem secundarum substantiarū est dubitatio: caput enim cuius dicitur caput, & manus cuius dicitur manus, & vniuersumque tale eodem modo dicitur: quare hæc videbuntur ad aliquid esse.

Textus. 7 Si igitur eorum que sunt ad aliquid definitio est assignata, aut omnino est difficile, aut impossibile, nullam substantiam ad aliquid esse ostendere: si vero non sufficienter est assignata, sed ea sunt ad aliquid, quorum esse idem est eis, quod est ad aliquid

aliquo modo se habere, fortasse ad hac aliquid dici potest.

Text. 3.

Text. 3. Prior autem definitio sequitur quidem ea, que sunt ad aliquid, omnia: non tamen idem est, propterea quod ipsorum ad aliquid esse est, id quod sunt aliorum esse dici. Ex his igitur patet, si quispiam aliquid eorum, que sunt ad aliquid, definite scit, simul id quod ad aliud dicitur, definite scit. Hoc autem patet quidem ex his ipsis. Nam si scit quispiam hoc aliquid esse: est autem eorum que sunt ad aliquid esse, idem ei quod est ad aliquid aliquo modo sese habere: & illud profecto sciet ad quod hoc aliquo modo se habet. Si enim nescit omnino id, ad quod hoc al quo modo se habet, neque si ad aliquid hoc modo se habet, sciet. Patet autem & ex singulis: nam si quispiam hoc scit definite duplum esse, & id cuius duplum est, continuo definite scit. Nã si nullus definite duplum scit aliud esse, neque si est duplum omnino sciet: similiter & hoc si scit præstabilis esse, & quo præstabilis est definite, ob hac eadem ipsum scire necesse est. Nec indefinite sciet, hoc præstabilis esse deteriori: hac enim opinatio est, non scientia. Nõ enim ex alte iam deteriori præstabilis esse sciet: nam si forte sic accidit, nihil est deterius ipso. Quare patet necessarium esse, ut quicquid eorum que sunt ad aliquid quispiam definite sciat, & videm

ad quod illud dicitur, ut sciat.

Text. 9.

Text. 9. Fit autem ut caput & manus, & quacunque talium que substantia sunt, id quod est ipsum de finite sciatur: at non sit necessario, ut id ad quod definite sciatur. Cuius enim hoc caput, aut cuius est manus, non sit ut definite sciatur. Quare hæc non ad aliquid erunt. Quod si hæc nõ sunt ad aliquid, vere dicere licet nullã substantiã ad aliquid esse. Difficile autem est fortasse, de talibus vehementer asserere eum, qui non persepe cogitationem in his posuerit, circa tamen unumquodque ipsorum non est inutile dubitare.

Summa Textus.

IN quo tria facit: primo, ponit anti- quam definitionem: secundo, qua- tuor proprietates, que eam conse- quantur: tertio, ponit iam definitio- nem alia reiecta modo est. Definitio erat ad aliquid talia dicitur, quæ- cunque hoc ipsum, quod sunt aliorum est: dicuntur, vel quomodo libet ali- ter ad aliud, maius enim hoc ipsum quod est, ad minus dicitur & duplum ad dimidium, & secundum eam defi- nitionem, oñtio, sensus, habitus, ita- tio, & sensio ad aliquid erunt.

Prima proprietates relatiuorum est habere contraria, ut scientia igno- rantiam: secunda, suscipere magis, & minus, ut æquale vnum est magis æquale, & vnum simile, &c. tertia, dici ad conuertentiam, nam pater est filij pater, &c. ad quod etiam de- nuo fiat nomen, curandum tamen ut sit proprium, & ad æquatum cor- relatio, cuius signum erit si omni- bus

bus alijs destructis termino assignato manente, dicantur ad conuertentiam ut remi remigatum, non inuis, ala est alati, non auis: quarta, proprieas est esse simul natura, que ut prima & secunda non omnibus conuenit, nã duplum & subduplum, non habent co- trarium, nec suscipiunt magis & mi- nus, nec scientia, & sensibile, sensus & sensibile sunt simul natura.

In tertia parte facit argumentum, quia partes secundarum substantiarum videntur esse ad aliquid, caput enim alicuius est caput, quod solui- tur si ad aliquid fiat, quorum totum esse est ad aliud, quæ definitio est Ari- stot. ex qua inferri non posse vnum relatiuum definite cognosci, quin de- finite aliud cognoscatur.

Annotationes circa literam.

1 Cur pri- de ijs que ad aliquid qualita-

Q Vamplurimæ essent ratio- nes 1 ob quas prius de qua- litate esset agendum, ut fa- cit Aristoteles in Metaphy- sic. & Archytas, & Aristotel. 5. Me- taphysic. nam qualitas fundat rela- tionem, & consequenter prior, & perfectior est, quod rem in se perfi- cit, ut qualitas, quanquam in ordi- ne ad aliud, ut relatio, tamẽt Ca- terus, Caietanus, Hammo. Villalp. hic dicunt, quia capite, de quantitate meminerat relations, dum de ma- gno, & paruo agebat, statim voluit, quid e' et declarare, ut de quantitate etiam egit, quia cap. de substantia eius meminerat.

2 Canter. Villalp.

hic dicunt, quia capite, de quantitate meminerat relations, dum de ma- gno, & paruo agebat, statim voluit, quid e' et declarare, ut de quantitate etiam egit, quia cap. de substantia eius meminerat.

3 Tolet. & Fous,

Secundo, 3 respondent Nouitij ex Simpl. Porphy. & Boet. quia scilicet aliqua relatio præcedit qualita- tem. V. g. magnum & paruum, quæ in quantitate fundantur immediate, sed etiam vno angelo existente, tunc

aliqua qualitas præcedet relationem, sed adhuc relatio fundata in substan- tia angeli ad Deum præcedet, & prior est omni quantitate, sed etiam est prior omni quantitate, vnã bona est pri- ma solutio.

4 Dub. 2.

Dubitarur secundo, 4 cur in plu- rali dictum est relatiua, & non relati- uum? Boet. Andron & Arrenod. de- ficiunt in singulari, & ita bene Soto plurale dicitur pro singulari, quod etiam in sacra Scriptura frequenter fit. Secundo, ut dicunt Recentiores ad insinuandum relationem requirere, non tantum subiectum, sed etiam ter- minum, in particula autem, quacun- que, & talia, mysterium quod non est reperit Carer.

5 Dub. 3.

Dubitarur tertio, 3 cur caput di- citur alicuius caput, & hoc caput nõ dicitur huius caput, cum hoc caput intrinsecè sit pars huius subiecti? M. Soto respondet dupliciter, neutra placet, melius Caietan. & alij. cap. de quantitate, ubi Arist. q. genus scientiæ facit relatiuum, & non species (estq; solutio melius postea intelligenda) ex modo q; significadi in vno nomine cõ notari relationem, non in alio ex me- ra impositione ad placitum, non quia in re maior sit ordo: acceditque q; ca- put hoc animalis corpore recto) na- vt videri possit, nesciat tunc hoc animal, tamen esse animal sciat.

6 Dub. 4.

Dubitarur quarto 6 quid sit de- finite cognoscere relatiua? Sanctus Thomas, Auerroes, & Albertus, definite cognoscere dicunt esse cog- noscere definitione quiddam: Recentiores & Boet. determina- tẽ & speciatim cognoscere, ita vt non tantum si scitur esse duplum, sciat subduplum, sed si sciat ur octo esse duplum, sciat esse ad quatuor. Caietan. hic tribuit aliam Boet. quod si vnum relatiuum scia- tur existere, sciat esse & reliquum quauis est bona, placet secunda.

QVAESTIO. I.
De essentia & passionibus
relationis.

Dispositur. q.

Quanuis res ista difficilis sit & intellectu & explicatu, opimos tamen fructus affert precipue Theologo, quos facile capiet si attentione qua infra ponatur ruminauerit: sunt autem ista octo precipue. 1. primū, si relatio sit ens reale & vniuersale; 2. secundū, si omnis relatio sit in hoc genere: 3. tertio, determinatio relationis: 4. quartū, si vnū relatiuum per aliud definitur: 5. quintū, si realis requiratur terminum reale: 6. sextū, si realiter à suo fundamento distinguatur: 7. septimū, de specie & indiuiduatione relationis: 8. vltimū, de proprietatibus relationis.

ARTICVL. I.

An relatio sit ens reale, & vnum?

Prima sententia 2 negat, ita Aureo. vt refert Grego. 1. d. 2. q. 1. fuitque antiquorum ante Aristot. & Plato. & adscribitur Zenoni. Probatur, quia relatio est duorum comparatio: hæc autem solum est per intellectum.

Secundo quia relatio vt sic non est per se, nec in alio, sed ad aliud, ergo nec substantia, nec accidens, & consequenter nihil.

Secunda sententia, Nominal. 3 qui referunt ad voces relationē & Occan, vt refert Grego. Probatur, quia in re non est ordo vnus albi ad aliud: ergo tantum est connotatio alterius extremi, quādo vnū significatur, quæ est in voce.

Secundo, quia omnis entitas potest intelligi alia non intellecta, sed relatio non: ergo solum est in voce.

Tertia sententia 4 dicit relationē esse denominationem ab extrinseco, quæ videtur Durand. & male tribuitur Iabe. & Herbeo, & Grego. nam pater denominatur à praterito actu generandi, & simile ab altero simili.

Vltima sententia Durand. 1. d. 30. ad secundum. Iabe. 2. d. 1. q. 1. 5 ad prædicamentalem relationem non requiri vnā formalitatem, sed dicere vnā rem cum alia. Probatur, quia similitudo in re tantum videtur esse duas albedines, & concipi aliquid vt simile est concipi cum albedine cōnotando aliud album existere.

Prima conclusio, hæc relatio non est denominatio ab extrinseco, sed in eo est, qui refertur. Probatur ex Sancto Tho. 5. Metaphys. lectio. 9. & omnibus dum ponunt sufficientiā prædicamentorum, qui dicunt relationē inesse subiecto in ordine ad aliud: ergo in eo est qui refertur.

Confirmatur, quia intelligi cum sit à perfectissimo actu est perfectissima denominatio, & est ens rationis, ergo si relatio est extrinseca denominatio ab albedine. V. g. vel est ens rationis & hoc non: vel ens reale est minus perfectum ente rationis: siquidem sæpè ista relatio est denominatio ab imperfectiori forma per te. **Confirmatur** secundū, quia si pater denominatur à filio, & æquale ab alio æquali, dominus à seruo, ergo est in extremis illis æqualitas, paternitas & denominatio. à quibus extrinsecè diceretur pater, &c. **Tertio**, quia relatio habet realitatem sui fundamenti, vt dicitur: ergo non est extrinseca denominatio.

Secunda conclusio, relatio formaliter non est extrema relationis. Probatur, quia similitudo. V. g. duæ albedines, erit ens per accidens, maxime

Secundo

4 sententia

Vlt. sent.

1. concl. Relatio nō est de nominatione ab extrinseco

Confirm.

Confirm.

2. concl.

Relatio non est extrema relationis. Probatur, quia cum non sumantur in ratione numeri, sed hoc est falsum: ergo. **Secundo**, per consequens non ponitur relatio in distincto prædicamento sed vt duo indiuidua in specie qualitates: ergo. **Tertio**, quia licet voce argatur est numerus albedinum existentium.

Confirmatur, quia duo habere albedinem, ratio est fundandi relationem similitudinis, quod alij explicant nomine vnitatis formalis, ergo illud nō est relatio, quia hæc supponit rationem fundandi: Tandem quia connotatio alterius si sit sola voce nequit esse in re nisi connotatum sit terminus aliquid, quod nequit esse, nisi significatum in re, ad illud ordinatur, & hoc est habere relationem, quæ est ordo ad terminum.

Tertia conclusio, pro decisione (quanquam quæritur forte est de nomine, num relatio prædicamentalis, sit realis, vt ex eius natura patebit) verè tamen ait communis sententia, esse ens reale, ita Plato, Aristot. & omnes. Probatur, quia scientia realis, vt Arithmetica, & Geometria considerant proportionem figurarum, & numerorum, quæ vel semper, vel sæpè sunt relationes reales: ergo est ens reale. Hæc tamen ratio non vrget multum, nam Logica, vt habetur in questionibus præambulis, ens est reale, at ens rationis considerat: secundū, relationis est verum prædicamentum, diuisum autem in prædicamento est ens reale, ergo est ens reale. **Tertio**, quia fides docuit in diuinis esse reales relationes: paternitatem, &c. ergo in humanis erunt reales relationes, licet ibi sit ratio magis vrgens, quia ex diuinitatis fecunditate necessarium est esse actu patrem, & filium, nō in creaturis: alias rationes habent Expositio res. 1. p. q. 28. art. 1.

Relatio non est comparatio, est tamen ordo. Probatur, quia cum non est comparatio, sed ordo, conuenientia, & vinculum

lum duorum alborum vel patris, & filij, vel magis & parui.

Ad secundum, relatio est in subiecto, quod ordinat ad aliud, quantitas vero non ordinat ad aliud.

Ad primum, secundæ sententiæ etiam ante voces esse in re relationem, res enim suapte natura conceptibilis est in ordine ad aliud, cum qua conuenientiam habet, quæ est relatio.

Ad secundum, antecedens est plusquam falsum, nam nec scientia sine subiecto, nec forma sine materia, & sic nec relatio sine termino valet intelligi.

Ad argumenta aliarum sententiarum respon. similitudinem tunc concipi, cum intelligitur vnū, vt conueniens alteri, tale scilicet, quale illud quod habet in re, vt paternitas vinculum est, & ordo, quem habet pater ad prolem, hoc ipso, quod genuit.

ARTICVL. II.

An omnis relatio sit in hoc prædicamento?

Sapienter satis & eruditè difficultatem hanc M. zumel. 1. p. q. 28. art. 2. tractat, & absoluit, nos tamen breuiter.

Prima sententia 1 quam refert M. Soto. q. 1. omnia relatiua etiam secundum dici (realia tamen) collocari in hoc prædicamento. Probatur, quia hoc prædicamentum est, vt in eo ponatur omnes relationes reales creaturæ: diuina enim vt sunt ipse Deus, rationibus supra assignatis, non ponuntur in aliquo genere: ergo hic ponuntur omnia.

Secundo, nam definitio Aristotelis, & antiquorum tantum differt, quod illa antiquorum ait, quæ dicuntur, &c. Aristot. verò ait quæ sunt, non dicuntur autem nisi quæ sunt, & voce:

Ad. 1.

Ad. 2.

Prob. 1.

Arg. 2.

de dici, pro voce esse, & p. vutur Arist. ergo omnia ponuntur.

2. Secunda sententia est aliorum dicentium nullum relatum secundum dici, uno nec omnia secundum esse hic ponit. Probat. nam ex Aristo. y. Metaphy. predicamentalis relatio fundatur, vel in quantitate, actione, & passione, vel mensura, ergo quae fundatur in substantia, vel consequitur omnens, vt identitas specifica, vel distinctio, non ponuntur hic: ergo non omnia secundum esse ponuntur.

3. Tertia sententia est aliorum, & asseritur S. Thoma. 1. q. 28. ar. 1. & alibi, vt est in eius tabula, videtur asserere hoc predicamentum, vt sic non dicere realitatem: idem de relatione cum S. Tho. ait Capreo. Sorz. 4. Metaphy. q. 6. & videtur M. zamel. 1. p. q. 23. art. 1. concl. 2. & Ferr. 4. cōtra gentes. c. 24. Probat, nam relatio dicit esse, aut non esse, in sua informalitate, vt sic: ergo non est ens reale, sed quid commune utriusque.

4. Pro intelligētia, notandū ex 4 S. Thoma. de potentia. q. 7. ar. 10. ad. 11. & 1. p. q. 13. ar. 7. ad. 1. quod relatiua alia sunt secundū esse, alia secundū dici, quae distinctio ortū habuit ex definitionibus Antiquorū, & Arist. relatiua secundū esse sunt ipsae relationes eū rationis, & eorū nomina, vt simile, vel similitudo, &c. at relatiua secundū dici sunt res absolutae, vt significantur nomine connotante relationem, vt etiā ait Caiet. in fine. c. de qualitate: si enim non requireretur cōnotatio in nomine, omnia essent relatiua secundum dici, cū ad omnia consequantur relationes.

5. Secundū notandū 7 relationes secundū esse alias esse transcendentis alias prae dicamentales, hae, si prae dicamentales sunt huius prae dicamentis, illae verō, si transcendentales etiā aliorum, cum omnia accidentia ad substantiā, & substantia ad Deum intrin-

secum dicant ordinē transcendentem de differentia verō eorū Caiet. de ente. c. 7. & alij. Et quidē primō differūt quod prae dicamentales respiciunt terminū, per se vt terminū, transcendentis verō nō vt purē terminū, sed vt causam sui esse, vel effectū: obiectum enim suo modo est causa scientia, vel potentia, vt dicitur, nam suat in rerū natura aliqua entia intrinsecē ad aliud ordinata, vt accidentia ad perfectionem substantia, scientia, & potentia ad actus, quibus medijs obiecta respiciunt, & huiusmodi dicuntur relatiua transcendentia, quae sunt propter faciendū, cognoscendū, vel perficiendū aliud: quod aliqui dicunt transcēdētes relationes nō petere existentiā termini, vt prae dicamentales videtur falsum, cū visio ita petat obiectū existēs, vt secundū multos etiam per Deipotentia sine existētia obiecti: nō possit esse, & tamē est relatio transcēdēs: itē actio & passio saltem petunt actū, virtutē agentis: si enim generatio nō petat esse, qua est terminus actio nis, & non actio, vt patet in suo loco. Praeterea cōseruatio passiva à Deo, petit terminum in actu, scilicet Deū, & tamen est transcēdēs: verū est tamē nihil prae dicamentale relationem, multatq; transcēdēs esse sine existētia termini, vt scientia, potentia, &c.

6. Secūdo differūt 7, quod transcēdēs nō petit fundamentū, cū ipsa substantia creatura sit relatio ad Deū, & potentia ad actum: prae dicamentalis verō vt similitudo, petit aliquod fundamentū, de quo infra: & hinc est vt in relationibus rationis, quae se habent vt transcēdēs ex. c. 4. q. & ar. 1. vt videri, intelligi: quia quod sumitur vt terminus est causa formalis denominationis (visio scilicet actiua est, qua formaliter licet extrinsecē dicitur aliquid, videri) in his in quā frustra queritur fundamentū: nam ipsum fundamentū antequā actu intelligatur large tantū dicitur

6. Differentia inter has relationes quadruplex: prima, relatio prae dicamentalis respicit terminū per se vt terminū, transcēdēs verō nō.

7. Relatio transcēdēs non petit fundamentum, cū ipsa substantia creatura sit relatio ad Deū, & potentia ad actum: prae dicamentalis verō vt similitudo, petit aliquod fundamentum, de quo infra: & hinc est vt in relationibus rationis, quae se habent vt transcēdēs ex. c. 4. q. & ar. 1. vt videri, intelligi: quia quod sumitur vt terminus est causa formalis denominationis (visio scilicet actiua est, qua formaliter licet extrinsecē dicitur aliquid, videri) in his in quā frustra queritur fundamentum: nam ipsum fundamentum antequā actu intelligatur large tantū dicitur

8. Relatio transcēdēs non petit fundamentum, cū ipsa substantia creatura sit relatio ad Deū, & potentia ad actum: prae dicamentalis verō vt similitudo, petit aliquod fundamentum, de quo infra: & hinc est vt in relationibus rationis, quae se habent vt transcēdēs ex. c. 4. q. & ar. 1. vt videri, intelligi: quia quod sumitur vt terminus est causa formalis denominationis (visio scilicet actiua est, qua formaliter licet extrinsecē dicitur aliquid, videri) in his in quā frustra queritur fundamentum: nam ipsum fundamentum antequā actu intelligatur large tantū dicitur

9. Relatio transcēdēs non petit fundamentum, cū ipsa substantia creatura sit relatio ad Deū, & potentia ad actum: prae dicamentalis verō vt similitudo, petit aliquod fundamentum, de quo infra: & hinc est vt in relationibus rationis, quae se habent vt transcēdēs ex. c. 4. q. & ar. 1. vt videri, intelligi: quia quod sumitur vt terminus est causa formalis denominationis (visio scilicet actiua est, qua formaliter licet extrinsecē dicitur aliquid, videri) in his in quā frustra queritur fundamentum: nam ipsum fundamentum antequā actu intelligatur large tantū dicitur

10. Relatio transcēdēs non petit fundamentum, cū ipsa substantia creatura sit relatio ad Deū, & potentia ad actum: prae dicamentalis verō vt similitudo, petit aliquod fundamentum, de quo infra: & hinc est vt in relationibus rationis, quae se habent vt transcēdēs ex. c. 4. q. & ar. 1. vt videri, intelligi: quia quod sumitur vt terminus est causa formalis denominationis (visio scilicet actiua est, qua formaliter licet extrinsecē dicitur aliquid, videri) in his in quā frustra queritur fundamentum: nam ipsum fundamentum antequā actu intelligatur large tantū dicitur

tur fundamentū, cum nil sit actu tūc, & quādo intelligitur sit formalis: mē ipsa relatio, potuitq; est res in potentia, vide quē dixi maxime. c. de genere. ar. Vtū generatus sit vna specie ima relationis tamen generis, & speciei, quae se habent vt prae dicamentales seu vt pure terminum respicientes datur fundamentum.

11. Tertiō differūt 8 quia relatio transcēdēs nō petit ext. cū vt distinctū ab ipsa relatione: scilicet scientia Dei, vt sic est intrinsecē relatiua transcēdēs ad suū obiectū, quod principaliter est ipse Deus, & eius voluntas, & intellēctus referitur ad suos actus: idē re cū eis: relatio verō prae dicamentalis petit terminum re distinctum ab ipsa.

12. Quāto differūt, quod relatio transcēdēs potest esse etiam ad ens rationis, vt cognitio ad chimæram est. Prae dicamentalis verō petit terminū actū, nedum possibilem.

13. Dices tamē circa 1. differentia: primō quomodo filius respiciat patrem vt causam, relatione per se: prae dicamentalis, & pater finem vt effectum.

14. Respōd. Petrus. V. g. causa est sui filij, non tamen eius paternitas, nec filiatio est genita à patre, sed est ordo ad patrem, vt causam substantia filij, licet ipsa relatio ex suppositione patris viui, consequatur.

15. Dices secundō, albedo existens habet eū albedine possibili conuenientia in essentia, & videtur eā respicere, vt purē terminū: ergo prae dicamentalis est ad non existens. Respōdetur, cū albedo possibilis secluso in intellectu nil sit, non habet eū eo albedo existēs conuenientia realē: sed intelligitur relatio realis conuenientia, quam habebit, cum vt aequē existat, vt autem intelligatur non oportet, vt sit in re.

16. Tertiō, dices, bonā esse differentia reiectā in prima differentia, quia latius est, quod terminus relationis transcēdēntialis, possit existere non existente

relatione: est terminus dissimilitudinis. V. g. nigredo, vt obiectū, color, quod terminat relationē eā prae dicamentale, visio is intuitus, postulantia est: sine relatiua, & alij multi termini relationis prae dicamentalis. Resp. Et ad uertē, idē relatiua prae dicamentalis nō se habet per terminū, sed ad terminum, quia per, ex albe. notat causalitatem, nec requiritur propriē causa ad relationes transcēdētes, sed fat est qd relatio respiciat subiectū, quo pacto materia respicitur ab animo nostra.

17. Vtū o. advertendū relationē alia esse realē, quae rei in se actu cōuenit, aliam rationis, quae dicitur extrinsecā denominationis, quia est prae dicatum, quod rei verē non inest, sed vt columna ab extrinsecā in manu hominis, dicitur dextra, & intelligi ab extrinsecā intellectu, & alia, quae sunt vt transcēdēs relationes, quae verō vt prae dicamentales, vt relatio generis, speciei, &c. dicitur extrinsecē denominationes, quia rei nō cōueniunt in suo esse, sed in esse extrinsecō, obiecti nō quia vniuersale. V. g. propriē sit denominatio à cognitione extrinsecā, nam cognitio possit dicitur extrinsecē vniuersalis, non à suo modo reali, sed quia cognitū est multiplicabile, quāquā cognitio sit, vt causa, qua actuali ponitur in tali statu: relatio tamē vniuersalis immediatē propriē sumpta est ad inferiora, ad quae desinitur, prae dicabilitas verō meo actu intellectus, imō neg, à termino est promē denominatio, licet la ge sic dicatur vt à nobis in vniuersalibus, quia est ad terminū, nā vniuersalitas, specietas. V. g. nō est in indiuiduis ab ea tamē denominatur vniuersale.

18. Prima cōclusio, 16 relatio rationis nō ponitur in hoc prae dicamēto, quia diu. sum. ex. 5. Metaph. est ens reale, & per cōsequēs etiā relatio prae dicamentalis, de qua intrinsecē prae dicatur, vt sic, est ens reale, ergo relatio, &c.

Relatiua prae dicamentalis nō definitur per terminum, sed ad terminū. Nota. Relatio alia realis, alia rationis.

Relatio rationis nō ponitur in hoc prae dicamēto meo

17 Relatio transcendens hic ponitur, quia sic omnia accidentia, quæ ad substantiam & substantia, quæ ad Deum, intrinsecum habent ordinem, hic ponentur, id tamen non potest stare, quia ex dictis substantiæ, & accidenti non datur genus: ergo.

18 Non ponuntur hic relatiua secundum dici. Probat bene M. Soto, quia aliter desinere retur prædicamentorum distinctio, cum multæ qualitates, sint relatiua secundum dici, vt scientia, magnus habitus, &c. vt ait Hammon. cum cōmuni maxime Neothericorū, nec dissentiant Boet. Simpl. Albert. Venet. secundario poentes hic relatiua secundum dici, ratione connotatæ relationis, quia id tantum est poni relationem secundum esse.

19 Solum ponuntur relatiua secundum esse. Restat 19 ergo, quod solum ponuntur relationes secundum esse ad purè terminum, quibus conuenit definitio Aristot. vbi per esse intelligit verum, & reale.

Ad primū primæ sententiæ dicendū, q̄ potius distinctio prædicamentorū petit, vt hæc solæ relationes secundum esse ponantur ex dictis, vnde nego an accedens.

Ad secundum, si per particulam dici intelligat esse, non est mala definitio, nec dissentit ab Aristot. sed id non explicuit, imò addit, vel quomodo habet dici ad aliud: vera autem relatio intrinsecè, & per se est aliud.

Ad rationem secundæ sententiæ bene M. Zamel. 1. p. q. 23. art. 2. dicit nullū esse argumentū per negationē textus: non enim sequitur Aristot. non potuit in hoc prædicamento relationes fundatas in immediatē in substantia, ergo non ponuntur: qualiter autem fundentur relationes immediatē in substantia, & quomodo non dicant formaliter substantiam, vt bene & late dicam questione sequenti, vnde cū

illa relationes vniocè conueniant cum istis, hic ponuntur, quod verò nō fit contra Aristot. ostendam agens de fundamentis relationum.

Ad argumentum allatum pro Sancto Thom. respondetur, vt bene explicat Neothericus. 1. d. 32. q. 1. art. 3. Notab. 4. & alij Thomistæ q̄ tantū vult, nomē^o relationis conuenire propriè relationibus rationis, non verò nomen quantitatis, substantiæ, esseque essentialiter, licet diminuta entitas relationum: non verò negat rationē huius prædicamenti, formalissimè esse ens reale, & fauet Ferr. vbi supra, esse ad, vt etiam dicitur de relationibus rationis vocari proprium huius prædicamenti, vt distinguitur ab alijs nouem prædicamentis, licet sit commune analogæ attributionis enti rationis & reali, vt dixi supra.

10 Notatione proprie conuenit relationibus rationis.

ARTICVL. III.

An relatio terminetur ad relatiuum, vel ad absolutum?

Vt intelligas opiniones, sensumque questionis. Aduerte quod tunc dicitur relatio mutua, quādo duo extrema habent relationem, vt duo similia, non mutua, quando vnū tantū habet vt scientia ad scibile, non è contra, nuncque voco absolutum, quod non est relatio.

Prima sententia² Caiet. 1. p. q. 13. art. 7. alij dicunt omnes relationes terminari ad esse relatiuum, reale vel rationis: patet, nam si relatio creaturæ est ad Deum in esse absoluto, cū sic nequeat ab vili creatura perfectè cognosci non poterit etiam perfectè cognosci relatio: ergo ad relatiuum terminatur.

Secunda sententia Ferr. 2. contra gentes. c. 11. Niph. 5. Metaphys. q. 14.

1 Quando relatio dicitur mutua vel non mutua.

5 Quando res cōcipitur vt terminus relationis, necessario habet relationem rationis, quæ est denominatio ab extrinsecò. Patet, nam videri (quod est esse terminū visionis) est circa ipsum versari visio nem, & ob id dicitur extrinsecè denominari, ita esse ad id relationē, quod eū esse relationis terminum, dicit similem denominationem extrinsecā, hoc tantum vult S. Tho. 2. contra gentes. c. 11. vbi etiam hoc ait Ferr. 1. d. q. 3. & 1. p. q. 13. art. 7. vbi satis late M. Zamel per duas conclusiones conatur probare terminum relationis esse relationem, sed solum hoc concludit, neque eius argumeta magnum facessent negotium, nec hoc negat Scot.

6 Omnis Relatio terminatur ad id in quo est si in absoluto ad absolutum, si in respectu ad esse et uum.

tribuitque Boet. Porphy. & Aristot. relationes mutuas terminari ad relationem, ita etiam Expositores. 1. p. q. 28. vbi supra, non mutuas vero ad absolutum terminari, de secunda parte infra. Prima probatur, nam Aristot. hic docet relatiua dici ad conuertiendā, mutua, scilicet, & inquit subdens, manente dominio, licet alia auferantur terminari ad dominum relationē ferunt, ergo terminat relationem in ratione relatiua domini, & ita omnes dicunt terminari ad relatiuum, ergo.

Tertia sententia Scoti. 1. d. 30. q. 2. dicit omnes has relationes terminari ad absolutum, insuit R. Soto satis. c. de specie, & hoc licet repudē, sed vt formalius loquamur.

Sit prima conclusio³ si res concipiatur vt terminus relationis, necessario habet relationem rationis, quæ est denominatio ab extrinsecò. Patet, nam videri (quod est esse terminū visionis) est circa ipsum versari visio nem, & ob id dicitur extrinsecè denominari, ita esse ad id relationē, quod eū esse relationis terminum, dicit similem denominationem extrinsecā, hoc tantum vult S. Tho. 2. contra gentes. c. 11. vbi etiam hoc ait Ferr. 1. d. q. 3. & 1. p. q. 13. art. 7. vbi satis late M. Zamel per duas conclusiones conatur probare terminum relationis esse relationem, sed solum hoc concludit, neque eius argumeta magnum facessent negotium, nec hoc negat Scot.

Secunda conclusio⁶ relatio etiam rationis, vel transcendens mutua, vel non mutua ad id terminatur, in quo est relatio siue absolutum, siue relatiuum sit. V. g. similitudo duorum alborum, terminatur ad albedinem, si vero duarum relationum sit relatio, terminatur ad relationem. Probat primò, quia albedo, V. g. necessario relatione dissimilitudinis refertur ad nigredinem: si esset ad dissimilitu-

dinem nigri, vtraque relatio dissimilitudinis esset similis vt vnus speciei. Confirmatur, nam si diuersitas specifica terminatur ad oppositam relationem, illa relatio eiusdem speciei est: ergo ad naturam. V. g. equi distinctā specie ab homine debet terminari: ergo terminatur ad id in quo est.

Secundo probatur ad id terminatur relatio, quod respicit, sed hoc sæpe est absolutum, ergo sæpe terminatur ad absolutum: minor patet. primo quia nec Petrus respicit paternitatem sui patris, hæc enim non eum genuit, ergo. Secundo, scientia, aut potentia non respicit relationem obiecti, sed entitatem, quam cognoscit, eiusque proprietates considerat, ergo. Tertio relatio creaturæ ad suam auctorem, non respicit relationem rationis in Deo, hæc enim non eam creauit: ergo. Quarto, nec relatio generis, aut sui personis est ad relationes speciei subijcibilis, sed ad specificas naturas: de quibus dicitur, & est superioris generis, non tamen de relatione speciei subijcibilis: ergo. Quinto, similitudo, vt sit ad formam est, in qua est similitudo, ergo. Sexto, duplum non est quantitas ad relationem subdupli, sed ad quantitatem, quæ est subiecto apta: ergo relatio sæpe terminatur ad absolutum: & quoduis horum exemplum est efficax argumentum.

Tertio probatur, & est ratio Scoti, sine vilo opere intellectus, scientia, & potentia respiciunt obiectū suum, non existente relatione transcendente, ergo cum tunc sit actu relatio rationis, terminatur ad obiectum possibile: hæc tamen ratio inspicitur in relatione scientiæ habitu alis de chingra, vel alijs entibus rationis, quibus sufficit ad terminandum illud esse fundamentale possibile.

Vnde confirmatur, quod scientia ad obiectū, vt existēs, & potētia habet relationē prædicamentale: ergo termi-

Probat- tur multipliciter conclusio.

nus non est illa extrinseca denomina-
tio rationis, qui a petu terminu realē.

Quarto & vltimo, quia illa denomi-
natio posterior est natura relatiua
entitate scientia, cum sit denomina-
tio ab ea, ergo rō sic terminat illam,
& hoc est efficax argumentum.

Hinc est, relationem patris aeterni
ad filium, terminari ad relationem fi-
lij, quia haec constituit filium in esse
personae, quae genita est.

Ad primū respōdetur, satis est vt en-
titas finita relationis creatorum co-
gnoscatur exacte cognoscere Deū in
ratione finita, scilicet auctorem na-
turae, licet non comprehendatur, quia
est infinitus.

Sol. arg.

Ad rationem secundae sententiae di-
cendum, dici relatiua ad conuertenti-
am, quia cum mea similitudo exi-
gat. V.g. albedinem alterius similis il-
la posita, vtraque albedo, & nō mea tū-
tum dicitur ad alteram, Arist. autē be-
ne ait, quod d huius quod est esse domi-
num accidit, quod sit homo, vel rīū
bilis, Deus enim vt sic hominis est, vt
de correlatiuum assignandum est ser-
uo conuertibile, scilicet dominus vel
herus, non quia relatio domini termi-
net relationem serui, cum non respi-
ciat seruus relationem domini, quae
plerūq; est rationis (de quo infra) sed
quia concretū illud dicitur de omni-
bus, & solis relatiuis serui, & c. idē de
alijs relatiuis & correlatiuis dicēdū est

ARTICV. IIII.

An vnum relatiuum definiatur
per aliud?

1
Opinio
Antiq.
2
Pars ne-
ga. sua-
detur.

N Iphus. 5. Metaphy. q. 16. assert
Antiquos Boet. Simpl. dicentes
terminum esse de conceptu quiddi-
tatiuo relatiui aliter Iuniores loquū-
tur: sed quia quaestio est de nomine,
contra omnes. Prius arguitur, nam
si vnū relatiuum in ordine ad aliud de

bet intelligi, ergo vel notius, & hoc
notū, quia cu ipsium lesionetur per op-
positum cor relatiuum per ignotius defi-
nietur, quod si non est notius, definitio
datur per ignotius cōtra leges om-
nes definitionis, & consequenter vnū
relatiuum non definitur per alterū: gō
terminus nō est de cōceptu relatiui.

Secundō, ex. 2. Topi. c. 2 loco nomi-
nis positi in definitione, licet ponere
eius definitionem. V.g. animalis loco,
viuēs sensibilo: sed si vnū relatiuum per
alterū definitur, & hoc fiat commit-
teretur nugatio, nam in definitione fi-
lij, scilicet respiciens patrem, si ponatur
definitio patris, sic filius est respici-
ens respicientem filium, definitio
intrabit definitionem, & ergo vnū re-
latiuum non definitur per aliud.

Cōfirmatur quoque pars qualibet defi-
nitionis predicatur de definito: ergo
vnum relatiuum predicabitur de alio,
à quo realiter distinguitur quod est
absurdum.

Notandum primō bene admonere
Alber. relatiuum defini ad aliud nō
per aliud, quia particula, per notat (vt
dictum est) modum causalitatis.

Secundō sciendum, qd cum defini-
tio sit explicatio essentiae, consequen-
ter, id, quod in sua essentia non ordi-
natur ad aliud, nō definitur ad aliud,
quod vero ordinatur bene definitur
ad illud, illudq; dici additamentum
definitionis, quod est extrinsecum es-
sentiae definiti: quibus positus sit.

Prima conclusio, 3 terminus non
est de essentia relationis: & hoc volūt
Iuniores, & communis sententia, pa-
ter, quia terminus distinguitur re à re-
latione, ergo non est de essentia rela-
tionis. Adde secundō, quia non prædi-
catur de ea, nec est pars eam compo-
nens, sed tantū terminus, ergo ter-
minus non est de essentia relationis.

Secunda concl. 4 terminus est de de-
finitione relationis: pater, quia relatio
est ordo intrinsecus ad terminū, ergo
non

3
Termi-
nus non
est de es-
sentia re-
lationis.
4
Termi-
nus de de-
finitione
relatio-
nis.

Soluun-
tur arg.

non potest sine eo intelligi, & cōsequē-
ter nec defini sine illo, & id docet
Porphy. c. de specie. Arist. hic & Al-
pharabus, Auic. Albe. & S. Tho. quos
refert Caiet. c. de specie.

Iam 2 dprimū arg. respondetur, qd
nō tam viger nos cum pierque rela-
tiones terminentur ad absolutū, imo
hoc argumēto vtūtur aliqui pro no-
stra sentētia superioris ar. sed quia in
diuinis terminatur relatio patris ad
relationē filij, & relationes transcen-
dentes. vt relationes formae ad mate-
riā, quae est intrinsecus relatiua ad for-
mā, & aliae relationes predicamenta-
les fundant aliās relationes (de quo
infra) Respondetur eum cōtra hic,
& c. de specie, vnum relatiuum nō po-
ni in definitione alterius, vt realis al-
terio, sed vt necessario simul, & quē
notū: vt enim Boet. apud Iphus. 5. Me-
taph. q. 16. cōdefinitur relatiuum, nec
requiritur, vt quoduis positi in defini-
tione sit notū: sicut quicquid ve tota
definitio, & partes intrinsecus desit-
to, vt genus, & differentia, quia dicunt
explicitē illius naturam, sicut notiere?
natura. Ad secundū, Iab. 7. Metaph.
q. 7. Caiet. c. de specie, dicunt intelli-
gendū esse de partibus intrinsecis de-
finito, nō de extrinsecis, vt probat ar-
gumentū. In istis enim non licet pone-
re loco partis definitionem, eiusdē par-
tis definitionem. Ad cōfirmatioas
Scot. hic facile respō. vt terminus po-
nitur in obliquo, predicatur etiā in
obliquo, pater enim est filij pater, vel
habeas filium.

Ad 1.

Ad cōfir.

ARTICVL. V.

Vtrum relatio realis requirat
terminum realem?

1
Explic-
tur sit.

Q Vod alij inquirunt 1 vtrum en-
tis ad non ens sit relatio realis?
nec est quaestio de transcendentē re-

latione: nam ex dictis potest esse ad
ens rationis (cuius autem hoc sit pro-
prium, infra dicā, cum agam de sex
vltimis predicamentis) sed dubium
solum est de predicamentari relatione.
Vna sola sententia olim de hoc fuit
celebris Gregor. d. 28. art. 1. asseren-
tis entis ad non ens esse relationē rea-
lem, imō quod peius est non entis ad
ens, cum fundamentum non sit ens
actu. Probatur primo, inter effectum
& causam est relatio realis, sed cau-
sa finalis est causa etiā quādo non est:
ergo nō entis ad es est relatio realis.

Arg. 2.

Secundō, quia imaginis ad repre-
sentatum, conceptus ad cognitū, me-
morizae ad memoratum, quae scē, nō
existunt, est relatio realis, ergo entis
ad non ens etiam est talis relatio.

Confir.

Confirmatur, nam ex Aristot 5. Me-
taphy. c. 13. productiui ad productiui
le, quod non potest esse simul, & mo-
tū ad mobile, quod saepe non existit
datur dicta relatio realis, ergo idem
quod prius.

Arg. 3.

Tertio, quia si terminus relationis
debet esse ens in actu, cum partes sint
entia in potentia nō erit relatio vnus
partis ad aliam, nec totius ad par-
tem ergo.

Confir.

Confirmatur, nam pater aeternus
preintelligitur constitui per relatio-
nem, antequam intelligatur genera-
re, & esse filium, ergo relatio non pe-
tit coexistentiam termini.

Arg. 4.

Quarto, quia relatio, à fundamen-
to habet realitatem, non à termino,
ergo erit relatio realis, etiam sine
termino reali, si fundamentū est reale.

In contrarium est vera sententia
quod relatio realis requirit termi-
num realem existentem: ita Boet. S.
Thom. 2. contra gentes. capit. 12. &
Capreol. dist. 30. quaest. 1. Scot. d. 31.
Caiet. & Thomistae omnes. Proba-
tur, quia albedo non est conueniēs,
nec similis nihilo, quale est albedo
alia non existens: ergo nō habet ad eā

relationem similitudinis, nisi ad existētiā, & hęc ratio sufficiens sola est.

Secundo, & est ratio. S. Tho. ubi supra, contra gentes, binarius, vel melius quantitas infinitas haberet relationes, & proportiones. quia ad quadricubitam possibilem veā subdupla, & aliam. V. g. ad octuplam, & sic in infinitum. Sed quia hęc relationis videntur eiusdem speciei (de quo infra) potius sequitur essē actū infinitas partes determinatas relationis partis alicuius, respectu diuersorum. Vnde confirmo primò, quia cū terminus non est actū in re, nec est in re sufficiens ratio, vt vnum intelligatur in ordine ad aliud: ergo nec est in re relatio, quæ est vnum in re, nec habere actū conceptibilitatē, in ordine ad aliud.

Confir.

Prob. vi.

Vltimo suadetur quia relatio transcendens cum sit essentia rei, non supponens vt sic, prius fundamentum, nō potest non esse, etiā si terminus simpliciter non existat: at prædicamentalis cum sit noua formalitas, & quæ accidentalis fundamento, opus est aliquo extrinseco actū in re, vt fundamentum intelligatur cum relatione tali ad id, & hoc est terminus: & idē dicitur omnem relationem prædicamentalem petere terminū existentem.

Soluuntur arg.

Ad primū Sonz. & labe. supra. q. 6. admittunt relationem realem effectus ad causam finalem, dum est eius realis conceptus, licet ipsa non sit in re, melius est tamen dicere cum Capreo. non esse realem, cum finis nō sit cognitio finis, sed finis, qui tunc non est realiter, vt supponitur: vide S. Tho. de potētia. quæstione. 7. ar. 10. Canaricn. q. 28. de Trinitate. ar. 4. Imo dico quod etiam ad finem actū existentē nō est relatio realis, quia finis causat metaphoricē, non realiter, nec vt habet actū esse reale, sed obiectiuum (de quo in physicis) loquor quæ de fine electo libere, secus est de eo ad quē natura rei ordinatur, de hoc enim di-

cam quæstione. 2. cum agam de relatione ad Deum.

Ad secundum, Imago, verbum, & memoria ad obiectum non existens, habēt solam relationem transcendentalem, quæ potest esse ad ens rationis. Vtrum vero ad existens prædicamentalem habeant relationem. quæst. 2.

Ad. 2.

Ad confirmationem Sonz. dicitur nomine productiuū, & productibilis intelligi producens, & productū, & ita Auerr. loco calefactibilis, & calefactiuū, vertit text. 20. calefaciens, & calefactum. Melius tamen existimo dicendum Aristot. non dicere productiuū ad productibile, sed actiuū ad passiuum: quando vtrunque tamē existat, calefactibile, scilicet & mobile, calefaciens, & mouens, quod si in aliquo text. dicat productibile, quæ cum viderint multos, non vidi, explicata vel de productione accidentali, vt quando existit subiectum calefactibile, vel de relatione transcendentis potentie actiue ad passiuū, vel ad actū possibilem.

Ad confirmatōne

Ad. 3.

Ad tertium, non est eadē ratio, quia partes existunt realiter, licet sit entia incompleta, vnde bene Capreolus supra ponit relationem realem totius ad partes physicas, & ipsarū partium ad totum, nec etiam in via S. Tho. huiusmodi accidentia, vt relationes, motū, vbi figurā, &c. inconuenit esse in materia prima: loquitur enim de formis. vt quantitate, calore, &c. nō de modis rei. Licet autem hoc concedant, negāt tamen ad partes integrantes relationē esse realem. Capreolus supra. Sonz. quæst. 29. ne ponant iustitias relationes infinitarū partium, videtur quæ Ferr. ex ratione S. Tho. ubi supra, sed existimo dicendū, quod cum partes actū inter se distinguantur realiter, & quis à toto esse vnā relationē realē totius ad partes vt generis ad plures species, hoc est enim esse relationem totius, partes autem habebunt singulas partes relationis, quæ idē-

identificatur, & diuiditur cum eis, & vt habent partim quantitatem, etiam habent partialem relationem.

Solu. no.

Ad confirmationē, licet res sit Theologo, tamen cum simul tempore, vel vt melius loquar, æternitate, sit necesseario filius cum patre, necessario etiā relatio habet terminum existentem, cui prioritas illa rationis non obstat, sed quia vnum relatiuum prædicamentale, vt sic, nec ratione, prius est correlatiuum, dico diuinam illam relationem, quæ non est, vt patet, prædicamentalis, eminenter continere, quod prædicamentalis, & quod transcendentalis relatio habet, pater enim vt principium filij ei communicans naturam habet rationem relatiui transcendentis, vt vero ad productum filium respicit, relatio est infra prædicamentalis, vt etiam relatio filij, vt est filius quæ effectum, & productum, habet rationem transcendentis relationis ad principium sui, at vt est ordo filij producti, iam est ordo prædicamentalis, & hæc est optima solutio.

Ad vltimū, de antecedenti infra, petit enim articulum sequentem, sensus est esse realitatem fundamenti, tamen prædicamentalis relatio, ex dictis petit terminum realem.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum relatio sit distincta realiter à suo fundamento?

1. sentē. negat

Sonus refertur, nescio in qua opinione profecto illam non capio partem tamē negatiuā, omnemque relationem distingui realiter à suo fundamento, tenet Caiet. 1. p. q. 28. art. 2. Capreo. in. 1. d. 30. & refertur Dominicus Flandria, M. zumel, vbi supra, & addunt isti authore, & relatio-

uem facere compositionē cum fundamento, sicut albedo cum superficie.

Arg. 1.

Suadent 1. primò, quia esse formæ simplicis simul incipit esse cum tali forma: relatio autem forma est simplex: ergo non præsupponit suum esse in fundamento, sed secū illud affert.

Arg. 2.

Secundò, quando duo ita se habent vt destructo altero alterum remanet illa distinguuntur realiter, & hoc argumentò probat Arist. formam distinguī à materia, sed destructa similitudine manet fundamentum illius: ergo.

Confirmatur ex S. Ambro. & Hylario dicentibus, patrem æternum mutari, si nouam relationem acquireret paternitatis: consequens ergo est, quod entitas est alia relatio ab entitate fundamenti.

Arg. 3.

Tertiò, impossibile est, quod eadē res simul intendatur, & remittatur, contingit autem fundamentū intendi, relationemque remitti simul, si duo habeant albedinem. V. g. vt quatuor & vnus albedo intendatur vt sex, tūc quidem fundamentum intenditur, relatio autem remittitur: ergo.

Confirmatur primò, & est argumentum Ochav. nam duæ contradictorie non possunt verificari de eodem, sed eadem albedo est similis nunc, & antea non ergo nunc habet aliam realitatem, vt pote relationis.

Confirmatur secundò, quia magis distat relatiuum ab absoluto, quam duo absoluta inter se, constat autem quod quantitas, & qualitas distinguuntur, ergo melius quantitas & relatio distinguuntur.

Arg. 4.

Quarto & vltimo, quia multæ relationes fundantur immediatē in substantia: si ergo eadem res, est relatio & fundamentum necessario consequitur, quod idem sit substantia simul, & accidens.

Prima conclusio 2. probabile iudico relationes, quæ immediatē fundantur in substantia distinguuntur realiter à

fundamento hanc conclusionem, probant argumenta facta. Et adhuc suadet, primo ex Arist. 9. Metaph. tex. 14. docente, quod inter omnia accidētia, quæ maximè elongantur à substantia, est relatio, propter esse ita debilissimū quod habet: ergo saltem ista relatio distinguitur, & c. Itē quia in intelligibile videtur, quod eadem res sit per se, & in alio sit, quod necessario consequitur, si relatio, quæ immediata fundatur in substantia, sit realiter idem cum illa.

Sed hoc Argum. quod est præcipuū in hac re aliqui soluunt notādo, quod accidens est duplex, aliud est noua quantitas, noua quæ realitas superaddita substantiæ inhaerenter quæ in existens, & sic substantia non est relatio. Aliud vero accidens dicitur, sine quo res esse, & intelligi potest, quia ratione cōmuniter dicimus locū esse accidens superfluum, quia sine illo superficies est, & intelligi valet, & hac ratione substantia est relatio, dicunt isti. Sed dicere: ergo substantia est accidens, quomodo cunque sit, quod est absurdum. Respondent concedendo consequentiam, tantum enim abest quod sit absurdum, quod est necessarium, & est exemplum in productione passiuæ, eadem enim substantia producta, ut est

Substantia alio modo accidens, quod est passio in prædicamēto quando passio, cum tantum sit formaliter, & essentialiter substantia ipsa passio, hoc enim non est conueniens pariformiter isti philosophantur, eadem enim substantia completa, ut siuialis, vel æqualis alteri est relatio, cum tamen sit ens per se, & substantiale.

3 Nulla relatio distinguitur realiter à suo fundamento. Hæc conclusio est Soti hic, Iacob. Metaph. q. 2. 2. Sonz q. 28. Niph. to, & Ca. disputatione. 12. Duran. in. 1. d. 3. q. 2. nar. Herbei q. 1. Greg. d. 2. 8. & i. 2. M. zum. e. 1.

conclu. 2. q. 6. & aliorum, qui in Metaph. sunt bene meriti.

Probatur primò ex S. Tho. opuscu. 48 c. 2. & 5. Metaph. docente cum habeo quantitatem, mihi cōuenit, quod sim æqualis alteri, & ita cum quod de nouo illā habet, nihil in me de nouo ponit, & ideo Arist. per aduentum relationis, subiectum non mutari multis in locis inquit: Et alij philosophi, ita sentiunt simul cum S. August. & Ansel. quos refert Soto, nam explicatio Simpl. circa Arist. non est e mutationem reale absolute per relationem, ridicula quidem est.

Secundo probatur ratione, positus duobus albis, si per possibile, vel impossibile, Deus auferret omnem realitatem eorum, adhuc manerent similia, ista duo alba & vnum esset conceptibile ad alterum album, ergo relatio non distinguitur realiter à suo fundamento. Cōfirmatur, nā aliter subiectū de nouo semper acquireret vnā, & aliam realitatē, & c. iam distātia, iam similitudinis, iam tandē æqualitatis, vel inæqualitatis, & hoc semper de nouo, consequens est falsum, ergo & antecedens.

Tertia conclus. 3 relatio omni distinguitur à suo fundamento, sola ratione ratiocinata: atque, nam alius est conceptus relationis à conceptu fundamenti, ergo. Secundo, quia pertinent ad diuersa prædicamēta, relatio & suum fundamentum: ergo ratione ratiocinata distinguantur. Consequentia tenet, quia prædicamēta saltem ratione ratiocinata differunt.

Iam ad Argumenta respondetur ad primum distinguo maiore 4 esse enim formale formæ simplicis incipit esse cum tali forma, non autem esse materiale illius formæ. & ita licet fundamentum relationis (quod est esse quasi materiale) illi præcedat, tamen esse formale simul est cum relatione, quando inquam ponitur terminus rela

Prob. 1.

3 Relatio solū distinguitur à fundamento ratione ratiocinata.

4 Soluuntur Arg. contr. Ad 1.

Ad 2.

Ad secundum dico, quod licet ita verū sit, quod de sumatur maximū argumentum, ad distinctionē realem inter duo, quando scilicet altero destructo manet alter, & contra, tamen non sic cōtingit in relatione, licet relatione destructa maneat fundamentum, tamē destructo fundamento nō remanet relatio: ita videtur dicendum, aliorū multis solutionibus relictis.

Ad confirmationē dico, quod ut dixi solutione ad 3. art. præced. diuina relatio eminenter, perfectionique modo cōtinet rationē relationis transcendētis, quæ cum sit eadem rei essentialis omnino, nil mirū si pater æternus noua paternitate mutaretur, sed nos loquimur hic de prædicamēntali relatione.

Ad 3.

Ad tertiu arg. supponit falsum, scilicet, relationem intendi, & remitti, ad illā namque cū non sit per se motus, nec per se dicitur in re, vel remissionem, sed large intenditur & remittitur ad intentionem fundamenti, vel remissionem. Vel secundo dico non esse inconueniens, ut fundamentū intendatur in esse qualitatis, & quod in esse & ratione relationis, remittatur ipsummet fundamentum.

Ad confirmationē, patet, ex tertia cōclusionē, qualiter omnis relatio à fundamento distinguatur. Ad secundam, concedo antecedens, & nego cōsequentiam, quantitas enim & figura magis distant prædicamēntali distantia, quam homo, & equus, constat autem figuram, & quantitatem esse eandem rem, at homo & equus nunquam idealificatur in re, & ita fundamentum, & relatio possunt esse idem realiter cum distent magis quam duo absolutæ, sicuti sunt idem quantitas & figura, quæ distant, ita ut sub nullo vnioco conueniant.

Ad ult.

Ad vltimum, iam patet ex dictis circa primam cōclusionem, præcipue;

soluitur per tertiā: & quādo S. Tho. q. de potentia, asserit relationes, quæ fundantur in substantia distingui ab illa, intellige de his, quæ fundantur mediate, id est media quantitate vel qualitate, & c. non tamen de his quæ immediate fundantur.

Ex dictis inferitur, solutio illius questionis, an relatio faciat compositionē cū fundamento, & ex dictis patet quod nō cū nō distinguatur realiter ab illo.

Secundo cessat 5 alia quæst. de qua Duran. & Argentina, & alij, vtrū scilicet de potentia Dei absoluta à duobus albis possit separari relatio manentibus illis, & quidem hoc est impossibile, quia semper album esset conceptibile in ordine ad aliud album.

Secundo, quia etiam si distinguerentur realiter relatio & fundamentum, cū relatio sit quasi modus rei, non possit separari, sicuti nec vbi, nec figura, separabilis est ab ipsa quantitate, etiam si ab illa sint realiter distincta, quia sunt modi illius, scilicet quantitatis.

Tertio tandem 6 cessat alia quæstio, an inquam relatio dicat perfectionem, nec ne?

Respondetur, quod relatio ut sic, nō determinata ad ens reale, non dicit perfectionem absolutam, sed tantum secundum quid: quia ut sic claudit etiam relationem rationis. At relatio determinata ad ens reale, absolute dicit perfectionem: est enim perfectio passio entis: constat autem ex dictis, quod relatio dicit entitatem formale conditionatam ab entitate fundamenti, & consequenter dicit absolute perfectionem conditionatam à perfectione fundamenti.

Soluuntur duo dubia.

Soluitur aliud dubium.

ARTICVL. VII.

An relatio speciē & indiuiduationem habeat à termino?

1
Suade-
tur pars
negat.
V Idetur quod relatio nil ha-
beat à termino: primò, nam ad
vnu terminum scilicet albedi-
nem, est similitudo, & dissimilitudo
duorum: hæc autem specie distinguuntur:
ergo relatio nihil habet à termino
relationis.

Arg. 2.
Secundò, species, & indiuiduatio re-
lationis, sunt de essentia ipsius: termi-
nò autem est extrinsecus relationis ex dic-
to, ergo non habet à termino indiuidua-
tionem, nec speciem, & consequenter nil.

Arg. 3.
Tertiò, nam si à termino relatio ha-
beat speciem, consequitur, quod vnum
relatum sit de essentia alterius, &
vt causa alterius: patet, nam dat spe-
ciem, ergo essentiam, ergo causam: cõ-
sequens est falsum, ergo & antecedens.
Cõfirmatur, nã S. Tho. 3. p. q. 35. ar. 1. &
alibi vt videre est in eius tabula verbo
Relatio, videtur sentire à fundamẽto,
& causa speciem in relationis atten-
dit: ergo non à termino, quia terminus
distinguitur à fundamẽto, & à causa.

Arg. 4.
Quartò, nam aliquis relatio pater-
nitatis, & maternitatis, essent euf-
dem speciei, cum sint ad vnum termi-
num, scilicet ad vnum filium: nã ex
S. Tho. vbi supra, in filio vna est rela-
tio, ad patrem, & matrem: ergo rela-
tio nil sumit à termino.

2
Explicã-
tur Sãct.
Tho. &
Scot. &
vnde in-
diuidua-
tio rela-
tionis su-
matur di-
citur.
In hac autem re tantum videtur
dissentio inter S. Tho. & Scot. quantum
ad indiuiduationem. Scotus enim in
3. d. 6. q. 1. vnitatem numericam rela-
tionum sumit à termino, ita vt pater
ad decem filios, decem habeat relatio-
nes, & mille ad millia alba: probat
primò, quia 3 relatio est vt via à sub-
iecto ad terminum: nequit ergo esse
vna ad plures terminos distinctos: ergo.

3
opin.
Scot. de
indiuid.
relat.
Secundò terminus est de defini-
tione relationis, ergo multi termini
numero, multas facient definitiones,
& essentias numero: ergo. Tertiò, quia
maximè in relatione patris plures
sunt rationes fundandi, scilicet,
multas generationes filiorum plu-

rium, ergo & multas relationes.

Quartò, quia perit vnus terminus
manente alio, ergo & vna relatio ma-
neate alia, cadit enim cum suo termi-
no, imò S. Tho. videtur aliquando dic-
cere multiplicari respectus in patre
ad multiplicationem filiorum: ergo à
termino sumitur indiuiduatio in rela-
tione.

4
At 4 S. Tho. 3. p. vbi supra, & Caic.
& 3 d. 8. q. 1. ar. 5 & alibi, Sõz. 5. Meta-
phy. q. 3. ex Arist. tenet, & cõmunitur
Thomã, qd à fundamẽto sumatur
indiuiduatio relationis: probat, quia
plura accidentia numero tantum distin-
cta, requerunt esse in vno subiecto nu-
mero, cù distinctio sit, & sumatur à
subiecto, ergo à subiecto habet rela-
tio indiuiduationem.

5
Relatio-
nes quæ
per se sũt
ad multa
vna
à relat-
tantum est
ad om-
nia multa.
6
Dubita.
circa cõ-
clus.
Pro decisione, prima conclusio
omnes debent cõuenire in hoc, quod
relationes, quæ per se sunt ad multa,
vt est relatio vniuersalis, relatio to-
tius, vnam relationem tantum esse ad
omnia: patet euidenter, quia si singu-
lis relationibus, singula respicerent,
non esset relatio totius, vel vniuersa-
lis, vt patet: ergo relatio quæ est ad
multa, est vna tantum. Sed dices 6 ge-
nus. V. g. in cõmuni est ad plures spe-
cies, id est has, vel illas, quia id est pro-
priũ generũ in particulari, species au-
tem in cõmuni est vna, quid ergo re-
spicit? Respondetur respicere plures va-
gè, vt qui numerũ faciunt ens per se, di-
cunt petere pro partibus in cõmuni, nõ
has, nec illas, vnitates, sed vnitates va-
gè: quãdo verò relatio vt paternitas,
& c. est cõtenta vno termino, tunc est
quæstio. Pro qua sit secunda cõclusio.

7
Illatio ex
dictis.
Secunda conclusio 7 omnes etiam
debent conuenire in hoc qd est rela-
tionem habere speciem à termino, sed
vt explicãt, intelligitur de termino for-
mali formaliter: de materiali vero
tantum materialiter, & terminati-
uè, id est modum respiciendi termi-
num esse differentiam relationis,
quæ

2. senten.
S. Tho.

8
Illatio
ex dictis

5
Relatio-
nes quæ
per se sũt
ad multa
vna
à relat-
tantum est
ad om-
nia multa.

6
Dubita.
circa cõ-
clus.

7
Illatio ex
dictis.

quæ differentia habet pro termino
materiali ipsam formam, in qua est,
v. g. albedo. Probatur, quia ex artic.
4. terminus relationis non est de essen-
tia ipsius relationis, sed quid extrinse-
cum, quod respicit differentia rela-
tionis, & ita ponitur in definitione, vt
extrinsecum tantum, vt de obiecto
scientiæ, & relationibus rationis dixi
in Preæmissis: de quo Niphus 5.
Metaphys. q. 1 5 Sonz. q. 32. Caieta. 1.
p. q. 77. art. 3. & ibidem expositores.

8
Hinc inferitur distinctas esse rela-
tiones speciei, patris, & matris, quia di-
uersimodè respiciunt filium, cum va-
riè concurrant ad eius generationem,
& filius per consequens duplici rela-
tione speciei, eos respicit, quia respi-
cit vt modo vario causas sui: ita de-
mente etiam S. Tho. tenet Ferr. 2. cõ-
tra gen. c. 12. Caiet. 3. por. q. 35. ar. 5. qd
si Sonz. 5. Metaphys. q. 32. ex verbis S.
Thomæ, videatur id negare, aduerte
quod ratio vult filium non habere
duas relationes res distinctas, quia fũ-
damentum, id est, ratio fundandi est
vna res, scilicet, generatio patris: &
ita S. Tho. 3. p. supra ad vltimum do-
cet esse duas formaliter, & colligitur
ex eodem S. Thom. 1. p. q. 31. ar. 2. vbi
ait vnam relationem nõ posse esse ter-
minum duarum relationum distincta-
rum speciei, quales sunt patris & ma-
tris, ex eodem 3. p. supra. Miscuit ve-
ro ibi sermonem de distinctione spe-
cifica relationum quia enim factus est
apud eum distinctio realis, fundamen-
torum, id est, rationum fundandi cũ
vnus pater pluribus generationibus
vnam habeat relationem.

9
Relatio
Christi
Hæc dico in creaturis, nam in Chri-
sto non ponit S. Thomas realem rela-
tionem ad matrem, quia diuinũ sup-
positum non est: inquit eius capax.
Ita Henricus, D. Bona. quos affert Me-
dina 3. p. vbi supra. 2 oppositum tamẽ
tenent Scorus, Duran. Gab. & plurimi
apud eundem Medi. & Ricard. quem

affert Dionys. 3 d. 8. q. 2. vt enim de no-
uo fuit temporaliter genitus, cur nõ
habeat relationem temporalem filii?
maximè cum fides dicat esse filium
Virginis, quòd nomen propriè rela-
tium: est reale: quòd si duas haberet
humanitates à diuersis matribus, vel
eadem humanitas duas haberet rela-
tiones, vt plures, scilicet, similitudi-
nes, essent enim idem cum humanita-
tibus, quæ sunt fundamenta: nec dice-
retur: tamen plures filij propter vni-
tem suppositi, sicut vnus homo plu-
res habens scientias vnus est sapiens:
sed de hoc in Theologia.

9
Dico tertio, quando est distincta
numero ratio fundandi relationem,
vt generationes filiorum, est quidem
vna numero relatio, cum S. Tho. sed
habet plures quasi partes extensionis,
quia quauis ratio fundandi relationem
eã ad nouũ terminũ extendit, vt est v-
na numero scientia pluribus ramen de-
monstrationem ad plures extensa cõ-
clusiones. Quando vero vna est pror-
sus, & eadem ratio fundandi relatio-
nem ad omnes, vt in similitudine, quia
hæc albedo alijs omnibus est similis,
non videtur extenso in relatione mo-
dovè respiciendi, siue vnus sit termi-
nus materialis, siue mille, sed exten-
sio est in termino materiali.

10
Soluun-
tur arg.
Ad 1.
Ad primum iam respondeo, quod
licet albedo sit vt vnus terminus mate-
rialis, diuersimodè respicitur à nigre-
dine, & ab albedine, alia relatione, vt
differens vel conueniens: conueniens
quidem respectu albedinis si sit albe-
do, & differens respectu nigredinis.

Ad confirmationem dico quod mo-
dus respiciendi, qui est terminus for-
malis, formaliter specificas, de essen-
tia est relationis: vnde distinguo ante-
cedens.

Ad secundum, terminus formalis
cum sit differentia, causa est forma-
lis Metaphysica relationis, materialis
vero terminus, qui est correlatum:

admarrẽ
est rea-
lis.

3. Cõcl.
Relatio
sumit in
diuidua-
tionem
à subie-
cto & nõ
à termi-
no.

10
Soluun-
tur arg.
Ad 1.

dicitur dare speciem tantum terminatiuè, quia ad eū terminatur, quod non est esse causam: secus de obiecto est, quod est vt causa exemplaris sciētiz nostræ, & potentiz, de quo infra latior redibit sermo.

Ad confirmationem S. Tho. tantū vult terminū extrinsecam, esse causam relationis. De tertio argumento dixi in Corollario.

Ad i. Soluuntur arg. Ad i. Ad confirmationem dico, quod cū relatio non est via, sed ordo, quando ergo vna ratione respicit etiam plura, vobis est terminus.

Ad con- firmat. Ad confirmationem dico, quod cū relatio vno modo plures respicit, nō ponuntur termini in definitione, vt plures, sed vt vnum, & ita non variatur definitio.

Secunda confirmatio tantum probat extensionem vnius numero paternitatis, quod nos concedimus.

Ad 2. Ad secundum, quando perit terminus relationis noua ratione, respectus perditur, quasi pars extensionis relationis, quando vero omnino eadem ratione respicitur talem terminus, nihil perditur, similitudinis, v.g. si alius manet, quia omnes vno modo respiciebat, quia tantum modus est intrinsecus, vt si calidum non reperiret subiectum, essetque calidum, sibi calefaceret vtiq; quia tamen reperitur non potest: ita nascente vno albo, quia præterat in me similitudo ad alium album eadem ratione, non cōsurgit similitudo, ita Caietan. supra.

Ad vlti. Vitium tantum probat velle S. Thom. paternitatem habere plures partes extensionis, esse enim vnam numero docet expressè 3. par. supra.

ARTICVL. VIII. De proprietatibus relationē consequentibus, an bene assignentur ab Arist.?

Prima proprietates est habere contrarium, quæ multis relatiuis secundum dici, & transcendentibus conuenit, nulli vero prædicamentali vt bene habij ex Archy. Simpl. Hāmo. Boet. Alber. & est communis: hæc enim relatiuè non contrariè opponuntur, ac scientia, error: virtus, vitium, &c. vt sunt qualitates contrariantur: hæc enim proprietates potius est posita vt conueniens & consequens ad primam definitionem positam relatiuorum.

Prima proprietates.

1. Canter.

Secunda proprie.

Secunda proprietates est suscipere magis & minus Alber. Simpl. Hāmon. Boet. & communis videtur dicere id conuenire relati. omni ratione fundamenti: sed optimè recentiores, nec est contra communem, dicunt, quando fundamentum modo inuariabili sumitur, vt æquale, duplum, &c. relatiuum non posse suscipere magis & minus, at quando fundamentum, vt sic dicit latitudinē, ipsa relatio suscipit magis & minus inter se, vt inæqualitas, nam grauum tritici inæqualius est monti, quam procera arbor. Dixi in se, quia ita remitti albedinē, & intendi similitudinem, vt cum quis est albus vt octo, remissione albedinis illius vt octo, similior est albo vt quatuor, propter variationem termini, contingit quod sit similior alio albo in variato fundamento, nec mirū cum positio termini sufficiat, vt sit de nouo relatio. Item quantitas quæ nō suscipit propriè magis & minus, etiā contingit quod extendatur: & tamen inæqualitas suscipit: Est enim quis in sensu inæqualior alteri mo æqualior: largè sumpta inæqualitate, vt sumit Arist. pro eo, quod ad id accedit.

3. Proprietates.

2. Vera Criz.

Tertia proprietates est dici ad conuertentiam. M. Soro, & alij, omnibus etiam denominationis dicunt conuenire, album enim albedine est album, & albedo albi est albedo: & Arist. in relatiuis secundum dici ponit

extrem.

OTA

exempla Simpl. Lobanien. Canter. & Graeci, & Caiet. verè dicunt solis relatiuis secundum esse conuenire. Pro qua nota ex Alber. hic, hæc tria differre conuersio, conuertibilitas, & conuertentia: conuersio est propositio: (de qua in Summulis) conuertibilitas simplex, est æqualium terminorum, vt homo risibile, flebile, qui dicuntur termini conuertibiles, de quo in Summulis. Conuertentia verò quæ prædicamentaliū relationum est proprietates, est exprimi vnum in ordine ad aliud: vt aliud in ordine ad hoc exprimitur, licet in alio casu, vt pater est filij pater, filius est patris filius: vnde ex Arist. hic, vnum debet patere latius alio, & ideo auis & ala dicuntur ad conuertentiam, relatiuè. Secundo debent habere ordinem vnum ad aliud, vt ad terminum, & è contra: vnde risibile, & flebile non dicuntur ad conuertentiam, nec albedo & album, quia non intellecto albo intelligitur albedo, & esse potest albedo per miraculum sine albo, estque cautia formalis albi, vnum autem relatiuum nec esse, nec intelligi potest sine alio, indeque sequitur relatiuis non mutuis non conuenire, quia Deus, & res, quæ est obiectum scientiæ, non dicuntur ad conuertentiam, relatiuam de qua loquimur.

Proprietates ex hac nata non conuenit istis, nec hæc consequitur nisi scibile, verbigratia, sumatur, non pro quod est subiectum scientiæ, & terminus: sed quo ad denominationem termini, & creator similiter, quia sic scibile est scientiæ scibile, & scientiæ scibilis scientiæ: Creator creaturæ est creator: creatura creatoris creatura, & quia sic creatura, vel scientia non habent relationes prædicamentales, largè erit (vt in denominationibus) non propriè conuertentia, quia relationes transcendentales scientiæ, & creaturæ sunt, vt causæ formales

extrinsecæ tamen denominationis, scibilis, & creatoris.

Quinta proprietates est esse simul natura. Multiq; Neoterici, quos referunt Lobanien. dicunt solis relatiuis non mutuis, non tamen omnibus conuenire, nam prius & posterius, causa, & effectus sunt relatiua, nec tamen, vt patet, simul natura sunt, nec Petrus puer, & senex, cum relatione differentia differant.

Quarta proprie.

Secunda differentia est, omnibus & solis relatiuis secundum esse conuenire, ita innuit S. Tho. i. p. q. 3. ar. 2. ad vlt. opalc 48. Caiet. & alij hic, & tribuitur antiquis: & ita Alber. Caieta. & alij dicunt hanc fluere ex tertia proprietate: & probatur, quia omnia, & sola relatiua secundum esse modo dicto dicuntur ad conuertentiam.

3. Merca.

4. Villalp.

Ventur tamen est sententia Scoti, & aliorum: solis relatiuis mutuis etiam rationis conuenire. Et probatur quia in non mutuis id quod terminat relationem, vt Deus, & obiectum, priora sunt relatione creaturæ, & scientiæ. ergo. Secundo, quia Arist. 3. de anima, quem affert hic Scotus expresse id docet, cū possint esse sine hoc quod scientia, vel creatura sit: si autem sumatur scientia pro cognitione in actu, & obiectum pro re, vt scitur, vel prout terminat relationem. Arist. & S. Tho. & alij vocant simul natura large, quia non est vnū sine alio, non tamen propriè, quia cognitio est forma à qua res dimanat cognita, res autem quæ scitur causa est exemplaris scientiæ, de quo infra: tamen hæc relationes prædicamentales, scientiæ, & creaturæ, & creatoris, & scibilis, vt sic, simul sunt natura

5. Canter.

Confirmatur, quia expresse hic Arist. scientia, & res, quæ scitur, aut non esse simul natura: ergo solis relatiuis mutuis conuenit.

Confir.

Addi præterea debet, alijs non relatiuis conuenire, vt differentijs vnius generis

Adi præterea debet, alijs non relatiuis conuenire, vt differentijs vnius generis

generis diuifius ex Arist. infra cap. 19. coueniat, vbi dicit omnes esse simul natura.

Soluuntur arg. Ad argumentum primę sententię, quidam ait hic bene (ex Hammo. & Albert. contra Simpl. & Archi. aliter loquentes) subiecta relationum vnũ esse prius alio, relationes vero siue reales, siue rationis sint, esse simul natura.

Ad rationē secundę sententię, ex dictis patet qd nec dici ad conuertentiã conuenit propriè non mutuis, nec illa est causa adæquata, cum differentijs vnus generis competat similitas naturę, verum est tamen, proprium esse relationum talium, naturę similitatem, vt cum vna non sit causa alterius, valeat consequentiã ab vna ad aliam, cuiusmodi Arist. supra meminit, risibile vero & flebile non simul natura sunt, quia vt bene Lobanien. non valet in eis consequentiã ab vno ad alterum propter ordinem eorum inter se, sed ratione subiecti, vnde nec in differentijs tam propriè saluatur vt in reatiuis, hæc proprietates, quę similitas illa non est per ordinem vnus ad aliud, sed per ordinem ad genera, & secundo, quia differentiã perfectior, ordine perfectionis, perfectior est in contractione generis, & vt causa, & mensura aliarum: absolute tamē Arist. supra, illum modum vocat similitatem naturę.

NOTA.

QVAESTIO. II.

De fundamentis & speciebus relationis.

Q Via ex Arist. in Metaphysica (vt infra statim videbitur) ratio generis subalterni, & consequenter specierum relationis, ex fundamentorum diuersita-

te colligitur, de illis vltima sunt quatuor, præcipue: primum, quę & quot sint relationis fundamenta: secundo, si omnia reatiua sint mutua & huius prædicamenti: tertio, si in substantia, vel relatione alia fundatur relatio: quarto, si Dei ad creaturas sit relatio realis.

ARTICVL. I.

Quę & quot sint relationis fundamenta & species?

EX dictis superiore questione facile erit colligere genus supremũ huius prædicamenti, vt species facilius cognoscatur. Omisso ergo reatiuo per accidens, subiecto relationis scilicet, vt homo, qui est pater, & relatione rationis omiſſa, supra sola prædicamentali, generalissimũ est, Relatio realis quę est ad aliud, vt ad purè terminum, quem requirit existentem.

Dices tamen si aliquę relationes termini sint aliarum relationum, quę habebit terminum relatio in communi?

Respondetur, si relationem in communi, quę sub se omnes relationes, & terminos (si sunt relationes) continet, esse reatiuum in actu signato, cui non est eius terminum aliquem dare, sed dicere, esse ordinem ad terminum, vt similitudo in communi, sub qua omnes similitudines & termini (si sunt relationes) cadũt, est similitudo in actu signato, & cũ sit ratio significata formaliter non est similis, quę in communi non refertur in exercitio, vt nec negatio negat, sed est natura negationis, sic dico de natura similitudinis, & relationis in cõi, vtiã æquiocum in cõmuni in actu signato est æquiocum, id est, natura æqui-

1 Quod sit generalissimũ prædicamentum relationis.

2 Replica tur.

3 Generalissimũ est reatiuo in actu exercitio, sed signato.

æquiocum, nec est sermo de termino generalissimũ, vt genus est, relatione rationis (hęc enim sunt inferiora) sed de termino prædicamentalis habitudinis in communi, quę sub se relationes etiam vagè sumptas habet.

4 Fundamēta relationis sunt tria. Habito generalissimũ cum species ex vario modo respiciēdi distinguantur, quorum causa radicitus est fundamentum de eo agendum, triplex ponitur ab Arist. fundamentum, 1. Metaphy. numerus, & vnitas, actio, & passio, mensura, & mensurabile, de quibus Sonz. labell. Niph. Alexan. & S. Thom. 4. contra gentes, ca. 24. vbi Ferr. & 1. p. q. 28. vbi Caj. Duran. in 1. d. 4. q. 1. Iac. in suo Epithome, lib. 5. tract. 2. & c. 1.

NOTA. Nota primò, quia multę relationes sunt in substantia fundatę, vt identitatis specifice Petri & Pauli de quo infra. Doctores explicare Aristot. nõ de vnitate quantitatiua, nec numerica, sed de quacunque loquuntur, & numerum, de quauis pluralitate. Similiter per actionem & passionem intel ligunt omnem actionem reductam, id est, reducendam, vel possibilem reduci ad actum. Tandem mensuram vocat non illam, per cuius reduplica tionem certificamur de rei quantitate: sed mensuram etiam perfectionis, vt Deus est creaturarum, & obiectũ scientię. Ad primum ergo genus reducuntur omnes proportionales numeros, quę in Arithmetica tractantur, & proportionales continuę quantitates, quas Geometria considerat, duplicanti continui, ad subduplum quantum continuum, & omnes relationes distantię, loci, vel temporis, quę in latitudine vbi, vel tēporis fundantur, & alię. Ad secundum vero genus reducuntur omnes relationes causę, & effectus, contrarietatis, & similes. Ad tertium tandem genus omnes relationes dependentię (etiam inmitētes in ipsa rei essentia) reducuntur.

Nota secundo communiter dicitur vnitatem in substantia facere idem in quantitate æquale, in qualitate vero simile, & contra pluralitatem in substantia, diuertum, in quantitate in æquale, in qualitate vero dissimile facit, vbi per vocem, substantiam, intel lige rei essentiam, etiam accidentis, per quantitatem extensiuam, latitudinem, quia quantitas in ordine ad locum notissima est, & per qualitatem intensiuam latitudinem perfectionis. Iam ergo sensus est, relationem identitatis seu lari in rei essentia: æqualitatem in excessu, vel defectu, vel paritate extensiuę latitudinis: similitudinem vero in excessu, vel defectu, vel paritate intensiuę latitudinis perfectionis.

6 Sed dices vnitas dicit priuationē diuisionis, quę est ens rationis, non ergo erit fundamentum relationis realis ipsa vnitas.

7 Præterea generatio actiua, quę est ratio fundandi paternitatem transit simul cum tempore, quo fit, non ergo valet fundare paternitatem, quę est relatio realis permanens.

Ad hoc quidem respondēt distinguen do antecedens, quia fundamentum aliud est remotum, illud scilicet cum quo identificatur relatio, & hoc semper debet esse ens reale. Aliud vero proximum quod est ratio fundandi, quod non inconuenit, quod sit ens rationis: Melius tamen respondet Scotus in 4. d. 6. q. 10. qui quidem ratione fundandi etiam ponit ens reale, non enim intellectui consonat, ens rationis esse rationem, & principium fundandi ens reale. generatio autem actiua; inquit ipse bene) solum est ratio fundandi paternitatem, quo ad initium, non tamen quo ad conseruationem, quare ipsa transacta bene paternitas manet, & per hoc patet ad secundum.

8 Ad primum ergo dicendum identitatis

5 Vnitas substantia facit idem.

6 Replica.

7 Duplex est fundamentum relationis.

8 **Relatio** identitatis, in quo fundatur. **titatis** relationem non fundari in unitate formaliter, quæ est priuatio diuisionis formalis, & specificæ: sed potius in ipsa unitate essentia, quæ est à parte rei, v.g. essentia albedinis, quod à posteriori colligit ex eo, quod in re sunt duæ unitates numero, in duobus albis: hæc autem relatio non indiget aliqua determinatione, ad hoc quod fundamentum referatur ad terminum: sed posito alio, alio statim ad illud ordinatur: vnde in istis, ratio fundandi, & fundamentum, idem prorsus sunt: in alijs vero, in quibus fundamentum indiget determinatione, vt referatur, vt contingit in natura generica, v.g. quæ abstractione, vel comparatione eget, ad hoc quod referatur, & respiciat inferiora, & essentia patris quæ indiget generatione actiua, vt respiciat filium, ratio fundandi, & fundamentum non sunt idem: sed fundamentum est, quod refertur, ratio vero fundandi est ipsa generatio actiua.

Tertio, notandum male Durand. q. 13, notab. 7 asserere æqualitatem, & similitudinem esse extrinsecas denominationes, quod supra latius impugnaui, & nunc ex eo constat, quod duplicitas, quæ est forma denominans, non est in subduplo, aliter subduplum erit duplum: sed relatio, est illa conuenientia in re (vt dixi) ad alterum.

3 **Replie.** Sed dices? contra æqualitatem consistit in indiuisibili, subiectum autem est quantitas diuisibilis, & extensa, ergo non est in ea

Confirmatur, quia vel fundatur in unitate numerica, & sic vna quantitas numero, erit in duobus, vel in specifica, & sic omnes lineæ, v.g. essentia equalis, cum sint vnus speciei. Respondetur æqualitates habere partes extensionis, nam vt hoc totum est æquale illi, medietas huius, & partiali relatione æqualis est medietati illius. Item medietas dupli dupla est ad medietatem subdupli^o dicuntur autem consistere

re in indiuisibili, quia sumuntur determinatè ab hoc toto ad aliud, cui si aliquid demas, non erit æquale, vel duplum vnde explicatur antecedens, Hinc est vt in vna specie relationis excessus v.g. sint excessus dupli, triplici, &c. sunt quæ excessus partes latitudinis illius speciei, vt relatio distantie hinc ad orbem Lunæ, pars est relationis distantie ad orbem Solis, & idèo supra q. 1. dixi non esse illas species, sed partes relationis, nisi mathematicè, vt bicubita, & tricubita, lineæ, & ita bene intelligitur. S. Thom. si relatio prædicamentalis foret ad non existens, cum sit possibilis infinite maior quantitas, meam quantitatem. V. g. habere infinitas species relationis tricubiti, vel potius subdupli, & semisubdupli, &c. quæ sunt Physicæ partes vnus infinitæ relationis (quod inconuenit), partes inquam determinatæ, imò distantia, & proximitas vnus sunt speciei, & excessus & defectus, etiam sunt vnus speciei, vt parua & magna quantitas, remissa vel intensa albedo.

Ad confirmationem responderetur fundari in specie æquæ, integrè ab vtroque relatio habita, quod aliqui explicant per negationem excessus sed à priori explicatur per affirmationem.

Nota quinto, relationes omnes similitudinis, v.g. esse idem specie, licet materiales termini differant, vt duo intellectus, duæ albedines, quia conueniunt in modo respiciendi: esse enim spirituale, vel corporeum materiale est, ratione differentia numerica: conueniens his formalitatibus, ob quod supra relationes omnes generis à l. speciei, substantia, vel accidentis, dixi esse idem specie, vbi obiter considera quod pater & generans, filius & genitus, non sunt synonyma, vt aliqui falsò putant, sed vna dicuntur relatum, alia agens, &c. id quæ etiam patet,

Quomodo æqualitas dicitur consistere in indiuisibili.

Ad confirmationem.

Nota 5.

patet, quia Theologi, vt S. Thom. & alij plerique, contribuunt patri eum diuinum per paternitatem non per generationem, & est quæstio num valeat baptismus in nomine genitoris, &c. cum de fide valeat in nomine Patris, multiq. negant illum valere: tum etiam quia generatio transit in humanis, non ratio paternitatis.

Nota 6. Nota sexto, cū distinctio realis extremorum, sit necessaria relationi realij de qua est sermo imò fundamentorum ex Caieta. & S. Thom. 1. p. q. 42. (aliter enim non erit ordo ad aliud, nec oppositio relatiua realis) bene se qui relationem identitatis eiusdem ad seipsum Petrum, cum homine rationali, vel animali, esse rationis, licet sint vnum re, distinctio vero vel identitas specificæ, duorum realiter distinctorum, esse realem super numerum, & unitatem fundatā modo dicto: ita D. Tho. 1. p. q. 28 art. 1. ad secundum, vbi Caiet. Soan. 5. Metaphy. q. 35. Capreo. Ferr. & alij.

Nota 7. Nota, 7 circa secundum fundamentum cum potentia actiua proxima (si distinguitur realiter, vt dicit D. Thom. à natura cuius est, & dicitur) possit à Deo separari maneatque tunc relatio patris adhuc, non vt est in re ex generatione fundat conceptum ad filium, tum quia potentia passiuæ generationis est ipsa substantia filij, vt generabilis: nomine potentia actiua, radicalem potentiam intelligo, id est, essentia quæ est eius radix, & nomine potentia passiuæ substantiam genitā, quod aliqui volunt fundamentum esse generationem, qui nisi agat de ratione fundandi, saltum est, quia generatio transit, & recipitur in filio: vt vero paternitas manet in patre.

Nota 8. Notandum octauo, Relationes fundatas in passionibus, quæ moraliter, & non physicè attingunt effectum, esse rationis, vt dominium ex preterio, seruitus inducta iure gentium, quando ve

ro fundatur in entitate reali dominij vt creatura est suapte natura subdita Deo, relatio est seruitutis realis, & forte inter hebetiores ingenij, & aptos naturaliter ad regimen est relatio realis subditi, & superioris: de quo Sō. 2. 5. Metaphy. q. 2. 5. ad quartum ex Aristotele.

Notandum vltimo, sub his subalternis generibus relationum claudere relationes mutuas, id est, quando in vtroque extremo est relatio realis, & non inmutuas, id est, quando in vno extremo tantum est relatio realis, & æquiparantia, id est, quando eadem est denominatio in vtroque extremo, vt æquale, & disquiparantia, quando diuersa est denominatio in extremis, vt pater, filius, duplum, subduplum, quæ Hammon. vocat vniocationis, vel æquiocationis relationes.

Ex quibus omnibus colligo quod hæc quæ dicta sunt fundamenta omnia, eunitate reali mutata in entitate rationis, ad relationem rationis transferri possunt, inter quas est identitas, & distinctio, subiectum est causa passionis, & imperfectius mensuratur à perfectiori: Denique quando deest conditio aliqua relationis realis, est rationis: vnde colligi possunt modi relationis rationis, vt si extrema non sint in re, realiter è distincta, vel actio sit moralis, vt emptio nam transcendentes relationes aliorum prædicamentorum, facile distinguuntur à relationibus rationis, & inter has, quæ sunt in re prædicamentorum, & transcendentium ex dictis articul. 1. facile etiam cognoscuntur, & à reliquis distinguuntur.

ARTICVL. II.

Vtrum predicta genera relationis omnia sint mutua, & huius prædicamenti?

Conue-

Nota vltimo.

Illatio valde notanda.

Comu-
nis con-
suetus.

Conueniunt omnes in hoc quod relationes in duobus fundamentis primis, fundatę scilicet in numero & unitate, & in actione, & passione (omitto Deum, de quo infra) sunt mutę & huius prędicamenti, cum omnia iuxta suas naturas aliud, vt purę terminum respiciant. De tertia vero scilicet mensurę ad mensurabile.

Omnes cum Arist. 5. Metaph. negant esse mutuas: nā obiectum scientię dicitur extrinsecę scibile a scientia, cum intellectu, quia scientia ad obiectum tendit, et sit extrinsecę, & consequenter sit relatio rationis, quę est extrinsecę denominatio.

NOTA. Notandum tamen est quod si scientia, & obiectum consideretur vt causa, & effectus realis, quatenus scientia producitur medijs speciebus, quarum est causa. sicut determinata obiectum, non negari ab Arist. mutuum relationem, vt concedit Sonz. 5. Metaph. q. 29. ad tertium, & inter sensibile, & sensum. S. Tho. de potentia, q. 7. arti. 1. o. concedit. Secundo possunt considerari, vt mensura, & mensuratum: scientię enim veritas, & perfectio ab obiecto mensuratur: & sic est relatio transcendens scientię nostrę & potentię ad obiectum, vt ad causam exemplarem, cum in conformitate actuum ad quos ordinantur cum obiectis consistat eorum perfectio. Hę autem relationes qualitates sunt, formalis entitas, scilicet nostrę scientię, & potentię, quibus in obiecto nō respondet relatio, ratione dicta: pręter has verō rationes transcendentes, negant alias esse prędicamentales, Niph. 5. Metaph. q. 1. 2. ob quod foris. S. Tho. 1. p. q. 8. art. 4. duo tantum, prima fundamenta relationum ponit: & Arist. in relatiuis secundum dici, vt scientię, & scibile ponit exemplum, tertij fundamenti, mensurę scilicet, & mensurabilis.

Verior est tamen² communiorq; sententia M. Soto hic, q. 1. & Caietan. dari relationes alias prędicamentales, quando obiecta existunt realiter: idemque erit dum res cognita, vel amara est realiter. S. vero Tho. agebat de mutuis relationibus, & Aristotelis exemplum de scientia etiam sic procedit, licet de connotato ad obiectum, existens, prędicamentalem habet relationem, nam sub duębus rationibus ponit Arist. & pleriq; Philosophi scientiā hic, & c. de qualitate, hic pro relatione prędicamentali, ad quam requiritur existentia obiecti, ibi pro transcendentali, quę non eam requirit, loca vero quę ex S. Tho. afferunt, potius indicant nostram sententiam: vt in his etiam quę sunt relationes transcendentes a aliud existens, vt actio ad vim agētis, visio (quę secundum multos, nec Dei potentia potest esse sine subiecto existente) adhuc est ratio relationis prędicamentalis, quia non petunt essentialiter hanc numero virtutem, vel obiectum, sine quo saltem Dei potentia esse nō possunt: licet vero ipsius obiecti existentis, quod est exemplar scientię, sit relatio realis ad scientiam (est enim eius naturalis mensura) licet essentialiter ad scientiam nō ordinetur, quod infra patebit non esse necessarium) remaneat tamen adhuc non mutue relationes, vt relatio dextri animalis ad columnam ex S. Thom. de potentia, q. 7. arti. 10. in columna verō tantum est extrinsecę denominatio, quia animal naturaliter habet dextram, nō columnam: sed quia hęc relatio reduciue tantum pertinet ad secundum fundamentum (fundatur enim ex S. Tho. supra in potentia motu, non vt actiua est respectu termini) ideo mirum non est si non sit mutua, similiter videri, scibile, vitabile, & c. denominationes sunt extrinsecę, non reales relationes in obiectis, vt bene docet Aristoteles, S. Tho. Sonzi.

Vera sententia de numero fundamentorum relationis.

Sonz. quęst. 19. 5. Metaphys. Aduerto tamen quod si scibile, scilicet etia, & conceptus, vt imago & res representata considerentur, & vt similes in entitate, & habere relationes reales, maxime externam imaginem eam representato, cui est physice similitudo: quod si non existat, tantam habet imago relationem excitatiui ad cognoicitium.

ARTICVL III.

Vtrum aliqua relatio immediate possit in substantia, vel in alia relatione fundari?

Mercedo hic.

Aliqui negant de substantia, quia cum sit idem cum suo fundamento relatio, nō inhaeret, sed per se existeret: secundo, quia S. Tho. (spe. vide tabulam) relationem in creatura distinguit, vt rem aliam, a substantia, ergo relatio immediate in substantia nō potest fundari.

Conclu.

Breuitate tamen, oppositum est verum si relationes aliquas immediate in substantia scilicet, vt dicit Iuba. 5. Metaphys. q. 21. Sonz. qua. 31. Zimara verbo, Relatio etiam ex alijs, & Auiuc. quem affert Sonzi. 1a. Metaph. c. 3. hęcque inclinatur Ferr. 4. contra gentes, cap. 14. Probat quia licet videtur duas abedines, vel quantitates relationem habere, non vero duos homines, quibus bene S. Thom. relationem reale idēitatis specificę tribuit.

Confir.

Confirmatur, quia in perfectione substantiali, vt homines, & equi, non est cur sit minus relatio, quam duarum quantitarum, sed est duarum quantitarum, ergo & duarum substantiarum.

Respon. ad arg.

Ad argumentum, cum relatio ratione distinguatur tantum non re a fundamento, inhaeret non physice reali

visione, sed metaphysice, quia est vt forma, & ratio fundamenti ad aliud, vide q. 1. ar. 3. S. autem Tho. (vt ex eodem 8. de potentia, art. 2. ad primum colligitur) tantum vult in diuina natura non in substantia prędicamentali esse necessario non contingenter relationes: vide etiam Iuba. q. 12.

Sententia Ferrant.

De relatione vero maior est difficultas Ferr. 4. contra gentes, c. 11. in fine, sentit vnam relationem ad aliam tantum referri relatione rationis, videturque S. Tho. 1. d. 30. q. 1. ar. 3. ad 3. aliter procedens esset in infinitum in relationibus, quod in entibus realibus est inconueniens: Caieta. tribuitur 1. p. 1. 4. arti. ad quantum, vnam relationem fundare aliam, non re distinctam, vt cetera fundamenta, sed ratione, quia oppositio in diuini relationis fundatur in paternitate, & filiatione, cum quibus est idem re.

Sententia Sco.

Scotus vero q. d. 8. q. 10. admittit, relationem fundari in relatione, sed ne ga. procedat in infinitum, quia, vt explicat ad 1. q. 4. & 5. peruenit ad aliquam, quę non subiectet aliam, scilicet, re distinctam, cum duarum relationum conuenientia nequeat ab ipsis relationibus separari, cum vtraque pereat termino primo peruenite, & Scot. separabiles tantum distinguunt realiter, Sonz. q. 2. 4. ad primum, nullam relationem realem in relatione fundat, idem alij.

Relatio refertur ad suum fundamentum, sola relatione transcendentali.

Ego autem, nōnulla dico, primo, ipsam relationem esse ad suum fundamentum transcendente: est enim, vt ad subiectum, neque ad hanc requiritur distinctio realis extremorum, ex art. 2. quęstionis prima, sic etiam conceptus differentia ad genus refertur.

Dices tamen ex Arist. idem ad duo non referri eadē relatione, ergo nec relatio ad terminum, & subiectum. Respondetur, diuersa ratione bene potest diuersa respicere: scilicet, vt accidēs

respicere subiectum, vt relatio prædicamentalis respicere terminum, alium vt scientia, & potentia, vt accidentia aspiciunt subiectam, ac vt scientia, & potentia obiectum respiciunt.

4. Oppositio relationibus quæ opponuntur, quia est synonymum relatione opponitur, patrem filio, & respicere filium, non nego esse realem relatione: est enim, sed idem prorsus est relationibus oppositis ex S. Thom. 3. p. q. 42. art. 1. & 4. ar. 3. ad 2. de potentia. q. 7. ar. 9. ad 2. & hoc atteme lectus vult Cateca Seculo, quia à Theologis communiter tantum quatuor relationes ponuntur in diuinis, nec agunt de his in his realiter, quia hæ tres tantum sunt de fide.

Relatio potest dari alia relatione, sed non semper.

Tertio dico (supposito nulla prædicamentalem relationem distinguere à fundamentis) quando alio modo se habet relatio ad terminum quam eius fundamentum potest esse fundamentum talis relatio alterius relationis: nam albedo & nigredo dissimiles sunt, etiam quæ dissimilitudines, si in se similes quæ speciei sunt, ergo si sufficiens fundere relationem aliam, vt alia contra sufficiunt. Confirmatur, quia non requiritur distinctio realis fundamentorum, duarum relationum: nã licet figura esset idem re, cum quadrato, quantitas triangularis esset simili in quantitate, dissimilis in figura quadrati rotundæ, & in diuinis Pater ad Filium, & Spiritum sanctum, duas habet relationes, quarum fundamentum, potentia scilicet, generatiua, & spiratiua vnum est re, ergo similiter in humanis.

4. Cōcl.

Dico vltimo, quando eodem modo se habet relatio, & fundamentum ad terminum non videtur necessaria noua relatio, quia cum tota hæc entitas se habeat vniuersimodè ad aliam non videtur sufficiens fundamentum, vt duas relationes ibi intelligamus.

& per hoc processus tollitur in infinitum, quoniam non videam demonstrationem contra processum in infinitum hæc formalitatum, quæ potius sunt fundamenta modi intelligendi, qui processus hæc non realiter existit clarum, non negatur à Scoto. Solum restat locus S. Tho. explicetur, in quo tantum vult inter duas relationes si quis nouam relationem intelligat esse relationem rationis, ne in infinitum eas multiplicet, sed patet ex dictis, de relatione vero creaturæ ad Deum, si vna est relatio substantiæ, & relationis erit, vt ad causam relationis, sed de hoc infra, Vtrum sit prædicamentalis?

ARTICULVS IIII. & vltimus.

Vtrum relatio Dei ad creaturas sit realis ex tempore?

Omnes conveniunt quod creaturarum ad Deum relatio realis est, sicuti & scientiæ ad seibile, tota autem controversia versatur in explicanda relatione Dei ad creaturas, quam esse realem plurimi auctores probant. Gregor. in 1. d. 3. Palat. d. 30. q. 1. Marli. & refert omnes Nomino. d. 28. imo Sonz. q. Metaph. hyl. q. 25. solutione ad 4. relatione dominij Dei ad creaturas ponit realem, conformiter ad illud, quod supra dicebam relationem dominij fundatam in entitate reali esse realem.

Primo, nam mouens ad motum est relatio realis: est autem Deus primū mouens immobile creaturarum, ergo refertur relatio realis ad creaturas. Confirmatur, quia secundū multos, & nos supra relatione reali Christus refertur ad matrem, imo ex tempore etiam assumpsit humanitatem, nec per hoc Deus est mutatus, ergo etiã si eius relatione reali ad creaturas refertur.

Sententia Gregor. & aliorū.

1. Argu.

1. argu.

feratur ex tempore non mutaretur, ergo dicendum est quod refertur. Secundo, Oēs, scientiæ ad seibile ponit relatione realem, cõstat autē q̄ in Deo est scientia omnium creaturaru, ipsaq̄ sunt obiecta illius, ergo refertur ad illas relatione reali. Confirmatur, quia cõstat ad inferiora, quoniam ab illis non dependeat, datur relatio realis ergo & Dei ad creaturas. Tertio, nã creare, &c. perfectio est Deo adueniens ex tempore, nec per hoc mutatur, ergo minus mutabitur relatione reali ad creaturas ex tempore. Confirmatur: quia denominatio realis est à forma reali: Deus autē realiter dicitur Dñs, ergo hæc relatione reali dominij.

Confir.

3. Argu.

Confirmatur, quia cõstat ad inferiora, quoniam ab illis non dependeat, datur relatio realis ergo & Dei ad creaturas. Tertio, nã creare, &c. perfectio est Deo adueniens ex tempore, nec per hoc mutatur, ergo minus mutabitur relatione reali ad creaturas ex tempore. Confirmatur: quia denominatio realis est à forma reali: Deus autē realiter dicitur Dñs, ergo hæc relatione reali dominij.

Confir.

4. Argu.

Quarto & vltimo, quia cõ hoc album, v. g. alteri de nouo aduenienti refertur, nulla mutatione facta in primo albo refertur, ergo etiã si Deus per creaturam productionem de nouo referatur ad illas realiter, non sequitur aliqua mutatio illius.

1. Cōcl.

Primo concludi. Deus non refertur ad creaturas relatione reali, sed solū relatione rationis. Probat. quo ad vtrāq̄ partem: nã vel ille modus quo ex tempore se habet aliter ad creaturas: est ens rationis, & sic habeo intentū, vel est ens reale, quod cū sit ex tempore erit in Deo, & nō erit Deus, quod est plusquam falsum: ergo non refertur relatione reali, sed rationis. Confirmatur, quia illa relatio realis, vel est creator vel creatura: ergo non est ens reale, nō creator, quia ex tempore, nec creatura, quia sic cū Deo refertur ad omnes creaturas etiã alia relatione debet respicere illā, de qua rursū inquiri, an sit creator, vel creatura? Et iterū reddet argumentū vsq̄ in infinitū, quod videtur absurdū supponere, & hoc iudico maximum argumentum probare sententia.

Relatio Dei ad creaturas solū est ratio nis.

Probat.

Confir.

Confir.

Confirmatur ratione alia, quia sequeretur q̄ si talis relatio esset realis, q̄ aliqua accedens inhxeret Deo, nã

dicta relatio potest inesse & nō inesse Deo salua Dei substantia, & essentia: ergo est accidens illi inhxrens, quod natura ipsa abhorret. Secunda pars probatur, Deus refertur relatione dominij, & causæ, & non relatione reali, ergo rationis. 2. Concl. Nihilominus dicitur Deo realiter Dñs ab ista relatione rationis, &c. Patet cõlūna dicitur realiter dextra, vol sinistra, & homo realiter, & verè dicitur cæcus, & inops relationibus rationis, & denominatio re extrinsecasimo Petrus realiter, & formaliter dicitur idem sibi à relatione rationis, ergo & Deus, &c. dicitur realiter dñs à tali relatione rationis.

2. Cōcl.

Probat.

Nota.

Aduerte tamen q̄ licet aliqui, contrariam sententiã periculosam, & temerariã vocent, tamen hoc non itz aperte viget contra eos, & nos qui relationem realem idem prorsus ponimus cū fundamentis: ex quo nō sequeretur aliqua mutatio realis in ipso Deo immobili facta: tū propter argumentū facta, tū etiã quia hætenus aliqua relatio est rationis, quia vel habet esse obiectiuū purè extrinsecum, vt animal est genus, vel quia solū extrinsecè denominat, vt visio parietis, at relatio realis profecto in re nihil aliud est quam v. g. mea albedo in re, quæ posito termino cõceptibilis est, vt similis vel dissimilis ad illū abiq̄ mutatione reali. Est enim relatio realis conceptus Metaphysicus rei, non Physicus, & materialis, qui tantum distinguitur per intellectum: sic namq̄ prædicamenta distinguuntur, vt supra dixi, & dicitur omnes, quod quidem ponere in ipso Deo nō esset aperte ponere mutationem in tempore, sed termino posito, id est, creaturis factis, Deum ipsum conceptibilem esse vt dominium, & causam esse illarum.

Nota.

Solutio. Tur arg. Ad 1. re sponde. sunt

CAPVT VIII.

De Qualitate, & Quali.



Valit item vegodico, qua quales quidam aicuntur. Est aut m qualitas ex hisce, qua multis modis dicuntur.

Atque vna quidem species qualitatis, habitus, dispositioque vocetur.

Differt autem habitus à dispositione: nam magis permanet, atque diuturnior est. Tales sunt ipse scientia, & virtutes. Scientia namque ex eorum numero videtur esse, qua permanent, & cum difficultate dimouentur, etiam si quispiam mediocriter scientiam acquirat, nisi magna mutatio, vel à morbo, vel à re quapiam alia simili fiat: similiter & virtus, ut iustitia, temperantia, & quacunque tales, haud facile dimoueri, mutariue videntur.

Dispositiones autem ea sunt, qua facilliter dimoueri, mutarique possunt, ut caliditas, frigiditas, morbus, & qua sunt hisce similia. Nam his ipsis homo aliquo modo disponitur, & facile quoque mutatur, ex calido frigidum subiens, & ex valitudine morbum: & in ceteris etiam simili modo. Nisi & harum ipsarum aliqua ob diuturnitatem, versa iam in naturam

fit,

fit, dimoueri que nequeat, aut summa cum difficultate mutari possit, quam quidem hac ratione quispiam habitum iam nuncupauerit.

Patet autem, ea homines habitus dicere velle, qua sunt diuturniora, neque dimoueri facile possunt: eos enim qui scientias non ad modum tenent, sed eas amittere facile possunt, habitum habere non dicunt: ea licet scientia aliquo modo deterius, meliusve dispositos videant. Itaque sic à dispositione habitus differt, ut illa facile dimoueri possit: habitus autem diuturnior sit, & cum difficultate moueatur.

Sunt autem habitus quidem, & dispositiones verò haud necessariae habitus sunt. Qui namque habent habitus, et aliquo modo etiam disponuntur: atque disponuntur, et non omnino & habitus habent.

Text. 2. Aliud tamen qualitatis genus, quo ad luctam aliquos, aut ad cursum, aut ad sanitatem, aut ad morbum aptos esse dicimus: & simpliciter ea qua per potentiam naturalem, impotentiamve dicuntur. Non enim quicquam horum ex eo dicitur tale, quia aliquo dispositionis modo: sed quia naturalem potentiam habet, ut facile quispiam aut faciat, aut non patiat. Ut ad pugilatum, cursumve apti dicuntur, ideo non quasi rerum eorum facultatem

sam aliquam tenent, seu tantum quia naturalem, aut vnam, aut imbecillitatem facile aliqui d faciendi habent: sic apti sanitati, quia vim naturalem haud facile obnoxiam: morbidi contra, quia obnoxiam facile, seu quia vis non facile obnoxia careat, dicuntur. Eiusdem generis est & durum, ac molle. Durum enim ex eo dicitur, quia potentiam habet, ut non facile diuidatur: molle autem ex eo, quia eiusdem habet impotentiam.

Text. 3. Tertium qualitatis est genus, qualitates passiuas, ac passionis, qua quidem talia sunt: ut dulcedo, amaritudo, & ea que sunt generis similis caliditas praeter ea, frigiditasque, & albedo, atque nigredo.

Has igitur qualitates quidem esse perspicuum esse videtur. Fa namque qua hac susceperunt, qualia sane dicuntur: ut mel ex eo dicitur dulce, quia dulcedinem suscepit: & corpus etiam album, quia suscepit albedinem: similiter & in carnis res se habere videtur.

Qualitates autem passiuas dicuntur, non ideo quod ea qua susceperunt, passiuas aliquid sunt: neque enim mel ex eo quia passiuas aliquid est, dulce dicitur, neque ceterorum talium quicquam: similiter & caliditas, & frigiditas, non ex eo passiuas qualitates dicuntur, quia ea qua susceperunt aliquid

V 3 passa

Ad confirmat. sunt eiusdem ordinis relatio est realis inter vtriusque, secus quando sunt aliter ordinis, ut est Deus & creatura.

Ad confirmat. Ad confirmationem ex dictis patet quod filiatio fundatur in ei causa generabili filij, modo explicato, & ita si cuti per assumptionem humanitatis ad substantiam verbi, quia humanitas non se habet ut actus, vel ut in forma illam, non fuit mutatus Deus, sed solum illam sustentantem in uisione personalis, nec per relationem realem in tempore in humanitate fundata, sequitur ipsam mutari.

Ad 2. re sponde. Ad secundum, scientia Dei causa est effectrix creaturarum, qua sunt scibilia, at scientia nostra è contra effectus est scibilis, modo explicato, unde ratio non currit.

Ad confirmat. Ad confirmationem, licet cælum non pèdeat ab ipsis inferioribus, cum hoc tamen sunt eiusdem rationis, tã quantitas illius, quàm actiones extrinsece, quam quantitas nostra, & actiones nostras in quibus duobus, relatio realis fundatur ex dictis, quod in Deo ponere, absurdum est.

Ad 3. re sponde. Ad tertium, post plures solutiones vitimo M. zamel respòdet, ubi suat à, quod creatio actiua, & est ipse Deus, ponitque perfectionem in illo, sed ab æterno: at passiuas creatio potius est creaturarum perfectio, in ipsoque tantum, est ens rationis: sed de his latius alibi.

Ad confirmat. Ad confirmationem, denominatio absoluta realis a forma est realis tempore, at realis denominatio relatiua bene fit à forma rationis, ut dixi multoties.

Ad vlti. respon. Ad vltimum positione alterius alibi hoc album profecto licet non mutetur mutatione absoluta, bene tamen mutatione relatiua, aliter enim se habet hoc album, nunc quam prius: quod etiam in

Deo non est ponendum.

passa sunt: sed quia quaeque qualitas dicta, passionibus insensibus est efficax. Dulcedo namque passionem quandam in gustu facit; & caliditas in tactu: ceteraque simili modo. Albedo autem & nigredo, ceterique colores, non eodem modo qualitates passivae dicuntur, sed quia à passione sunt factae.

¶ Nam quod per passionem mutationes complures colorum fiant, certum est. Puduit enim quiespiam, atque erubuit, & timuit quiespiam, atque palluit. Quare si quiespiam etiam natura talium passionum, incursumve aliquid subijr, similem colorem, verisimile est illi habere. Quae namque nunc dū pudet, atque fitio circa corpus erexit, eadem & in naturali constitutione dispositio fieri potest, ut & color natura similis fiat.

¶ Quaecumque igitur affectionum talium initium ab aliquibus sumperunt passionibus quae permittunt, cum difficultate atque dimouentur, passivae qualitates dicuntur. Sive enim in naturali constitutione pallor, aut nigredo sit orta, qualitas dicitur: nam circa eadem quoque dicuntur quales: sive ob diuturnum morbum, aut colorem hanc eadem acciderint, modo non facile dissoluantur, aut per vitam permancant, qualitates sane passivae, & ipsa dicuntur, cum hisce similiter quales dicamur. Quae vero ab hisce fiunt quae facile dissoluntur,

passiones dicuntur, non qualitates, non enim per hasce quales dicuntur: neque enim erubescens, ob verecundiam rubescens; neque pallens, ob timorem pallidus appellatur: sed a iquid passus potius dicitur esse: quare passiones haeres, & non qualitates dicuntur.

Similiter & in anima qualitates passivae, passionesque dicuntur. Quae enim in generatione continuo à passionibus quibusdā ipsa quae sine difficultate dimoueri non possunt, sunt orta, qualitates dicuntur: ut insania, iracundia, & quae sunt similis generis: quales enim ob hanc ipsa dicuntur: ut iracundia, atque insania. Similiter & quaecumque mentis egressiones non naturales, sed à quibusdā alijs castibus factae sunt, quae aut sine difficultate dimoueri non possunt, aut omnino immobiles sunt, qualitates videm & haec dicuntur, quippe cum hisce quales dicantur. Quae vero ab hisce fiunt quae facile dissoluntur, atque expirant, passiones dicuntur: velut si turbatus quiespiam, iracundior fuerit: non enim iracundus dicitur, qui talis in perturbatione iracundior est, sed potius aliquid passus dicitur esse, quare passiones talia non qualitates dicuntur.

Tex. 4. Quartum qualitatis generis est figura, & ea quae circa unum quodque est forma: & insuper re-ctitudo, & curvitas, & quicquid est hisce simile: horum enim uno-

Tex. 4

quo-

quoque quale quiespiam dicitur. Ex eo namque quia triangulus, aut quadratum quiespiam est, quale quid dicitur: & quia rectum identidem est, aut curvum, forma etiam quodque dicitur quale. Rarum autem, & densum, & asperum, atque lenis, quale quidem significare quid videbuntur: a qualitate tamen divisione remota esse videntur: parium enim potius positionem videntur quamdam significare. Etenim densum quidem ex eo quiespiam est, quia paries ipsius subipsis, propinqua sunt: rarum autem ex eo, quia à sese distant: lenis etiam est ex eo, quia recte partes sunt sita: asperum vero ex eo; quia quaedam partium eminentes, quaedam humiles sunt. Atque forsitan quidem, & alius quiespiam qualitatis modus videbitur esse: qui tantum maxime dici solet, tot fore sunt.

Tex. 5.

Text. 5. Ea igitur quae diximus, sunt qualitates, ut patet. Qualia vero sunt ea, quae denominatione ab ipsis, aut alio aliquo modo dicuntur. In plerisque igitur, quum potius fere in omnibus, denominatione dicuntur: ut ab albedine albus: à Musica Musicus, & à iustitia dicitur iustus, & in ceteris simili modo: sed in quibusdā ex eo, quia non sunt nomina in qualitatibus posita, non sit, ut ab ipsis denominatione dicantur: ut apud ad lactam, aut ad

iuris

cursum, qui quidem naturali potentia talis dicitur, à nulla qualitate dicitur denominatione. Potentiam enim hisce quibus igitur quales dicuntur, non posita nomina, sicut artibus, quibus militares, aut cursores ob dispositionem dicuntur, sunt. Militaris enim dicitur ars, & cursoria, atque ab his igitur qui desponuntur denominatione dicuntur. Interdum etiam est positum & qualitatis nomen: non tamen id quod ipsa quale dicitur, nomine illius denominatione dicitur. A virtute namque honestus quiespiam dicitur, ex eo sane, quia virtutem habet, sed non denominatione dicitur à virtute. Non tamen in multis id ipsum fit. Ea igitur qualia dicuntur, quae à dictis qualitatibus denominatione, aut aliquo alio modo dicuntur.

Tex. 6. Atqui contrarietas in qualitate esse videtur: iustitia namque contrarium est iniustitia, & albedini nigredo, & cetera eodem modo. Et etiam quae ab ipsis qualia dicuntur, contraria esse videntur: ut iniustum iusto, & nigrum albo. Non tamen in omnibus hoc esse videtur. Flavum enim, aut fuscum, aut talibus coloribus, quae quidem sunt qualia, nihil est contrarium: Ad haec. Si contrariorum alterum qualitas est, & reliquum omnino qualitas erit. Hoc autem ita esse patet ex singulis praedicamentis: nam si iustitia contrarium est

V 4

iniu-

iniustitia, atque iustitia qualitas est, est & iniustitia. Nam caterorum predicamentorum, neq. quārum, neque ad aliquid, neq. ubi, neque aliorum, quicquam: omnino, nisi qualitas iniustitia, accommodatur. Eadem in ceteris qua sunt in qualitate contrarij dici possunt.

Tex. 7. *Text. 7.* At vero qualia ipsa gradus suscipiunt: ac magis talia, minusve dicuntur: album enim aliud alio magis, minusve dicitur: & iustum alio magis, minusve. Et ipsa etiam intensiōnem suscipiunt: fit enim ut album albius se euadat. Non tamen omnia, sed plurima conditionem hanc subire videntur. Nam dubitaueris quispiam, si magis, minusve iustitia dici possit, & de dispositionibus etiam ceteris simili modo. Sunt enim qui talibus conatendunt: iustitiam namque, aut iniustitia, aut sanitatem, aut sanitatem magis, minusve dici debere: haud omnino dicunt. Sed aliud sanitatem, iustitiamve, aut Grammaticam, aut id genus dispositionem magis, aliud minus habere, concedunt admodum. At tamen ea qua hisce qualia dicuntur, gradus sine controversia suscipiunt, magisque talia atq. minus dicuntur. Iustior enim, & sanior alius alio dicitur, & in ceteris simili modo. Triangulus autem, & quadratum, ceteraque figurae, non videntur talem conditionem subire: nam ea quidem qua trianguli ratione,

circulique suscipiunt, trianguli si militer, aut circuli sunt omnia. Eorum vera qua rationem hanc non suscipiunt, nihil alio magis, minusve tale dicitur: non enim quadratum magis quam altera ex parte longius, circulus est, quippe cum neutrum circuli subeat rationem: atque simpliciter, si non subeant propositi rationem, alterum altero magis tale, minusve minime dicitur. Non ergo omnia qualia gradus suscipiunt, ut magis talia, minusve dicantur.

Tex. 8. *Text. 8.* Eorum igitur qua dicitur. Ita sunt, neutrum proprium qualitatis esse videtur: similia autem, dissimiliaque per qualitates solas dicuntur. Simile enim quipiam cuiuspiam nulla alia profecto ratione esse videtur, quam ea quale est. Quare proprium qualitatis erit has ipsa simile, atque dissimile dici.

Tex. 9. *Text. 9.* Non autem perturbari oportet, si quispiam nos duxerit de qualitate tractantes, complura eorum qua sunt ad aliquid cum qualitatibus ipsis enumerasse. Habitus enim & dispositiones ad aliquid esse dicimus. Etenim in omnibus fere talibus generis quidem ad aliquid esse dicuntur: singularium vero nihil. Scientia namque qua quidem est genus, hoc ipsum quod est alicuius dicitur esse: cuiusdam enim scientia dicitur: singularium vero scientiarum nulla id ipsum quod est alicuius dicitur

atur esse: ut Grammatica non dicitur esse: ut Grammatica, neque musica cuiuspiam musica: nisi generis ratione ad aliquid, & ipsa dicantur. Grammatica enim alicuius scientia dicitur, non alicuius Grammatica: & musica, cuiusdam scientia, non cuiuspiam musica. Quare singula non sunt, ut patet, ad aliquid: at quales singulis his dicuntur, quippe cum & has ipsas habeamus. Scientes enim ex eo dicuntur: quia singularum aliquas scientiarum habemus, Quare singula erunt qualitates, quibus & quales, qui eas habent, dicuntur. At haec non sunt ad aliquid, ut diximus. Praeterea. Si quid idem, & quale, & ad aliquid sit, in utrisque ipsum generibus collocari, enumerarique, haud absurdum erit.

Summa Textus.

Primo, descriptione ponit Qualitatis, & eius species, Secundo, Qualis, & tres proprietates, Tertio, soluit dubium. Qualitas est secundum quam dicuntur quales: prima species est habitus, & dispositio: secunda, naturalis potentia, vel impotentia: tertia, passio, & passibilis qualitas: quarta, figura & forma.

Quale est quod a qualitate quomodo libet denominatur. Prima, proprietates est habere contrarium. Secunda, proprietates est suscipere magis, & minus. Tertia, maxime propria (illae enim non omni qualitati conueniunt) est, ut secundum eam res dicantur similes vel dissimiles.

Oportet quomodo habitus, & dispo-

sitio fiat hic positi, & in predicamento relationis? Respondetur primo in genere esse ad aliquid, scientiam habitum, &c. non in specie, ut Physica. Secundo. Respondeo. qualitatem hic ponitur relationem vero quam habet ad obiectum in predicamento relationis.

Annotationes circa literam.

Reuiter, non dubito de modo procedendi Aristot. in hoc & sequentibus capitibus, cum conperitur ut qualitatem praestantiorē esse alijs rerum generibus. Cur autē inferribatur hoc caput, de qualitate & quali, non est certum: quidā ut Boet. & Ammon. tribuunt hoc vitio scriptorum: sed quia tā antiqui, ut D. August. Simplicius, & Porphyrius, quam Neotrici omnes sic legitur: aliter dico, quod Aristot. ex proposito hoc fecit, volens hoc peculiari modo agere de abstracto, id est, de qualitate, & de concreto, id est, de quali huius generis, quia antiqui dubitabant an secundum proprietates huius generis abstractis conueniret vel concretis.

Secundo notandum, nomen qualitatis esse analogum, nam ex 5. Metaphysicae. 19. sumitur pro differentia, vel forma substantiali, & pro omni forma accidentali, & pro accidenti huius predicamenti speciatim, non distinguit vero hic nomen, quia supponebat cognitionem formae, & aliorum de quibus, ut notis in metaphysica meminit, nec fuit hic necessarium, quia haec tantum dicitur absolute qualitas, non illae, ante cuius definitionem ait hic dici multipliciter, ut 7. Physicae. de omni genere, quia habet multas species, ut bene Albert. Boet. & alij.

Vltimo notandum, circa utranque solutionem obiectio Aristotelis. in prima velle vocem genericam, ut scientia, connotare relationem pra-

dicamentalem, non verò nomen phy-
sica, & ex libera impositione, & ca-
sus: secunda verò est de re, scilicet, q̄ a-
litate, quæ est scientia hic poni, re-
lationem quæ eam consequitur, in
prædicamēto relationis, de quo præ-
ter alios Caiet. hic Alex. & Simpl.

Notandum primo, bene Recentio-
res, & alios dicere, quod licet Aristoteli
dicat qualitate esse qua dicimur qua-
les, non habere mysteriū, quod qualita-
tas in singulari, dicitur in plurali sit,
nam definitiones abfoluuntur à nume-
ro, id est, non attenditur, numerus, sed
vnus numerus pro alio ponitur, ac si
dicat, à qua dicitur aliquid quale, nec
est mysteriū. Alber. vult, quod sit pri-
ma persona. D. Boet. verit in tertia,
& vt habent. Recentiores, sic habetur
in Græco: sed non attenditur etiam,
quod prima vel tertia persona ponat-
ur in definitione, etiā qualis dicitur
esse, quod à qualitate denominariū
dicitur, vel quomodo libet aliter, quia
sunt aliqua alia, quæ defectu nominū
non habeant cōditiones omnes deno-
minatiuorum, vt virtus, & studiosus,
vide quæ dicta sunt cap. 1. ante prædi-
camentorum.

Nota secundo, difficile esse in quo
consistit essentia huius generalissimi
explicare: nam quod aliqui dicunt esse
determinationē, modum: accidentia
lem, subitanter, videtur conuenire, ū-
rui, vbi, stare, iacere, alijque acciden-
tibus, nec quod alij dicunt qualitatē es-
se accidens ex parte formæ, quia et
actio est accidens ex parte formæ, &
vbi naturale: definitio autē Arist. po-
tius videtur ostendere differentia cō-
creti, & abstracti ratione dicta No-
tabili. 1. circa literam qualitatis.

Dices, quæ est ergo essentia qualitatis?
respondetur licet à priori, & in se necia-
mus tamē hoc videmus, quod quæ sitas,
vel alia accidentia non denominant
absolutē quale, vt accidentia huius
generis, vt bene ex Albe. Recentiores,
& alij, quia communi hominum sen-
sui, & loquutioni subest, vna ratio,
quæ est qualitas, quam in se bene ne-
scimus, nec Aristoteli docuit & fortē ne
sciuit, ob quod non est accusandum, &
ex hoc patet ad primum datam de-
scriptionem ex hoc cōmuni hominū
iudicio

Nota

Nota

Quæ sit
essentia
qualita-
tis.

Resp. ad

Ad. 2.

sensu, nam licet definitio Aristotelis
detur per effectum, vt qui cæco dice-
ret lucem esse actum lucidi, parum
nobis illa ratione prodest, nisi ob hanc
communem estimationem.

Ad secundum, non est circulus, nam
qualitas per concretum quasi per ef-
fectum aliquantulum notorem de-
scribitur, nam multi noscunt album,
albe lineam discernere nescientes, rur-
sumque non nihil declarata qualitate
per eam quasi per causam formalem
deciatur quale, vt à priori.

ARTICVL. II.

Vtrum habitus, & dispositio di-
stinguantur species?

Senten-
regat.

Negat Hammo. Alber. D. Boet.
Porphy. & Antiqui, quæ sequū-
tur Lobanien. Titelman Villal-
pandus, & alij. Primo, quia Aristotel.
vtraque vocat vnā speciem, ergo
de mente Aristot. non distinguantur.
Secundo, quia ex Aristotele hic ha-
bitus est dispositio, vna autē species
rō est alia in abstracto. Tertio, quia
dispositio firmiter radicata videtur
ex Arist. habitus. Quarto, quia faciliē,
vel difficile mobile, quas differentias
ponit Arist. inter illas species videtur
accidentales, & se habere vt calorem
vnus speciei intentionem & remissam,
parum vel multum radicatam.

Nota. 1.

Pro explicatione, nota primo, ex
Hammo. Simpl. & alijs. has quatuor
species esse subalternas, ideoque ab
Aristot. nunc dicitur species, & nunc ge-
nera, tamen circa primam, licet par-
ticula, habitus multipliciter sumatur,
de quo ex Aristot. hic, & S. Thom. 1. 2.
quæst. 49. nunc tamen sumitur pro
qualitate difficile mobili, quæ bene
vel male disponit subiectum, modo
dicendo. Dispositio verò, quæ etiam

multis modis vsurpatur. hic accipitur
pro qualitate facile mobilis, quæ bene,
vel male disponit subiectum.

Secundo, nota ex Hammo. quod vt
particula, nomen, sumitur pro omni
parte orationis, & speciatim pro par-
te, quæ est nomen distincta à verbo,
ita dispositio, & sumitur vt commu-
ne ad habitum, & dispositionem spe-
ciatim sumptas, & speciatim pro qua-
litate facile mobili, quæ distinguitur
ab habitu, vt vna species ab alia, ita
vt habitus & dispositio fiat duæ spe-
cies sub dispositione in communi.
Idem dicendū de suppositio, vt com-
munis ad locum, & superficiem,
vt habes secundis commentarijs. c.
de quantitate, quæst. 2. & primis Sū-
mul. cap. de suppositione, quod de sup-
positione impropria, & materiali im-
propria, vide ibi.

Tertio, nota ex sancto Thoma. 1.
2. quæst. 49. articulo 1. nomen habi-
tus vel dispositionis adhuc semel dupli-
citer: primo, pro qualitate facili, vel
difficili mobili ab extrinseco, vt ex
diuturnitate, temporis, quod Caietanus
vocat quædam modum, & sic secun-
dum modum sunt differentia acci-
dentales: secundo, per se ab intrinseco
facili vel difficili mobili, quod Caietanus
vocat quædam essentiam, vt scientia,
quæ causatur ex causis euentibus,
& per consequens difficile dimo-
uetur: huiusmodi vero sit species
habet causas facile mobiles, & hoc se-
cundo modo dicunt differre specie,
habitus, sic difficile mobilis, & dispo-
sitionis facile mobilis. S. Tho. supra arti-
culo secundo, ad tertium, Magister
Soto Canter. Caietan. nam est
differentia per causas per se speciei
cum scientia remissa, sic sit diffi-
cile mobilis, quamvis ab extrinseco
quoadmodum, sit facile mobilis,
in hac quæstione, bene M. Soto hic
opinionem negat esse habitum, quæ-
quid Villalpand. 1. Poster dicit quia
topica

Disponi
tur quæst.

QVAESTIO. I.

De essentia, speciebus, &
proprietatibus qualita-
tis in communi.

Quartum præcipuum locum
inter omnia decem genera,
qualitas obtinet, vt supra in
anteprædicamentis dicebam, estque
eius contemplatio nimis grata, & mul-
to magis perspicua, de qua septem
sunt videnda: primo, de eius defini-
tione: secundo, de prima specie: ter-
tio, de secunda specie: quarto, de ter-
tia: quinto, de quarta: sexto, de suffi-
cientia & ordine dictorum specierum:
septimo & vltimo, de proprietatibus
qualitatis qualiter illi conueniant ab
eaque originentur.

ARTICVLVS. I.

Vtrum definitio qualitatatis ab
Arist. data, bona sit.

Arg. 1.

Multa videntur probare esse ma-
tam istam definitionem: primo,
quia illa definitio qualitatatis omni for-
mæ videtur conuenire: ergo non est
optima definitio.

Arg. 2.

Secundo, quia committitur circulus,
dum per qualitatē quale, per quale
qualitas definitur, maximum cū nullū
corū sit nobis notū: ergo nō est bona.

topica ratione fortiore diuellitur: quare noticia, & actus appetitus non erunt habitus, quia de se transeunt facile. Præterea vero si sit specie distinctus morbus, ab intrinsecò difficile mobilis intrinsecò est habitus, si sit calor radi dicatus dispositio est intrinsecò, habitus verò quoadmodum. Dico tamè vt propriè cum cōmuni vsu loquamur facile, & difficile mobile, reliquos dicere conceptus, vt magnum & paruum, nam difficile mobile respectu illius, respectu fortioris agens facile mouebitur, vnde sic non distinguitur specie.

Confirmatur: nam aliter virtutes morales, quæ ab Aristot. radicatz dicuntur habitus, non essent habitus cū contrarijs actibus, diuelantur facile per se.

Confirmatur secundo: quia quod Sanctus Thom. vocat difficile mobile per se, tantum est carere contrario expulsiuo, vt scientia comprehensa, & non esse vim naturalem physicè de structiuam habitum infusorum fidei, spei, &c. Et opposito modo proprius sumitur ab Antiquis citatis, & ab Scoto, facile & difficile mobile, vt sunt differentiaz accidentales, quia tantum modo quo sumitur à S. Tho. patenter distinguuntur specie.

Respondetur ad primum tantum vel le Aristotelem vtrunque in vna cōmuni speciei conuenire.

Ad secundum, dispositio cum predicatur de habitu sumitur cōmunitè ex Notab. 2.

Ad tertium respondetur, quod vt scientia imperfecta quoadmodum est dispositio, ita dispositio radicata, quoadmodum est habitus.

Ad quartum patet ex dictis, quomodo sint accidentales, & quomodo essentielles differentiaz definitiones Arist. de habitibus, & earum declarationes, quomodo in subiecto sit habitus, &c. petunt specialem tractatum

de habitibus, de quo in Post. vide Sa ctum Thom. 1. 2. supra distinctionem primæ & secundæ speciei, art. 3.

ARTICVL. III.

Vtrum naturalis potentia, & impotentia distinguatur specie?

Nota primò, Aristot. in Metaph. c. de qualitate non meminisse huius speciei, quia vt bene M. Soto ex Albert. & alijs parum antea de ea meminerat, nec in physicis eam numerat. lib. 7. quia non acquiruntur vera alteratione patientis: Cōsidera tamen quod hic impotentia, non iunxitur p iuatiuè, hic, quia poneretur tantum reductiuè, sed vt dicit quid positiuum, de quo statim.

Secundò nota, potentiam dici ab Aristot. aptitudinem ad facile aliquid faciendum, vt vis motiua, vel fortiter existendum, vt durities, impotentia verò aptitudo ad facile patiendum, vt mollities, vel difficulter resistendum, communiter verò M. Soto, Titelm. & alij dicunt differre specie, sed durum & molle, quæ Aristot. hic vocat potentiam & impotentiam, proculdubio tantum differunt, vt albedo intensa, & remissa, tunc dum magis, & minus in eadem specie, molle enim est parum durum. Item sanatiuum, & egrotatiuum à natura robusti, scilicet & debilis, tantum differant, quia vnus perfectiorem potentiam habet alio in eadem specie, & tamen Aristot. vnū potentiam, & aliud impotentiam vocat: distinguuntur tamen specie, potentia actiua & passiua vel receptiua, specierum, & quantitas, vt receptiua potentiaz accidentium, diuisibilis & mensurabilis, quod modum habet potentiaz passiua.

In quo verò distinguatur hæc species

Distinguitur specie- rum.

ad primam speciem communis sententia cum S. Tho. respondet, quia ista dicitur principij, ium operandi: prima vero determinat, ad bene, vel male esse rei: quod quia impotentia operatiua est bene, vel male operari, habitus dū ad ad determinat, determinat ad bene, vel male esse potentia. Cui videtur obitare, quod omnium illas videtur bona, vel mala nature, vel supra naturam, vt habitus infusū, qui in hac specie ponuntur: ergo, & omnis qualitas, dicitur sub prima, tamen quia aliqui Theologi cum Scoto, ponunt habitus indifferentes ad bene vel male erunt, etiam secundæ speciei, tamen etiam, quia ratio habitus in cōmuni, nec est ad bene, nec ad male, sed indifferens: & perfectissima potentia vi sua est ad bene operandum, cum sic secundæ speciei. Existimo autem rationem eorundem speciei consistere in hoc quod est qualitas, quæ est principij operationis: hæc enim est vnica ratio, non tamen potentibus, sed habitibus, speciebus sensibilibus vel intelligibilibus, cōueniens vniuersi: ratio vero primæ speciei, vt explicetur.

Aduerte naturam creatam inter alia hæc habere imperfectionem, vt sine accidentibus mutila sit, & imperfecta: qualitas ergo quæ eam ceplet, & quali consumat, est prima species, quæ ideo dicitur esse ad bonum, vel malum nature, quia est dispositio bene, vel male eam complere, vt sanitas bene, & gritudo male complet esse rei: habitus complent potentias imperfectas sine illis, præterea etiam ratione, quam habent principij actiui, rem in suo genere absoluunt, & perfectam reddunt, vt sit ad operandum facile: actiones etiam vitiosæ sunt perfectiones, sine quibus res erat in esse potentiæ, & imperfecto, habitus autem indifferentes, & plerique negant dari, de quo 1. 2. q. 18. artic. 9. & Duran. in 2. d. 40. q. 1. cum Aristot. dicat, 2. Aethicor. po-

tentiam esse, quæ possimus, habitum, quo bene vel male, & licet dentur, erunt indifferentes ad bonitatem, vel malitiam moralem, nam ipsam facili ter operari, dum non sit ad malum, bonum est nature, & ratio similiter generica habitus, & actus in specie indifferens, vt voluntas bonum est natura, & est indifferens ad bonum, vel malum. Vide aliz qualitates licet sub alijs formaliatibus sint aliarum specierum erunt primæ, in quantum modo dicto sunt ad bonum, vel malum nature, etiam si bonum sit supra naturalem virtutes Theologicæ fides, spes, &c. licet ratio principij operatiui, quæ habent, sit secundæ speciei, & per hæc patet ad argumenta.

Ex dictis tamen videtur dubium, Vtrum calor sicut pertinet ad secundam speciem, vt cōseruarium bonumque nature, sic pertineat etiam ad secundam, vt caloris productiuum, & color vt productiuus, specierum, &c. alij negant, 3 quia volūt tantum potentias per se, id est ad operandum ordinas hic poni, sed cum verè sint principia productiua, hæc ratio hic ponitur maximè cum Aristot. nomen potentiaz ad durum, & molle extendat, verum tamen est id nomen his quæ, per se primò sunt ad operandum, vt intellectui, voluntati, visui, &c. proprijs sicut conuenire.

Secundò est dubium, quia Aristot. vocat hanc speciem naturalem potentiam, ergo habitus acquisiti etiam vt operatiui, non erunt in ea, sed videntur reijci ab ipso Arist. Respondetur quantum vult id, quod potissimè ponitur hic esse naturales potentias, quæ sunt prima principia accidentalia operationis, vt intellectus, &c. tamè cum etiam acquisita principia operandi species, & habitus, imò characteres Baptismi, Cōfirmationis, & ordinis, vt vult. S. Tho. 3. p. q. 63. & alij vniuersè conueniant in generica ratio.

Dubium

3 Mercas

Dub.

ratione operatiui hic penentur, maximè, quia esse naturale vel adquisitum accidentale est principio operandi.

Nota.

Ultimo Nota sanitatem, et ægritudinem dicere teperamentum, consonum, vel dissonum naturæ, quia aliqui dicunt formaliter esse simplicem qualitatem ex aliarum missione resultantem, & sic clarè est in se, Si vero fiat formaliter aliz qualitates in talibus vel talibus gradibus vel est vna cōplexa dispositio, non facies vni per se, vel potest dici esse, & habere hinc rationem entis per se, quia cum qualitates sint naturaliter ordinatæ ad conseruationem substantiæ faciunt vnã conseruationem dispositionem, in eo genere dispositionis, ægritudo etiã sic habet quia dispositio destructiua vnius dispositio est ad productionem, & conseruationem alterius, & hoc videtur conformiter Arist. qui hic ponit eam speciẽ qualitatis & S. Tho. 2. 2. q. 49. art. 1. & alij de hoc tamen ex professo dicã, vbi de temperamento agamus.

ARTICVL. III

Vtrum passio, & passibilis qualitas differat specie?

B Reuiter tantum quo ad præsentem Nota qd passio multipliciter dicitur primo proprietat rei, secundo receptio cuiuslibet accidentis maximè contra naturã subiecti, vt calor in aqua & speciatim receptio actus vitalis, vt visionis, tertio pro moribus appetitus, vt odio, amore, quarto pro sensibili qualitate, & sic sumitur à S. Tho. in 4. d. 4. q. & articulo primo ex Aristotel. 7. Metaphysic. & Scoto hic, & ex definitionibus, quas afferunt Lobanien. quæ qualitas si habeat esse

permanens, vt calor ex ægritudine passibilis, vel passibilis qualitas dicitur, si fluens vt breuis rubedo ex vere cundia orta passio dicitur: vnde euidenter inferat non distingui speciem, cum natiuus calor sit passibilis qualitas, subitus verò ex meta sit passio, quæ duratione tantum differunt, & causa efficienti, duratio autem & causa non mutant speciem, vt patet in homine genito, vel creato, qui habet diuersas causas, & tamen sunt eiusdem speciei.

Secundo, aduerte, quod cum passio sit eiusdem speciei cum passibili qualitate, & species sit qualitatis, quid dicitur est qualitas. Arist. vero hinc tantam vel communiter à passione non denominari aliquem quale absolute, vt pallidum V.g. sed pallere, nõ quia verè non sit qualitas sed quia transiens qualitas communiter apud nos non denominat.

Sed dicas, cur dicuntur passiones, vel passibile qualitates ista? & respondetur quod Aristoteles rationem reddit de colore, quia sit ex passione tertio modo, quæ est frequentior acceptio, vt ex metu paliorum, calore verò & sapore passionem sic vocat, quia causant passionem, & Caietanus bene (ne sit æquiuocatio) passionem intelligit, eodem enim modo tristant hæc, vel delectant: & vt patet in text. & dicunt Lobanien. Aristot. nõ reddit essentiam huius speciei, sed causam nominum: essentia enim est distincta, & cum sensibiles qualitates has excipient passiones, & manifestet, merito sic vocantur, & licet calor (de quo in philosophia modo ibi explicando) delectet, quia tamen dubiam erat: num calor id faceret, produceretque species, vel visus, radiorum extra missionem (de quo hic, & nos secundo de anima) clariorem dedit nobis rationem.

Quarto nota, qd nomẽ passibilis qualitatis

Quæ. 1. De Qualitate. Ar. 5. De. 4. specie qualitatis. 160

tis non sumitur pro potentia passiuã: hæc enim est secunda speciei, nec vt Cicero dicebat pro dolore portabilis: sed pro qualitate, quæ est causa, vel effectus passionis, tertio modo, permanens tamen, nam si transiens sit, vt passio pro receptione in fieri, passio nominatur: de passionibus verò ipsis, vt metu, odio, &c. Recentiores innuunt, quod Arist. ponit in 3. specie, Titelman intellectiones etiam, & sensationes ponit in illa Lobanien. tamẽ labe. & Sonz. in prima specie, vt nos nec plane apparet, quæ communis ratio sit his, & sensibili qualitatibus, quæ à Sancto Thoma, Scoto, & alijs, est tertia species, causare enim commotionem sanguinis, ruborem, &c. potius est formalitas secundæ speciei. Existimo ergo (vt patet in text. Arist.) affectiones has appetitus permanentis, vt in iracundo, dicuntur les qualitates, raram verò & subitam iram non, sed passionem, non quod eis essentia cõueniat, sed nomina tertiæ speciei, maximè cum ipse vtriusque dicantur passiones: tam etiã, quia amentia formaliter priuationem dicit, vnde forte sumit passiones materialiter pro excessiuo calore, quo constant frigiditate & siccitate, vel pro paruis, calore, frigiditate, siccitate, quæ sunt huius tertiæ speciei.

Ultimo aduerte, quod licet Alber. (apud Recentiores) aliam det causam cur Aristot. sem non meminerit, nec odoris, Caietan. aliam, & aliam: M. Soto meliorem assignat, quia non oportuit species omnes inas numerare, sunt tamen tertiæ speciei, cum sint apte sentiri, præcissa ratione productum specierum, & licet Deus species produceret nõ ipse, nec sensibile sumitur pro extrinseca denominatione, sed pro qualitate realiter apte sentiri: vnde Sanctus Th. in 2. distinct. 13. artic. 3. ad octauum. Titelman. Lobanien. & alij ponunt hic

lucem: figura verò commune est sensibile, & vbi, quod non est qualitas, & ita non hic ponitur, sed propria sensibilibus, de quorum distinctione, & quomodo sentiantur quantitas, vt est extensio quidditatiua corporibus & qualitatibus sensibilibus in Physicis figura tamen, quia est qualitas (licet det modum sensibili) sub hac ratione huc reducatur.

ARTICVL. V.

De quarta specie qualitatis.

DE figura, & forma (omissa sententia Hamm. S. simplic. qui à recentioribus hic citantur) dico quod figura est terminatio, vel modus extensionis mathematicè loquendo, vt quod sit triangularis rotunda, &c. quæ vt est eadem naturalis dicitur forma, quia per figuram maximè cognoscitur & distinguitur varietas specierum, & formarum, aliter Sanct. Tho. 7. Physic. nec hæc sententia dissidet ab Alber. & Isabl. vnde patet formam, & figuram non differre specie, cum figura Mathematica, in ente naturali dicatur forma, & decontra forma in ente Mathematico dicitur figura.

Secundo, nota figuram dici terminationem, quia nisi corpus sit finitum, & terminatum, non habet figuram, in toto tamen est finito corpore, non solum in superficie.

De raro, & denso, aspero & leni quæritur quid sint? Et proculdubio asperum dicit inæqualem positionem partium, cum duritie, & leue æqualem positionem partium, vel in duritie. Durities autem & molities ab Aristote. in secunda specie ponuntur:

pos.

positio verò partium, & figurarum reducitur, quæ est quarta species, ad variam positionem. partium, in loco, quo vna pars eminet alteri, quam bene Arist. potissimum significatum attendens quod est hoc, negat esse qualitatem huc. Patet igitur, quid sit asperum & lenum.

Quid sit raritas & densitas. Rarum vero & densum fortè sumit Arist. ut vulgus, quo pacto S. August. & D. Boet. rarum vocant corpus porosum, & semiconcauum, quod aliud intra se recipit corpus, ut spongia, densumq; quod taliter habet positas loco partes iunctas, ut alias percipere nequeat, quod bene Arist. docet non esse qualitatem, sed positionem: proprie tamen sumitur raritas, vel densitas pro modo, qui est qualitas sensibilis tertie speciei, que quantitas (seculiv etiam formis) ita habet partes, ut paruo, vel magno loco respondeant (de quo vbi de rarefactione vel condensatione dicam) est enim eius terminus, conuenitque Christo in Eucharistia, cuius ossa densiora sunt carne.

Secundo dubitari potest in hac questione, cur figura, & vbi, cum sint modi rei, nec intelligibiles, nisi modificando aliud actu, directe ponantur in predicamento, figura, alie, & vbi, in alio predicamento punctus vero in hærentia actualis, substitetia, vno materiz, & formz, & existentia reducti uè collocentur: aliqui dicunt esse ad placitum: sed hoc destruit harmoniam predicamentorum. Vnde dico quod pertinet ad constitutionem completi entis predicamentalis, reductiq; necessario ad genus illius. & sic est vno materiz & formz, punctus continuarius: est enim de e. entia hominis habere partes vnitas, & continui continuatas: vide Arist. 1. Poste. c. 4 suntq; etiam de reali constitutione eorum, terminatiuus vero punctus & substitetia, licet distinguere reat realiter ad-

huc pertinent, ut id cuius sunt, sint tota, completaque entia predicamentalia: substantia enim alteri vnita, & quantitas alteri continuata amissa ratione totius, induunt rationem partis de vnitate nulla est difficultas: nã vel tantum addit priuationem quæ non esset ens reale, vel si est quantitatiua vnitas addit aliquid quantitati q; secundum eos est intrinsece incompletum quid, parsque numeri, quem faciunt proprie ens per se predicamentale: existentia vero, quia est ut actus alterius, ut differentiz quæ supponunt genus ad latus eo inferius ponuntur: existentia, ut actus nature numericæ (cum animalia nisi singularizata non existant) quasi ad latus ponuntur, actualisque inhærentia non est ut noua natura, sed ut comunicatio, & vno nature: intensio vero, & remissio qualitatum, plures dicitur. pud me, vel est pauciores partes qualitatis predicamentalis, qui oppositum tenuerit. Respondeat. Sed de hoc alibi de generatione dicam, Deo dante.

Dices cur existentia (ut differentia facit) non faciet vnum per se, cum natura cuius est actus: idem dubitatur de inhærentia actuali. Respondeatur de inhærentia actuali ratio est, quia supponit in se completum ens, cum sit eius alteri comunicatio, aliter albedo, ut humanitas non esset in predicamento: quod est falsum, sequela tenet, quia ideo humanitas in predicamento non ponitur, quia non est ens completum. albedo autem directe in predicamento collocatur, ergo necessario est ens completum completionem essentiz, ut dictum est in antepredicamentis. De existentia vero non dicitur facere vnum gradum essentiz, tum quia id essentiam dicimus gradum uè metaphysicum, quod abstrahendo ab esse actuali intelligimus: tum quia conuertitur cum natura, cuius est, & ita nequit facere alium gradum

Dubitas tur.

gradum: ita Caietan. c. 5. de ente: verè tamen facit vnum per se cum sua essentia, quauis non dicatur facere, ratione dicta vniam essentiam, sed vnum existens per se, ex essentia & existentia completum, ut natura, & substantia non faciunt vniam essentiam, vel naturam, sed vniam personam, quia facit naturam totum in se completum, punctus verò terminans, vel linea, vel superficies terminans, non tam faciunt vnum per se cum terminatis, quia si sit possibilis infinita quantitas, cum sit eiusdem speciei datur in illa specie sine eis completum: si verò non sit possibilis, & sit absolute, cum quantitate finita faciunt vnum per se totum predicamentale completum: nam licet hæc linea possit amissa terminari tunc pars cum alia, tunc non manet hoc, sed aliud totum, latiusque est ut talis punctus cum tali recto, faciat vnum per se, quia verò non ut substantia (quæ naturaliter non relinquit substantiam) punctus hic sequitur lineam, non tam dicitur facere vnum per se, licet absolute faciat vnum verò, & figuram, patet non esse de constitutione predicamentali alterius cum supponant completum totum, eoque sic manente mutantur, vnde distinctam speciem & genus predicamenti habet.

ARTICVL. VI.

De distinctione, sufficientia, & ordine harum specierum.

Distinctione harum specierum. Edistinctione harum specierum à substantia, quia non est hic locus, prima & tertia species, omisso habitum principiorum, si est habitus, re distinguuntur à substantia, cum respiciantur per mutationem acquirantur, & deperdan-

tur: secunda, etiam apud Sanctum Thomam, u. de anima, distinguuntur de tertia, 2. Physic. cum realiter separatur sine extrinseci mutatione, dicam re distingui: inter se verò hæc species formaliter tantum distinguuntur plerumque, nec tamen vt communiter loquimur, dispositio, & habitus, potentia, & impotentia, passio & patibilis qualitas, forma, & figura, vt sic distinguuntur specie, licet sub eis plures sint species: nec curandum an ratio nomine, quam Aristot. dedit tertie speciei semper eis qualitatibus conueniat, vt communiter dicitur de lapide, pedè sedere, quod est accidens illius.

De sufficientia verò harum specierum, Boet & Simplicio occasione verbi Aristot. qui ait, si forte sunt alie species qualitatis, censura esse plures: conueniens tamen sententia est opposita, numerice sufficientiam (ex varijs afferunt Authores sed iuxta dicta ex S. Thom. 4. & 12. Scoto & alijs, si qualitas modo dicto sit in ordine ad bonum vel malum esse natura, est prima speciei, si principium actuum, vel passiuum secunda speciei, si sensibile proprium, tertiz: (nam communis ratione tantum proprium, & cum eis sentiuntur) vel tandem si est extrinsecum est quarta speciei, vt forma & figura. Ordo verò harum specierum, quo numeratur ex Arist. secundum genus est, nam quia prima species est ac esse ipsius substantia, vt calor, primo ponitur secundo loco, secunda, quia actio cuius est principium posterior est ipso essentia tertio, tertia, que obiectum adfert sensibilibus, que sunt potentia secunde speciei, qua tantum pro obiecto habent solas qualitates, ac inde ponitur loco quarto, quarta, quia est determinatio, & modus extensionis, maxime mutabilis, leui partium corporis in versione imperfectius alijs, que potissimum in quantitate attenditur, quia hæc facit vt figura

Sufficientia specierum qualit.

Ordospecierum ex Arist.

CAPVT. I X.

De alijs sex vltimis Prædicamentis.



Uscipit & ipsum agere, patine, contrarietate n. Calefacere n. que, & frige facere. & calefieri, & voluptate, & dolore, af fici, contraria sunt: quare contrarietatem suscipiunt. Gradus quoque suscipiunt, ut magis, atque minus dicantur. Fui enim ut magis quippiam, minusue calefaciat, & in eadem calefiat: & doleat magis minusue: quare agere, patine gradus suscipiunt, ut diximus. De his igitur tot à nobis sint dicta. Dictum est autem & de situ esse, in hisce qua diximus de ipsis qua sunt ad aliquid, & denominatum ipsum à posterioribus dici. De ceteris vero, ut de Quanto, de Ubi, & de habere, quia sunt manifesta, nil aliud dicitur, quam ea qua in principio diximus: habere quidem, inditum, atque armatum esse significare: ubi vero in Lycio esse, & cetera quaecunque de ipsis sint dicta. De generibus ergo propositis ea qua sunt dicta sufficiant.

Summa Textus.

D Vas ponit actionis, & passionis proprietates. prima habere contrarium: secunda suscipere magis

Alia diuisio specierum ex Auth.

loco sic extensa, & sensibilis, nec multum est de ordine curandum, nec est opus, ut omnes qualitates primi subalterni generis priores sint alijs.

Hæc de diuisione, & ordine Aristoteli quam sine calamina disposuimus: forte tamen formatior, & ordinatio diuisio esset hæc Qualitas, alia est in ordine ad operationem, alia substantiam in se abstractam, alia principium est substantiæ operantis, alia modi, quæ substantiam afficit, alia dat genericam rationem, ut potentia, intellectus, visus, &c. alia differentiam, ut species, ut bene Caiet. 2. q. 171. art. 2. alia totum effectum, ut calor vis motiua, virtute herbarum, &c. rursus potentia alia corporea, alia spiritualis, & harum quæuis in appetitiuam, & apprehensiuam, diuiditur species etiam & habitus, iuxta varietatem obiectorum, ut color, & virtutes rerum, iuxta varios effectus adzquatos.

Secundum verò genus, quod in se afficit substantiam, habet alias qualitates animæ, ut omnes actiones: quarum alie appetitiuæ, alie apprehensiuæ, alie corporeæ, spirituales alie, quæ etiam variè subdividuntur: alie sunt qualitates corporis, quarum alie eius extensionem determinant, ut figura alie, ut quatuor primæ qualitates, calor, frigus, humiditas, & siccitas substantiam conseruant, & alie, quæ videtur consequi, vel datam (ut lux) vel quatuor primas qualitates, & ad ornatum potius sunt, ut color, odor, & sapor, in qualesam communi ratione qualitatibus aptè vniri possunt.

ARTICVL. VII.

De proprietatibus Qualitatis.

Prima est habere contrarium, ut calor habet frigus, quæ, qui agunt

de perfectissima contrarietate, negat medijs coloribus, ut viridi, & pallido, aliquid contrariari, cum in Physicis, Aethicisque, media etiam & extrema contrariari dicant. Sed hæc est minor contrarietas, nec tamen hæc imperfecta contrarietas omni qualitati conuenit: siquæ enim nihil contrarietur: actiones vero dicuntur contrariæ quia tendunt ad qualitates contrarias, etiam in spiritualibus, ut est scientia & error, virtus & vitium, de contrarietate tamen. c. de oppositis latius, & in physica, hic satis est hanc proprietatem, qualitati, licet non omni, ratione sui conuenire, ita M. Soto & alij.

Secunda proprietates est suscipere magis & minus, quæ ex Aristoteli qualitati omni non conuenit, ut patet in figura trianguli, quadranguli, &c. imò fortè potentia multa, ut intellectus, voluntas, &c. nec supernaturaliter suscipiunt magis & minus, nec quantitas licet extendatur & sit maior & minor: quia in eadem parte subiecti non sunt plures partes formæ quantitatis, quod est suscipere magis, & minus, nec figura cum non habeat intensiuam latitudinem: nec enim cum magis curuatur, virga sunt in vna parte subiecti, plures partes figuræ, sed modo imperfecto curuitatis succedit perfectior, ut cum quis tendit aliquo: ubi remotiori, succedit proximior, quæ perfectior curuitas uisum ut logicè (de quo Notab. 2.) dicatur magis curua virga, &c. nec soli quidem qualitati, conuenit, cum relationi ostenderimus conuenire hæc proprietatem, nisi dicas proprietates qualitatis esse, ut sui variatione, sine mutatione extrinsecè terminari, vel fundamenti suscipiat magis & minus.

Secundò, notandum indecisum relinqui ab Aristoteli. Vtrum hæc proprietates, scilicet suscipere magis & minus, abstractis & concretis conueniat, ut referre-

2. proprietas

2. proprietates conuenit concretis qualitatibus

Vltima proprietates.

Vltima proprietates est, quod secundum qualitatem res dicantur similes, vel dissimiles, non formaliter: hoc enim est à relatione similitudinis, vel dissimilitudinis, sed fundamentaliter, ut equales à quantitate: plerumque tamen Philosophi, duo in diuisa substantiæ vnus speciei, & duas species vnus generis, similia in illa ratione dicunt specialem, tamen quia sic voluit vltus ex Boet. conuenientia in qualitate dicta est similitudo, & propriissimè in gradu latitudinis intensiuè, quæ propria est qualitatibus, modo dicto in secunda proprietate: vide questionem secundam de relatione, ar. 2.

Notab. 2.

gis, & mīus: deinde numerat alia quatuor prædicamenta, vbi, situs, quādo, habere, duæ proprietates conueniunt secundum formas, ad quas est actio, vel passio, vnde actio, & passio, quæ sunt ad formas, quibus sit non conueniunt, non conueniunt, vt nutritio ni. & augmentationi, non conueniunt: quia sunt actiones ad substantiam & quantitatem, quæ sunt formæ, non ad mittentes magis & mīus.

QVÆSTIO. I. De natura horum generū, & de eorum speciebus.

Disponiturque... In qua inquiruntur septem primo, de essentia actioni: secundo, an omnis actio sit in hoc prædicamento: tertio, de essentia passioni: quarto, de vbi: quinto, de essentia situs: sexto, de essentia quādo, v. timo, de essentia habere.

ARTICVL. I. Quæ sit actionis essentia.

Senten. Scot. peculiaris de sex vltimis prædicamentis. Probat Scot. multiplic. Scot. quodlib. 5. quæst. 11. artic. 4. hæc sex genera sentit esse relationes, extrinsecus aduenientes quæ, scilicet posteo fundamento, & termino, adhuc non sunt, vt vno materia & formæ licet enim existat materia, & forma Petri mortui, non est. Dicit secundo, ad has relationes esse per se motum, nec esse in prædicamento: dicit tertio, aduenire sine nouitate entis absoluti in fundamento, vel termino: vide eum. 3. d. 1. ar. 2. §. 1. Probat 3. quia non sunt relationes intrinsecus aduenientes, sic enim essent de genere relationis, nec componuntur ex absoluto & relatione, aliter non esset vnum ens per se, ergo sunt relationes extrinsecus adue-

nientes. Secundo, de actione & passione, probat litera. C. quia in eo priori quo intelligitur calefactio præcedere calorem, est habitudo hæc agens ad passum, antequam intelligatur quid absolutum in igne, vel passo, ergo actio est relatio sine nouitate entis absoluti. De passione, nescio quo modo probet nisi receptionem præintelligendo recepto. Tertio, de vbi, probat, quia stat esse corpus, quod locatur, & locum, & ob eius discessum non esse, vbi prius, & tamen nec locus nec locatum, quid absolutum aequi fuerunt: ergo aduenit vbi, sine productione alicuius entis absoluti. De habitu etiam suadet, nullo enim productio absolute, homo est vestitus, vtraque enim præerat vestis, scilicet & homo. De quando, probant aliqui, quia Dei potentia, stante tempore, corpora gloriosa non exiunt in tempore: ergo quando, est relatio, quæ posito termino & fundamento adhuc non est. De situ etiam, quia quando cubans surgit, nil videtur absolutum acquiri, ergo etiam situs est relatio extrinsecus adueniens.

Contra hanc sententiam late M. Soto hic, & c. de relatione. Sonz. 5. Metaphy. q. 39. Caiet. 3. p. q. 6. art. 2. & alij. Est enim noua sententia, nec in Arist. Auerr. Auic. Antiquisue visa, nec satisfaciens: nam licet darentur tales relationes vniuocè conuenirent, cum intrinsecus aduenientibus, quia intrinsecus, vel extrinsecus aduenire non tollit, totum eius esse, ad aliud, vti ad terminum, sed modum dicit adueniendi: ergo pertinent ad prædicamentum relationis. Cōfirmatur, quia si per impossibile Deus destrueret, & produceret similitudinē inuariatis extremis adhuc esset relatio prædicamentalis: ergo haberet omnino eandem essentiam extrinsecus & intrinsecus aduenientes. Secundo, quia illa præintellectio formalitatis actionis non est adueniens

Impugnatur Scot. sententia Multipli citer.

Impugnatur

sine mutatione absoluti, sed dicit casualitatem eius tunc enim verè in re acquiritur calor, passio etiam non præintelligitur, sed post intelligitur calori. V. g. qui inducitur in habitantiam, vnde non est sine productione absoluti plerumque saltem, de quo articulo tertio: quia licet relationes extrinsecus aduenientes non essent tertij prædicamenti, facerent ipsæ vnum, vt intrinsecus aduenientes aliud, secus est de relatione reali transcendenti, quæ cum sit communis essentialiter decem prædicamentis, sicut ens, patet esse analogam.

Impugnatur. 3.

Vltimo, quia relatio vnionis, & instantis realis, quas vocat Scot. extrinsecus aduenientes, sunt tertij prædicamenti: distinguere enim oportebat informationem, & vbi, quæ sunt rationes fundandi ab ipsius relationibus, datò quod tales sunt.

Hæc ergo sententia omisa est secunda, hæc lex prædicamenta dicere absolutum, vt extrinsecè denominat: ita ex Herb. lab. 5. Metaphy. 9. Vltima Sanct. Thom. opusculo. 48. & de potentia. quæst. 6. artic. 3. 1. par. q. 110. arti. 3. Spina defensione. 26. in 5. Tho. 11. Metaphy. lectione. 11. & Sonz. 5. Metaphy. quæst. 40. inducit probabile.

Vera sententia.

Tertia sententia, est dicere respectum, non tamen de prædicamento relationis: ita Capreo, quem defendit Sonz. quæst. 41. argumenta veritate explicata patebunt.

Actus agentis est in passo.

Pro quo nota supposito quod sit falsa sententia Caiet. (contra quam. 7. Phys.) actum scilicet quo ignis calefacit esse in igne: certum enim est esse in calefacto quærendam esse in eodè rationem actionis, & passionis, res ergo producta. V. g. calor, & dat aquæ esse calidã, & sic est qualitas, & pædet vt sic, habetque esse à virtute ignis, & sic est actio, processio illa caloris, vt ignis: passio verò receptio caloris in

subiecto, & hæc est sententia Recentiorum hic: Capreo, & Sonz. supra, & communis modo.

Secundo nota, quia essentia actionis est processio vt alicuius, passioque receptio vt agentis, vocantur relationes non prædicamentales, quia sunt rationes fundandi earum, vt dixi, de relatione, & relatio agentis est in agente, & actio transiens in passo re distincta ab agente, & eius potentia: & ita etiã S. Tho. in alijs ponit prædicamentis, sed sunt transcendentes tanquam ad causas ipsius actionis, & passionis, nec tantum vt cætera accidentia ad subiectum referuntur, sed specialiter ad agens ob quod à S. Tho. & alijs dicuntur nunc relationes, nunc absoluta, vel non prædicamentales relationes, vide tabulas S. Tho. estque hæc vltima loquutio.

Actio quomodo relatio dicitur.

Replicatur tripliciter.

Contra hæc tamè sunt tria: primo, quia sic filius Dei, vt procedit à patre esset actio, & creaturæ, vt à Deo sunt. Secundo, quia cum actio & passio transcant manente calore productio, euidenter contra communem, re, distingueretur à calore. Tertio, quia si sunt idem re, non esset actio causa passionis, vt dicitur ab omnibus.

Responsus

Ad primam respondetur, philosophos (de quo ar. 2.) non dicunt actionem quæuis emanationem, sed illam primam virtutem ratione cuius, res habet esse, qualis est intellectio, quæ pater generat, & volitio. quæ Deus creat: non terminus intellectio, quæ est res producta, & filij Dei, nec terminus volitionis est res producta quæ sunt creaturæ.

Ad secundam, cum calor V. g. in primo tantum esse pendeat ab agente, quo ad fieri, & in produci in passo, tunc tantum fundat conceptus actionis, & passionis, vt lumen semper, quia semper pendet à luminoso in his: illa tamen non est amissio, vel acquisitio physica nouæ realitatis, quæ sonat re distinctam, sed formalis, & Metaphysicus conceptus, qui tamè verè est in re. cum secun-

dum illud esse reale, tali, vel talitē po-
re, res eū fundet, non in esse obiecti-
uo, vt animal relationē generis fūdar.

Ad tertiu. fitur actio nō esse
proprie ea. Nam passio: actio enim
est ipsa attributio effectus, agentis;
sed vt dicit S. Thom. opusc. 48. ca. 1. ar.
g. dicitur causa passionis, quā prein-
telligitur actio passio: nec sic actio
alia actione, licet formaliter distan-
guatur ab effecta, & reatit ab agen-
te, quia est essentialiter ipsa causa
& productio, vt existentia ipsa est in
re, vt de similitudine diximus, non esse
similitudine sui, & aliorū motūq;
vnus non d. naturalis motus, ut e. illo-
ris, quā motu acquiritur, nō quē sent
essentialiter talia, cum haec eorum
essentia se ipsis suat talia, nec e. talia
formalitates, vt quē accidētalia sunt
talitā, quē agentia formalitate ad
hoc vt intelligantur talia.

ARTICVL. II.

Vtrū actio immanēs eiusq; pas-
sio sit in his prädicamentis

Missis phisicis quæstionibus, vt
vtrum actio immanēs fiat in
instanti, & fieri possit ab eo, in
quo non recipitur alijque huiusmodi
in suis locis dist. utanda de posita quæ-
stione.

Prima sententia negat, ita S. Thom.
opusc. ca. 48. c. 1. Caietan. 2. de ani-
m. ac. 5. Ferr. 2. contra gent. capit. 9.
Sonz 5. Metaphy. q. 36. lib. 9. quæst. 21.
& alij, sed esse qualitatem primæ
speciei, & Libe. 9. Metaphy. quæst. 7.
potissima ratio est, quia Aristot. 3. Phy-
sic. actionem aite. se motum phisicū,
& Gilber. ait esse propriū actionis, ef-
se cum motu, & S. Tho. 1. d. 8. q. 4. ar. 3.
ad tertiu. actio autē immanēs cum
sit in instanti non est huiusmodi, ob
quod Sonz. nec illuminationem ait

esse huius prädicamenti. Secundo,
quia per actionem immanētem ob-
iectum, circa quōd veritatur, non ha-
bet esse reale: actio autē realis dat
e. de termino. Vltimo, quia actio cum
sit eū motu, est actus perfecti, actio
uerō immanēs, nō est huius, & alij, dicitur
actus perfecti, ergo.

Secunda sententia affirmans est,
Hammo & Simplicio, videturque iam
bilici, & Plorin, esseque Donati. 10.
Aethic. 3. Gilber. capit. de actione.
Cantarian. p. quæst. 2. de dispersione.
3. dubio vltimo. Titelmā. Lobanien.
qui ponunt actionem immanētem
& passionem in hoc prädicamento.

Pro explicatione notandum, dupli-
citer sumi, aliquando actiones imma-
nentes. V. g. intellectio: primo sumi
tur pro notitia, qua intelligit eū
dō. pro emanatione huius notitiæ ab
intellectu: primo modo est qualitas,
& sic procedit prima sententia, &
Herbiquodlib. 2. quæst. 8. dicens esse
actum formalem intelligere, fauetq;
S. Tholopusc. 48. capit. 1. dicens albe-
re esse actionem immanētem, sed
ex eodem de. veritate q. 8. patet tan-
tū velle, hęc manere in denominato.

Secundo modo intellectio pro emā-
natione, scilicet notitia, dico esse
huius prädicamenti, cum secunda
sententia, & ita Aristot. 9. Metaphy-
sic. 16. diuidit actionem in transeun-
tem, & immanētem. 5. 10. Aethico-
rum capit. 3. operat omnes virtutum,
quæ sunt immanentes negat esse qua-
litates, & S. Thom. bi lectione. 3. si
emanatio ipsius inquit volitionis sig-
nificaretur, tantum esse de genere
actionis Et ratione suadet, nam nō
apparet ratio, quare quando quidem
notitia, vel amor habent esse virtute
potentiarum, vt calor, non conueniāt
vniuerb. in abstracta ratione emā-
tionis, vt communis est ad instanta-
neam, & successiuam, præsertim cum
neutra pendeat ab alia, nec sit vlla
analo-

1. sententia affirmans.

Explicitur am- b. z. sententia post.

2. Conclū.

analogia, cum ratio emanationis nō
transcendat differentias transcenden-
tis, & immanentes.

Aduertendum tamen, primo, quod
quando id quod emanat est idem re,
cum suo principio, vt intellectio diui-
na, & intellectus, licet dicatur actio,
non esse proprie productionem, cum
idem se non producat, sed est quadā
præintellectio actionis, & termini
idem rei, quando verō productio est
vera, per actionem immanētem, in-
ferretur passio, vt eam sit visio, cum sit
receptio notitiæ productæ, non in ob-
iecto extrinseco, sed in subiecto noti-
tiæ, vel amoris, &c. Vnde bene do-
cet S. Tho. 1. p. q. 41. artic. 1. ad secun-
dam, quia filius in nullo recipitur sub-
iecto, actio, quæ est productio eiu-
negat inferre passionem. Gilber. au-
tem dicens proprium esse actionis in-
ferre passionem, loquitur de actione
eius prädicamentali.

Secundo sciendum 3 quod aliqua
operantur extra se actione intelle-
ctus, vel voluntatis, vt Deus, & angeli,
quia illa potentia non tantum pos-
sunt intelligere, sed extra se operari:
& ita sub his diuersis rationibus à S.
Tho. 1. p. q. 85. art. 1. ad quartum, distin-
guuntur vis motiua ab intellectu, omis-
so respectu quod d. de quo S. 2. 12. Me-
taphy. q. 34. Ferr. 2. contra gentes c. 5.
quia si est rationis impertinens, si en-
titati reali actionis, si realis non dat
angelo inuenti a diuinitatem, sed con-
sequitur actionem.

Tertio, sciendum illam emanatio-
nem rei per intellectioem, vel voli-
tionem, non dici actionem, sed actio
est ipsa emanatio intellectiois, vel
volitionis, qua sunt res ad extra, vt
emanatio simplicitatis ab homine, nō
est actio, sed conuequitur actionem,
qua homo est genitus, vt actio qua la-
pis à me mouetur, est productio im-
petus, quem conuequitur motus. Ideo
Theologi nō ponunt in filio (licet

procedat à patre) eam actionē, sed il-
lam dicunt esse personalem intelle-
ctionem, quæ producitur à patre, nec
fit est dicere loquutos de actione di-
stincta realiter, quia nec à patre, in
quo ponitur re. distinguitur re: & hoc
ipso quod secundæ emanationes pen-
dent ab illa prima virtute, cuius
sunt, ostenditur modus analogiæ: ob
quæ prima dicitur simpliciter actio:
secundō verō non, sed conuequitur
nes, vt conuequitur colorum ad pri-
mas: qualitates 5. vniocantur tamē
in ratione generalissimi, quæ est emā-
natio, dependentiaque secundarum
à prima est in discretiis, quæ in phisica
analogia, vt dictum est, etiam repe-
ritur: ponitur enim hic secundæ emā-
nationes, licet prima tantum vocetur
actio.

Iam ad primū referō lectur, quod actio
phisica si est successiua est idē eū mo-
tu successiua, si instantanea, immatēs,
vel trāuens, idē cum instantaneo mo-
tu, vel mutatione, idem erunt sunt.

Ad secundū dicendū, per immanē-
tem productionem habet esse notitia
vel amor, non obiectū extrinsecū de
quo in l. e. charmen. tractat. primo.

Ad tertium, actio immanēs dicitur
actus perfecti, quia cum sit in in-
stanti eū primū est, ut omnem suam
perfectioem subiecto: transiens ve-
ro successiua cum sit eum motu con-
tinuo, relinquit imperdum est si bie-
ctum in potentia ad alias partes, ite-
que actus in perfecti inu. e. p. antur.

ARTICVL. III.

De Passione.

Primo notandum, quod vt
actio est exercitium potentie
actioe, ita passio est exerci-
tium potentie passioe, licet
receptio quadam in ea, vnde non est

5. Emanatio est generis simi-
mum hu-
ius præ-
dicamen-
tum.

Solutur a gu-
mēta. 6.
traria.

1. Passio
quid sit.

formaliter in hęcrentia formę, nec in formatio, de quibus. c. de qualitate, nam hęc durant, dum est forma in subiecto: actio vero nō est passio, dū pendet ab agente, modo explicato, nec habere formam est recipere, & pati, imō si sine productione rei induceretur forma in subiectum, daretur passio sine actione, & homo non attingeret effectiue productionē animę, sed inductionem in eius materiam, & vt dicebam ex Sancto Thom. productio diuina filij est vera actio, cui nō respondet vera passio.

Actio transiēs quomodo sit extrinseca agenti.
3 Merc.

Vade primō infero, quomodo S. Tho. lectione. 7. 5 Metaphysic. dicat actionem transeuntem esse extrinsecam ex parte termini, intrinsecam ex parte principij, passionem ē dōtra, quia scilicet vt bene idem S. Thom. opusc. 48. & alij hic 3 principia actio nis est in agente, in quo non est terminus actionis: passionis vero terminus est in passio: principium vero eius in agente, actioque denominat agens extrinsecē, non quia non sit eantitas positia realis: sed quia non est indenominato. nec mirum, quia actio denominat age: s. non vt subiectum, sed vt principium, quod aliquando est extrinsecū: imo passio, licet sit in denominato, non illud denominat, vt subiectum, sed vt potentiam passiuam, cuius est exercitium.

Actio & passio dicunt quid reale.

Secundō, infero falsō quosdam velle actionem, & passionem, non dicere quid reale, sed extrinsecam denominationem tantum, tamen poni in hoc prędicamento, quia sunt denominationes pertinentes ad naturam substantię, dicitque proinde analogicē entia realia, vt medicina sanū intel ligi autem videri, &c. ita esse extrinseca, vt sine his substantia omnia habeat requisita, quod est ridiculum & somnium, quod his rationibus probō falsum. Primō, quia vt de relatione dicebā supra, cū diuisum quiddita-

tiue in decem prędicamenta, sit ens reale, aliquid ens reale daretur imperfectius illo ente rationis, quod est intelligi, quia est denominatio a perfectiori forma quā calefieri, nec esset quidditatiue ens reale: ergo similiter cum diuisum in decem genera sit ens reale, quorum est actio & passio, ali quod ens reale, esset imperfectius entis rationis: patet, quia denominatio est a forma, sed intelligi quod est ens rationis est perfectior forma cum sit a nobiliori potentia, quam calefacere, quod est actio a potentia calefactiua: ergo perfectior forma est illa rationis, quam realis actionis.

Secundo, quia vel volunt has denominationes perficere denominationem, vel subiectum formę, a qua est denominatio, non primō, quia ignis, vel sol nō est perfectior, quia calefacit, nec aliquid perficitur nisi entitate, quam in se habet, ut secundum etiam intellectus, vel visus perficitur actū, a quo denominantur alia extrinsecē: ergo actio & passio non dicunt tantum denominationem extrinsecam. Tertio, quia illa nomina emanatio, productio, inductio, vt patet, non significant denominationē, sed potius reales conceptus, vt patet: ergo idem quod prius.

Sed dices cur vt potentia actiua & passiuā in ratione potētiz vniocatur, actus etiā vtriusq; & exercitiū in ratione exercitij, & actus nō vniocatur: Respondetur, potētia passiuā non pēdet in esse a qualitate, quę est potētia actiua, vt patet de quantitate, vt receptiua est, quę dicit potētiā passiuā: receptio verō, quę est actus potētiz passiuę pendet etiā; intrinsecē posterior productione rei, quę recipitur, quę est actio, siue tunc sit, siue prius, habetq; actio prędicamentum proprium, similiter & passio, licet sit actio productio formę, nō verō vniocatur ad subiectum, quia productio rei

Replie.

Respu.

rei est extrinseca rei, communicatio autem eius ad subiectum formaliter, ad formam reducitur, cuius est proprium communicare subiecto formaliter, licet non faciat vnum per se, nisi quando extrema verita id possunt facere, qualia non sunt substantia, & accidēs, inter quę mediat in hęcrentia.

ARTICVL. IIII.

De Vbi.

Variz opinio nes circa hoc prędica mētum.

1. Opin.

De hoc variē opinati sunt Auctores, primo aliqui dicunt esse extrinsecam denominationem a loco, quibus fauet S. Tho. 1. p. q. 110. art. 3. Gilberti q; definitio, scilicet, est circumscripio corporis ex loci circumscriptione proueniens.

3. Opin.

Secundo, alij dicunt, vbi, propriū esse corpus, spiritibus vero tantū metaphoricē dum operantur conuenire, quibus etiam fauet dicta definitio: & tertia proprietates vbi, quam ponit Gilbert. scilicet, conuenire omni, & soli corpori terminato: vnde nec punctis, nec infinito (si esset) dicunt conuenire, quia non circūscribuntur.

4. Opin.

Tertio, alij licet id negent, volunt esse idem re vbi, cum eo quod id habet, aliter posset a Deo separari ab omni subiecto, quod est falsum. Quarto, alij re distinctum dicunt esse, transcendente tamen respectum ad speciem imaginariū, quia nil apparet, quod sit, quam pręsentia ad illud, spaciū autem imaginariū vocant, negationem corporis vbi cāti.

5. Opin.

Quinto, alij concedunt re distingui a subiecto, nec esse respectum ad spaciū imaginariū, tamen ponunt in finitas vbi species, quia esse hic hanc partem, vel ibi, differt specie, non numero, vt differūt duo vbi corporum, quando vnum succedit in loco alterius corporis, quę sententia solū ex

plicatione eget, pro qua.

Dico primo, omni extrinseca denominatione omiſſa, dari ens positium huius prędicamenti, quod per se terminat motum localem. Probatur, quia (vt patebit 4. phys.) si moueret Deus lapidem nullo alio ente existente, non esset extrinseca denominatio a loco, & cum verē esset motus aliquid denuo haberet lapis, quod dicitur vbi, quo rogati vbi sit aliquid pręsens? Respondemus hic, vel ibi, licet nullo corpore circūdetur, in quo fundatur relatio distātiz ab alio, alibi existente, ergo est ens positium.

1. Cōcl.

Probat tur tripliciter.

Confirmatur, quia cælum Emphyreum a nullo circūdatur, & habet esse ibi, vbi est, quod vbi amitteret, si a Deo aliō transferretur, ergo vbi est ens reale verum.

Secundo, quia circūdari, & denominari a loco, supponit hoc quod est esse ibi idque Angelis etiam conuenit, scilicet, esse hic, vel ibi pręsentes, distareque ab alio, ante operationem ostenditur conuenire. Vnde sentio cōmune esse omni enti, esse alibi, licet sit corpus, vel Deus infinitus, quid quid velint expoſitores, D. Tho. 1. p.

2. Cōcl.

Deo secūdo, licet hoc sit forma le, quod ponitur in hoc prędicamento (non ago de diuino vbi, quod est idem quod Deus) tamē communiter vsu Philosophorum, nomen vbi connotat circūscribi a loco. Vnde cælum Emphyreum negant, nec habere vbi propriē, cui vsui occasionem dedit, quod non detur vacuum: nam hęc quę cernimus, habent vbi, circūdaturā simul loco. Primaque sententia de hac extrinseca denominatione per nomen vbi connotata procedit, & de finitio Gilberti, eiusq; proprietates de hoc corporeo vbi, quod videmus: & ita expresse loquitur de vbi occupatio loci, non pręsentis loco.

Dico tertio, licet nos explicemus vbi in ordine ad spaciū imaginariū,

3. Cōcl.

ipsum tamen non est relatio ad id, etiam transcendens. Patet, quia spaciū imaginariū ordinatè intelligendū posterior est vbi, & corpore: est enim negatio corporis vbiati: ergo sicut habitus nō est ordo ad priuationem, vbi, non erit ordo ad spaciū imaginariū, licet à posteriori per id declaratur.

Secundo, quia circa nil, & ens rationis solum potest versari appetitiua, vel apprehensiuā potentia, dum intelligitur, vel amatur silentiū, paupertas, &c. ergo tantum poterunt esse relationes ad id, quæ ad potentias has pertinent, vt actus, vel habitus, & non vbi. Præterea ad ens reale possibile solum respiciunt hæc, vel aliæ potentia: ad id, vt calor, calores posibles: vbi autem nec per se est potentia cognoscitiua, vel appetitiua, nec potentia productiua, vel receptiua entis possibili, ergo.

4. Cōcl. Dico quarto, secluso opere intellectus, vbi creaturam distinguitur re ab eo, cuius est. Patet, quia per motum localem aliter se habet res in se, ergo cum realiter res mutetur, idque sine extrinseci mutatione, ob quod concipitur aliquid, & sine dependentia ab aliquo tali tempore, ergo distinguitur vbi, re, ab eo cuius est. Vt si Deus moueret cælum Empyreum aliō, vel lapidem cum solus existeret, aliter se haberent, ergo distinguitur realiter. Argumentumque oppositæ sententiæ nullum est, figura enim actualis in hæc rēta, similesque modi rei, quia eorum existentia est actu esse in subiecto, licet distinguantur realiter, nequeunt à subiecto separari.

5. Cōcl. Dico quinto omnia sibi corporū, vniuersa sunt cōplete species, habentque infinitas partes & heterogeneous, quæ dicuntur species incōplete. Patet, quia esse hic, & esse ibi, formaliter nō sunt idem, componunt tamen vnum vbi, cum corpora illa continuantur, vt al-

scusus conclusionum subordinatarum sunt vniuersæ species.

Hæc est vbi, esse immobile, licet enim ego muer, i. sum vbi, non potest mutare locum, nec esse hic, fiet esse aibi, sed perditur, cum mutor. Cōueniunt 7 etiam omni vbi, aliæ duæ proprietates à Gilberto assignatæ, scilicet, non habere contrariam, nec suscipere magis & minus, quia implicat in eadem parte subiecti esse plures partes vbi.

Dico sexto & vltimo, omne 8 vbi creatum, siue corporum, siue spirituiū substantiæ, vel accidentis directè ponitur in hoc prædicamento, quia ratio essendi hic, vel ibi, communis est omnibus vbi, sicut creatum, quia diuinum est infinitè perfectum, & ipse Deus per se, & absolute. Cum autē Angelus est in toto hoc gymnasio, ne ei vbi, demus partes, & figuram: magis videtur dicendum iuxta angelicam naturā, vt vno vbi indiuisibili formaliter toti spacio coexistat, vt Deus in facto spacio, cui non potest Angelus: cum vero spaciū maius vult habere Angelus, totum vbi mutat in aliud perfectius, quæ maiori spacio coexistat. Idemque forte est de anima nostra, cum extenditur in augmentatione ad nouas partes materiæ, vt cum Angelus, vnitum sibi habens corpus, eo immoto, totum suū vbi, in maius eminenter commutat, sed de his lib. de anima.

Hinc inferitur, quod licet vbi Angelorum, quando respondent tantum puncto, sint eiusdem rationis cum vbi puncti corporei, quia esse corporeū, vel spirituale non habet vbi à sua ratione formali, sed à materialibus differentijs, quia tamen vbi lapidis partes habet, quibus partibus loci responderet: si Angeli indiuisibili vbi, diuisibili spacio respondent (cum totum sit in quauis parte spaci) differunt in modo essendi formale, ac proinde

6 Vbi est immobile.

7 Proprietates vbi

8 Vltima conclud.

9 Spaciū imaginariū explicatur.

Notandum valde de vbi angelico.

de specie, & cum nequeant duo, vbi huiusmodi, angelica componere vnum tertium (vt in corporibus continuatis) plures faciunt species, tot quot sunt vbi maiori, vel minori spacio respondentis, quæ sunt infinita, vt partes spaci, quibus respondent. Dicitur autē de talia vbi diuisibilia eminenter, indiuisibilia vero formaliter, quia non habent in se formaliter partes: coexistunt tamen spacio habenti partes, vt nostra vbi, quæ eas habent.

Aduerte tamen 9 licet quæstio sit de nomine, & ad placitum, vocare spaciū imaginariū, quando abest corpus, vel quantitas, occupatiua loci, vel quando nullum est ens, facereque id negationem vbi extensi formaliter, vel negationem, vbi realiter, licet formaliter indiuisibilis: certum tamen est in eadem partium spaci) imaginarij negationem esse vbi, habentis formaliter partes, præintellectique latitudinem formalem realiter vbi, cuius partes sunt variae vbi, huiusque vbi negationem, dici spaciū imaginariū, quæ non aliter dicitur esse in re quàm tenebræ, id est, non esse lucem, vel non ens re, de quo 4. Physic. quæst. 1. art. 1. in fine latè disputatur contra Valles, quæst. 2. 3. & Neotericos.

ARTICVL V.

De essentia, & quidditate Situs.

1. Ratio situs quæ sit latè explicatur. Describitur Situs à Gilberto [qui dicitur Auctor sex principiorum, quia quæ Arist. vno verbo perstrinxit, latè tractauit] esse 1. positionem corporis partium, & generationis ordinationem. Vbi Recentiores, primum referunt ad inanimata,

dum obliquantur, vel recta sunt: secundum, ad naturalem positionem, qua homo solum habet caput, licet animata libera, etiam habeant positiones, vt sedere, stare. Dicitur ergo hoc prædicamentū non figurā, quia supponit, & quia est qualitas, & quia ræccens, & stans habent eandem figuram diuersumque sitam, nec dicitur vbi, quod supponit, quia est alterius prædicamenti: vt utaturque vbi manente eodem sito, & positione, cū stans, vel cubans aliō defertur, nec dicitur formaliter denominationem extrinsecam à partibus mundi: licet enim stare, supinum esse, vel pronum videantur extrinsecæ denominationes à partibus mundi: nam pronus os habet versus centrum, supinum versus cælum, nec videantur realiter differre, incommo- dum est utrum quia dictum est extrinsecas denominationes non facere prædicamentum reale: tum quia male dicitur denominatio à partibus mundi asperum, vel lenne, quæ Arist. de qualitate Gilbert. hic, & communiū de hoc prædicamento referuntur quia restat propria eius formalitas.

Iam ergo propria ratio huius 3. prædicamenti est situs modus partium, & positio, quæ aptum est corpus ad appetitius, vel ineptius operationes varias exercendas: aliter enim cubans, aliter sedens, aliter stans, se habent ad varias operationes, licetque operatiua potentia qualitas sit, positio partium, operationis exercitio commoda est situs: vt etiam quod planta succum è terra tractura radicem habeat infra, nec referat quod ad vnam, vel alteram operationem eodem modo in duplici positione se habeat: hæcque sententia ex aliarum impugnatione, sui que apparentia satis evidenter veritas hæc enim formalitas nullius est prædicamenti, quod sufficit ad hoc quod sit huius.

2. Situs nō est denominatio extrinsecæ.

3. Ratio & essentia situsque sit.

A R:

ARTICVLVS.VI.

De natura & quidditate Quando.

ria passiuā, sed quando, quod est esse in tempore. Describiturque à Gilber. esse quod ex adiacentia temporis (scilicet primarij) relinquitur in re, nec, id, est formaliter mensurabilitas perfectionis, quia non curamus de perfectione, sed de latitudine certa durationis mutationum.

Dices secundo, iuxta dicta, nec situm, nec quando, esse ab extrinseco, vt vult S. Tho. Respondetur dici esse extrinseca, vt S. Thom. c. de situ in secunda opinione ait, quia vt passio propter aliquod extrinsecum, à quo est, & vbi, quia connotat extrinsecum, sumuntur ab extrinseco, ideo etiam Quando, dicitur sumi ab extrinseco, vt relatio ab eo ad quod terminatur, quod est extrinsecum, terminatiue dicitur sumere speciem: quia tamen non respicit aliud, vt terminum: sed vt mensuram & situs, vt finem operationum non sunt relationes predicamentales: & in nomine, Quando, connotatur tempus, cui subordinatur tempus, vel motus secundarius: & ita rogamus quando, &c. Respondetur qd hodie, heri, &c. esse autem in tempore præterito, vel futuro, cum tempus sit eiusdem speciei, non differt specie: apprimè huius prædicamenti quidditas explicatur, 4. Phisic. q. 3. articulo, 3. à nobis.

ARTICVLVS.VII.

De natura, & quidditate Habere.

Non sumitur hic pro qualitate primæ speciei difficile mobile, nec cum quis dicitur habere amicum, quia id est, relatio rationis cum actu, vel habitu amat non existentem, & cum existit, est predicamentalis, nec etiam de relatione transcendentis, que est actu

Repli.

Explicatur tit.

CAPVT X.

De Oppositis.

est actus, vel habitus amoris, quia hæc est qualitas, nec etiam cum quis dicitur habere essentiam, quia cum distinctio sit in modo significandi, Deus enim habet deitatem, &c. Est etiam relatio rationis: locus etiam dicitur habere, id est, continere locatum: Formalitas autem huius prædicamenti non est extrinseca denominatio rationibus dictis à prædicamentis omnino reiecta: sed coaptatio appetitudo ad vestes, à quibus quis dicitur extrinsecè vestitus, realis tamen est modus, quem res in se habet in re, vt ei coaptetur indumentum: reduciturque in actum hæc coaptatio, cum quis vestitur, non tamen tunc acquiritur, sed iam præerat huius prædicamenti formalitas: nilque de nouo producit præter motum, & vbi, sed iste actus connotatur nomine habitus huius prædicamenti, vt circundari loco, nomine, vbi: hinc est vt fluida non habeant habitum, quia sibi relicta, coaptationem hanc non habent, sed dolium, vel continens, ea sibi accommodat.

Diuiditur habitus in necessariū homini (qui dedit torte a sim huic prædicamento) & non ornantem domus, vel militis, &c. sed hæc differentie sunt accidentales, quia, vt docet S. Tho. aliquid dicitur magis vel minus vestitum non proprie, sed large, quia plures habet vestes, vt plus calefacere dicitur ignis, qui tres calefacit, quam qui vnum tantum: sic & in eodem gradu proprie, & tamen, vt nec quando, nec situs, habet contrarium, nec susci, ut magis nec minus eadem ratione: videnda sunt quæ de his omnibus, lib. 5. Phisico rum q. 1. ar. vltimo dicimus.

Ratio huius prædicamenti habere, quæ sit.

Diuisio huius generis.



De oppositis autem quot Text. 1. modis opponi soleant, deinceps dicendum esse videtur. Opposita namque modis quatuor opponi dicuntur: aut vt ea que sunt ad aliquid: aut vt contraria: aut vt habitus, & priuatio: aut vt affirmatio, atque negatio. Atque vt in summa dicam: duplum; & dimidium: vt ea que sunt ad aliquid: bonum, & malum, vt contraria, cecitas, atque visus, vt habitus, & priuatio: sedere, & non sedere, vt affirmatio, atque negatio opponuntur.

Text. 2. Que igitur vt ea que Text. 3. sunt ad aliquid opponuntur, eadem quod sunt, oppositorum esse: aut aliquo alio modo ad illa dicuntur: vt duplum dimidij: id quod est, aliquid dicitur duplum: & scientia scibilis eodem opponitur modo: atque ipsa id quod est, scibilis dicitur esse: & scibile etiam id quod est ad oppositum, ipsam, inquam scientiam, dicitur scibile namque aliquo id scientia dicitur scibile. Que igitur vt ea que sunt ad aliquid opponuntur: ipsa id quod sunt aliorum esse: aut aliquo alio modo vicissim dicuntur. Ea vero que vt contraria opponuntur, nullo pacto legem hanc subiungunt: neque enim bonum mali dicitur bonum,

Primo de hac re.

Secunda opinio patitur.

Vera sententia Thom.

Repli.

Respon. notanda

Aliqui volunt esse durationem in omni re, fundantem relationem distantie, vel propinquitatis in duratione, vt, vbi, in loco: sed quicquid sit de hoc, an scilicet in omni re sit talis duratio, illa est tempus, de prædicamento quantitatis.

Sed dicitur quis durationem, vt dicitur extensionem partium, que significantur his nominibus diurnum, horarium, esse quantitates, quod vero significatur his nominibus hodiernum, crastinum, &c. esse Quando huius prædicamenti, sed hoc tantum videtur dicere determinare partes temporis, quas prima nomina dicuntur indeterminate, ac per consequens, non variare prædicamentum.

Melius ergo S. Tho. opusc. 48. cum motus primi mobilis vniformissimus sit, duratio eius [quæ ideo tempus primum dicitur] est certissima & mensura aliarum durationum, licet eiusdem speciei: esse ergo in tempore est aptum esse mensurari duratione primi motus, licet in questione sit, an fundamentum huius aptitudinis, quod est aliqua variatio successiua, sit in omni creatura, vt vbi, vel in his tantum, in quibus præter successione est mutatio? de quo alibi.

Dices, hanc aptitudinem videri potentiam passiuam, mensurabilitatem scilicet.

Respondetur licet mensurabilitas per reduplicationem partium, modum habeat potentie passiuæ, naturalis tamen subordinatio, qua duratio magis variabilis motus, cognoscibilis est duratione vniformissimi, qualem videmus primi mobilis, non est potentia

num, sed contrarium: neq. album nigri dicitur album, sed contrarium: quare oppositiones ha differunt.

Tex. 3.

Tex. 3. Atqui contraria quidem, qua talia sunt, ut ipsarum aliarum necessario rebus insit, in quibus aptum est fieri, aut de quibus predicatur, ea nullum prorsus medium habent: quorum autē alterum inesse non necesse est, inter hac aliquid omnino medium cadit: veluti sanitas, ac morbus in animalis corpore fieri apta sunt, atque alterū insit animalis in corpore, sanitas inquam, aut morbus, necesse est, & de numero par, atq. impar predicatur, & alterū par, aut impar insit numero necesse est, atque nullum inter has, aut inter par, & impar, aut inter sanitatē, ac morbum, medium cadit: At quorum alteruterum inesse necesse non est, horū medium est aliquid: ut album & nigrum in corpore aptū est fieri, & non necesse est in corpore alterum horū inesse: nō enim omne corpus aut album, aut nigrū est. Vitiosum quoque, studiosumq. de homine quidem, ceterisque cōpluribus predicatur: at non necesse est alterū illis inesse, de quibus hac predicari possunt: non enim omnia aut vitiosa sunt, aut studiosa, atque est inter hoc medium sane: fuscum quidem, & flavum, ceterique tales colores, inter album & nigrum: id autem quod neque vitiosum est, neque studiosum, in-

ter vitiosum, ac studiosum. In quibusdam igitur media nomen habent: ut fuscum, pallidum, rubrum, ceterique tales colores, qui medij sunt inter album, & nigrum: in quibusdam vero nomine quidem non est facile medium assignare, utriusque tamen extremorum negatione ipsum medium definitur: ut id quod neque bonum est, neque malum, neque iustum, neque iniustum.

Tex. 4. Priuatio autem, atque habitus dicitur quidem circa quippiam idem: ut visus, & cecitas, circa oculum: ut simpliciter autem dicam, in quo solet habitus fieri, circa id utrumque ipsorum dicitur. Atque priuatum esse dicimus unumquodque eorum, que susceptiua sunt habitus, cum est habitus, non quouis modo, sed in eo, vel in quo consueuit esse, vel quando illud consueuit ipsum habere. Edentulum enim non ex eo dicitur, quia dentes non habet: & cecum iidem non ex eo, quia visum non habet: sed quia non habet, cum est aptus habere: sunt enim que orta non continent visum, dentesque habent: at non edentula, aut ceca dicuntur. Priuatum autem esse, habitumque habere, non est priuatio, atque habitus: nam visus quidem est habitus, cecitas vero priuatio. At habere visum, non est visus, neque cecum esse, cecitas est: etenim cecitas est priuatio quadam: cecum

cum autem esse, est priuatum esse, & non priuatio. Præterea. Si cecitas idem esset, ac cecum esse, utraque profecto de eodem predicarentur: at homo dicitur quidem cecus, cecitas autem nullo dicitur pacto. Et ipsa tamen priuatum, inquam esse, habitumque habere: perinde ut priuatio, atque habitus opponi videntur: modus enim oppositionis idem est. Nam ut cecitas & visus, sic & cecum esse, ac habere habitum opponuntur.

Tex. 5.

Tex. 5. At enim neque etiam id quod sub affirmatione, negationeque est, affirmatio est, atque negatio. Affirmationem namque, negationemque orationem esse constat, alteram affirmatiuam, alteram negatiuam: at nihil eorum, qua sub affirmatione, negationeue cadunt, oratio est, ut patet. Dicuntur tamen, & hac ipsa perinde opponi, atque affirmatio, negatioque opponuntur: & in his enim idem oppositionis est modus. Nam ut affirmatio, veluti sedet, negationi, ceu non sedet, opponitur: sic & res, qua sub utrumque cadunt, sedere inquam, & non sedere, sibi mutuo aduersantur.

Tex. 6.

Tex. 6. At vero priuationem, ac habitum non esse opposita sic, ut ea qua sunt ad aliquid, patet: non enim ipsum id quod est, oppositi dicitur esse: visus enim non est cecitatis visus, neque ullo alio ad illam, dicitur modo: similiter neq.

cacitas visus cacitas diceretur: sed cacitas ipsa, priuatio quidem dicitur visus: cecitas autem visus non dicitur, neq. visus dicitur cecitas. Præterea. Vniuersa que sunt ad aliquid, ad ea sane dicuntur, qua conuertuntur: quare si cacitas ex eis esset, qua sunt ad aliquid, & illud, ad quod ipsa dicitur, profecto conuertitur: at non conuertitur: non enim visus cecitas dicitur visus.

Tex. 7.

Tex. 7. Atqui neque perinde, atque contraria priuationem, ac habitum oppositionem subire, ex eo perspicuum fore videtur, quod contrariorum, qua medio vacant, alterum in his, quibus apta sunt esse, aut de quibus predicantur, inesse semper necesse est: inter enim ea medium nullum cadere diximus, quorum alterum inesse susceptiuo necesse est: ut in sanitate, ac morbo in pari, ac impari, intueri licet. Quorum autem est ad aliquid medium, nunquam horum alterum omni inesse necessario. Neque enim album, aut nigrum, neque calidum, aut frigidum esse, omne quod horum susceptiuum sit, necesse est: nam ut inter hac medium aliquod cadat, nihil sane prohibere videtur. Et in super ea diximus medio vacare, quorum alterum non necesse est esse in susceptiuo, nisi in hisce, in quibus unum inesse natura, ut igni caliditas inest, & nivi albedo. In his enim alterum definit: nō vitiosum

susceptiuo inesse necesse est. Non enim aut ignem frigidum, aut nigram esse nigram contingit: itaque non omni susceptiuo inesse alterū contingit sed illis tantum, quibus vnum natura inest, atque vnum de finitè, non vtrumuis. In priuatione autem, atque habitu, neutrum dicitur est verum: neque enim alterum ipsorum semper inesse necesse est: quod enim nondum aptū est visum habere, id neque cecum dicitur, neque visum habere, quare non ex ijs erunt contrarijs, quae medij vacant: sed nec ex ijs, quae metium habent: quoniam omni susceptiuo ipsorum alterum inesse necesse est. cum enim est aptum visum habere, tūc aut cecum, aut visum habere dicitur: atque horum alterum non diffinitè sanè, sed vtrumuis sine discrimine villo dicitur: ac in hisce contrarijs, quae medio non vacant, nunquam sit, ut alterum in sit omni, sed quibusdam: atque hisce alterum diffinitè & non vtrumuis. Quare patet, neutro modo priuationem, & habitum, perinde atque contraria oppositionem subire. Præterea Inter contraria quidem, sit modo quod ipsa recipere possit, fieri commutatio potest, nisi vnum ipsorum natura, cuiuspiam ut igni caliditas in sit. Potest enim sanum egrotare omnem subire, & frigidum, calidum, & album efficere nigrum, ex studio quoque vitiosus, & e vitioso studiosus euadere potest: vitiosus enī

si moribus præstabilioribus, perceptisque instituat, aliquid saltem in probitate incrementi suscipit. Quod si parum licet incrementi semel susceperit, patet, aut penitus illum auariari, aut ingenia incrementa suscipere posse. Semper enim habilis magis ad consequendam ipsam virtutem sumpto paruo etiam incremento fit: quare verisimile est maiora quoque, illud incrementa suscipere: quod quidem si semper ita fiat, in contrarium penitus habitum deducetur: nisi tempore forte esse excidatur. In habitu vero, priuatione uero fieri non potest, ut commutatio unquam efficiatur: ex habitu uamque quantum ad priuationem mutatio fit, ad habitum certe ex priuatione fieri nequit: non enim cuiusquam cecus factus, visum unquam recipit, neque caluus factus comam, neque edentulus vilius dentes emisit.

Tex. 8. Atqui patet, & ea quae ut affirmatio, negatioque opponuntur, nullo dicitur modo oppositionem subire. In his enim solus alterum verum, alterum falsum esse necesse est, quod neque in contrarijs neque in relatiuis, neque in habitu, priuatione uero necesse est, semper alterum verum, alterum falsum ut sit. Sanitas enim, ac morbus contraria sunt, & neutrum ipsorum verum est, aut falsum: similiter & duplum, & dimidium relatiue quidem opponuntur, neu-

Tex. 8.

rum tamen verū est, aut falsum: cecitas etiam, atque visus, habitus quidem, & priuatio sunt, ut patet: ac neutrum verum est, aut falsum. Omnino autem nihil eorum, quae nulla cum complexione dicuntur, verum est, aut falsum. At vniuersa quae dicta sunt, sine complexione dicuntur. Equidem id ipsum in hisce contrarijs maxime accidere videbitur, quae cum complexione dicuntur: valere enim Socratem, & egrotare Socratem, contraria sunt. At neque in hisce necessarium est, alterum verum, falsum alterum esse. Nam si existat quidem Socrates, alterum verum, alterum falsum erit: si vero non existat, ambo falsa erunt, ut patet. Si enim Socrates omnino non sit, neutrum erit verum, neque egrotare ipsum, neque valere. In priuatione quoque, ac habitu, si Socrates omnino non sit, neutrum verum erit: si sit, non semper alterum erit verum, alterum falsum. Visum enim habere Socratem, & cecum Socratem esse, ut habitus, atque priuatio opponuntur: & si sit Socrates, non necesse est alterum verum, alterum falsum esse. Quo enim tempore nondum est aptus habere, vtrumque est falsum. Si omnino non sit, falsum etiam erit vtrumque, & visum ipsum habere, & cecum esse. In affirmatio uero, negatione uero, semper siue sit, siue non sit, alterum erit falsum, alterum verum.

Horum enim, egrotare, inquam, Socratem, & non egrotare Socratem, siue sit, siue non sit Socrates, alterum verum, alterum falsum esse patet. Si enim non sit, egrotare illum est falsum, non egrotare verum: quare hisce solis hoc competit alterum inquam ipsorum verum esse, alterum falsum: quae ut affirmatio, atque negatio opponuntur.

Tex. 9. At vero malum quidem bono necessario contrarium est quod quidem esse patet indueliene. Morbus enim sanitati, & iustitiae iniustitia, & fortitudini timiditas aduersatur: & in ceteris simili modo. At malo interdum bonum, interdum malum contrarium est: defectus enim, qui quidem est malum, exuperatio quae quidem & ipsum malum est, contrarium est: similiter & mediocritas, quae quidem est bonum, vtrique aduersatur, ut patet. In paucis tamen id ipsum esse videtur: sed in plurimis malo bonum semper contrarium est. Præterea. Non necessarium est, si contrarium alterum sit, & reliquum esse. Nam si omnes sint sani, sanitas quidem erit, morbus uero non erit: similiter si sint omnia alba, albedo quidem erit, nigredo uero non erit. Præterea. Si Socratem valere contrarium est huic. Socratem egrotare, si uero non potest, ut ambo simul eadem in sint: impossibile est, si con-

Tex. 9.

*Contrarium alterum sit, & reliquum
etiam esse. Nam si stat valere So
cratem, egrotare Socratem stare
non potest. Patet etiam, & circa
idem, aut specie, aut genere contra
ria fieri solere: ut morbum qui
dem, & sanitatem in animalis cor
pore: albedinem autem, & nigre
dinem in corpore absoluto: iusti
tiam vero & iniustitiam in homi
nis anima. Contraria in super om
nia, aut eo tem in genere, aut con
trariis in generibus esse, aut ipsa
genera esse necesse est: nam al
bum quidem, & nigrum, eodem in
genere sunt, color enim ipsorum
est genus: iustitia vero, ac ini
ustitia, sub generibus contrariis
collocantur: alterius enim virtus,
alterius vitium est genus, ut a
ter: et bonum, & malum non sunt
in genere, sed aliquorum ipsa ge
nera sunt.*

Summa Textus.

Prima
pars ca
pituli.

Primo agit de speciebus opposi
tionis. Secundo, eas inter se com
parat. Tertio, specialius agit de
contrarietate ponendo tres proprie
tates contrariorum.

De primo, oppositio est quadru
plex: prima relatiua inter ea que quod
sunt, aliorum esse dicuntur, vel quo
modolibet aliter ad aliud. Secunda
contraria, cum vnum ad aliud non re
fertur, sed positum eadem ratione al
teri aduersatur, horum aliqua habet
medium, ut albedo, nigredo, rubei
nem, alia non, ut sanitas, & agnatio
in animali. Tertia est priuatiua inter
habitum, & priuationem in eodem sub

iecto, differant autem priuatus, & ha
bens formam ab eis, licet eadem op
positione opponantur, vt concreta, &
abstracta. Quarta est contradictoria,
que est inter affirmationem, & nega
tionem.

De secundo est prima conclusio, pri
uatiua, opposita non sunt relatiua, pro
bationes infra ponentur.

Secunda conclusio. Nec sunt con
traria, probationes infra ponentur,
notab. 4

Tertia conclusio. Nec sunt contra
dictoria, quia in contradictione vai
uersaliter alterum est verum, alteru
falsum semper, & in vnoquoque, non
sic autem in priuatiuis.

De tertio dicit primo, bonum si
contrarium habet, debet esse malum:
mali vero potest esse bonum, & ma
lum: vt timiditati temeritas, & forti
tudo sunt contraria. Secundo, non e
cessario, si datur vnum contrarium,
datur aliud. Tertio, contraria non sunt
simul in eodem subiecto. Quarto,
contraria sunt in subiectis idem spe
cie, vel genere. Vltimo contraria, vel
sunt ipsa genera, vt bonum, & malum,
vel in eodem, vt albedo, & nigredo,
vel in diuersis generibus, vt iustitia,
& iniustitia.

Annotationes circa litteram.

Sciendum primo, aliquos ante, & post
Andronicum, eundem hęc, vt refert
Simp. & Boet. hic negasse hęc post pre
dicamentum esse Arist. vel post oira in pri
uatiua. Top. vitiuq; aliquid, qui predicame
ta immediate posuit ante T. sic, cre
ditum esse appendicem predicamen
torum. Porph. tamē Boet Simp. & (vt
dicunt Lobaniē) sepe omnes antiqui,
& Neoterici dicunt esse Arist. primo
quia doctrina cū predicamentis cō
sonat, & esse hic ponenda, patet etiam
quia aliter trunca esset predicamen
torum tractatio, nisi hic inuirta ad eo
rum intelligentiam necessaria expli
carentur, vt quid esset contrarietas to
tics

2. Pars ca
pituli.

3 Pars ca
pituli.

1
Quare
hic post
predica
menta
ponatur

toties nominata, quid prius & posse
rius, de quo, c. de relatione dixerat, &
consequenter quid simul necessario,
simul cognoscendum, in odos autem
habendi posuit, vt pateret quod sit
decimum predicamentum, deum
de speciebus motus egit, in quibus
contrarietas, & suscipere magis, &
minus videtur clare, de quo Car. hic.

secundo
notab.

Secundo, notandum in oppositi
relatiua posuisse Arist. definitionem
Antiquorum, conuenerunt vsu te ac
conuenerunt in eadem c. de Relatione, vbi
ex professo de ea egerat, suam tra
diderat: exemplumque ponit hic in
scientia, & scibili, pro predicamenta
li relatione sciencet, quam ad obiectu
realiter existens habet extraneum de ta
lis enim est vt qualites de quo Villal.

Tertio
notandū

Tertio notandum, quod mediata
contraria illa dicuntur, quorum alte
rum non opus est fieri subiecto: non
enim equus necessario est albus, vel
niger immediata: & contra contra
ria immediata dicuntur, quorum alte
rum necessario inest subiecto, ani
mal enim necessario, vel sanū, vel egro
um est, inter qua Galenus conualescen
tiam ponit medium, qua si sit ad sani
tatem vocatur à Fabio Stapulenti cie
puleulus matutinus: si vero ad infir
mitatem rursus eadem, cū epuleulus ve
sprtinus. Arist. tamen strictius quam
cunq; humorum intemperiem in
firmitate vocat, & contra sanitatē.

Notan
dum 4.

Quarto notandum qd Arist. probat
priuatiua non esse relatiua, quia hęc
ad inuicem ordiantur: dicunturq; ad
conuertentiam, quæ priuatiuis nequa
quæ cōuertit. Secundū vero scilicet, te
cundam conclusionem, in qua docet
priuatiua non esse contraria probaret,
imo simul: primum, sic quia relatiua,
& contraria dicunt extrema positiua,
secus vero priuatiua. Adde qd priuati
ua vel sunt contraria immediata, &
hoc non, catulus enim ante nonū dicit,
neq; est cæcus, nec videns: similiter no
tatur

sunt mediata, quia horū alterum suo
tempore non necessario inest. Nō enim
aliquo tempore equus est albus, vel ni
ger, et priuatiua ino tempore necesse il
rio inest, homo namq; necessario est
cæcus, vel videns, & per hoc multa ar
gu. (soluē tertio, nō in eōrarij) scilicet u
tuus regressus, in priuatiuis vero non,
ergo priuatiua non sunt contraria.

Quinto notandum, qd Arist. hic agit
de oppositione in complexorū, vt vide
re est in suis exemplis, at textu 8. me
minit etiam complexorum ad com
plementum doctrinæ, & vt oppositio
contra historia clarius pateret.

Vltimo notaedū, p̄ illa dignitas
de quolibet est affirmare, vel negare,
restringitur à lab. 10 Metaph. q. 1
vltimis verbis, & Anto. Andr. in redu
plicatiuis: dicunt enim ibi nō tenere,
sicut in eisdem negat Caiet. argumē
tum validum à finito ad infinitum, vt
hic tetigi, & intra eadē dicit, nō enim
valet in istis, homo in quantum ratio
nalis discurrit. ergo in quantum ratio
nalis est non discurrrens.

Notan
dam 3.

De quo
liber est
affirma
re vel ne
gare ex
plicatur.

*QVAEST. VNICA.
De natura, & speciebus
oppositionis.*

In qua inquiruntur sex Primo, an
species oppositionis distinguan
tur: Secundo, an oppositio vniuoca
sit quatuor speciebus? Tertio, an con
tradictoria sit maxima oppositio?
Quarto, an à priuatione ad habitum
sit regressus? Quinto, an vera sint que
Aristoteles docet hic de contrarieta
te? Sexto & vltimo, vtrum species
vnius generis opponantur contrariē?

*ARTICVLVS. I.
Vtrum species oppositionis distin
guantur?*

1
Explicatur titulus.

DE relatione non est qui dubitet, quod ab alijs distinguatur, cum sit ordo vnius ad aliud, & ita bene Alber. S. Tho. de potentia. q. 4. ar. 8. inquit ab Aristot. per hoc solū definitur, non per impossibilitatē existendi simul. Similiter contraria oppositio manifestē ab alijs discernitur, quā licet etiam dicat relationem vnius ad aliud dissimilitudinis. V. g. cum hoc tamen oppositio istorum est in entitate ipsa positiua, præcise de relatione prædicamentales: sed tota difficultas est de negatione, & priuatione, quæ videntur duæ species confusæ: primo, quia in materia de vniuersalibus, priuatio & negatio duæ censentur ab omnibus species entis rationis secundo, quia S. Thom. opusc. 37. cap. 1. asserit priuationem negare inhaerentiam tantum, negationem vero formæ existentiæ, licet enim sit priuatus visu, visus alibi potest esse, ergo priuatio & negatio species confusæ sunt oppositionis.

2
Argum. pro parte contraria.

Notand.

Notandum, quod cum priuatio duo inuoluat, & negationem inhaerentem, & aptitudinem subiecti ad illam, profecto ex his duobus non potest fieri vnum per se proprie esse specifico, cum ens rationis, quod est negatio, & ens reale, quod est aptitudo plus quā genere inter se differunt: dicit ergo priuatio in recto negationem, in obliquo connotando subiecti aptitudinem, vt bene habet supra. & Sonz. q. 1. 8. 10. Metaphy. & ita per hæc duo ab Arist. in Metaphy. varijs in locis ratio priuationis explicatur.

3
Negatio & priuatio non sunt duæ species.

Sit conclusio, negatio & contradi- tionis, & priuatio non sunt duæ species oppositionis, patet, quia quidquid formaliter claudit negatio, clauditur in priuatione solum, connotando aptitudinem in subiecto, quæ ex primo Notabili cum negatione formaliter non potest facere vnum per se. & ita bene Scot. ait, quod priuatio habitui

opponitur sola ratione negationis, ad quod alludens Sonz. ubi supra, tractatur solum distinguere penes magis, & minus commune: priuatio namque tantum dicit negationem formæ cum aptitudine subiecti: ita S. Tho. de veritate, q. 21. r. 1. & Caiet. 1. p. q. 14. ar. 5. sub vna specie dicunt cadere priuationē & negationem, nosque conformiter ad hoc philoposophabamur in materia de vniuersalibus, ar. 1. quæst. 1. vide ibi.

Ad primum patet ex dictis, quod negatio & priuatio in communi non distinguuntur specie, bene tamen in particulari, vt priuatio dicit solam negationē inhaerentiam, negatio vero formæ. Ad secundum sic intellige. S. Thom. modo dicto in communi: nam in communi falluntur, qui aliter constituunt duas species entis rationis, negationē scilicet, & priuationem.

ARTICVL. II.

An oppositio, vniuoca sit quatuor speciebus.

Prima sententia est Zimaræ in tabula Arist. verbo æquiuoce, qui ponit oppositionē purē æquiuocum ad quatuor species, tribuitq; Arist. 10. Metaph. text. 1. videturque Simpl. & Iambli.

Secunda sententia ponit purē vniuocum oppositionē ad quatuor species: ita Philop. quem refert Vitalp. tenetque Nicotratu, quem asserit Porphy. sequitur Simplic. Boet. & Iabel. 10. Metaph. q. 11. Niph. q. 6. c. 2. Recentiores qui iudicant satis probabile: estque Lobanien. & omnium Neothericorum, primo, quia impossibilitas consistendi simul vniuocæ de his quatuor dicitur: secundo, quia ex Aristot. hic, & communi, ita nominatur species oppositionis, ergo oppositio vniuocæ dicitur de illis.

Solutur arg.

Prima sententia zimaræ.

2. sententia multorum.

1. Tolle hic.

Tertia

3. Sententia M. Soto.

2. Vera Cruz dicit non esse dubium.

4. Sententia S. Tho. & D. Scoti.

1. Cōcl.

3. Illatio ex consequenti.

2. Cōcl.

Tertia sententia est M. Soti hic, qui ponit oppositionem vniuocam tribus, de supra ipsa relatiua oppositio- ne, & alij, sed probat Soto, quia calor similiter & albedo possunt intel- ligi, non intellecta, ab qua oppositio- ne ad frigus, & ad nigritudinem: ergo contraria oppositio non est realis, sed tantum rationis, quæ communis est etiam contradictoria, & priuati- uat: relatiua oppositio, & quia non est respectu diuersorum (idem enim est pater & filius) quia formaliter claudit ens reale, non cadit sub oppo- sitione in communi, quæ communis est tribus iam dictis.

Quarta sententia placet multis, S. Tho. præsertim, quem referunt Lobanien. opuscu 37. Scot. q. 2. max. me ad primum, Caiet. hic, & Recentiorum ex Iambli. & Alber. quæ sententia ponit oppositionem analogam ad qua- tuor dictas oppositioes, scilicet, re- latiua, priuatiua, contrariam, & contradictoriam.

Prima conclusio. Oppositio non est quid vni- cum ad quatuor oppo- sitiones. Probatur efficaciter, quia con- traria, & relatiua dicuntur entitates reales: contradictoria vero, & priua- tiua, ens rationis: conit autem ex c. 4. pondatur conceptus obiectiuus cōmunis enti reali, & rationis: ergo. Secundo, quia licet relatiua oppo- sitio in omnibus reperitur: non ta- men est quid commune illis, sed est quarta oppositio à tribus confusin- cta, vel cadit sub illa.

Ex quo inferitur 3. quod relatio oppo- sitionis non est vniuoca ad relati- uas oppositioes reales, & rationis, ita enim distat relatio rationis, à relatio- ne reali, sicut ens rationis à reali en- titate, quicquid Caiet. vult 1. p. q. 28. nisi intendat nomen relationis æqua- liter vtrique conuenire.

Secunda cōclusio. Oppositio est ana- logū ad quatuor oppositioes. Patet,

quia repugnantia in omnibus repe- ritur, licet in istis per comparationē ad illas: omnium autem sufficientiā diuersa via, quidam colligunt, sed res non est præcisa: ad complementum tamen hanc habet 4. quia oppo- sitio, vel est inter ens, & non ens absolu- tē, & est contradictio, vel inter ens, & non ens cū aptitudine, & est priuatio, vel inter entitates positiuas, & est con- traria, vel tandem est inter ea, quæ non respectu eiusdem dicunt repugnantiā, & est relatiua, nec sunt plures.

Ad primum argumētum, nego an- tecedens: non enim (vt dictum est) vni- uocē, sed analogicē dicitur incom- positibilitas de illis: illa autem definitio est data ab Aristot. de contradicto- rijs 1. Topic. quæ participatione etiā alijs conuenit, priuatiuis formaliter, contrarijs virtute, relatiuis saltem re- spectu eiusdem, licet non respectu di- uersorum.

Ad secundum, nego consequentiā, quia etiam Arist. syllogismum bonū & malum vocat species syllogismi, cum tamen syllogismus malus appa- renter sit consequentia syllogistica, non verē & proprie.

Ad tertium, primo falso negant re- latiua oppositionem, non cadere si- cut & alia sub ratione oppositionis, quia respectu diuersorum non dicitur incompatibilitatem, cum tamen suf- ficiat, vt illam dicit respectu eiusdē: & quia relatiua claudit entitatē rea- lem, quæ necessariō debet poni in cō- traria oppositione.

Pro quo aduertendū quod aliquid potest esse expulsiuum alterius dupli- citer: Primo effectiue, id est aliquid est re effe- sciendo aliud expellere, & sic ignis, cū eduo calefaciendo, & calorem producen- do expellit frigus. Secundo formaliter con- ter scilicet, non aliquid faciendo, sed sola propria entitate posita aliud expellere, quia est talis entitas, quæ secū non compatitur contrariam, & sic al- bedo

& suffi- cientia opposi- tionum.

Solutur arg. Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

5. Expelle- re effe- sciendo aliud expellere, & sic ignis, cū eduo calefaciendo, & calorem producen- do expellit frigus. Secundo formaliter con- ter scilicet, non aliquid faciendo, sed sola propria entitate posita aliud expellere, quia est talis entitas, quæ secū non compatitur contrariam, & sic al- bedo

bedo nigredinem expellit, licet ergo prima expulsio, quia inuoluit principium actuum, cadat sub secunda specie qualitatis: secunda uero non itē, quia sic expellere non est aliquid agere, vel pati: sed tantum quaedam in composibilitas, quae à natura sequitur posita tali formae: & ut vno verbo dicam est ipsum esse formale: & tale quod aliud secum non comparitur, ut albe facere, vel album facere, quod non compatitur nigrum facere, &c. Nec per hoc aliquid de nouo producit, neque est nouus actus rei, & licet esset non poneret albedinem sub alia specie, cum necessario esset subordinatus actui formali, sicut ignis est idem specie dum calefacit, & rare facit. Hinc patet quam diuersimode utraque expulsio inuoluit contrarietatem: prima enim solum est fundamentum relationis oppositionis contrarietatis, quae fundatur in actione, & passione. At secunda expulsio formaliter dicit contrarietatem, in ipsa entitate positua (omni relatione praecisa) ita ut sit intelligibilis albedo sine ista contrarietate, cum ex dictis in entitate formali reperitur.

Illatio.

ARTICVL. III.

Utrum contradiçtio sit maxima oppositio?

Vnica sententia olim fuit 4. Metaphys. de qua Arist. quae negabat unam contradiçtoriam veram, alteram falsam, sed ista & sui auctores iam perierunt, de quo Ferr. 4. contra gentes. c. 14. Sorz. 10. Metaph. & I. Abel. q. 9. Arist. tex. 15. S. Thom. opusc. de oppositis moderni Metaphysici 2. in fine 4. Anton. Andr. q. vltima.

Quod non sit maxima oppositio- num contradiçtio: probatur primo, quia aliae oppositiones claudunt contradiçtoriam, & superaddunt nouum

gradum oppositionis, ergo illa non est maxima, antecedens patet, quia omnis oppositio claudit affirmationem & negationem quae est contradiçtio.

Confirmatur, quia aliae oppositio- nes inferunt contradiçtoriam, bene enim sequitur Petrus est filius Pauli, ergo non est eius pater, similiter qui libet homo currit, inferit hanc aliquis homo currit, quae contradiçtio huic nullus homo currit, & est caecus, inferit ergo non est videns, nihil enim magis repugnat consequenti, quam antecedenti, ergo aliae oppositiones claudunt contradiçtoriam.

Secundo, nam isti modi necessario, & impossibile sunt contrarij, qui magis pugnant quam possibile, & impos- sibile contradiçtorij, ergo non est ma- xima contradiçtoria.

Tertio, quia non albo contradicit album, sed magis pugnat cum illo al- bissimum, quod est contrarium, ergo maior oppositio est contraria.

Confirmatur, quia maior distinctio est inter contraria, & relatiua, realia, quae petunt extrema secundum rem, quae contradiçtoria, & priuatiua, quae ex parte vnus extremi est ens ratio- nis, ergo maior est oppositioes sunt il- lae quam istae.

Quarto, quia secundum Philoso- phos inter hominem, & non hominem contradiçtoria, mediatur generatio ho- minis, ergo contradiçtoria non est ma- xima oppositio.

Conclusio affirmatiua est, ab om- nibusque tuctur. Simpli. Auerr. 5. Tho. & Arist. nam contradiçtoria opposi- tio caret omni medio, nihilque habet commune utriusque extremo, ut ex pro- fesso probat Arist. 1. Topic. c. 2. ergo est maxima oppositio.

Secundo, quia vniuersaliter, sem- per & in vnoquoque, si vnus est verum, al- terum est falsum, diciturque, illud prin- cipium, quodlibet est, vel non est, ut de acutissimè Arist. 4. Meta. subiungit quod

2. Arg.

3. Argu.

Vlt. arg.

Conclu. affirm. recipod. quatio.

Quaest. de essent. opposi. ar. 3. De Priuationis regres. 172

si aliquis contradiçtoria concedit cel- sat disputatio, ergo maxima oppo- sitionum est contradiçtoria.

3 Hinc inferunt quae oppositio relatiua est vltima in ratione oppositionis, quia cum petat existentia utriusque extre- mi magnam arguit convenientiam: Tertio, est contraria quia licet vnus alterum expellat, conueniunt in ratio- ne entis, imò in genere qualitatis: Se- cundo, est priuatiua, quae inuoluit apri- tudinem subiecti, in quo conuenit cum habitu, & hinc necessario relinquuntur prima, & postrema contradiçtio ipsa quae est inter ens, & non ens absolute.

Soluun- Ad primum bene S. Tho. & Ferr. **tor arg.** dicunt illud quod addunt aliae oppo- **Ad 1.** sitiones ipsi contradiçtoriae maxima po- tius minuere oppositionem, quam ad- dere, cum ex dictis inuoluant omnes aliqualem convenientiam.

4 Ad confirmationem, non semper **Notanda** equaliter aliquid repugnat consequen- **solutio.** ti, & antecedenti, ut patet in hoc, si ho- mo non est risibilis, homo non est ra- tionalis, manifestè namque maior repu- gnantia est in consequenti, quam in antecedenti: quando tamen repugna- tia antecedentis causa est repugna- tia consequentis: tunc quidem magis vel aequè aliquid repugnat antecede- ti, quam consequenti: sed profecto to- ta repugnantia aliarum oppositionum, nec minuit, nec addit repugnantiam co- tradiçtoriae: si enim per possibile, vel impossibile Deus tolleret omnimoda repugnantiam aliarum, ipsa sem- per maneret maxima, & summa in op- positione.

Ad 2. & **5** Ad secundum, illi modi minus di- stant quam possibile, & impossibile, quia solum repugnant in veritate, cum falsò possint simul affirmari, & negari necessario, scilicet, impossibile: & per hoc patet ad tertium: nam albif- simum magis pugnat cum non albo in veritate, quam album cum non albo, non tamen veritate, & falsitate,

quia remissè album falso est albif- simum, & falsò est non album, bene ta- men est album, & falsò non album.

Ad confirmationem label. & alij li- benter ponunt maiorem distinctio- nem naturalem in contraria, & rela- tiua, quam in contradiçtoria, sed non maiorem distinctionem formalem, quae reperitur inter ens, & non ens ab- solute, praeterquam quod illa distin- ctio materialis realis, potius demit, quam ponit oppositionem.

Ad vltimum, generatio formaliter est non homo, videtur autem Philoso- phis mediari inter hominem, & non hominem, quia veritatur circa mate- riam primam carentem forma, quae media generatione introducit in ipsa, hominis forma.

ARTICVL. III.

Utrum à priuatione ad habitum sit regressus?

Nicositatus assueueranter tenet partem affirmatiuam contra Arist. & omnes Philosophos, pri- mo, quia ex ignorantia sit sciens, ex nudo, & inermi sit vestitus, & arma- tus, & ex aere tenebroso sit iucidus, ergo à priuatione ad habitum est re- gressus.

Secundo, aqua duobus gradibus fri- giditatis amissis reducit se ad priu- num statum, illosque rursus acquirir, similiter de igne: si per possibile, vel impossibile Deus in quodam loco poneret ignem nudatum ab omni calore, profecto fluerec statim calor ab ipso: eadem ratio est partis ad par- tem priuationis, sicut totius ad totum, ergo datur regressus à priuatione ad habitum.

Tertio, quia vespere integris diebus in aqua suffocatae calore Solis reuiu- iscunt, nec videtur credibile tanto

lib. V. cap. 3.

lib. 5. cap. 1.

Singula- ris opi- nio Ni- costra.

Argum- pro hac sententia multipli- citer.

3. Argu.

tempore manentes in aqua non esse mortuas, ergo per naturam regressus fit a privatione ad habitum.

II Confirmatur ex Arist. 4. de generatione animal. c. 6. & 6. de historia. c. 5. si oculi pullorum hirundinis recensinatorum pungantur: deinde iterum visum recipiunt: ergo idem prius.

Vlti. argumeta. Quarto & vltimo, quia exempla Anni incongrua videntur, quia edentulum, & caluum solum dicunt privationem partis substantiæ, vel ornamentum, puta capillorum, & dentium non formæ, in qua & a qua est regressus, ergo.

Conclu. Omnes Philosophi conclusionem negativam Arist. recipiunt, licet varietate eam explicet, de quo Sect. q. 41.

Niph. u. Metaph. q. 4. Sontz lib. 10. q. 19 S. Tho. lib. 8. lect. 4. Simpliciusq; ait, Arist. composuisse quoddam opusculum de op. oſtis, in quo distinxit habitum innaturaliter ingentium, quem vocat Niph. ab iſtriale et in acquisitum & non naturalem, quem vocat Niphus ab extrinſeco, propositionemque hæc Arist. intelligit de primo habita, non de secundo, per quod patet ad primam rationem. Aliter Sæz. explicat, multoq; aliter Recentiores, sed neutra expositio placet, nec profectus est ad rem, præcipue Recentiorum scilicet quod implicat regressus a privatione ad eundem numero habitum: non ad eundem in specie, quod non soluit difficultatem.

Tolet. Dicedu ergo est cum Loban. q. 3. Vera solutio Lobanica. quando manent causæ proximæ habitus datur regressus, quando vero non, non datur, per quod patet ad secundam rationem, ignis enim immediata causa est, virtus cuius fluit calor, idem de aqua respectu frigiditatis ad quam se reducit: de modo autem quo hæc sunt 2. Physic. q. 2. dicam.

Ad 3. si muli, & spæ organizato, cū alijs dispositionibus relictis in ipso, supplet quod deest, rat ad vespæ formæ introductione, &

quali vltimate disponit, quia vero potentia vitales destruitur cum destructione organorum, quæ tantum sunt vi generatiua, nequit in eodem a privatione ad habitum dari regressum, & in his vniuersaliter est vera propositio Arist. cū enim arte medica lippi, & c. curantur, & videntur, non erat de perdita potentia vitalis, vel organum, sed tantum erat quadam albugo, vel humor in telis oculorum, quæ medicina extrahatur. Et ad illud quod de hirundine subijcitur in confirmatione. Ipse Arist. 4. de Generatione. ubi sup. docuerat illos nasci sine visu, quia ad dum erant nati habere visum, non erat privati perfecti visu: ideoque bene regressus in istis reperitur: non tamen debet esse tanta læsio punctonum in organo, vt virtute seminis non possit reparari, taliter quod tempore debito fiat vitas, sed potius moderata, quæ facile naturali virtute recuperatur, per quod etiam patet ratio clara Arist. nam in contrarijs datur regressus facile quia manet agens in re, quod reintroducit formam contrariam, in privatijs vero non irem.

Ad quartum Loban. dicunt, dupliciter, primo quod partes se habeat vt formæ: secundo quod nomine edentuli, & calui intelligit Arist. potentiam productiuam dentium, & capillorum, sicut dicebamus supra c. de proprio, quod Por. hy. per bipedem intelligit potentiam progressiuam animalis: qualiter autem cum detur potentia reproductiuam vnguium, non detur etiã capillorum, & dentium, Physicæ est, non Logicum.

Aduerte tamen licet non faciat multum ad rem multos esse modos privationis, quos Arist. ponit 4. Meta. quos ob hanc causam non posui in principio questionis, cum enim privatio in hoc differat a negatione modo supra dicto, quia connotat aptitudinẽ subiecti ad formam, quæ dupliciter iuxta hoc

Priuationis modi multi assignantur.

sumitur privatio: primo, cum forma apta est haberi, non tamen ab hoc: & sic paries, cæcus, privatusque visu largè dicitur, & improprij simè: secundo, quando subiectum est aptum habere formam secundam genus, non tamen in specie, sicque talpa dicitur cæca, quia in ratione animalis apta est videre. Tertio, quando subiectum aptum est in specie ad formam tamen talibus, & talibus circumstantijs, sicque carolus ante nonam diem dicitur cæcus, prius: tuncque visu. Tandem quarto proprijsimè, quando subiectum est aptum in specie, & temper habere formam, non tamen habet: sicque homo proprijsimè cæcus dicitur & non videns. Deinde ex parte negationis, persequitur Aristot. plures, & minutiores divisiones privationis. 5. Metaph. c. 22. quæ non faciunt ad rem.

ARTICVL. V.

Utrum vera sint, quæ Aristoteles dicit de contrarietate?

DE oppositione I relatiua satis abacè diximus. c. de ad aliquid, de oppositione contradictoria, & privatiua nihil superest dicendum, quod non sit Physicum, vel Metaphysicum, de quo 2 & 4 Physic. & 19. Metaphys. de contrarietate tamen, licet eniã bideam aliquid (Deo dante) dicemus in tenim, tamen aliqua dicta Aristot. simul examinanda sunt.

Primo aduerte, quod cum ait malum 2 contrarium esse boni, non sumit malum pro privatione boni, sed pro re contra naturam, similiter & bonum, sumit pro re conformi naturæ, talia sunt vinum, & virtus, calor & frigus. Item bene Simpl. iniustitia non sumitur hic pro privatione iustitiæ, sed pro habitu iniustitiæ contrario habitui iustitiæ.

Secundo aduerte, quod non definitur

contrarietatem, quia ex dictis proprietatibus facile colligitur, & quia eius natura in Physica, & Metaphysica largè declaratur, cumq; duplex sit 3 contrarietas, physica inquam, & metaphysica, metaphysica contrarietas dicitur (vt colligitur ex Aristot.) sunt quæ maximè distant sub eodem genere, ita. 10. Metaph. text. 13. & 24. Similiter physica contrarietas sunt, quæ inhxrent eidem subiecto, seseque expellunt mutuo, nisi alterum illorum alicui insit a natura.

Contra quas definitiones est, primum, quia hic Aristot. bonum & malum dicit contraria, quæ, ex eodè, sunt genera, non in eodem genere, ergo.

Confirmatur, quia iniustitia, & iniustitia contraria sub diuersis generibus sunt, vt pote sub bono & malo.

Secundo, nam quantitas & qualitas quæ nec genere conueniunt, magis distant, quam calor & frigus, quæ sunt contraria, ergo contraria non maxime distant: calidissimum etiam, & frigidissimum, magis quæ calidum & frigidum: albedo etiam & medij coloris non maxime distant: & tamen ex Aristot. 5. Physic. c. 1. contrariantur: ergo non rectè assignatur ratio contrariorum.

Tertio contra secundam definitionem arguitur: nam idem subiectum aliquem habet calorem, & aliquid frigus, imò nihil obstat, quod in diuersis partibus eiusdem subiecti darentur in summo: ergo contraria non mutuo se expellunt ab eodem.

Confirmatur, quia in coloribus medijs, vt viride, &c. videntur esse simul extrema, albedo, scilicet, & nigredo: ergo idem quod prius.

Confirmatur secundo, quia vel ex pulsio est effectiue, & sic albedini, & nigredini conuenit, vel formaliter, & sic conuenit formis substantialibus, & figuris, quæ non simul se compatiuntur, ergo.

Ultimo, quia Aristot. 2. de celo ait, si vnum contrarium est in rerum natura, necessum est quod sit, & alterum, cuius oppositum docet hinc item bono ait ex necessitate malum contrariari, malo autem bonum, & malum.

Contra quod est, quia intellectui, qui habet rationem boni, nihil contrariatur: & ex. 10. Metaphysic. text. 14. citato vni vnum contrariatur, ergo seipsum contradicit Aristoteles.

Ad. 4. In oppositum 4. sufficit auctoritas Aristotelis & argumentorum solutio.

Ad primum, S. Thom. de malo, quæst. artic. ad id argumentum ex Auerr. Auc. & Simplic. 8. p. q. 4. 8. ar. 1. ad 1. vbi etiam M. zamel suse hoc differit multipliciter respondent, communis tamen solutio est, Aristot. hic loquutum 5. ex mente Pythagoricorum, sæpe enim ait Aristot. loqui ex aliorum mente, præcipue in Logicis, dum adducit exempla aliorum.

Solutur arg. & primi multipliciter.

Vt secundo, & melius, bonum & malum dici contraria genera, id est, generale conditiones contrariorum, quia vnum se habet vt habitus, & alterum, vt priuatio, & imperfectum, ob quod contraria oppositio vocatur ab Aristot. aliquando oppositio priuationis, & habitus.

Vel tertio esse duo genera subalterna vnius generis qualitatis, primumque speciei, per quod patet ad confirmationem.

Ad. 2. Ad secundum, bene Iabe. 10. Metaphysic. quæst. 11. maximam distantiam intelligi (vt ait definitio) sub eodem genere, per quod patet, ad argumentum, cum quantitas & qualitas, non sint sub eodem genere, non distant: datur etiam definitio pro perfectissima contrarietate inter extrema, & summo gradu, cum tamen genus in plures species immediate diuiditur.

vt potest, quicquid Sonz. dicit. 9. Metaphysic. quæst. 24. ad ea etiam, quæ non sunt, & distant extendenda est definitio, quia distat saltem essentiali diuersitate, de quo articulo sequenti.

Ad tertium, sensus secundæ definitionis est contraria se non compati in eadem parte subiecti in gradibus intensitatis, ita vt ab vtroque absolute denominatur, potest tamen quod deest de latitudine vnius contrarij suppleri ex alio.

Ad confirmationem, licet Iabe. supra quæst. 19. ponat in qualitatibus medijs formas extremas, melius Niph. quæst. 7. negat, opinensq. Sonz. quæst. 2. ad secundam, in tepiditate formaliter esse calorem, & frigus remittit, in a ijs vero vt medijs coloribus (cum Auerr. S. Tho. & alijs) non esse extrema formaliter, sed virtute tantum, sed hoc iam est physicum, & actionis intellectus.

Ad secundam confirmationem formæ substantiales non inherent, in figuris vero non est transitus determinate ab vna ad aliam figuram, sed ad indifferentiam in contrarijs determinate ab vno itur ad aliud, & si media expellunt, id est, quia se tenent ex parte alterius extremi, quod habent virtute, vt dictum est.

Ad vltimum, textus Arabicus. secundo de celo, non dicit in rerum natura, sed si vnum contrarium est natura, etiam est aliud, sed propter expositionem. S. Tho. ibidem.

Respondeo quod Aristot. illo loco agit de necessitate physica ob vniuersi perfectionem. hic vero de Logica necessitate, negatque bonam esse consequentiam, existit vnum cōtrarium, ergo & aliud, de quo latè Caiet.

Ad confirmationem Aristot. tantum vult non omne bonum habere contrarium, sed si habeat illud esse malum: eademque diuersis rationibus duo pos sunt contrariari: loquiturque de extremis

Ad. 4.

Ad vlt. notanda solutio

tremis contrarietatis, cum enim sint tantum duo extrema, vnum vni tantum contrariatur, vide Iabe. vbi supra. q. 10. Sonz. q. 20. non enim est hic locus.

ARTICVLVS. VI.

Ultimus.

Virum species vnius generis opponantur contrarie?

1. opinio Alex. & aliorum placita.

Ad. 1. ex ad libro de sensu ait in elementis species esse contrarias 1. refertq. Auerr. qui qualitates 10. sunt formas substantiales elementorū Sonz. 7. Metaphysic. q. 24. Iabe. q. 18. refertq. Anto. And. qui disputant tantum de speciebus substantiæ, quas dicunt contrariari imperfectè tamen, quia non acquiritur vero motu. Scotus vocat species transumptiue contraria Niph. lib. 10. quæst. 6. dicit esse contraria non physice, sed metaphysicè, supposita tamen distinctione contrarietatis physice, & metaphysicæ, quæ supra explicat, art. 5.

2. 1. concl.

Dico primò, aliquæ 2. species substantiæ sunt contraria physice radicaliter (vt insinuatum est. c. de substantia, artic. de proprietatibus substantiæ) ita etiam tenet Doctus Theologus. 2. de generatione, 3. & Recentiores ibidem, & hoc vult Auerr. 5. Physic. & de substantia orbis dicens esse contraria concomititè: & Aristot. 2. de generatione. text. 49. dicens substantiam substantiæ contrariam, vt aerem, & ignem, aquæ & terræ. Probat, nam aliquæ substantiæ, vt patet in elementis) sunt radices contrariorum accidentium: non tamen omnes, vt patet de angelis, nullaque substantia physice alteri aduersatur ratione sui, modo supra. c. de substantia explicato.

3. Bañes, & Tolet.

4. 2. concl.

Dico secundo, omnes 6. species generum esse contraria metaphysica inter se, ita Aristot. 10. Metaphysic. text. 24. citato. S. Thom. & alij ibidem, distant enim maxime sub eodem genere: non tamen dixi omnes, quia quo ad hoc par est ratio de accidentibus, & substantijs: sed eorum quod substantijs, tribuit Sonz. scilicet duas non esse in vno subiecto, multis etiam accidentibus cōuenit, vt pote figuris, & coloribus, &c. imperitiamque est ad definitionem contrarietatis Metaphysicæ.

5. 3. concl.

Dico secundo, omnes 6. species generum esse contraria metaphysica inter se, ita Aristot. 10. Metaphysic. text. 24. citato. S. Thom. & alij ibidem, distant enim maxime sub eodem genere: non tamen dixi omnes, quia quo ad hoc par est ratio de accidentibus, & substantijs: sed eorum quod substantijs, tribuit Sonz. scilicet duas non esse in vno subiecto, multis etiam accidentibus cōuenit, vt pote figuris, & coloribus, &c. imperitiamque est ad definitionem contrarietatis Metaphysicæ.

nerum esse contraria metaphysica inter se, ita Aristot. 10. Metaphysic. text. 24. citato. S. Thom. & alij ibidem, distant enim maxime sub eodem genere: non tamen dixi omnes, quia quo ad hoc par est ratio de accidentibus, & substantijs: sed eorum quod substantijs, tribuit Sonz. scilicet duas non esse in vno subiecto, multis etiam accidentibus cōuenit, vt pote figuris, & coloribus, &c. imperitiamque est ad definitionem contrarietatis Metaphysicæ.

Aduertendum tamen, cum contrarietas Metaphysica petat ex Aristot. conuenientiam Metaphysicam, vt Physica petat in subiecto, nec generalissima, nec differentias proprie contrariari. Vnde 7. male Sonz. differentias vult esse contrarias, peiusq. negat species contrariari differentia enim (si bene loquamur) principia sunt cōtrariorum, non contraria vt vnitas, communiter non est numerus, sed principium illius, negatque Aristot. contrarietatem inter indiuidua vnius speciei, quia non est inquam dissimilitudo, sed distinctio, materialisque diuersitas, vt bene Niph. supra, species quæ diuersorum generum subalternorum contrariatur, ratione gradu quos includunt, quibus sub genere distinguuntur.

Ex quibus infero, cum omnes species sint contraria, vnam non posse esse partem alterius, quod si aliquæ fuerint partes non completæ, sed incompletæ, speciei sunt, de quibus infra latius.

Vltimo, in hac materia aduerte, quod in tractatione de oppositis et comprehenduntur etiam contraria metaphysica, quia Logicus non coarctatur ad oppositionem physicam, & Aristot. inter contraria ponit par, & impar, quæ solum mathematicè loquendo sunt contraria, non physice, suntque passiones specierum mathematicarum, pro eisque positæ, eoque modo contrarietatem metaphysicam participant.

Fallitur Sonz.

Illatio ex dict.

CAPVT. XI.

De modis Prioris.

Prius quippiam alio quatuor dicitur modis. Primo quidē, & propriissime, tempore: quo pacto quippiam antiquius aliquo, & vetustius dici solet: quia nanque plus est temporis, ideo antiquius atque vetustius dicitur. Secundo vero, id quod non conuertitur essendi consequentia: quo pacto unum duobus est prius: nam si sint duo, & unum continuo sequitur esse: ac si unum sit, non necessario sequitur duo esse. Quare hoc posito, non conuertitur consequentia, ut illud sit. Prius autē id esse videtur, quod essendi consequentia non conuertitur. Tertio modo, ordine quodā dicitur prius: ut in scientiis, atque orationibus inueni licet. Inde monstratiuus enim scientiis, prius est nimirum, atque posterius ordine: elementa nanque designationibus, ordine priora sunt, quippe cum principia priora sint ordine conclusionibus contemplandis: & in Grammatica syllabis priora sunt elementa: in orationibus etiam, exordium simili modo narrationem ordine antecedit. Præterea, id quod est præstabilius honorabiliusue, prius natura esse videtur. Vulgus etiam, qui sunt honorabiliores, quoque magis amæ

super vniuers. Logi. Arist.

vocare priores consueuerunt: quam hic modus pene omnium alio nissimus esse videtur. Totigitur fere sunt modi prioris, qui dici solent. Videbitur autē & ultra iam, dictos, alios quidam esse prioris modos: eorum enim que essendi consequentia conuertatur, alterum, quod est causa quouis modo ut alterum sit, prius natura non incongrue dici potest: atque esse quedā talia, patet. Esse enim hominem, ad orationem de ipso veram, essendi consequentia sane conuertitur: nam si sit homo, vera est ea oratio, qui homo dicitur esse: & contra, homo profectus est, si vera est ea oratio, qua hominē dicimus esse. Atque oratio quidem vera vere sit, nullo pacto est causa: res tamen aliqua ex parte, ut si oratio vera, causa esse videtur. Ex eo nanque, quia res est, aut non est, oratio vera dicitur, aut falsa: quare sit, ut quinque modis, ipsum prius dicatur, ut patet.

Summa Textus

Quinq; ponit modos prioris primus est prius tempore, secundus prius consequentia, tertius, prius ordine docendi, vel dicendi, & quarto, prius dignitate & amicitia: hi sunt ex sententia Antiquorum, addit ipse quintum, scilicet prius in casualitate.

CA-

Cap. XI.

CAPVT. XII.

De Modis simul.



Simul autem ea simpliciter, propriissimeque dicuntur, quorum generatio est tempore in eodem: neutrum enim ipsorum prius, aut posterius est. Atque hac tempore simul dicuntur: natura vero ea dicuntur simul, qua essendi quidem consequentia cum conuertantur, neutrum tamen, ut sit alterum causa est: ut in duplo, dimidioque inueni licet: hac enim conuertuntur. Nam si duplum est, dimidium est: & si dimidium est, duplum est: neutrum tamen est causa ut alterum sit. Ea præterea que eiusdem generis diuisione sibi opponuntur, simul esse dicuntur natura. Dicuntur autem eiusdem generis diuisione opposita sibi, qua in eadem sunt diuisione: qualia sunt, volatile, gressibile, atque in aquis degens: hac enim sub eodem genere contra se sunt diuisa: quippe animal in hac, ut patet, distribuitur. nihilque horum aut posterius, aut prius sit, sed natura talia simul esse videantur. Diuidi etiam unumquodque talium in species versus potest: ut volatile, terrestre, aquaticum: qua quidem & ipsa simul natura erunt, qua sub eodem genere collocata, in eadem sunt diuisione. Genus tamen specie prius

De Modis simul. 175

est semper, non enim in consequentia fit ab illo conuerso. Nam si volatile est, animal est: at si animal est, non necesse est volatile esse: simul igitur dicuntur natura, ea qua in essendi quidem consequentia conuertuntur: nullo tamen pacto alterum causa est, ut alterum sit: & ea qua sub eodem genere collocata, contra sese sunt diuisa. Absolute autem simul sunt ea, quorum generatio eodem in tempore est, ut prius est dictum.

Summa Textus.

TRes ponit modos simul, primus simul tempore: secundus simul natura, quando conuertuntur: & vnū nō est causa alterius, ut relatiua: tertius esse simul, ut species ex æquo diuidentes idem genus, quod est prius illis.

Annotationes circa hac capita.

Circa vtrunque eaput (melius sic intelligitur) primo, quæri solet an prius, & simul sint opposita? Albert. ait, esse disparata, quia prius opponitur posteriori, & contra non simul, nec simul priori posterioriue opponitur.

Secundo, quia, ut patet ex litera in capitibus, multis modis dicitur prius, quibus non dicitur simul. Dicendum ponitur tamen simul opponi, & ad prius, & ad prius ad posterius est enim medium inter extrema, quæquam vocem non dicantur proprie simul, quando eodem gradu amicitie vel honoris, sunt duo, vel quando simul, idem à diuersis dicitur vel docetur, re vero est simultas, ut si
Dei

Dei potentia duo corpora sint in vno loco, vt de facto sunt accidentia, sub vno actu, & Deo.

Notandum secundum, quod Simpl. ait ad hos modos prioris reduci omnes posuit. Metaphy. cap. II. vbi exactius de hoc agit Aristot. Scot. vbi q. 43. negat reduci, sed tñ hic numeratos esse magis spectantes ad practica, vt etiam sentiunt Recentiores, qui id remittunt in Metaphy. ad 1. oportet hic miscere multum metaphy. scilicet de ordine rerum in fieri esse, & cognosci sensu, vel intellectu, quorum meminit Aristot. ibi dicitur que alibi tractanda sunt Deo auspice.

Tertio, considera quod idē diuersimode est prius & posterius causaque, si non sit conuertibilis cum effectu, in consequentia est prior illo, nomen item causae extenditur ad causam metaphysicam, vt est animal, licet idem re cum homine, parsque materialis eiusdem.

Quarto, bene M. Soto infert ex vltimo modo prioris, non sequi, hoc est prius illo: ergo in aliquo instanti datur sine illo, cum saepe sic mutua consequentia: bene etiam infert Caiet. & Zuñel. quæst. 28. varijs in locis contra Scot. non sequi est prius illo, & distinctam realiter: ergo potest esse sine eo, qua maxima vtitur multoties Scot. nam Aristot. dicit, licet sit mutua consequentia inter ea, causam esse priorem natura, id est, causalitate, vt quoditas finita sua figura, subiectū ipso vbi, alijque modis.

Vltimo notandū, quod licet diuisio generis in species fiat simul, vt. c. de ad aliquid d. etum est non esse proprie simul natura, quia præstantior species mensura est perfectionis aliarum, & ex Arist. & Philolophis dicebam agens de physica analogia prius ordine simplicitatis, vel perfectōnis, descendit genus ad vnā speciem quam ad aliam.

CAPVT. XIII.

De speciebus motus.

Motus species sunt sex: generatio, corruptio, accretio, decretio, alteratio, & ea mutatio, qua loco accommodatur. Atque ceteri quidem motus, vt patet, diuersi sunt: non enim corruptio est generatio, neque accretio est decretio: neque ea mutatio, qua loco accommodatur, ceterique motus similiter. De alteratione vero dubitatio quadam existit: ne forsitan necessarium sit id quod alteratur, aliquo reliquorum motuum alterari. Hoc autem verum non est. Fere enim omnibus in passionibus, aut plurimis, non accidit alterare, nullo motuum ceterorum communiante: neque enim incrementa, neque decrementa suscipere necesse est, id quod passione mouetur. Et simili in ceteris modo, quare alteratio diuersus est à ceteris motus: nam si esset idem, continuo id quod alteratur, crescere, aut aliquo alio moueri ceterorum motuum oportet, at non est profecto necessarium. Similiter & id quod augetur, aut aliquo alio motu mouetur, alterari oportet: at sunt quadam qua augetur, non alterantur autem. Quadratum enim gnomone circumposito creuit quidem, at non est alteratum. Similiter &

in ceteris rebus huiusmodi sit: Quare diuersi sunt hi motus omnes, vt diximus. Simpliciter autem motus quidem contrarius quieti est: singulis autem singulis aduersantur. generationi videlicet corruptio: accretioni vero decretio: & mutationi accommodata loco quies in loco: & maxime vt videtur ea mutatio, qua contrarium ad locum itur, is motus, quo deorsum itur, & e conuerso, opponitur. At reliquo assignatorum motuum, quidnam contrarium sit, non est facile assignare. Nihil autem ipsi contrarium esse videtur, nisi quietem, & in hoc quietem in qualitate, dicat opponi ei mutationi, qua ad qualitatem est oppositam: mutationemque eam, qua est ad qualitatem contrariam: perinde ac in mutatione loco accommodata, quietem in loco, & mutationem, quo ad contrarium locum itur, contraria diximus esse. Alteratio non in nullo mutationem esse in qualitate constat: quare motus in qualitate quietis in qualitate opponitur: aut ea mutatio, qua ad qualitatem contrariam itur: quo pacto album quippiam fieri, & nigrum quippiam fieri, inter se opponuntur. Alterantur enim hæc atque in qualitatis contrarios terminos mutatio sit.

Summa Textus.

Primo ponit sex species motus (motu large sumpto) vt com-

munis est ad mutationem, quæ sunt generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, motus localis.

Secundo, docet alterationem reperiiri sine augmentatione, vt dum quis ingreditur, & e contra, & augmentam in mathematicam sine alteratione.

Tertio, docet quietem opponi motui in forma, & contrarium motuum eam in motu, vide in eo latere.

Aduertendum tamen Arist. leuiter probare distictionem augmentationis ab alteratione. Dicitur enim, quis illam augmentationem esse impropiam: sed tamen proprio loco id expresso monstrat in physica, vbi etiam de alijs, caue Grammaticum quendam Lauren. Vallam, qui primo Dialecticæ c. 16. impugnat Aristot. eo quod poluerit sex species motus, sed ridiculum est, & valde absurdum.

CAPVT. XIII.

De modis habere.

Habere, pluribus modis: aut vt habere dispositioneque, vel aliquam a ratione qualitate dicitur: scientiam enim habere aliquam dicimus, & virtutem, aut vt quantum: velut eam, nam quispiam magnitudinem habet: nam cubitorum trium, vel quatuor habere magnitudinem dicitur, aut vt ea que circa corpus ponitur: vt vestem, tunicam, & gladium, & similis. Aut in parte, velut in manu annulum: aut vt partem,

ut manum, vel pedem, aut ut in vase, ut modum habere triticum dicimus, aut dolium vinum: hoc enim habere ut in vase dicitur: aut possessionem: habere enim dicitur domum, fundum. Dicitur & vir uxorem, & uxor virum habere, quæ quidem remotis finis omnium habendi modus esse videtur: nihil enim aliud dicitur virum habere uxorem significamus, quam virum una cum uxore habitare Forstan & alij quidam habendi modi esse videntur: sed qui dici solent, omnes fere sunt à nobis nunc enumerati.

Summa Textus.

Septē ponit modos habere: primus habere qualitatem: secundus, habere quantitatem: tertius, habere in corpore, ut vestem, vel in parte, ut annulum. quartus, habere partem, ut manū: quintus, habere ut vas aquam, vel modum triticū: sextus, habere possessionem, ut horreus: septimus, habere uxorem, quem vocat improprium, quia tantum est habitare matrimonium, diciturque forte esse alios modos, ut habere relationem, & formam, &c. sed hō esse communiores.

Aduerte quod S. Tho. optimè. Metaphy. c. 23. lect. 20. tantum quatuor modos habere ponit, ad quos omnes hos reducit, ubi etiam quot modis aliquid sit, in alio ad eodem reducit. Primus, ut febris, vel tyrannus, quæ ad se à dispositione naturali res traducunt. Secundus, ut subiectum habet, quæ in illo sunt. Tertius, ut contentas contenta. Quartus, ut

prohibens alicuius operationem, ut columna trabem.

QVÆSTIO

vnica.

De his quæ omni accidenti conueniunt.

Placet hac in parte nonnulla quæ post prædicamentalia adijcere, ut ex omni latere (ut dicunt) res illa completa maneat, nec dissonum ab arte alicui hoc videatur, cum ex dictis, post prædicamenta sint prædicamentorum complementum, seu eorum quæ omnibus generibus communia sunt, explicatio: de ijs autem quæ substantiæ competent satis forte dictum est: de accidenti autem omnia tria restant dicenda. Primum si accidens possit esse sine subiecto. Secundo, si accidens materiale possit in subiecto spiritali recipi. Vltimum, de distinctione accidentium à substantia.

Disponitur quæstio.

ARTICVL. I.

Virum accidens possit esse sine subiecto.

Naturaliter hoc non posse fieri, cestū est cum accidens sit ens imperfectum substantiæ innitens, & ita de essentia & natura accidentis est aptitudinalis inhaerentia in substantia, ut dicitur, quia tamen circa hoc posset esse difficultas. Proponitur modo dubium, an sicut implicet substantiam esse à parte rei sine actuali existentia, ita implicet esse à parte

à parte rei sine actuali inhaerentia, & hoc videtur tenisse Arist. 7. Metaph. cap. 2. ubi ait fieri non posse, ut accidens reparari à subiecto, & 2. Physic. text. 39. contra Anaxagoram ait itulram esse metem, quæ intendit facere, quod nequit, scilicet accidens à substantia separari: & idē dicit Auerro. & alij Ethnici interpretes, de quo vide Nimph 7. Metaphy. disp. 1. Probat

2 Pars negatua, tuade tur. i.

Arg. 1.

Arg. 3.

Argu. 4. multipl.

tur primò, accidens naturaliter distinguitur à substantia, penes hoc quod substantia est ens per se, accidens vero ens in alio: ergo implicat intelligere accidens sine eo quod sit ens in alio cum hoc sit de sua essentia. Secundo, implicat accidens existere sine existentia, cum hæc sit formalis ratio talis effectus, sed existentia, accidens est in existentia & inhaerentia, ergo implicat, intelligere accidens sine inhaerentia: minor probatur, quia existentia accidentis ut sic, distinguitur essentialiter ab existentia substantiæ, sed non in alia ratione: ergo. Tertio implicat substantiam completam esse in alio informando illud, ut dicemus in physico. ergo. implicat accidens esse per se sustentando se & alia accidentia: consequentia patet ex paritate rationis: nam tam proprium est substantiæ esse per se, sicut accidenti esse in alio. Præterea, quia tunc accidens esset substantia cum sit ens per se, & sustentans alia accidentia, & receptiuum contrariorum quæ sunt proprietates substantiæ, ergo sicut modus accidentis, quod est inhaerere non potest communicari substantiæ, ita nec modus substantiæ, qui est esse per se, poterit communicari accidenti.

i. concl. in qua ostenditur essentia accidentis.

Quartò, accidens ex se & ex modis sibi naturalibus, non potest esse per se, sed non potest acquirere aliū modū, quo sit per se, ergo minor probatur, quia vel ille modus est substantiæ, & hoc non, quia non esset actuatius accidentis, vel est modus accidentis, & hoc non, quia esse per se est extra totam latitudinem accidentis, quod dicitur in alio esse. Præterea ille modus est accidens, ergo est in alio, ergo non tribuit alio, quod sit per se: sed si accidens posset esse sine subiecto: sequeretur etiam posse esse in subiecto sine dependentijs ab alio: consequens autem est falsum, ergo. Sequela patet, nam si potest esse per se, ergo, seruatō isto modo quod est per se, poterit poni in subiecto, & tunc non pendebit à subiecto, quod est per se: anima enim rationalis, idē potest informare materiam sine dependentia ab illa, quia est per se subsistens: sed tunc accidens est per se subsistens, ergo poterit informare subiectum sine dependentia ab illo: hoc autem esse falsum patet, quia accidens esse in subiecto, est inhaerere illi, inhaerentia autem naturaliter includit dependentiam, ergo: item quia si potest accidens informare sine dependentia, ergo posset etiam sine informatione dependere, quod videtur inintelligibile: nam accidens dependet à subiecto in genere causæ materialis: sed Deus non potest supplere genus causæ materialis, sicut nec formalis, ergo sine causa materiali & subiecto non potest sustentare accidentia.

Prima conclusio, accidens de potentia Dei absoluta potest esse sine subiecto. Probat, quia accidentia de facto in Eucharistia sunt sine subiecto, cuius ratio est, quia de essentia accidentis non est actualis inhaerentia, sed aptitudinalis: potest autem saluari aptitudinalis inhaerentia sine actuali, ergo. Præterea, ita se habet inhaerentia ad accidens, sicut substantia ad subsistentiam: sed de potentia absoluta potest esse substantia sine propria subsistentia, ut patet in Christo, ergo poterit esse accidens

Z

dens siq̄ in hārentia: cum enim huma-
nitate quā de sua ratione existit per
se, ponit Deus in alio, quare accidens,
quod de sua ratione existit in alio, nō
poterit Deus ponere per se: ex quo pa-
ter existentiā accidentis & in hāren-
tiam esse modos formaliter distinctos
& separabiles, sicut diximus de existē-
tia & subsistentia, ² vnde sicut huma-
nitas Christi seruat propriam existen-
tiam, quam haberet si esset subsistens:
non vero eandem subsistentiam: ita ac-
cidentia Eucharistiae seruant eandem
existentiam quam habebat in pane, nō
vero eandem in hārentiam, quod ma-
xime est notandum contra Egid. 7.
Metaphy. quæst. 1. asserente accidentia
non habere propriam existentiam con-
tra quem disputat Scotus. 4. d. 15. q. 1.
Capreol. 1. dist. 8. quæst. 1. ad tertium.
& 2. d. 18. quæst. 1. ad primū. Auerro. cō-
tra secundam conclusionem: & hæc
est sententia D. Tho. qui. 1. p. quæst. 77.
art. 2. ait, quod destructo subiecto re-
manent accidentia, secundum esse an-
tiquum: & arti. 3. quod remanent in
suo esse, quod habebant in substantia,
& non inauer existentia substantia, er-
go est distincta existentia, & patet,
quia accidentia habent suam essen-
tiam in suo genere completam: ergo
& suum proprium actum proportio-
natum: sed huiusmodi actus qui est
complementum essentia, est ipsum es-
se: ergo sicut manet eadem essentia
accidentis, ita & idem esse manebit
necessario.

2. concl.

Secunda conclusio, accidentia ha-
bent aliquem modum realem, dum
sunt separata, quā non habebant dum
erant in subiecto: hæc est contra Sco-
tum, qui ait conseruari sine subiecto,
per solam simplicem conseruationem
Dei, à quo non recipiunt aliquē actū
essendi: sed conclusionem nostram te-
net Capreol. 4. dist. 12. quæst. 20. ad
argumentum Auerro. conseq. suam
sententiam, & Caietan. 1. part. q. 77.

Probat
concl.

art. 1. & D. Tho. hic ad quartum di-
cunt, quod post consecrationem ac-
cidentia, quā remanent, sunt compo-
sita ex esse, & quod est: probatur, nam
sicut in substantia sunt duo modi in-
trinseci, scilicet existere & esse per se:
per separationē autem amittit aliū,
vt patet in humanitate Christi, quā
non est per se subsistens, & cum hoc ex
parte sui habet aliquem modum rea-
lem, quem non haberet si esset per se,
eadem ratione in accidenti, sunt duo
modi, scilicet existere & esse in alio:
& cum separatur, retinet priorem mo-
dum, non tamen secundum, sed loco
illius acquirunt alium modum, qui
est esse per se, & non in alio: quod pa-
tet, modo accidens est & per se, & an-
tea non erat: ergo nunc habet ali-
quem modum realem, quem antea
non habebat: nam si esse per se, est
modus realis in substantia, quanto ma-
gis in accidenti: sed iste modus per se,
non est eiusdem rationis cum eo qui
est in substantia, vt patebit clare, nam
ens diuiditur in accidens & substan-
tia: Deus autem dando accidēti quod
sit per se, & dari illi esse proportionatū,
scilicet accidentarie.

3 Sed contra esse per se vt distingui-
tur formaliter à substantia, non dat
illi esse substantia, ergo est omnino
eiusdem rationis cum esse per se,
quod habet accidens: vt unque enim
solum dat hoc quod est esse actualiter
in se, & non in alio.

4 Sed dices ad hoc, quod vnum, ex se
habet quod profluat à substantia, &
non aliud. 5 Contra, nam hoc est
quod intendimus, scilicet illud quod
in substantia profluat ab ipsa commu-
nicatione accidentis. Respondeo, quē
admodum existentia totius est distin-
cta ab existentia partium, & existentia
quā etiam de facto vniuntur acciden-
tia, est distincta ab esse substantia, quod
colligimus ex eo quod modus debet
proportionari rei cuius est modus:
ita

3
Replia.

4
Replia.

5
Replia.

Soluun-
tur arg.

ita & eodem modo esse per se, quod
habet accidēs ex miraculo, & sibi pro-
portionatum, atque ad eō distinctum
ab esse per se, quod naturaliter habet
substantia, quod etiam potest explica-
ri, quia Deus ad conseruationem sub-
stantia, vt sic, per se solum concurrat,
vt causa vniuersalis: at vero ad con-
seruationem accidentium, vt sint per
se, concurrat vt causa partialis specia-
li quodam concursu.

Ad primū respondeo, quod nō est
de essentia accidentis, actualis in hā-
rentia, sed aptitudinalis, & per hoc di-
stinguitur à substantia. Ad secundum
iam dictum est existentiam & in hā-
rentiam accidentis, esse modos for-
maliter distinctos & separabiles. Ad
tertium etiam dictum est, illud per se
quod dat accidenti, non esse eiusdem
rationis cum eo, quod substantia natu-
raliter conuenit: sicut ergo aliquid
per se datur accidenti, licet non eius-
dem rationis cum eo, quod habet sub-
stantia: ita aliquid esse in alio datur
substantia, licet non eiusdem ratio-
nis cum eo, quod habet accidēs, vt pa-
tet in humanitate Christi, suppositata
in verbo, & non existente per se, sed
in alio.

Ad 4.

Ad quartum respondeo, negando
minorē, potest enim intra latitudinē
accidentis, dari modus supernatura-
lis, quo accidens sit per se, licet ipse
modus proprie non sit per se, sed sit ra-
tio qua aliud est tale.

Ad 5. no-
tanda lo-
surtio.

Ad quintum respondeo, non impli-
cat accidens informare subiectum li-
ne eo quod sustentetur ab illo, vt op-
timè probat argumentum, quia cum
hæc duo distincta sint, nō est cur Deus
nō possit illa in accidenti separari: vn-
de si Deus conseruando concursum,
quem nunc præbet quantitati panis,
vt in Eucharistia, illam alicui substan-
tia vniet, tūc quantitas illa informa-
ret, extenderet substantiam, & nō sub-
sisteret ab illa, quia ipsa quantitas ha-

bet sufficientem concursum Dei, vt
per se sit: item potest manere depen-
dentia à accidentis sine informatione,
vt si assumeretur à verbo: ergo potest
manere informatio sine dependentia:
ad impugnationem respondeo, in hā-
rentiam & dependentiam formaliter
distinguiuerum est tamen q̄ si in ri-
gore sumatur subiectū, non potest es-
se dependentia sine informatione, quia
esse subiectū informationis acciden-
tis, includit intrinsecē quod informe-
tur ab illo, fieri tamen potest, quod
accidens sustentetur ab aliquo, quod
non informat, vt de facto corpus Chri-
sti sustentat accidentia panis, propter
mirabilem vniōnem, quam cum illis
habet, sine informatione tamen ipso-
rum accidentium, & Deus posset vni-
ri sibi aliquod accidens, vt omnes cō-
muniter concedunt, in 3. p. q. 4. ar. 1.

Ad 6. sextum respondeo, quod Deus
non potest supplere genus causæ ma-
terialis: bene tamen potest sine causa
materiali, causare id quod illa causat:
causa enim materialis causabat su-
stentando accidentia, & conseruando
illa in sua in hārentia, at Deus non præ-
stat hoc: sed conseruat illa in essentia
cum alio modo, excludendo modum
in hārentia, quare non causat, idē co-
dem modo quo causat materia.

Ad 6.

ARTICVLVS. II.
Vtrum accidens spirituale possit
esse in subiecto materiali?

PRIMA opinio ponit esse id natura
liter possibile. Probatur primo,
accidens materiale, naturaliter repe-
ritur in subiecto spiritua: ergo eodē
modo accidēs spirituale potest repe-
riri in subiecto materiali, antecedens
probo, nā quātitas subiectatur in toto
homine: sed altera pars homini est
spiritualis: homo enim habet duas
partes, alteram materialem, & aliam

1. opini-
affirma-
suade. r^o

spiritualem: ergo sicut pars spiritalis non impedit receptionem accidentis materialis, ita pars materialis non impedit receptionem accidentis spiritalis.

Arg. 2. Secundo, anima rationalis actuat materiam, & non pender ab ea, ergo ita posset intellectus naturaliter actua re materiam, sine eo quod pendeat ab illa. Probatur consequentia, nam sicut omnes formæ accidentales pendunt à subiecto, ita & substantiæ, ergo, sicut reperitur hoc peculiare in anima quod actuando subiectum, non pendet ab illo, ita posset reperiri in aliquo accidenti, ut in intellectu, ergo, tunc naturaliter daretur accidens spiritalia in subiecto materiali.

2. opin. Secunda opinio tenet, nec hoc naturaliter posse fieri, ita Scotus in sua Logica, capite de proprio, quæst. 1. ad quartam. Probatur primo, accidens habet esse à subiecto, ergo implicat, accidens spiritalia esse in subiecto materiali: patet consequentia, quia subiectum materiale, non potest dare esse spirituale, quia nemo dat quod non habet, ergo non potest dare esse accidenti spiritali: & idem argumentum fit de re spiritali, quod non potest dare esse materiale, & ideo non potest subiectare accidens materiale, nec potest dici ordine Dei ad id eleuatam posse fieri: nam causalitas materialis est ita intrinseca, sicut formalis, atque adeo nec potest suppleri à Deo, nec communicari mediante aliquo instrumeto, Arg. 2. Secundo, accidens spiritalia est de se incorruptibile, ergo implicat esse in subiecto materiali, quod est corruptibile. Probatur consequenti quia tunc sequetur implicatio, quod corrupto subiecto, corrumpetur & non corrumpetur accidens, corrumpetur quidem: quia accidens ex se non habet esse, atque adeo sine nouo miraculo, non potest

ma nere sine subiecto, non corrumpetur, quia est spirituale: ideo enim sufficienter probatur, animam hominis esse immortalem, nec corrumpi ad corruptionem subiecti, quia spiritalis est: sed istud accidens est spirituale, ergo. Tertio sequitur intellectus posse esse in corpore immediate, cum sit accidens realiter distinctum & separabile à proprio subiecto: ut alibi diximus & dicemus, hoc autem esse falsum probatur, quia, si esset in corpore: ergo eius operationes penderent à corpore, & exercerentur organo corporeo: ergo essent corporeæ, ergo, etiam ipse intellectus: prima consequentia probatur, nam ideo probat Aristoteles intellectum non esse corporeum, quia eius operationes non pendent à corpore, sed tunc penderent, ergo. Quarto, quia aliis etiam accidens materiale posset esse in re spiritali, cum sit eadem proportio, quod est falsum: quia si quantitas vel albedo esset in angelo, angelus esset extensus, implicat enim esse formam, quin sit eius effectus formalis: si autem angelus est extensus, ergo habet partes non solum connaturales, sed integrales, ergo non est spiritalis, quia non est totus in toto, & totus in qualibet parte.

Prima conclusio, accidens spiritalia, naturaliter non potest esse in subiecto materiali, nec accidens materiale in subiecto spiritali: hoc ut minimum concludunt rationes secundæ opinionis, forma enim & subiectum proportionantur, ergo forma spiritalis requirit subiectum spiritalia. Item quia actus & potentia sunt in eodẽ genere, ergo, &c. 3. Nec rationes in contrario vrgent: ad illud enim de quantitate magis respondebimus, secundum de anima, quantitatem saltem in homine esse in materia, nec solutio, quam adhibet Durandus 1. distinctione. 8. quæst. 2. est sufficiens,

Arg. 3.

Arg. 4.

1. concl.

Soluuntur arg. ad 1. primæ opinionis.

vt videbimus, nec est eadem ratio de forma substantiali, & accidentali, accidens enim habet esse, ita denominatum, vt potius ordinetur ad subiectum, vt recipiat esse ab illo, quam vt illi communicet esse: forma autem substantialis ex se, potius ordinetur ad communicandum esse, quam ad recipiendum illud: & ideo potest dare esse, sine eo quod recipiat illud: quod colligimus ex eo quod ex se habet operationes, quas non recipit à subiecto: ergo & esse, quod non posset colligi in accidenti: 4. Sed contra dices, nam sicut forma substantialis habet aliquid esse, ita & accidentalis, & sicut vna recipit esse à subiecto, ita & alia, vnaque enim dat esse, dando se ipsam: recipit autem esse, per hoc quod sustentetur à subiecto. Item, nam si dādo esse, potest res spiritalis naturaliter subiectari in materiali: ergo similiter dando esse, poterit res spiritalis naturaliter subiectare rem materiale: ergo angelus poterit subiectare quantitatem, dando illi esse, vel saltem non repugnat, formam substantialem & corpoream subiectari in re spiritali, nam si repugnaret, maxime quia debet recipere à subiecto: sed hoc non est de intrinseca ratione formæ substantialis, sed quod ipsa det esse: ergo. 5. Respondeo, licet accidens det aliquod esse, illud tamen est dependens à subiecto: hoc enim denotat ipsum nomen accidentis, id est, inhaerentis alteri: unde potius dicitur recipere esse à subiecto, à quo sustentatur: nam esse quod à subiecto recipit, magis necessarium est illi, quam sit necessarium subiecto, illud esse quod accidens et tribuit, imò omne quod est in alio tanquam forma, pender ob eo recipitq; esse ab ipso, nā ex operatione dependenti à subiecto, colligimus etiam ipsum esse dependere, vt patet in omnibus formis, excepta hominis: cum ergo accidens non sit eleuatoris na-

turæ, quam formæ substantiales, non potest illas in hoc excedere, cum id neque aliunde colligamus.

Secunda conclusio 6. accidens spiritalia potest esse in subiecto materiali & accidens materiale in subiecto spiritali: ita multi 7 & Scot. c. de proprio, quæst. 1. dicens, quod intellectus posset inhaerere lapidi: probatur, nā ideo vel repugnat, 8 quia subiectum materiale est interioris ordinis, & ita non potest dare esse accidenti spiritali, & hoc non, quia per potentiam Dei forma alterius ordinis superioris pendere potest in genere causa materialis, à subiecto inferioris ordinis, vt patet in anima, quæ est ordinis naturalis, respectu gratiæ, quæ est superioris: vel quia forma indiuisibilis, non potest informare subiectum diuisibile, & hoc non: quia anima indiuisibilis est in subiecto diuisibili, & in sententia D. Thom. anima equi est indiuisibilis, & pender à subiecto diuisibili, scilicet à materia, quam informat. Secundo, ita pender accidens à subiecto, sicut substantia à supposito: sed substantia materialis potest esse in supposito spiritali: humanitas enim Christi est in supposito diuino: ergo accidens materiale poterit esse in subiecto spiritali. Item Verbum Diuinum posset sibi vnire naturam accidentis materialis, sustentando illam: sed tunc per esse spiritalia, daret accidenti suum esse, sustentando illud: ergo. Sed dices quod tunc 9 accidens sustentatur sine informatione: at vero quod res materialis afficiat intrinsece, & informat rem spiritaliam, repugnat, quia non est capax effectus formalis corporei, quod solum habet esse corporeum: 10 Sed contra, materia est capax effectus formalis spiritalis, ergo res spiritalis poterit esse capax effectus formalis corporei: ergo nulla ratione id repugnat, si enim

2. concl.

7. Tolct. 3. de anima. q. 13. con. 6.

8. Probationes notadæ.

9. Replie.

10. Impugnatũ re pli.

repugnaret, vel esset, quia res materialis non potest informari à re corporea, sed vtraque ratio est iam impugnata, ergo, dices, ¹¹ materia est capax formæ spiritualis, quæ esset eminenter corporea, & non recipit esse à materia: & accidens corporeum non est eminenter spirituale, res enim superioris ordinis potest continere eminenter inferiorem, non è contra: præterea quia si actatur subiectum est recipiendo esse ab illo: ¹² sed contra, nam licet recipiat esse ab illo, hoc nos intendimus, sufficit enim quod subiectum, quod debet dari esse, sit eminenter corporeum, licet ipsum accidens non habeat: item, nam saltem de potentia Dei absoluta, quantitas posset subiectari in toto homine: ergo & accidens spirituale: quæ consequentia patet ex probatione primæ opinionis: tandem, nam magis intrinsecum est accidenti spirituali, quod sit in subiecto, quam ut sit in subiecto non spirituali. Confirmatur, res spiritualis potest pendere in genere causæ efficientis, à re materiali, ergo & in genere causæ materialis, & consequenter illam informare, in ipsaq; subiectari.

tales & corruptibiles, vnde est diuersa ratio de anima rationali, quæ habet esse independēs à subiecto, quod intelligimus non in spiritualibus præcise, sed ex operationibus independentibus.

Ad tertium respondeo, intellectum non posse operari, vel quod eius operationes tunc penderent à corpore, esset per accidens

Ad quartum respondeo, vt supra, accidens spirituale (si esset in corpore) nõ faceret corpus indiuisibile, nec spirituale intrinsece, sed corpus maneret cum sua diuisione: accidens autem cū sua indiuisione, licet accidens ratione subiecti, posset denominari diuisibile, sicut anima rationalis, ratione materia: ita accidens diuisibile assitens in angelo, non faceret illum formaliter diuisibile: sed ¹³ contra faceret illum. V. g. formaliter album, sed album formaliter est diuisibile: ergo faceret illud formaliter diuisibile Respondeo, nullū datur accidens, quod primo & per se, faciat subiectū formaliter diuisibile, vt dictum est cap. de quantitate (loquor enim de accidentibus realiter distinctis) vnde quantitas vt realiter distincta est, non tribuit formaliter esse extensum, vel diuisibile. vt supra diximus, res autē non est formaliter diuisibilis & extensa, nisi per modum sibi identificatū, quod non potest esse in angelo: ad hoc enim locuti sumus de accidentibus realiter distinctis, vnde quantitas, vt realiter distincta est, non tribuit formaliter esse: alia enim accidentia cū sint modi rerum) non possunt alijs rebus communicari: & ita quantitas vt præcise tribuit extensionem, non potest esse in angelo albedo, ergo est diuisibilis extensa, per modum sibi identificatū, sed vt accidens spirituale est indiuisibile & inextensum, per modū sibi identificatum: vnde sicut accidēs spirituale, existens in corpore non fa-

Ad. 3.

Ad. 4.

13
Replica:

Resp. no
tanda:

11.
Repl. 2.
duplic.

12.
Impug.
repli.

Soluuntur arg.
2. opin.

Ad. 2.

Ad primum respondeo, subiectum non dat esse, nisi recipiendo in se formam, atque adeo non potest dare esse, nisi dando seipsum, quod autem subiectum possit recipere formam sibi inproportionatam, hoc virtute diuina fieri potest, sicut ex potentia obedienciali educit gratiam &c. nec tunc subiectum est in genere causæ materialis, instrumentum proprium Dei, quia per suam entitatem recipit, licet proportio vincatur virtute Dei.

Ad secundum, tunc accidens corrūpetur ad corruptionē subiecti, nec est idem, esse spirituale & incorruptibile: actus enim intellectus sunt spiri-

cit formaliter illud indiuisibile, sed formaliter intellectuum, sicut est in intellectu, &c. ita accidens diuisibile, non denominat subiectum formaliter diuisibile, sed formaliter album, sicut est albedo, &c. vnde ad obiectionem nego consequentiam, quia diuisibilitas quæ est in albedine, habet immediate suum effectum formalem in ordine ad ipsam albedinem, non in ordine ad subiectū, sicut relatio quæ facit albedinē similem alteri, supponēdo in subiectis similibus esse duas albedines, alias tunc non valet albedo, tribuit subiecto formaliter esse album, sed album est formaliter simile: ergo subiectum est formaliter simile, non valet nisi intelligatur quod subiectū est simile denominatiue per formam sibi inhærentem, ita hic, &c.

dicunt distinguere realiter à substantiā imo Scot. q. 4. & 5. licet ponat quædam relationes, esse idem re cum substantiā: videtur tamen asserere illas esse transcendentales, & non prædicamentales, nedicatur aliquid accidens identificare substantiam. Probatur primo, quia accidens est in alio, scilicet in substantiā: ergo distinguitur realiter ab illa: patet consequentia, quia aliud, denotat distinctionem realem. Item quia nulla res dicitur proprie esse in se ipsa: ergo si non est accidens alia res, non potest illud esse in alio. Secundo, si sufficeret distinctio formalis, tunc plura essent prædicamenta accidentium, nam existentia personalitas, & similes proprietates substantiæ, distinguuntur formaliter ab illa.

Arg. pro
hac sen.

Arg. 2.

ARTICVL. III.

& vltimus.

Vtrum aliqua accidentia identificentur cum substantiā?

1. opin.
S. Tho.
Sonz.

Prima opinio est negatiua, quam videtur tenere B. Thom. 4 contra gentes. cap. 14. vbi ait, quod omne accidens habet esse proprium distinctum ab esse substantiæ, & quod est quædam forma, substantia super addita, & 2. dist. 3. quæst. 2. artic. 3. & dist. 20. quæst. 1. ar. 1. & dist. 33. ar. 7. ad. 4. & 3. par. quæst. 17. ar. 2. ait, nullum genus accidentis, esse idem re cum substantia. Et Sonzin. 5. Metaph. quæst. 32. dicens quædam relationes identificari substantiā tenet, eas non esse de prædicamento accidentis: & 7. Metaphysic. quæst. 33. ait, quod omne accidens habet relationem, ad quæ consequitur distinctio realis à substantiā: & Caietan. & Ferra. vt saluent relationes identitatis, accidens

Prima conclusio, accidentia omnia, vt minimum distinguitur formaliter à substantiā. Probatur, quia si est accidens: ergo extra genus substantiæ & extra realem formalitatem illius: præterea quæ differunt prædicamento à substantiā differunt formaliter, sed accidentia differunt prædicamento à substantiā: ergo maior patet ex Art. 2. post. & 10. Metaph. tex. 12. vbi ait propositionem, in qua vnum prædicamentum de alio negatur, esse per se notam: & ratione probatur, nam si inter prædicamenta nulla esset necessaria distinctio ex natura rei, eadē res secundū eandem rationem, posset collocari in multis prædicamentis, & consequenter prædicamenta possent in infinitum multiplicari, quia non essent fundata in rerum distinctione & formalitate, sed in apprehensione intellectus. Tandem quia prædicare formaliter vnū prædicamentū de alio est omnia confundere: & arte prædicamentorum inuolūtè reddere, nā potissimum est inuolūtè, vt discurrendo per illa vniuersiuiq; rei quidditate inueniremus, vt late in ante prædicamentis dixi

2. concl.

Secunda conclusio, aliqua accidentia identificantur realiter cum substantia, atque adeo formaliter tantum distinguuntur ab illa. Probat, discurrendo per omnia prädicamenta: nam quantitas forsitan non distinguitur à substantia, vt dictum est, sed quia de hoc est specialis difficultas, ideo omitto qualitates fere omnes distinguuntur realiter à substantia, quia sunt entitates perfectæ productiuæ effectuum realium, vt patet de potentijs & habitibus, & etiam de passibilibus qualitatibus, quia ad illas est per se motus, & de qualitatibus secundis, quæ ex primis oriuntur: de actibus etiam, quomodo distinguantur à substantia, certissimum est: de figura autem & similibus qualitatibus, vt raritate, &c. quæ videntur sequi ad quantitatem: idem dubium est, ac de illa certum tamen videtur, has qualitates non distingui ab ipsa quantitate, vt de raritate probauimus: vbi etiam patet, quid dicendum sit de grauitate duritate, leuitate, &c. De figura autem tenet Scotus 2. quæstio. 2. eo enim ipso quo intellectus concipit quantitatem sic compositam, intelligit in ea figuram absque entitate superaddita, nam per hoc quod concipiuntur tres linee tali modo, bene videtur triangula lineæ alia entitate, præterea quia implicat figuram separari à quantitate vt de se patet, ergo. Confirmatur, quia aliàs ex solo inuolocali virgæ innumere entitates corruperentur & producerentur, quia innumere mutantur figuræ, quod ostendi falsum. De sanitate autem & pulchritudine, posset dici, esse tantum de nominationes talibus qualitatibus in tali gradu constitutis, sicut probabiliter dicemus de bonitate & veritate, vel sui modi ex illis resultantes: relationes etiam à fundamento, quod aliquando est substantia, vt dixi, solum formaliter distinguuntur, ita Greg. 1. distinction. 28. quæstione. 2. Soncin. 8. Metaphy. quæst. 28. Soto, cap. de relatione, quæstio. 1. quauis oppositum teueant Scot. & Caietan. 1. par. quæst. 28. Ferras. 4. contra gen. cap. 14. sed immerito, quia relatio non potest intelligi separata à fundamento, & quantumuis separatur per intellectum adhuc duo alba manent similia: ergo: vnde non videtur habere entitatem, sed tantum est modus fundamenti: præterea quia aliàs & qualitatum mutatione, producerentur entitates distinctæ, quia passim resultarent de nouo relationes: de actione autem & passione, quomodo identificentur cum termino, qui aliquando est substantia, dicemus in 5. Phi. quæstio. 3. de Vbi autem & Quando, quod non distinguuntur ab ipsa re, quæ est in loco, & quæ durat, vide in 4. Phy. quæst. 2. & idem est de situ, de habitu autem non potest esse dubium, quin sit idem cum veste, & præcipue cum quantitate, & figura illius, à qua hoc circumdatur & tegitur.

Probat. conclus. 2. discurrendo per omnia prædic.

3. concl.

Tertia conclusio, accidentia formaliter distincta à substantia, pertinent ad prædicamentum distinctum sicut ea quæ realiter distinguuntur: patet ex dictis, nam relatio verè constituit distinctum prædicamentum aliàs non daretur prædicamentum distinctum relationis: sed quolibet relatio reduceretur ad prædicamentum sui fundamenti, cum quo identificatur: idem de Vbi & figura, &c. sed ratio 7 à priori sumitur ex fine, ad quem ordinatur ars prædicamentorum, scilicet vt sciamus vnamquamque rem secundum, esse naturale, concipere, & illam ab accidentibus distinguere: ad hunc autem finem, non est solum necessarium cognoscere ea quæ sunt realiter distincta, sed etiam quæ formaliter, quia esse extrinseci, ratio, non tantum præ-

3. concl.

7 Ratio à priori conclus.

scindit

scindit à rebus distinctis: sed etiam à modis formaliter diuersis, qui etiã extrinseci sunt. Item quia distinctio prædicamentorum, quo ad nos sumitur ex diuersis modis prædicandi, & in se, & ex diuersis modis essendi, in his autè quæ formaliter diuersa sunt, recipitur diuersus modus prædicandi & essendi, ergo, præterea ille modus formaliter non est substantia, nec pertinet ad integritatem illius, ergo non est formaliter sub genere substantiæ, ergo sub genere accidentis. Tandem aliquid quod est idem cum quantitate, scilicet, figura: ponitur secundum rationem formalem suã, in alio prædicamento à quãtitate, ergo aliquid quod est idem realiter cum substantia poterit poni secundum rationem formalem suã, in alio prædicamento, sed omne aliud prædicamentum à substantia est accidentis, ergo, &c. Prima consequentia probatur, quia cum aliquid quod est idem re cum quantitate collocetur in alio prædicamento, signum est apertum in constituendis prædicamentis, non attendi materiales entitates, sed formales rationes. Nam si hæc materiales entitates considerentur in prædicamento quantitas esset figura collocanda. Confirmatur, veres aliqua sit in prædicamento accidentis non est necessesse, quod secundum materialem entitatem sit distinctum à substantia.

tatem suam in hæreat alteri entitati, sed satis est quod secundum suam rationem formalem, modifiet aliud accidentaliter, & extrinsecè: sed hoc habet modus identificatus, ergo maior patet, quia figura est accidēs quãtitalis. ex hoc solum quod quantitas modificatur: quamuis non intelligitur materialiter in hæreere substantiæ, vt patet in accidentibus Eucharistia, &c.

Ad primum respondeo esse in alio, tanquam modum extrinsecum, sufficere ad rationem accidentis: & ideo potest identificari ille modus entis per se.

Ad secundum respondeo, illos modos non pertinere ad prædicamenta accidentium, sed reduci ad prædicamentum substantiæ: de cuius integritate sunt, non enim intelligitur substantia integra, sine existentia, indiuiduatione, vel suppositualitate, bene tamen sine relatione, & alijs modis separabilibus. Tandem si quæras, vnde sumatur distinctio specifica, & numerica in accidentibus?

Respondeo quod primum colligitur ex cognitione prædicamentorum, vbi omnes entitatis accidentium in particulari collocantur. De secundo vero, lib. Phyic. q. 4. datæ disputo, & hæc de prædicamentorum libro, distincta sicut satis.

Soluuntur argumenta.

8 Soluuntur duo dubia.

Super

SVPER LIBROS DVOS ARISTOTELIS,

Perhiermanias, seu de interpretatione,
commentaria, vna cum qua-
stionibus.

AUCTORE P. F. PETRO DE
Oña Burgenfi, S. Theologiae praesentato.

Liber I. De propositione, & eius partibus integran-
tibus, nomine, scilicet, & verbo, & subiectiuis, quae sunt Ca-
thegorica, Propositio, & Hypothesica,
& alij, &c.

PRAEFATIO.



Iquae à nobis in praecedentibus circa Arist. doctrinae exposita sunt, eò profecto tendunt, vt simplicia quae in praedicamentis collocantur, circa quae intellectus potentiae primae operatio versatur comprehenderentur: nunc vero in istis libris, ea tentanda sunt explicare quae ex simplicibus coalescunt, composita inquam & diuisa, affirmatione, & negatione: in quibus secunda operatio intellectus exercetur, iuxta dicta praefationibus, Logicae & Summularum. Necessaria autem omnia huius materiae solum opponam, quia res est facilis, non est multum in ea immorandum: praecipue quod plura de hoc, in libris Summul. manet explicata, quae vero ibi, quasi intacta mansere, hic breuiter percurram.

Primo aduerte, quod licet Andronius neget hunc librum esse Arist. quia c. 1 vocat conceptus passiones, quod non

solet vocare. Melius tamen S. Tho. & Hammo. cum communi sententia dicunt esse ipsius Arist. qui in libris de anima, & saepe alibi, vocat conceptus passiones, & ipsum intelligere vocat pati, praeterquam quod grauitas dicendi, demonstrat Arist. suum Auctorem, vnde omnes seorsim Peripatetici istum librum commentarunt: patet ergo, quis sit Auctor.

Secundo aduerte, quod titulus huius libri, Graece est *περὶ ἑρμηνείας*, hoc est, Perhiermanias, Latine interpretatio, cuius varias expositiones communiter feruntur. Melius tamen S. Th. Hammo. & alij volunt, quod sumatur enumeratione, de simplicibus autem vt de nomine & verbo agit, vt de partibus enunciationis.

De obiecto autem huius libri Hammo. S. Tho. ponunt simplicem enumerationem, 4 magis tamen ad mentem Arist. videtur, ponendam propositionem in communi, quia Arist. c. 4 agit de oratione, vt

De auctore h. vera sententia.

Exponitur titulus horum lib.

Propositio est obiectum horum librorum.

ne, vt de genere ad propositionem, quam diuidit in categoricam, & Hypothesicam. Ratio autem S. Tho. erat, quia Hypothesica refertur ad simplices, ex quibus constat: & ita enunciationio simplex videtur obiectum: sed cum habeant distinctam qualitatem, veritatem, &c de ea Logicus agit: nec alibi oportunitus quam hic Ratio verò Hammo. erat quia Hypothesica conditionalis, quam solam Hypothesicam plerique antiqui vocant, non habet absolutam veritatem, quae sit apta demonstrationi: ergo propositio quae diuiditur in categoricam, & Hypothesicam non erit obiectum huius libri. Respondeo tamen quod sunt aliae hypotesicae, quae non sunt conditionales: primo ipsa conditionalis hypotesica, vt si homo est planta, est insensibilis, deseruit demonstrationi, ducenti ad impossibile, vt dicitur 1. Poster. c. 10. praeterquam quod talis propositio est vera, licet eius veritas consistat in bonitate illationis, quam tradit Logicus. Vnde infero, quod isti libri de interpretatione debent poni post librum praedicamentorum, cum hic tractetur de secunda operatione intellectus, illic verò de prima: debetque praecedere isti libri libros Priorum, vbi agit de tertia operatione, nec praecipue hic agit de rebus, vt in praedicamentis, sed de earum signis, vt bene Albertus, nec de propositione tractatur, vt est in syllogismo: sic enim in prioribus, nec vt pronatiua ratione materiae: sic enim agit de illa in Post. & Top. sed vt est significatiua rerum.

Soluuntur rationes contrariae.

Illatio.

Modus procedendi, & vti hic & Arist. in his libris.

De modo procedendi, dicendum quod procedit facile per definitiones & diuisiones, vt statim patebit. Et nos etiam facile res etiam difficiles tractabimus, vt etiam in hoc, cuius utilitati inferuiamus: est enim consuetudo laudabilis, vt post libros Summul. in aliquibus Gymnasijs, istud est, id est, libri Perhiermanias, & Priorum, immediatè nouitij tradantur: grauitas namque in dicendo,

& breuitas in proponendo, & colligendo, non semper debet seruari, nec semper debet omitti.

CAPVT. I.

De Signis.



Primo, definire oportet quidnam sit nomen, & quid verbum: deinde quid negatio, quid affirmatio, quid enunciatio, quid denique oratio sit. Ea igitur quae in voce consistunt, signa sunt affectuum, qui in anima sunt: & ea quae scribuntur notae sunt eorum quae in voce consistunt. Atque, vt non eadem sunt apud omnes homines literae: sic neque voces eadem sunt. Affectus tamen quorum haec signa sunt, primo idem apud omnes homines sunt, res quoque quantum hi similitudines sunt eadem: itidem esse constat: verum de his in libro de anima dictum est: ad alteram enim facultatem huiuscemodi consideratio pertinet. Quemadmodum autem in anima conceptus est, interdum sine veritate, aut facilitate: interdum est talis, vt horum alterum sine necessario copetatur, sic & in voce esse videtur. Nam verum, falsumque in compositione, diuisioneque consistit: ipsa igitur nomina, verba similia facta sunt ei conceptui: qui sine compositione, diuisioneque, est: velut hoc nomen album, vel homo, cum nihil additur ipsi, ad id enim verum est, aut falsum cuius quidem hoc indictum est. Hippocentaurus enim aliquid quidem significat: non ad id verum est, aut falsum, nisi esse autem non esse additum, aut simpliciter, aut respectu temporis fuerit.

Textus.

Summa Textus.

Primo ait Aristoteles se acturum de nomine, verbo, negatione, affirmatione, enunciatione, & oratione. Secundo, scripturae (ait) sunt signa

gna vocum hæ cōceptus, hi rerum. Tertio, res & conceptus idem sunt apud omnes: non vero voces & scripturæ. Quarto, propositiones sunt veræ vel falsæ non simplices voces.

Annotationes circa caput.

Notandum primo, quod Arist. præposuit negationem affirmationi quia voluit, neque alia ratio inquirenda est, ut multi inutiliter inquirunt. Notanter tamen dicit ea, quæ sunt in voce, sunt signa, &c. non voces, quia cum agat de forma nominis, quæ est significatio, in voce est, ut in subiecto quod denominat.

Dubiū. Dubium tamen est de significatione vocum, de quo Plato in Cratilo tres ponit opiniones: prima Heracliti, & Cratili dicentium voces habere à natura vim significandi: aliter homo naturaliter esset imperfectus, si non haberet à natura modum significandi res, qui modo est in voce.

Secunda opinio Hermogenis discipuli Parmenidis, qui dicebat significare vocum, esse omnino ad placitū, sine vlla similitudine ad naturas rerum.

Tertia sententia Platonis dicentis, significationem perfici ex humana voluntate: habere tamen fundamentū in similitudine vocum ad naturas rerum. Arist. tamen 17. Polit. sentit aliquas voces à natura ipsa habere vim significandi, ut gemitus naturaliter significat patientis dolorem. Et sic D. August. & D. Tho. dicunt à natura ipsa, datas esse voces animantibus perfectis: ita ut quæuis vox, ut effectus causam significet naturaliter prolatorem: præterea fatetur Aristoteles aliquas voces habere proportionem ut nomina tantum avium aliquaque

per ονομαστικῆς αὐ, id est, Onomatopæiam, quæ est nominis fictio, ut clangor, &c. quod forte tantum vult Platonem, ut de eius mēte tenet Phisicus in Cratilo, similiter in nominibus compositis vel deriuatis, ut equiferus, & sapiens, ratio significationis sumitur ex simplicibus (ut prima parte Simularum dicebam.) Præterea significatio multorum nominum est omnino ad placitum, sine proportionem ad res: non enim est maior ratio, cur vox equus significet equum, potius quam lupum, vel quam vox Bithlyris illud autem Genes. 2. Omne quod vocavit Adam ipsum est nomen eius, vel intelligitur de proportionem aliqua vocum ad res, vel propter rerum proprietates, vel tandem habet verū in nominibus deductis & compositis.

Vnde infero quod cum voces & scripturæ significant ad placitum, & significatio sit ens rationis, in cōceptibus autem, realis qualitas, signum vel terminus non vni voce, sed analogicè dici per attributionem, vel dependentiam de significatione vocis & conceptus, manifestant enim voces conceptus, qui sunt signa naturalia rerū, sicuti vrina sanitatem animalis. Vocalis autem & scriptus terminus, tantum differunt materialiter, ut dixi in Summulis: ratio enim significationis ad placitum, formaliter est eadem in utroque, satisque fuit naturam dedisse voces & ingenium, ad characteres, & ad utrorumque impositionem, ut satis fuit etiam quod dedisset manus natura hominibus, ad faciendā instrumenta, quibus se defenderent. Per quod patet ad argumentum primæ sententiæ, & patet quod homo non sit naturaliter imperfectus.

Tertio considerandum, quod voces aliter significant conceptus, & aliter res similiter scripturæ, aliter significant voces, & conceptus, quam res: voces enim significant res, ut obiectum

Illatio

iectum, quod repræsentat, conceptus vero non ira: sed dicuntur eorum signa, quia eos exprimunt & ostendunt præsentibus, ut scripturæ faciunt absentibus, quæ non exprimunt voces cum non oporteat percipisse voces aut scripturam: in loco vocum exprimit absentibus conceptus, de quo Baldus. hic, & Soto, 2. Summularum, & Canarien. 1. p. q. 27. ar. 1. dispu. 2. præter hoc tamen aliqui volunt, quod voces significant cōceptus, ut quo, cum significare, sit potentia cognoscitivæ aliquid repræsentare, idque fieri medio conceptu, quem audiens format: Ex quo inferitur, cur vox non sit æquiuoca, licet sit signum rei, & conceptus: quia æquiuocatio est cum duo sunt obiectivè repræsentata, non quæ duo vnum est obiectum repræsentatū, aliud expressum, modo dicto. Licet alij dicant voces significare res principales, immediatius vero, cōceptus: comparatio tamen non est ita congrua, cum non sit idem modus significandi.

2. Vox nō est æquiuoca, licet significet plura.

Dubitatio 2.

Quarto, Dubium est, an etiam sine categorēmata sint signa conceptuū, & quis ei respondeat conceptus, neque est sermo de terminis mixtis, ut semper, velociter, &c. hi enim cum claudant Categorēmma, & sine categorēmma, scilicet, omni tempore, cum veritate, &c. ex dicēdis de sine categorēmmatis patebit de eis: cauendum quæ est ne vos decipiat mutatio idiomatis, dum rogati quid significet omnis. Responde. per categorēmma Hispanum [eode]: nō enim dicitur significatum certum, quod primo format Luanus quæm rulticus, ut audita voce, omnis, vel nō format cōceptus potestatis, quam habent ex impositione: ita audito omnis, vel non concipitur potestas distribuendi, vel negandi in actu exercito: cum vero audio vocē,

homo, ipsum etiam hominem concipio, sed dices, quid præter potestatem hinc intelligo cum solū sine categorēmma profertur? Respondeo, quod nihil profus concipio, quia cum intrinsicè sit sint categorēmma: solum ad concipiendum in actu exercito, aliter categorēmma. id implicat sine categorēmmate intelligi: cum vero, non, omne, vel nullum, cum suo substantiuo intelligantur, termini sunt mixti.

Replicatur.

Dubi. 3.

Quinto, dubitabis quis conceptus respondeat sine categorēmmati cum iungitur categorēmmati, quod plerunque est in ordine ad propositionem? Respondeo, & pro explicatione nota quod aliqua sine categorēmma, sunt quæ quati monent, tales vel tales for mandos esse conceptus, ut vox, & dicit actum iungendi, & vox quidem bene considerandi. Alia sunt quæ variant significationem, quorum aliqua ut vox, non denotant oppositum esse intelligendum: quibus responder actus negandi, quod oppositum affirmationis intelligitur, qui conceptus non respondet soli sine categorēmmati nō, sed toti propositioni negatiuæ. Alia vero sine categorēmmata addunt aliquem sensum orationi, ut vox, tantū, omnis, &c. quibus respondet conceptus eius quod additur, ut tantū homo currit: respondet homo currit, & nihil aliud præter hominem currit, & omnis homo currit: respondet homo currit, & non est homo qui non currat. Alia sunt quæ minuunt, quod dicitur, ut, pene, ferè, centum currunt, & hoc quidem illa indeterminatè & minutè significant, quibus iungitur particula, vel, quæ monet non totum, sed alterum affirmari, quibus respondet conceptus, minorem hunc numerum vel illū currere. ut cum dico aliquis homo currit, concipio hominem in hoc vel illo singulari currere: distat tamen aduetbia, parum minorem numerum notant: Alia tandem sunt sine

siue cathegoremata, quæ denotant cui iungendum sit cathegoremata, vt articuli casuum (el, dei) cum dicalium non est Petri, vbi virtute est est, articulus notatur, palium enim non iungitur Petro, vt iungitur albedo, cum dicitur Petrus est albus, sed potius Petrus iungitur cum possidenti, palium cum possessore. Eadem enim veritas affirmatur dum dico, Petrus est possidens palium, palium est possessum à Petro: palium est Petri, licet quod in vna propositione sumitur, vt terminus possessionis à parte prædicati, in alia sumatur, vt subiectum de nominatum, vt cum dico, video parietem, paries videtur à me, & ad has classes omnia sunt cathegoremata, videntur reduci: de quo iam dixi 2. par. Summularum.

Aduertendum tamen quod ista siue cathegoremata explicata nõ significant conceptum, eis respondentes, vt vox, homo, hominẽ significat, quia sic essent cathegoremata, vt sunt quæ id faciunt, sed (vt dixi) siue cathegoremata monent, taliter sumenda cathegoremata, vt zero denotat numerum decuplandum.

Sexto considerandum (& inferitur ex dicto 2. Arist. quod voces non significantes, vel materialiter sumptæ, licet sit subiectum ostensum, vt ipsi lapides dum dicuntur duri, nullatenus tamen sunt partes propositionis formalis, quia cum hæc sit subordinata conceptibus, eorumque explicatiua, eius partes tantum sunt illæ, quibus aliquid conceptus formalis respõdet. Cum vero dico Blityri, vel homo est vox in re est subiectum est formale conceptus significans ipsam vocem, nunc vnam, nunc alteram ostendendo, & ita particula vox, est subiectum quod significatur mentali conceptu: vt bene Niph. 1. Priorum ex Mantuan. qui, ait, quod breuitatis causa cõceditur homo est nomen: propositio

enim est vox hæc (ostensio, vox, homine) est vox.

Tertio aduertendum circa tertium dictum Aristotelis, scilicet, quod res eadem sunt apud omnes, quod solum loquitur, vt bene Albertus de rebus naturalibus: non vero de artificialibus de legibus, &c. quæ omnino sunt ad placitum, nec negat Aristotelis varias hominum sententias de rebus: itaque solum vult apprehensionem esse eandem vbi eamque mente apprehendatur homo, vel equus, &c. non tamẽ eandem esse voces, vel characteres eandem significatiuos. Ita docet S. Tho. & per hoc soluuntur plurima argumenta, estque magis ad mentem Arist. quam sententia Boetij, & Magestini, qui restringunt istum dictum Arist. ad communes animi conceptiones, cur autem ipse Philosophus, conceptus vocet passionem, non est huius loci, cum hoc tamen tractatum de verbo mentis statim patebit.

Septimum circa quartum dictum Arist. scilicet, propositiones sunt vere vel falsæ, non simplices voces. Multi præcipue in schoia celeberrima Complutensi late disputant quid sit veritas, est tamen profecto res Metaphysica cum sit passio entis, cum hoc tamẽ nos communi vsui inseruientes pro virili peculiarem tractatum de ea faciemus, qui vult legat, & accipiat, qui vero nollit non contemnat: interim tamen pro annotatione dico, supposito, quod veritas est conformitas, & falsitas difformitas, siue relatione reali conceptus iudicatiui ad rem assistentem prædicamentaliter, vel si non transcendentaliter, siue sit ratio nis rei, vt est obiectiue in intellectu ad se, vt est in re, de quo statim supposito etiam ex Aristotele & Metaphy. 4. Metaphysicorum, quod datur veritas simplex: dico quod D. Thom. Carietan. & Ferrarien. explicant hoc dictum Aristotelis de veritate cognita, qua

quam solum intellectus reflexiue intellegit, dum aduertit conformitatem suorum actuum ad obiecta, quando tamen in actu signato veritas est primæ operationis intellectus, bene dicuntur intelligi, de veritate in actu exercitio, dum actu reflexo hoc intellegitur conforme illi, conceptusque explicat particula, hoc est verum, cum autem tantum dicitur hoc est verum, homo est animal: innuitur etiã esse verum, licet virtualiter: vnde bene Aristoteles negat hoc vocibus simplicibus.

Replic. Sed dices in compositione solum est veritas, quæ est propositionis male, ergo Arist. dicit etiam esse in diuisione veritas. Respondetur quod licet omnis propositio compositione, habeat ex parte sui prædicati cum subiecto, tamen ex parte obiecti solum in affirmatiua propositione vnũ alteri vnitur, in negatiua vero vnũ ab altero negatione diuiditur, propter quod Arist. propositionem negatiuam vocat diuisionem, in qua est veritas.

Vltimo aduerte, quod Arist. subdit in calce capitis, voces non significare verum vel falsum, nisi addatur esse vel non esse simpliciter, vel secundum tempus, quod quidem dictum variè explicant Auctores Hamm. Niph. & alij explicant, nisi addatur verbum absolutè, vel cum determinatione aduerbij, vt hodie, cras, &c. aliter S. Thom. placet tamen expositio Alex. Alber. & aliorum qui per vocem simpliciter intelligunt, cum verbum absoluitur à tempore: tunc enim voces significant verum vel falsum, cum addito esse vel non esse: per particulam vero secundum tempus, intelliguntur voces significare verum, &c. quando verbum sumitur in aliqua differentia temporis, vt in propositionibus contingentibus.

Quæ omnia per duas quaestiones

latius sunt examinanda: prima versabitur circa secundum dictum Aristotelis in hoc capite, dum dicit quod voces sunt signa conceptuum, in qua de quidditate conceptus seu verbi mentalis agemus. Secunda vero erit circa quartum dictum Aristotelis, scilicet, quod propositiones sunt vere, vel falsæ, in qua de veritate plura scitu digna discutientur.

QUESTIO. I.

Vel potius tractatus integer, de verbo mentis, quem tempori damus.

Docet Aristoteles in hoc capite, quod voces sunt signa conceptuum: conceptus autem res significant, sed ille ad placitum: isti vero naturaliter, res est profecto abstracta & examine difficilissima: sed tamẽ si addit conceptus, & verbum qui est in situ patris ipsum enarrabit: omnia quoque docebit. De naturali autem conceptu nostro seu verbo quod intelligendo res producimus. Sex sunt discutienda: Primo necessitas temverbi mentalis. Secundo, si distinguatur ab intellectu, & quomodo. Tertio, si cognoscatur eadem cognitione qua producitur. Quarto, si detur verbi rei singularis. Quinto, si in apertitione producatur verbum. Sexto & vltimo, si in cognitione sensuum externorum tale verbum reperitur.

Disponitur tractatus.

ARTICVLVS. I.

Qua sit necessitas constituendi tale verbum & conceptum mentalẽ.

Ante-

Antequam quidditatem conce-
ptus mentalis explicemus, prius
videndum est, quæ sit necessitas
constituendi talem conceptum, seu ver-
bum mentalem, res est clara, ideoq;
breuiter discutietur, quam M. zumel
1. p. q. 27 ar. 1. fusius prosequitur, &
alij omnes S. Tho. expositores.

est in ratione termini intellectio-
nis: est enim intellectio, actio, quæ sicuti
& alia quælibet à principio procedit,
sicutique in termino quem producit.
Vnde sicuti paries in ratione princi-
pij intellectio- nis, non immediate per
seipsum, sed media specie intelligibi-
li vnitur intellectu: ita in ratione ter-
mini obiectiue non vnitur immédia-
te intellectio- ni, sed medio verbo per
illam productum. Et ita Caieta. 1. par. q.
85. art. 2. ad tertium, bene dicit, quod
species representat obiectum intel-
lectui in ratione principij, verbum
vero id ipsum representat in ratione
termini.

Aduerte secundo, quod quæcunq;
actualis operatio intrinsecè requirit
obiectum actu, & ita intellectio obie-
ctum petit actu: sicuti calefactio actu
petit calorem actu: obiectum autem
intellectus non semper est obiectum
in actu, sed aliquando in potentia, v.
g. res materialis, antequam denude-
tur à conditionibus indiuiduantibus,
sicque denudata intellectus repræ-
sentatur, vt fiat obiectum in actu, mediâ
te verbo productum per actum intel-
ligendi.

Vltimo aduerte, quod sicut ad hoc
vt color videatur, non sufficit quod
sit visibilis in actu, sed requiritur vt
sit debite præsens potentia: visua: sic
etiam ad hoc, vt res aliqua intelliga-
tur, non satis est quod sit obiectum
in actu, sed vltra requiritur quod sit
præsens intellectui. Considerandum
tamen, quod non quælibet potentia
requirit eodem modo præsentiam ob-
iecti ad suam operationem: aliqua
enim vt visus, & alij exteriores sen-
sus requirunt præsentiam localem
sui obiecti secundum esse naturale,
aliæ vero potentia: solum requirunt
præsentialitatem obiecti secundum
esse quoddam intètionale, sicuti ima-
ginatiua, ad hoc vt verè et figuratur
Stephanum scribere, non est necesse

Actualis
operatio
requirit
obiectum
actu.

Notabi-
le confi-
derandū

vt Sce

vt Stephanus sit præsens secundum
locum, nec quod sit à parte rei secun-
dum esse naturale, sed sufficit, quod
sit præsens secundum quoddam esse
intentionale mediante idolo, quod
mea imaginatiua fabricauit. Vnde à
fortiori ad hoc, vt intellectus in ali-
quam intelligat, cum indifferenter
feratur in rem præsentem, vel abien-
tem, solum est necesse vt sit præsens se-
cundum esse intentionale, in esse ob-
iectiuo, id est, medio verbo quod in-
tellectus informatus intelligibili spe-
ciem sibi constituit.

1. Conc. Iam dico primo¹ necessario requi-
ritur verbum mentale, & vt represen-
tet intellectui rem actu & sub ratio-
ne obiecti: ita Caieta. 1. p. q. 27 ar. 1. Fer-
ra. 1. contra gen. c. 53. & lib. 4. c. 13 S
Tho. eisdem locis. Probat, verbum
habere rationem obiecti & termini in
tellectio- nis (vt dictum est) & statim
magis patebit, sed res habet esse actu
in intellectu, dū habet ratione obiecti
in actu, in illo ergo necessario requiri-
tur verbum, quod representet intel-
lectui rem in actu sub ratione obiecti.

2. Cāclu- sio notā da. Dico secundo² noster intellectus
non potest intelligere rem absentem,
nec præsentem, nec materialem, nec
immaterialem, sine hoc quod produ-
cat verbum: idem dico de intellectu
angelico, siue intelligat se, siue alia à
se: itaque existimo impossibilem esse
alicuius rei intellectio- nem generali-
ter sine hoc quod producat verbum
de illa. Quantum ad primam partem
omnes Auctores serè cōueniunt, quo
ad secundam: nec Ferr. 1. contra gen:
vbi sup. Canariē. 1. p. q. 27. ar. 1. Dispu-
tatio. 5. par. 2. dubio 3. & Syluester in
consilio, q. 27. art. 1. omnes isti tenent
nec angelum posse se intelligere, sine
eo quod formet verbum satius: &
M. zumel probabiliore iudicat hæc
partem, & de mente, S. Tho. q. 56. art.
1. quamuis etiam contrariam senten-
tiam Caieta. vt probabilem defend. t.

Probat
multipli-
citer.

Sed generaliter proba, quia verbum
est terminus intrinsecus intellectu-
nis, sicut calor calefactionis: ergo nō
potest esse aliqua intellectio sine ver-
bo, sicuti nec aliqua calefactio sine
calore: consequentia est euidens, & an-
tecedens est. S. Tho. de potentia, q. 8.
ar. 5. & de veritate, q. 4. ar. 2. & 4 con-
tra gen. c. 11. sed præter hoc demon-
stratur, quia ex dictis capite de actio-
ne, & dicendis, 3 lib. Phy. omnis actio
intrinsecè est productiua termini, er-
go & intellectio cum sit formalissi-
ma actio posita in prædicamento a-
ctio- nis constitat, quod post spe-
cies intelligibiles impræse, represen-
tantes rem, intellectus prorumpit in
actum intelligendi: ergo talis actio
intelligendi necessario producet ter-
minum, qui est conceptus expressus
rei, & vocatur verbum: de cuius ethy-
mologia infra patebit, quæ ratio bene
intellecta, mihi à priori videtur,
curritq; in omni intellectio- ne etiâ an-
gelica, imo & diuina, vt omnes conce-
dunt, alias rationes missas facio.

Ad primū¹, variè ab auctoribus re-
spondetur aliter Canariē. disputatio
ne 5. p. 1. aliter, M. zumel vbi sup. ali-
ter alij: nos tamen vnico verbo, re-
spondemus, quod actus intelligendi, qui
procedit ab intellectu, mediante spe-
cie intelligibili, est prior verbo: quia
vt sic, est productiuus illius: quatenus
autem ille actus, terminatur ad obie-
ctum extrinsecum, est posterior ver-
bo, quia non terminatur ad illud ob-
iectum, nisi mediante verbo.

Ad secundum patet ex fundamen-
tit positis, constat etiam quod res in
verbo, & mediante verbo, expressè
cognoscitur, in specie autem intelli-
gibili solum inuolūtè & implicite: &
ad illud de processu in infinitum ne-
gatur sequela, quia quando cognosci-
tur reflexè verbum ipsum tunc ver-
bum quod cognoscitur, non habet ra-
tionem verbi, sed speciei intelligibi-

Probat.
conclus.

Pars ne-
gatiua
suade-
tur pri-
mo.

Arg. 2.

Obiectū
exterius
duplici-
ter con-
currit
ad intel-
lectio-
nem.

lis vñta cū intellectu in ratione priā
cipij cognitionis reflexa, & ita non
datur verbum verbi formaliter.

ARTICVL. II.

Vtrū verbum mentale eadē actio
ne qua producit̃ intelligatur?

B Reuiter in hac re supponendum
est vt certam quod cōceptus seu
verbum mentale, per eandē actio-
nem intellectus, per quam produci-
tur, aliquo modo intelligitur: ita D.
Tho. allatus à Canariens. vbi sup. mul-
tis in locis quibus dicit̃ quod verbū
est q̃ per se intelligitur, & q̃ primo
intelligitur, & in quo res intelligitur,
& ratione patet ex Arist. lib. de memo-
ria, & remissis. vbi docet̃ q̃ idem est
morus in imaginem, & in rem imagi-
natam: tunc sic per actionem intelli-
ctus qua producit̃ verbum, manifesta-
tur & intelligitur res, ergo etiā mani-
festatur & intelligitur imago rei, qui
est ipse cōceptus. Confirmo, quia ex
dictis, ar. p̃ced. verbum terminat ac-
tionē intellectus, quæ est intellectio
& manifestatio, ergo aliquo modo
verbum intelligitur & manifestatur,
consequentiā tenet, quia nil est aliud
terminare quā intelligi. His positis,
Canar. vbi sup. tenet verbū 3 per intel-
lectionem qua producit̃ intelligi,
nō solū vt quo, & vt mediū cognoscē
diren, sed etiā cognosci vt quod. Pro-
bat quia quæ ad modū imago Cefatis,
non solū est id per q̃ cognoscimus Cē-
sarē, sed etiā ipsa cognoscit, vt quod:
pari ratione verbū mentis, non solū est
id per quod cognoscimus rē, sed etiā
ipsam eadē cognitione cognoscitur,
vt quod. Confirmat, nam lumen exter-
nū non solū est id, quo videntur colo-
res, sed etiā ipsum lumen videtur, vt
quod, ergo pari ratione verbū mentis
non solū est ratio & mediū cognoscē-
dū, sed etiā ipsū cognoscitur, vt quod.

Probatur ratione conclu.
Confir.
Opinio pro Canariens.

Probatur duplici.
Omnia. Caiet. & Capreo.
Caiet. vero & Capr. aliter sentiat,

dicunt nō q̃ verbum a ctione qua pro-
ducitur solū, vt quo cognoscitur: per
aliā vero cognitionem cognoscitur,
vt quod, secundū esse qualitatiuū, sed
nō secundū esse representatiuū, id est,
cognoscitur inquantū qualitas est, nō
tamē inquantū talis. Dico primo, ver-
bum 5 per eandem actionem qua pro-
ducitur, cognoscitur, vt quo, in hoc cō-
ueniunt omnes, & de se patet, quia est
mediū aliud cognoscēdi, ergo neces-
sario, debet cognosci, vt quo. Dico se-
cundo, verbū 6 per eandem actionem
qua producit̃, non cognoscitur vt
quod. Probatur, quia aliā omnis cog-
nitio esset reflexa, quæ est cognitio
conceptus existentis in eadem potē-
tia: sed si verbū vt quod, cognoscitur
cognitione qua producit̃, talis cog-
nitio est. t necesse est conceptus exi-
stentis in eadem potētia, quod est fal-
sum. Ad hoc argu. respōdet Canar. tri-
plici solutione: prima est, q̃ illa nō est
definitio cognitionis reflexæ. Hęc au-
tē (inquirit ille) est definitio eius, scilicet
cognitio, qua mens reflectitur su-
pra seipsum, & cognoscit se cognosce-
re: sed ad hominē sic arguo, nil aliud
est q̃ mens reflectatur supra seipsum,
qua habere pro obiecto cognitio suā
primā cognitionem, ergo quando cog-
noscitur verbū vt quod, illa est cog-
nitio reflexa. 1. Solutio eius est q̃ cog-
nitio verbi qua cognoscitur, vt quod
nō est reflexa, q̃ ad hoc requiritur,
q̃ illa cognitio sit similitudo verbi.
Hęc tamē solutio nulla est, quia sic
sequeretur q̃ nulla esset cognitio re-
flexa intellectus, quia nulla est cog-
nitio in illo, quæ sit similitudo verbi.
Tertio tandem dicit̃ q̃ nullū est incōue-
niens q̃ sit talis cognitio verbi, vt q̃,
sicuti idē est motus in imaginē, & in rē
cuius est imago: sed de hoc solutione
ad argu. patet. Secūdo probat. con-
clu. posita: nā si verbū cognoscitur, vt
quod eadē actione qua producit̃, aut
cognoscitur in se, aut in alio verbo,

5
1. Cōcl.
6
2. Conc.
7
1. Solutio.
Crai.
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

si cognoscitur in se, ergo non reliqui-
tur locus dubitandi an esset verbum men-
tis: nam si in se intuitiō cognoscitur,
nulla potest esse dubitatio, an datur ta-
le verbū, de quo multi Auctores dubi-
tarunt, ergo nō cognoscitur in se: si ve-
ro cognoscitur verbo mentis in alio
verbo, aut in alio p̃ducto per eandē
intellectionem: quod est impossibile,
quia sicut impossibile est quod duo ca-
lores producatur eadē calefactione
distincti, ita impossibile est q̃ duo ver-
ba distincta producantur eadē intel-
lectione: si vero dicas q̃ cognoscitur
per aliud verbū productum per aliā
intellectionem: nam nō manet eadē quæ-
stio, an verbum intelligatur, vt quod
per eandē intellectionē qua produci-
tur: q̃ a non iudicetur inconueniens,
quod verbū intelligatur vt quod, per
aliud verbū eadem intellectione pro-
ductum: inquiri de illo an cognosca-
tur per aliud verbū, eadē intellectione
productū: & rursus de alio, & sic erit
processus in infinitū, in eadem ac-
tione, & consequenter nunquam rem
aliquam cognoscere mus. 8 Sed dices
q̃ illud verbū, per quod cognoscitur
aliud verbū: non cognoscitur per aliud:
& ita vitatur processus in infinitū, sed
illud verbū cognoscitur in se. 9 Cōtra
hoc reddit argu. factū, quia iam nul-
lus locus esset dubitandi, an verbum
mentis sit terminus, quia nullū verbū
cognoscitur per aliq̃ intellectionē
in seipso, sed medio alio verbo, tū quia
verbū est res quæ a spiritalis, quæ a no-
bis nō cognoscitur prout sumus in via:
sed specie rei intellectæ. Tū secundo,
quia verbū illud est terminus intellec-
tionis: ergo nequit ab intellectu cog-
nosci, nisi supra seipsum reflectatur.
Ad hoc argu. quod efficax est, Tur-
rianus respōdet q̃ verbū cognoscitur
in se: & sicuti nos intuemur quæcū-
que, dubitando an quæcūque illa a sub-
iecto distinguatur, vel nō: pari ratio-
ne, non dubitamus, sed intuemur q̃ ali-

5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

quod obiectū representetur nostro
intellectui, dubitamus tamen an ver-
bum sit distinctum, ab illo obiecto.
11 Sed profecto solutio ista non eua-
dat vim argumenti: nam si vellent di-
cere, quos nos intuemur, obiectū ali-
quod representari nostro intellectui,
hoc certum est, sed nō soluit argumē-
tum, quia si vellent dicere q̃ est dubiū,
an verbū distinguatur ab intellectu-
ne, & ab obiecto representato: conce-
do q̃ est dubium de hoc, sed non esset
dubium, an esset verbū mentis: Sicuti
quia nos intuemur quantitatem, non
potest esse dubiū, an quantitas sit, quæ
uis dubitemus, an distinguatur a re quæ
ta. Dico tertio & ultimo 12 in cog-
nitione reflexa qua cognoscitur verbū,
non cognoscitur solū secundum esse
qualitatiuū, sed etiam cognoscitur
secundum esse representatiuū. Pro-
bat verbum, vt verbum, reduplica-
tiue, intrinsecè dicit esse representa-
tiuum rei cuius est verbum seu conce-
ptus, ergo impossibile est q̃ cognosca-
tur vt verbum, & non secundū esse re-
presentatiuū, aliā non cognoscere ver-
bū, sed qualitatem quandam, per mo-
dum formæ in potentia relicta: & op-
positum vi datur in intelligibile. Cōfir-
mo, quia in verbo solum illa duo re-
periuntur, scilicet, esse qualitatis, &
esse representatiui: ad hoc autem vt
fiat præcisio conceptuum & rationū
requiritur, vt præsupponatur cog-
nitio simultanea totius, & deinde alia, &
alia cognitionē circa idem, vna ab a-
lia ratione præscindatur, & abstra-
tur, ergo ad hoc vt cognitio verbi, per
intellectionem producti tantū termi-
netur ad verbū, secundū esse qualitati-
uū, & non secundū esse representati-
uum, requiritur vt prius cognitio re-
flexa terminetur ad ipsum esse ver-
bi simul representatiuum, & quali-
tatiuum. Ad argumenta in prin-
cipio pro Canariens, respondetur, in cōtra-
riū ad 1.
Ad primum, dico quod est mu-
tum

11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

13
Repl.
Respon.

ut dispar ratio de imagine Caesaris, & de verbo mentis: nã imago Caesaris est mediũ, vt quod cognitionis rei repræsentata per ipsam, vñe Caesaris: at verò verbũ mentis, est medium, quo, cognitionis rei repræsentata per ipsum.

Sed dices, hoc est qd dubitamus, an verbum sit medium, quo, ad mediũ quod? Respondetur quod huius rei nulla potest assignari ratio à priori, nam quotiescunq; per aliquam speciem venimus in cognitionem alicuius obiecti, illa species est tantum mediũ, quo, respectu talis cognitionis: vt cõtingit in specie coloris, ratione cuius, colore ipsum percipimus est mediũ, quo, talis cognitionis: idẽ dicendum de verbo mentis, respectu rei cognite per ipsum.

Ad 1.

Ad secundum dicendum quod lumen externum respectu visionis, nõ est ratio formalis visionis, sed est conditio sine qua non colores videntur, tanquam tollēs impedimenta, id est, tenebræ: & ad missio quod sit ratio formalis visionis (de quo libr. de anima) nõ concludit ratio, quia ratio formalis visionis, vt sic, est primariũ obiectum respectu visionis: at verbum mentis non se habet sic, quia non est præcipuum quod cognoscitur, imo neque obiectum, sed medium solum, res aut intellecta, est tantum obiectũ.

ARTICVL. III.

Utrum verbum distinguatur ab intellectu?

Prima opinio
D. Tho. Ca.
pre. Ferr.
& c.
Suade-
tur 1.

Prima opinio tenet, verbum distinguí realiter à cognitione: quã videtur tenere D. Tho. 1. p. q. 27. 10. & 34. ar. 1. & 2. q. 35. 2. ad secundũ. & quodlib. 5. ar. 7. de veritate, q. 4. ar. 2. ad tertium. Capreo. 1. d. 27. q. 1. Herbe. opus. 3. q. 1. art. 3. Aegid. quodlib. 5. Ferr. 1. contra gen. c. 53. Sot. 2. 10. M. t. h. q. 16. 1. Probatur primo, quoniam actio debet habere actu obiectum, ad

quod terminatur, ergo & actio cognoscitiua ergo quando obiectũ non est præsens, requiritur quod sit in potentia aliquid, suppleens vicem obiecti, in quo illud cognoscatur, sed istud non potest esse ipsa cognitio, quia actio & terminus non sunt idem, ergo est distinctũ ab illa. Vnde artifex format sibi idolum rei faciendũ, in quo rem ipsam contempletur, & est veluti verbum, ergo sicut illud distinguitur realiter ab ipso actu intelligendi, cum sit formatum per illum ita, & c. & ita D. Tho. de veritate, q. 4. ar. 2. ad tertium, ait, conceptio intellectus nõ est solum id quo intellectus, sed etiã id in quo rem intelligimus, idem dicitur de potentia, q. 9. arti. 1.

Secundo, si verbum esset ipse actus cognoscendi formaliter, Verbum diuinum esset ipsa intellectio patris: consequens est falsum, ergo sequela patet, quia eadem est proportio: & ad hoc ponitur sub omnibus ista similitudo verbi nostri, vt inde colligamus productionem Verbi diuini: minor probatur, quia verbum est persona distincta ab alijs: intellectio autem pertinet ad essentialia. est enim communis tribus personis. Item quia intellectio est formalis perfectio intelligentis, verbum autem non est formalis perfectio patris, ergo.

Tertio, intelligere & dicere non sunt idem, ergo nec verbum & intellectio: antecedens probatur ex D. Tho. 1. p. q. 34. 1. ad tertium. intelligere enim reperitur verè & simpliciter in filio, & Spiritu sancto, & ibi nõ est dicere, ergo sunt diueria. Intelligere enim tantum significat habitudinem intelligentis ad rem intellectam, in quo nulla productio importatur: sed sola rei apprehensio, dicere vero importat rei productionem, ergo distinguuntur.

Quarto, verbũ est similitudo expressa rei, sed cognitio non est similitudo, ergo

Argu. 1.

Argu. 2.

Argu. 4.

Secunda opinio videtur Arist.

ergo non est verbum: minor probatur, quia nulla actio est similitudo principij, à quo fit, vt inductione constat, ergo nec actio cogno citiua.

Confirmatur, veròam vocale est aliquid distinctũ, à productione vocis, ergo verbum mentale erit, quid distinctũ à cognitione.

Secunda opinio tenet, potentiam, tunc producere verbum à cognitione distinctũ, cum operatur in absentiã obiecti: non vero eum habet præsens obiectum, & ita per nullam cognitionem inuicem produci: & per consequens nullam potentiam exteriorem producere illud: ita aliqui Auctores primæ sententiæ. Et videtur sententiã Aristotelis hic, text. 19. & 60. vbi ait quod obiectum intellectus est intra ipsum intellectum, sensum vero obiectum, est extra.

Suadetur primo.

Probatur primo, idẽo producitur verbum, vt potentia habeat præsens obiectum: sed in omni cognitione in tantũ obiectum est præsens: ergo tunc non producitur.

Confirmatur, si per quemlibet actum formaretur verbum, ergo vnũ produceretur per apprehensionem, & aliud distinctum per iudicium, imò & per voluntatem produceretur, consequens est falsum, ergo.

Argu. 2.

Secundo, quia alias sequeretur beatos per visionem Dei formare verbũ, consequens est falsum, ergo minor probatur, nam verbum est similitudo obiecti: sed implicat dari similitudinẽ creaturam Dei, prout in se est, hac enim ratione probat D. Tho. non posse dari speciem Dei: ergo.

Confirmatur, nam alias, posset quis beatificari videndo solam creaturã, scilicet videndo illud verbum, in quo clarè videt Deum, tanquam in imagine expressè representante illum.

Argu. 3.

Tertio, si beati formarent verbum, tunc res inferioris ordinis representaret rem superioris ordinis: imò &

posset dari accidens creatum, habens in se aliquo modo infinitatem, quæ omnia implicat: sequela patet, nam Deus est superioris ordinis, res, actu cuiuscunq; creaturæ, ergo non potest dari creaturæ, clarè representans Deũ magis enim excedit Deus in ordine & gradu esse di, quamcunq; creaturam, quam res spiritualis, corpoream: sed repugnat per rem corpoream representari spiritualem, ergo, & c. similitudo enim formalis debet esse eiusdem immaterialitatis cum obiecto, sed implicat creaturam esse ita immaterialem sicut Deus, ergo. Item similitudo formalis habet in esse representatiuo, quidquid perfectionis habet obiectum in se, ergo, sicut Deus in se habet esse infinitum: ita similitudo formalis erit infinita in esse representatiuo: sed eius esse representatiuum est suum esse reale, ergo in esse reali est infinita.

Quarto, si in presentia obiecti formaretur verbum etiam sensus exteriore formarent illud quod est falsum, ab alijs per auditionem produceretur, expressa similitudo obiecti, & per elatum, & c. vnde D. Thom. 2. lib. 5. arti. 9. ad secundũ, ait, sensum exteriorem non producere in se formam rei sensibilis, quia eius operatio perficitur per solam immutationem, sensus sensibilis.

Argu. 4.

Prima conclusio, potentia produci verbum, formaliter tantum distinctum ab actione cognoscentis. Ita Durand. 1. d. 27. quæst. 7. nume. 26. Gabr. & alio: ibi Gregor. 1. d. 7. q. 3. arti. 1. Palud. M. Sot. q. 3. Ioan. Vaconius, quodlib. 13. quæst. 1. articu. 1. Scot. 1. d. 3. quæst. 6. Sot. 4. d. 49. quæst. 1. & 3. Phya. quæst. 1. conclu. 5. 11. duo, scilicet, Scot. & Sot. expressè tenent hanc conclusionem quod alij videntur supponere verbum, asserentes esse ipsam qualitatem cognoscentis, vt infra dicemus.

Probatur supponendo ex libris de anima, potentiam cognoscitiuam, per suam actionem producere aliquam qualitatē, cum enim sit actio immanens, atque ad eō nihil ad extra operetur, necesse est vt ad intra aliquid efficiat: implicat n. esse actionē de nouo, quin sit effectus de nouo: ista qualitas (vt infra probabitur): sit verba, sed ista distinguitur formaliter ab actione, qua fit, cum sit terminus ipsius, ergo. Quare si quis tenear, cognitionem formaliter consistere in sola actione, vel in actione & qualitate: tunc consequenter dicet, verbum distingui formaliter ab ipsa cognitione. Si tamen asserat (quod videntur plerique supponere) in sola qualitate consistere, tunc verbum, ab actione producta illius cognitionis, distinguetur formaliter: Ab ipsa autem cognitione nullo modo, & forsā Auctores primæ opinionis, solūm intendunt verbum distingui ab actione producta cognoscentis [quam vocant cognitionem] solum posset esse difficultas circa hanc conclusionem: Ex eo quod ait Aristoteles 9 Metaphysicor. text. 16. hanc esse differentiam inter actionem transeuntem, & immanentem, quod per illam nihil producitur, sicut per istam: sed differentiam exactam inter vitamque actionem iam tradidimus supra.

2. Cöcl. Secunda conclusio. Potentia nullo modo producit verbum, à qualitate cognoscentis distinctum: ita Auctores primæ conclusionis.

Probatur cognitio [vt supra diximus] consistit in eo quod sit qualitas emanans à principio vitali, quod autem præter istam nihil aliud producat, nec realiter, nec formaliter distinctum ab illa, probatur: quia si aliquid aliud producitur, vel producitur immediatē à potentia eadem actione qua producit qualitatem co-

gnitionis, & hoc non, quia vnica actio vnum tantum habet terminum: vel producitur mediatē à potentia, immediatē autem ab ipsa qualitate cognitionis: & hoc non, quia qualitas cognitionis est vltimus terminus, & perfectio potentia: ergo non est productiua alterius qualitatis, aliās daretur processus in infinitum: & frustra daretur talis productio, cum ad nihil posset talis qualitas deferuire.

Dices 4 requiri, vt deferuiat loco obiecti, in cognitione abstractiua. 5 Sed contra, antequam intelligatur productio illius, intelligitur cognitio perfecta & completa in suo esse, ergo nullo modo id requiritur ad cognitionem: ante cedens patet, nā (vt supra diximus) sufficit ad complementum cognitionis quod sit talis qualitas emanans à potentia: sed hoc totū intelligitur ante productionē verbi distincti: ergo illud non requiritur, sufficit enim actus, qui sit obiectum vitaliter præsens: imo nec potest vlio modo verbum distinctum deferuire cognitioni nostri obiecti, quod patet. Nam obiectum [& consequenter quod supplet vicem illius] est prius ipso actu: sed verbum per te est posterius cum fiat ab actu, ergo non se habet vt obiectum illius: maior patet, quia obiectum est principium producendi: principium autem est ante actum: nam si supponit actum productum: ergo nullo modo concurret ad eius productionem, si enim potentia prius intelligitur cognoscentis, quam producat verbum, ergo eius cognitio intelligitur iam terminata: ergo impossibile est quod habeat pro obiecto terminum ab illa productum.

Propter hoc possent respondere, in potentia prius ratione intelligi productionem verbi, & postea cognitionem: sed contra, quia cum ista qualitates secundum illos sint realiter distincte

distincte erunt actiones realiter distincte, quod nec videtur necessarium, imo nec possibile, quia eadem potentia per idem principium formale agendi, non potest duas actiones immediatē producere: patet, quia tunc verbum non produceretur per cognitionem, quod omnes supponunt: imo ab ipso produceretur cognitio. Tandem, quia si verbum seruiret potentia per modum obiecti, cognosceretur res, in illo verbo: impossibile autem est, quod aliquid cognoscat in aliquo non cognito illo in quo cognoscitur, vt quod videatur res in imagine, non vili imagine: sed intellectus, cum cognoscit Petrum non cognoscit verbum, ergo nec Petrum in verbo.

Præterea. Nam si verbum est primum ad cognitionem, ad quid ponitur, nisi vt determinet potentiam? sed ad hoc iam est posita species, quæ est similitudo effectiua obiecti, ergo hoc sufficit. 2 Dices specie esse principium agendi, & idēd propter illā requiritur verbum quod se habeat vt terminus: Sed contra, verbum non se habet tanquam terminus qui cognoscitur: sed vt id quo cognoscitur obiectum: ad hoc autem sufficit species: nec ratio principij & termini repugnant in eodem, vt in beatis essentia diuina est principium visionis, & obiectum ad quod terminatur: & si verbum est primum ad cognitionem sicut species, quare illud potest gerere officium termini, & non species? Vnde aliqui magis consequenter asserunt ipsam speciem esse verbum, sed præter mētem D. Thomæ. Species enim non est formalis similitudo obiecti, nec producitur ab ipsa potentia cognoscente, quod requiritur ad rationem verbi: aliās nihil valeret similitudo productionis verbi nostri, ad explicandam productionem Verbi æterni.

3. Cöcl. Tertia conclusio. Ipsa qualitas

cognitionis est formaliter verbum, Probat. vel aliquid illi proportionale. Ita multipli Auctores primæ opinionis: probatur: nam omnes Auctores conuentione, verbum accidentale produci à potentia cognoscente, sicut verbum substantiale producitur per cognitionem Dei patris, sed à potentia cognoscente non producitur nisi illa qualitas cognitionis, vt probatum est: ergo ipsa est verbum, quod affirmat Diuus Augustinus, vt de Trinitate, cap. 2. 3. & 9. dicens. visionem esse imaginem rei visibilis: & ibi cap. 2. ab obiecto, & potentia pariter notitia, quā merito verbum mentis appellamus. Et 15. de Trinitate, & 10. dicit, firmata itaque cogitatio à re quā scimus verbum est, & libro nono, cap. 17. concepiant rerum notitiam, tanquam verbum apud nos habemus. D. Anselmus in Monologio, cap. 33. actus ipse intelligendi habens ex se imaginem natam, est verbum nostrum. Diuus Damascus 1 fidei, cap. 18. verbum nostrum est naturalis anima nostra motio, secundum quam mouetur intelligit, aut cogitat. Præterea, D. Thomas vbicunque loquitur de verbo, non ponit illud ex indigentia obiecti, sed ex intrinseca ratione intellectiois. Et idēd in omni cognoscente ponit verbum, vt dicemus conclusionē quarta, & infra in articulo 5. & 6. sed ex intrinseca ratione cognoscentis, nihil producitur in intellectu, nisi qualitas illa quæ est actus cognitionis, ergo illa est verbum. Et D. Thom. q. 9. de potentia, art. 5. atque quod de ratione ipsius intelligere, est verbum: idēd docet q. 4. de veritate, ar. 2. & 2. q. 2. art. 1. ait, quod cognitio nostra proueniat ad id quod scimus, atque inde formata verbum nostrum, esse eādem: quia verbum non est aliud quā expressa similitudo obiecti, sed ipsa qualitas cognitionis est expressa

Replicat

Impugnat
natura
luto.

2
Replic.

similitudo obiecti, ergo ipsa est verbum, minor probatur: nam potentia constituitur in actu secundo per actum cognoscendi, ergo cognitio est similitudo obiecti, patet consequentia, quia cognitio fit per assimilationem: & ad hoc requiritur quod potentia informetur specie & similitudine obiecti, ut possit elicere actum per quem formaliter, & vitaliter assimilatur: & hoc docet expresse D. Anselmus supra capit. 38. dicens: Nul la ratione negari potest cognitionem esse similitudinem rei ex eius impressione formatam. Idem docet etiam Sotus supra & alij. Dicitur autem cognitio verbum, quia licet verbum, & dicere, & loqui, Primò dicta sint de vocibus, hinc tamen translata sunt ad cognitionem quæ proprijsimè est interior locutio: vt Sapient. 1. Dixerunt impij intra se recitantes. Et Ecclesiast. 1. Loquutus sum cum corde meo. Et ratio forte fuit quia loquutio exterior ex illa interiori dimanat. In alijs autem potestis cognoscitis non est propriè loqui qui imperfectè cognoscunt, & nihil affirmant, neque negant.

5
Replica tur.

Sed 5 contra si requiritur affirmatio, vel negatio vt sit verbum, ergo in simpliciter apprehensione intellectus non datur verbum.

Solutio notanda

Respondeo, conceptus in tantum dicitur verbum, in quantum est natus exprimi, per verbum vocis, & quia hoc tantum habet conceptus intellectus: ideo ille tantum est verbum, quia licet exprimamus etiam per vocem actus sensus: sed hoc fit mediante actu intellectus, & licet non omnis actus ipsius, sit iudicium, omnis tamen ad illud ordinatur, nihilominus tamen, quia potentia eo ipso quod est cognoscitiva, habet aliquod iudicium saltem imperfectum, & elicit actum cognoscendi per quem assimilari conatur obiecto

cto cognito: ideo in qualibet potentia reperitur productio similis productioni verbi. Et tanto illa qualitas magis assimilatur verbo, quanto in ratione cognitionis, est perfectior. Et ideo D. Thom. 1. p. q. 85. artic. 2. ad tertium, dicit sensus exterioris formare idolum: imò & ipse appetitus format suum terminum, non per modum similitudinis, quia hoc est proprium potentia cognoscitivæ, sed per modum inclinationis & ponderis, impulsus & affectus. Ita D. Thom. 1. p. q. 27. ar. 3. in corpore, & ad tertium: & quæstio. 87. articulo primo & quarto contra gentes, cap. 19. ad tertium. Et hoc est quod dicit August. Amor meus pondus meum: & idem dicemus infra de potentijs exterioribus.

4. Cōcl.

Quarta conclusio. In omni actu cognoscendi, est formaliter verbum, vel aliquid illi proportionale: hæc constat ex præcedentibus, quia non ponimus præcipuè verbum ex indigentia obiecti: sed ex vi & natura cognitionis: vnde sicut implicat quod sit cognitio, quin sit illa qualitas, in qua consistit: ita & quod sit cognitio, quin sit verbum, cum illa eadem qualitas cognitionis sit formaliter verbum. Ita D. Thomas, 1. part. q. 27. arti. 1. 6 dicens, quicumque autem intelligit, ex hoc ipso quod intelligit, producit aliquid, intra ipsum, quod est conceptio rei intellectæ ex vi intellectivæ proveniens: & infra latius explicat, nomine verbi expresso. Et super Ioan. cap. 10. lectione prima, & 4. contra Gent. capit. 11. ait, quod Angelus etiam dum seipsum intelligit format verbum: ergo non ex indigentia obiecti cum Angelus sit sibi præfens: & de veritate q. 4. artic. 1. dicit omne quod intelligitur, siue per similitudinem, siue per essentiam in intellectu verbum est: Vnde Capiteolus, 4. distinct. 49. quæstio. 5. artic. 3. asserit licet

6
Necessitas à priori consti tuèdiver bum mētis.

7
Multi autem thores p
conclui.
& Petrus Marti
nez 3. de anima.
c. 3. dicit id non posse negari.

communiter teneatur, beatos non formare verbum: tamen D. Thom. aperte videtur tenere contrarium, quod ipse Capreo tenet. 1. d. 27. q. 2. ad argumenta secundo loco, ad octavum. idè Ferr. 1. contra gentes. c. 53. Sylvest. in consuetu. q. 12. ar. 2. & q. 17. ar. 1. Torres. 1. p. q. 27. Sotus supra. 7 Idque ex presse docet D. August. 14. de trinitate. c. 17. tunc perfecta erit similitudo in mente, quando Dei perfecta erit & Petrus Marti ei erimus & videbimus eum, sicuti est nez 3. de anima. sed omnem scientiã nostram vno cōspectu habebimus, & formata quædam creatura erit verbū nostrū: præterea quia indidivinis verbum non produci tur ex indigentia obiecti, cum semper habeat sibi præsentissimam suam essentiam, ex cuius iurisdictione generatur verbum: ergo neque in nobis: & quidem si verbum esset necessarium ex indigentia obiecti fere nunquam produceretur: primo in Deo, quatum est ex ratione intellectus non produceretur verbum. Secundo in angelis se cognoscentibus, neque cū vult angelus alios cognoscit: angeli enim cum sint spirituales, sunt actu intelligibiles, & præfentes omnibus: nam distantia localis non impedit, & est impertinens ad intellectionem, neque opus est, vt sit intra intellectum alterius, cum potentia exterior per se nō produceret verbum, quia habet obiectū præfens, licet non sit intra ipsam: & eadem ratione nec angeli indigent verbo, ad cognoscendas quaslibetque res existentes, sed quod nec ad alias fit in Angelo vel in homine necessaria productio verbi distincti à cognitione: patet, nam visus. V. g. per te nō producit verbum, sed eodem modo se habet, siue sit præfens obiectum siue absens, dum modo maneat species: ergo ista solū est quæ per se requiritur, nec obiectum extrinsecū, aliter con-

currit, quam illum producendo, ergo: Confirm perfectior est actus intuitivus, quam obstratiuus, sed in abstractivo est verbū, ergo & in intuitivo.

Solutio 2 tur argu mēta cō traria. Ad. 1.

Ad argumenta primæ opinionis. Ad primum respondeo, actionem cognoscitivā termini immediatè nō ad qualitatem cognitionis, sed in ordine ad actionem esse per se necessarium, vt exiit terminus, quia implicat esse actionem, quin sit id quod fit per illam: at in ordine ad qualitatem, nō est necessarium quod existat terminus terminatio enim illa, non est materia liter intelligenda, eo modo quo intelligitur terminatio lineæ ad punctū, sed intensiori modo, vnde cognitio termini ad aliquid, non est nisi illud cognosci, quod potest fieri etiam si sit absens, neque est necesse quod in imagine obiectivè repræsentetur, sicut etiam amor terminatur ad rem amatam, prout in se est, & sicut scientia rosæ ad illam dicitur terminari obiectivè, quamvis non existat neque idolum artificis est aliquid distinctum ab ipso actu, quo rem concipit sic faciendam: latere tamen dicitur res absens cognosci in idolo: nō quia nihil sit obiectum cognitum: sed quia est ratio attingendi rem ipsam, & hoc tantam significat D. Tho. Ad secundum respondeo, non esse omnimodā similitudinem inter productorem rationis æterni & nostri, alibi naturalis ratione possessus devenit in eius cognitionem, vnde est maxima differentia, quia creatura producit verbum ex imperfectione & indigentia, eam enim non sit purus actus, non sit ipsa intelligit, sed exit de potentia in actum, quæ ratio non habet locum in Deo purissimo actu, quia suū esse est suum intelligere: & ideo in re itan do, non indiget Deus productione ad intelligendum: supposita tamen fide, productionis necessitate in assignamus ex summa perfectione & se-

NOTA.

cunditate diuinæ naturæ: hinc sumitur alia differentia, quod in nobis id quod intelligibiliter producitur, est ipsemet actus, quo intelligimus, in Deo autem, id quod producitur, scilicet verbum, non est actus intelligendi principij, & hinc negat D. Aug. quod pater est sapiens sapientia genita, vnde in nobis, actus ipse intelligendi est productus: & ideo est terminus productionis, & vt sic est verbum in Deo autem actus intelligendi non est productus, cum sit ipsa essentia Dei adæquate: & ideo Filius & Spiritus sanctus intelligunt, licet non producant verbum, quia non intelligunt, per actum productum, sed per actum qui est sua essentia: pater vero & intelligit, & intelligendo producit verbum: vnde si respiciamus modum & necessitatem productionis verbi, in nobis parum iuuat ad intelligentium in diuinis: iuuat autem ipsum, quo ad an est, scilicet sicut nos producimus verbum, ita Deus, sed non eodem modo, sicut ad explicandum quod Deus vult libere, vt timor nostra voluntione, quanuis sit diuersa ratio: similiter hic in omni opinione est diuersa ratio, quia in Deo productio verbi distinguitur realiter à verbo, in nobis autem formaliter tantum: quanuis si sumatur generatio secundum id quod dicit in recto, non distinguitur à verbo, quod sufficeret ad solutionem prædicti argumenti: sed quia generatio includit ex vniuersis connotationem, ratione cuius distinguitur realiter, ideo absolute est dicendum verbum distingui realiter, & ideo dicitur Deus videre res in suo verbo: beatus autem non videt res in suo verbo, quod non distinguitur à sua visione: sed per suum verbum tanquam per suam notitiam, & licet hæc disparitas res sit in nostra sententia, melius tamen per illam, quam per aliam manu ducimur ad perceptionem huius mysterij: si enim verbum tantum re-

quireretur, vt ponit alia opinio, ad faciendum præsens obiectum, tunc pater non produceret verbum, sed res est Theologia in suam locum relegenda.

Ad tertium respondeo, si intelligere sumatur pro qualitate, in qua consistit intellectio, in actu secundo, tunc dicere & intelligere: distinguuntur: si autem sumatur pro actione, qua talis qualitas fit, tunc sunt omnino idem, dicere enim est elicere verbum, sed intelligere illo modo est elicere intellectioem, quæ est formaliter verbum: ergo sunt idem, & hæc est mens D. Tho ibi: antiquando autem dicere sumatur etiam pro intellectu, in actu secundo, & sic attribuitur tribus personis, iuxta illud Genes. Dixit Deus, & facta sunt: & hinc intelligitur verbum esse id quod commune est. Minus probatur à Sco. afferere verbum non produci per intelligere, vt intelligere est, sed pro vt dicere: & dicere esse prius natura quam intelligere: sumit enim proprie intelligere pro solo actu secundo, qui est qualitas, dicere autem pro actione productiua alius, nam in omni potentia cognoscitiua, prius est producere cognitionem, quam cognoscere: ergo, dicere, quod est producere, verbum, est prius natura, quam intelligere. & per ipsum dicere producitur actus intelligendi, ex quo patet in filio & Spiritu sancto reperiri intelligere sine dicere, quia non datur productio intellectioem, sicut in nobis: hinc etiam patet esse maximam differentiam, inter nostrum dicere & diuinum: in nobis enim prius natura est dicere, quam intelligere, at in Deo prius ratio est intelligere quam dicere: quod patet, quia dicere, est producere aliquid, at Deus non producit intellectioem, sicut nos, sed supposita intellectioem, producit verbum, & hoc est dicere, filius autem & Spiritus sanctus non producant verbum, quia supponunt

Ad 3.

Replica.

illud per eandem numero intellectioem à patre productum. Dices ergo eadem ratione, nec beati formant verbum, quia supponunt, iam productum. Respondet, non supponunt productum ab eodem numero, intellectioem propria. Ad quartum responso actionem non esse similem formaliter obiecto, sed terminum actionis: cognitio autem non consistit formaliter in actione, sed principaliter in qualitate, quæ est terminus illius. Ad confirmationem respondeo, potius illud iuuare, quia verbum vocale non est aliud quam vox prolata, id est, non motus, sed terminus immediatus, scilicet qualitas soni existens in aere.

Solutur arg. 2. opin.

Ad argumenta secundæ opinionis respondeo, tantum velle quod intellectus habet in se obiectum, mediante specie, quæ est semen & instrumentum illius: et si hoc etiam obiectum absit: at vero species quæ est in sensu, pendet à præsentia obiecti: ad primum patet ex dictis. Ad confirmationem respondeo, distinctum esse verbum iudicij & compositionis, cum sint distincti actus: iudicium enim representat res ipsas, vt vnitas vel separatas, non verò apprehensio, imò tantò proprius dicitur verbum, quanto iudicium est proprius est locutio, quæ à n apprehensio, de voluntate dictum est conclusione tertia.

Ad 2.

Ad secundum, varias solutiones adhibent, Sor. supra. & Ferra. 1. contra gente: ad assignandam disparitatem quare repugnet dari similitudinem expressam limitari à potentia à qua fit, at species esset adæquata obiecto cum enim possit limitari à potentia, cum sit prior illa: implicat autem dari speciem adæquatam Deo, quia per illam compararetur Deus, alij aut cum Scot. Palu. & Vici iudicant neutram similitudinem implicare de

facto autem non dari speciem impressam Deo quia maior perfectio est videre Deum per essentiam ipsius immediate vnitas: sed hoc pertinet ad primam partem. q. 12. Ad confirmationem respondeo cognoscere Deum in visione tanquam in similitudine, est imperfectè videre: & ideo talis visio non beatificaret, quæ difficultas etiam militat de lumine gloriæ, & forsitan hæc non possent scilicet comprehendere, sed principaliter in qualitate, quæ est terminus illius. Ad confirmationem respondeo illud verbum, licet non sit eiusdem ordinis in essendo cum Deo, est tamen eiusdem ordinis diuini & supernaturalis, sicut lumen gloriæ, vnde licet in gradu essendo magis differat à Deo, quam res corporea, ab spirituali: sed in ratione cognoscibilis & representabilis, non est tanta proportio, & ideo probabiliter dicimus posse eleuari intellectum ad videndum Deum, non verò oculum ad videndum angelum, licet in ratione essendi, magis differat Deus ab intellectu, quam angelus ab oculo: de quo vide ibi solutione ad sextum. Ad aliud potest responderi, verbum representans Deum in esse reali esse finitum, at in esse representatiuo esse infinitum: sed licet hoc verum sit, de quo late M. zamel. i. p. nihilominus videtur petitio principij: attendit enim argumentum, quod ad representandum Deum pure immaterialem, debet esse ita immaterialis similitudo sicut ille: dicere autem sufficit, quod sit ita immaterialis in representando, est dicere, quod sufficit vt representet illum, vt pure immaterialem, & hoc est quod quærebatur, quomodo res non ita immaterialis, potest representare obiectum omnino immaterialem: quare respondeo, quod representans & representatum non debent esse eiusdem ordinis in omnimoda entitate, sed

Ad 3.

Vera solutio au-
thentica

in gradu effecti, si enim obiectum est Deus, sufficit quod similitudo sit ordinis diuini & supernaturalis, falsum autē est qd debeat habere equalē in materialitatem, vt patet in verbo, quod anima format de angelis, vel angelus inferior de superioribus, &c & licet neque in esse intelligibili sit proportio gradualis, sufficit proportio connaturalitatis, & licet respectu obiectorum materialium similitudo debeat esse immaterialior quam obiectum, quia tale obiectum in se est cognoscibile in potentia, & sic in actu secundo, per talem similitudinem: ista tamen non est verum respectu obiectorum, immaterialium, quę in se sunt intelligibilia in actu: angelus enim superior, immaterialior est quam similitudo quę de illo est in inferiori: est enim in intellectu minus in materiali, cui proportionatur, neque illa proportio est necessaria, quę sic instatur, per visionem corpoream non potest videri res incorporea, non tamen valet: ergo per visionem creatam non potest videre res increata, & licet visio Dei ex parte obiecti dicatur infinita: hoc tamen est materialiter & obiectiue. Perfectio autem formalis sumitur, ex modo attingendi, vel representandi, & quia Deus limitatē & finitē cognoscitur, & representatur a creatura: ideo visio vel similitudo non est absolute infinita, licet enim cognoscatur, non tamen infinito modo, & ad hoc sufficit, quod sit alterius ordinis illa visio, vel similitudo: & sic evitatur ea locutio hic fieri solita. Ad quartū respondeo, sensus exteriores formare aliquid proportionale, verbo, prout supra conclusionē tertiā probatum est: datur enim in eis suis terminis, qui tanto magis distat a similitudine formalis rei sentiatę, quanto actio potentię est magis naturalis, idque probat, alij 10 ex Aristotele hic, text. 60.

ubi ait, sentire est simile ac contemplari D. Tho. autem exlicandus est, iuxta id quod dicit, quodlibeto. 8. art. 3. ne hoc potest negari, impossibile enim est quod aliquid agens agat per formam, quam imprimat similitudine illius in effectum, quare autem non dicitur verbum, diximus conclusionē tertiā in fine, & magis dicitur infra, non enim omnibus altiora hęc inuāt.

ARTICVL. IIII.

Vtrum in cognitione singularium datur proprius conceptus, & verbum mentis?

Prima sententia Caiet. 1. p. q. 86. art. 1. inquit, quod quemadmodum de re singulari, non datur propria species, ita neque proprium verbum: fundatur autem hęc sententia in doctrina D. Thom. afferentis, quod de singularibus non datur propria species. Et probatur hęc pars, quia quemadmodum per speciem rei vniuersalis, representatur primo & directē vniuersale, & secundario & indirectē singulare: ita etiam per conceptum rei vniuersalis: potest representari primo vniuersale, & secundario, & indirectē singulare: ergo non datur proprius conceptus illius. Et confirmatur, quia si non obitatur quod non datur propria species rei singularis, datur proprium verbum sequitur inde, quod etiam de rebus in materialibus non habeamus proprias species, sed illas cognoscimus per speciem rei materialis: & quod datur proprius conceptus, & verbum de illis, quod videtur esse impossibile: ergo de singularibus non datur proprius conceptus & verbum.

Oppositam sententiam tenet Ferr. 1, contra gentes, cap. 6. quod scilicet non

1. opinio Caiet. Proba. varic.

non datur propria species rei singularis, & cum hoc quod datur proprius conceptus illius, sed quidem de primo, quantum scilicet ad speciem propriam singularis. 1. Physicorum. q. 1. artic. 3. libere dico quod sentio. Interim tamen 1 independentē ab vtraque sententia: dico quod datur proprium verbum, & conceptus in cognitione rei singularis datur vel non datur propria species intelligibilis illius: conclusio hęc, primō sic probatur, de ratione locutionis est productio verbi: ergo de ratione diuersarū locutionum est productio diuersorū verborum: sed diuersa est locutio, qua loquimur de homine, & de re vniuersali, ab illa qua loquimur de Socrate, & de re singulari: ergo per has locutiones producuntur diuersa verba: ergo de singulari datur proprius conceptus & verbum.

Secundo probatur, de singularibus non solum cognoscimus conuenientiam in ipsa specie & vniuersali, sed etiam cognoscimus distinctionē ipso rum indiuiduorum: ergo licet per verbum rei vniuersalis possit representari illa conuenientia indiuiduorum: non tamen potest representari eorum distinctio & proprietates: ergo necessarium datur proprium verbum in re singulari.

2 Sed 2 dices, nihil potest representari in verbo, quin prius representetur per speciem intelligibilem: ergo si in specie rei vniuersalis representatur illa distinctio singularium: ergo in ipso verbo, rei vniuersalis, potest etiam talis distinctio representari: ergo non habent proprium verbum, sed tantum verbum rei vniuersalis Respondetur quod diuersa est ratio verbi & speciei intelligibilis: nam species intelligibilis representat rem per modum seminis, & virtualiter & vt continet seme fructus, & folia, ita species continet omnes effectus: & sic ver-

rum est, quod species rei vniuersalis continet virtualiter, & inuolute distinctionem illam singulariū, tamen non sequitur ex hoc quod illa representet verbum rei singularis, quia verbum representat rem per modum partis, & in actu & distinctē, & sicut illa distinctio singularium, non potest esse actu in vniuersali: ita neque in illius verbo actu potest representari, vnde necessario debet dari proprius conceptus rei singularis, quod illam representet clarē & distinctē, directē vel indirectē, quia non habet vnde representetur. Ex hoc colligitur solutio rationis positę in principio, quod licet verum sit quod vna & eadem species representet rem vniuersalem directē, & rem singularem indirectē, tamen non sequitur, quod vnum verbum illas sic representet propter rationes traditas, sed necessario debet dari proprium verbum rei singularis: & verum est quod de rebus in materialibus habemus proprios conceptus abstractiuos, licet illas cognoscimus per speciem rei materialis: nam a rebus materialibus abstrahimus imperfectionem, vt esse corporeum, &c. & tunc formamus proprios conceptus de illis, vō proprios, quod dicitur: quia illarum essentiam ignoramus, tamen proprios vt distinguuntur contra conceptus rerum vniuersalium: sed de hoc vide quę capite de specie quaest. 2 diximus.

3 Sed 3 dices ab vna & eadem causa nō possunt produci duo effectus: ergo neque ab vna specie intelligibili duo verba: ergo ab specie rei vniuersalis intelligibili, non potest produci verbum rei singularis. Respondetur, negando consequentiā: nam cum vnitatem causę fiat multiplicitas effectus, & eū vnitatem potest multipliciter habitus vt cū vnitatem habitus sit multiplicitas actus: & ita cū vnitatem speciei potest stare multiplicitas conceptus.

Conclus. Auth.

Probat.

Replica.

Respon.

191

192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300

2A

3 Repli. 2.

21

22

23

ceptuū & verborum: & sic argumen-
tum nihil probat. 4 Sed cōtra Arist.
inquit, quod sensus est singulariū, in-
tellectus vniuersalium: ergo intelle-
ctus non potest habere proprium con-
ceptum rei singularis, neque verbum.
Secundo etiam, quia intellectus ab-
strahit ab hic & nunc, quæ concernit
ipsum singulare: ergo intellectus non
potest habere proprium verbum rei
singularis.

Solutio -
tor arg.
contrar.
Ad. 1.
Ad. 2.

Ad primum responderetur, qd Arist.
hic sic debet intelligi, quod sensus per-
cipit directe singularia, & intellectus
percipit directe vniuersalia: non ta-
men negauit, quod non detur propriū
verbum rei singularis.

Ad secundum responderetur, quod
sensus illius propositionis, quam cō-
munitur aliqui solent adducere, scilicet
quod intellectus abstrahit ab hic
& nunc, quæ concernit singularia:
sensus inquam verus illius est quod
non abstrahit à loco & tempore, id est
quod est quædam potentia organica,
quæ subiectatur in parte corporea,
vt usus & auditus, & reliqui sensus,
at verò quod intellectus abstrahit à
loco & tempore, id est, non est potē-
tia organica, quæ subiectatur in parte
corporis, sed est quædam potentia in-
tellectualis, quæ subiectatur in ani-
ma, & hoc est abstrahere ab hic, &
nunc & non aliter,

ARTICVL. V.

*Verum per actum appetitus, sam
rationalis quam sensitui, pro-
ducatur aliquis terminus?*

Explic.
tur cit,

Diximus 1 quod per omnes
cognitiones producitur termi-
nus, vnde merito querimus,
an per omnes appetitiones ap-

petitus sensitui & rationalis produ-
catur terminus, & diximus termi-
num, & non verbum, quia producere
verbum, tantum est illius potentie,
quæ cognoscit per similitudinem ob-
iecti, tanquam per principium, qua-
lis est potentia rationalis, seu intelle-
ctus: at verò voluntas & appetitus
sensituius, non producant appetitio-
nem, per aliquam similitudinem ob-
iectorum, atque ita per illas appeti-
tiones non querimus, an produca-
tur verbum, sed terminum.

Quidam 2 respondent huic du-
bitationi dicentes, quod per appeti-
tiones sensitui appetitus & rationalis,
producitur terminus, quod pro-
bant, quia per affectiones tristitie
& gaudij, producuntur quædam qua-
litates, vt calor & aliz, atque ita
colligebant, quod per appetitionem
producitur terminus. Hæc tamen ra-
tio est nulla, quia alteratio, tristitie,
& gaudij, est verè actio: ergo non
producitur per illam actionem, &
per consequens, non producitur per
appetitionem, quia vt dicit Aristot.
5. Phyl. & nos supra capite de actio-
ne, artic. 1. actionis nō est actio, quia
daretur processus in infinitum: imò
color & rubedo, & aliz proprietates
potius sunt termini alterationis, quam
appetitionis. Nam hoc quod est,
quod facies afficiatur rubore, proce-
dit ex diffusionē sanguinis per venas
potius quam ex gaudio.

Primo probant hanc conclusionem
aliqui, videlicet quod per appetitio-
nem producatur terminus hæc ratio-
ne, quia appetitiones specificantur
per sua obiecta: ergo per illas appeti-
tiones producitur terminus, sed hæc
ratio est nulla 3 quia etiam poten-
tia specificat suum obiectum, & ta-
men non producit illud 4 sed solum
ratio quæ probat hanc conclusio-
nem, quam nos sequimur, est quam
nos antea diximus, videlicet quæli-
ber

Opin. al
firma

3
Probatur
cōcl.
ex alio-
rū placi-
tis, & in
pugna-
tur ratio

4
Ratio
p̄cipua
conclus.

Probatio
D.
Thom.

bet actio immanēs est verè actio produ-
ctiua termini, sed appetitiones sunt
verè actiones immanentes: ergo sunt
productiua termini.

Hanc verò conclusionem probat
D. T. 1. p. q. 27. art. 3. & q. 37. ar. 1. sic, si-
cut per intellectus, producitur termi-
nus, medio quo res intellecta est,
in intelligente, ita per actionem vo-
luntatis producitur terminus, quo
medio amans est in amato: nam vo-
luntas non trahit ad se rem, sicut intel-
lectus: sed trahitur à bonitate, quæ est
in re, sequitur ergo ex. D. T. de verita-
te. q. 4. quod cum dicit, quod termi-
nus per intellectum productus: est
quædam qualitas: at vero terminus
per appetitionē productus, est actio,
nam ibi. D. Thom. noluit significare,
quod terminus productus per volun-
tatem, sit verè actio, de prædicamen-
to actionis: sed (vt optime declara-
uit Caietan. 1. par. quæst. 27. art. 3. hæc
ratio debet intelligi. D. Tho. q. produ-
citur per voluntatē amor, qui quidē
aliquid, est actio, licet sit vere qua-
litas, in quantum explicatur per actio-
nem: amor enim productus per volū-
tatem, nihil aliud est quam quædam
propensio, & inclinatio voluntatis, in
bonitatem rei amate: hæc autem nō
est verè actio, sed qualitas, licet expli-
cetur per actionem: ita etiam tenent
Capreol. in 1. dist. 27. q. 1. & Canz. 1.
6. q. 27. art. 1. disputa. 6. dubio. 6. & con-
firmant, quia aliis nō producere-
tur terminus per appetitionem nostræ
voluntatis, nulla esset analogia, qua
Sancti ostendunt diuinam processio-
nem personæ Spiritus sancti, per vo-
luntatem diuinā: sed de hoc in Theo-
logia, & supra articulo. 3. magis di-
ctum est.

Sed 5 dices, per quid proprie ex-
plicatur, ille terminus voluntate pro-
ductus: Respond. vt inquit D. Thom.
quod nullo alio nomine potest expli-
cari melius, quam hoc nomine pon-

5
Repli. 1.
Respon.

du: nam quemadmodum grauitas est
pondus lapidis, & aliz conditiones, vt
per illam grauitatem lapidis, incline-
tur ad descendendum deorsum, vsq;
ad centrum suum, vbi quiescit: pari ra-
tione voluntas, per suam voluntatem
producit quendam terminum, medio
quo voluntas trahitur, ad rem amatā,
& ibi quiescit. Illa vero quies in vo-
luntate dicitur gaudium: licet in alijs
rebus solum dicatur quies, & hinc est
quod dicitur cōmuniter, quod Deus
est centrum Beatorum, id est finis, in
quo quiescit intellectus Beatorum,
& in quo habet gaudium.

Sed 6 dicit aliquis, primo con-
tra hoc, in hoc soler statui differen-
tia, inter voluntatem & intellectum,
videlicet quod intellectus trahit ad se
rem: voluntas verò non trahit ad se
rem, sed trahitur à bonitate rei, ergo
in volitione voluntatis, non produci-
tur terminus, medio quo, voluntas fe-
ratur in obiectum amatum. Ad hoc
responderetur, quod in hoc stat diffie-
rentia, inter intellectum & volun-
tatem, quod intellectus trahit ad se
rem, educendo species & similitudi-
nes rerum ex ipsis rebus, atque ita
intellectus, dicitur trahere ad se res:
quemadmodum ille qui trahit ima-
ginem Cæsaris dicitur trahere Cæsa-
rem: at verò voluntas, e contra non
trahit ad se, sed ipsa trahitur à rebus
per quendam metaphoram, quod est
dicere inclinatio ad ipsas res, sed
ex hoc non sequitur, quod volun-
tas non producat in sua volitione,
& appetitione terminum, quo fer-
tur in res amatas. Producit enim
amorem, seu propensionem quandā,
seu pondus, medio quo fertur volun-
tas in res amatas: sed quemadmo-
dum intellectus, producit intellectio-
nē, quæ quidē intellectio, habet duo
quod sit productio verbi, & quod sit
manifestatio medio verbo, à qua
intellectione res dicitur intellecta
& ma;

6
Repli. 2

Respon.

& manifestata, pari ratione appetitio, quæ est actio voluntatis, est productio amoris qui est terminus, & est appetitio rei medio illo amore, à qua appetitione res denominatur appetita & amata.

Vlt. cōcl.

Dico vltimo in hac re, hoc quod est dictum de appetitu rationali, dicitur etiam de appetitu sensitivo, solum est differentia, quod appetitus rationalis, id est, voluntas fertur ad obiectum cognitum per intellectum: at vero appetitus sensitivus fertur ad obiectum sensatum per sensum.

ARTICVL. VI. & vltimus.

Virum per actus sensuum exteriorum, producat aliquis terminus.

Opi. Canar. Ca. ietan. & Ferr.

Anariens Caiet. & Ferr. asserunt quod in sensatione non produciatur aliquis terminus. Probat, quia ex eo dictum est poni verbum in intellectione, quia est terminus intellectione, & vt obiectum sit intime præsens: in sensatione autem sensuum exteriorum, obiectum est intime præsens: ergo ibi non est ponendus aliquis terminus. ¹ Hæc tamen ratio est nulla, quia vt dictum est ratio quare, ponitur in intellectione verbum, est vt terminet intrinsece illam intellectiōnem, atque ita in beatis, respectu cognitionis diuinæ essentia dicitur dari verbum, in veriori sententia, vt dicit M. zumel. 1. par. q. 27. & in intellectiōne, quæ angelus cognoscit suam essentia. Nam licet obiecta sint intime præsentia, tamen necessarium est verbum, vt terminet intrinsece intellectiōnem: ergo licet in sensatione sensuum exteriorum, obiectum sit intime præsens, cum hoc tamen neces-

Impug. ratio istorum auctorum.

sarius est terminus, vt terminet intrinsece sensationem: & hæc sit potissima ratio & probatio assertiōnis, quæ asserimus, ² quod in omni sensatione sensuum exteriorum produciatur terminus. Et probatur in omni actione immo arête, dictum, est quod produciatur terminus, sed sensatio sensuum exteriorum est actio immanens: ergo produciatur per illam terminus.

Concl. respō.

Sed vt hoc melius intelligatur, aduertendum est, quod in visione. V. g. quæ ego video colorem, est terminus, videlicet species quædam expressa coloris, terminans meam visionem, & etiam est alia species intentionalis, quæ constituit visum in actu primo, & per modum sensus, ex qua produciatur visio, quæ terminatur ad speciem quædam coloris quæ terminat actionem visus, & repræsentat colorem per modum prolis, & in actu secundo, quem ad modum dictum est de verbo mentis.

Explic. concl.

Sed probatur in particulari nostra conclusio videlicet, quod per sensationem producat species expressa coloris. V. g. & probatur primo de sensu auditus, obiectum auditus, quod est sonus, aliquando non pertingit ipsam auditum, sed manet in aliqua distantia medijs, ex qua mittit species ad auditum, tunc sic: finita verberatione quæ illius sonus est causa, finitur etiam sonus, & desinit esse in rerum natura, & tamen illa species recipitur finito sonu in auditu: ergo auditus percipiēdo huiusmodi sonum, producit aliquam speciem expressam illius, quæ terminet ipsam auditionem, quia obiectum non est præsens: ergo per auditionem produciatur terminus. Et probatur, etiam de sensu visus: potest Deus de sua potētia absoluta infundere speciem coloris in oculo, sine præsentia ipsius coloris, quia productio speciei intentionalis, & cuiuslibet alterius speciei, ab obiecto, tantum est causalitas causæ efficientis, & certum est, quod Deus

Probat. tut cōcl. 2. discurrendo per esse sensus.

Deus potest supplere vicem causæ efficientis, absque ipsa causa (vt late probat. 2. Phys. quæst. 3.) imo de facto Deus causat & infundit in angelis species intelligibiles, quæ non causantur à suo obiecto: tū sic: Deus potest infundere in oculo speciem coloris: ergo tunc visus producat visionem: & illa visio terminabitur ad speciem expressam coloris, vt patet, quia non est color præsens, qui terminet illam visionem, ergo.

3. Repl. c.

Quod ³ si dicas, licet color non sit præsens, realiter est tamen color in specie illa coloris, & hoc sufficit: sed responsio nulla est, & probatur, nam inde sequeretur, quod in nostro intellectu, etiam in cognitione abstractiua, non produceretur verbū: quia obiectum quod cognoscitur abstractiue est præsens in specie intelligibili, hoc autem est falsum, & non conceditur ab authoribus contraria opinionis, ergo. Tum secundo probatur, illa species intentionalis, quæ causatur à Deo, non sufficit ad terminandam visionem: ergo ponenda est illa species expressa coloris illius, quæ quidem species, terminet illam visionem, propter absentiam obiecti: consequentia tenet, antequam deus probatur: nam illa species quæ causatur à Deo in oculo, tantum constituit oculum in actu primo, & in habitu, ergo non potest illa species terminare visionem: sed danda est alia species expressa, quæ repræsentet colorem in actu secundo, & per modum prolis.

4. Impug. natur solutio 2. auctorum.

Quod ⁴ si dicas verū est, quod in casibus adactis danda est species expressa coloris, quæ terminet visionem, non tamen hoc est verum, quod obiectum potentia visus est intime præsens: sed hæc solutio est nulla: nam oculus medijs specie intentionali coloris, est agens naturale: ergo debet necessario agere: ergo si temel admittimus quod absente obiecto oculus, media spe-

cie producat visionem, quæ terminatur ad speciem expressam coloris, veniente ipso obiecto, etiā produceret eandem speciem expressam coloris, nam agens naturale, sicut visus, si non impediatur necessario, debet agere: ergo cū ante aduentū obiecti oculus qui est passivus, non impediatur, veniente ipso obiecto, etiā non impeditur, quia obiectum est extrinsecū respectu oculi: ergo non potest oculū impedire: ergo quem ad modū, ante obiecti aduentum, oculus producit speciem expressam: etiam veniente ipso colore, cum non impediatur passivus, producit oculus speciem expressam, in se ipsius coloris. Tum etiam probatur sic conclusio, quia vt patet ex Arist. 3. de anima cap. 4. quando excellens sensibile sentitur ipso absente relinquit in aliquo tempore species sui in illo sensu, vt cū videtur sol absente illo in aliquo tempore manent species illius in oculo: ergo tunc oculus per illam speciem produceret visionem, quæ quidem cum non sit obiectum, debet terminari ad speciem expressam ipsius obiecti: id etiam fatetur D. August. 1. de Trin. c. 1. vbi dicit aspicientibus nobis fixe per fenestrarum cancellos, aliquo tempore manent species illorum, quæ tūc videmus, etiā si aliquo tempore, scilicet pro illo quo manent species non videamus res.

Tandem probatur cōcl.

2. concl.

Est secunda conclusio in sensatione sensuum interiorum produciatur terminus. In hac conclusione non est tanta dissensio Thomistarū, quemadmodum in præcedenti: quia cum in sensatione fere omnium sensuum interiorum obiectū possit esse absens necessario illa sensatio terminabitur ad speciem expressam ipsius sensati obiecti. Sed probatur conclusio in vniuersali, quod etiam si obiectum sit præsens, sit terminus sensationis internæ species expressa, quæ constituit sensum illum in actu secundo (vt diximus de

Prob.

de illis sensationibus) quælibet actio immanens est via, & fieri ad suum factum esse, & ad suum terminum intrinsecum, ergo cum sensatio interna sit actio immanens necessario sequitur, quod debet terminari per speciem expressam, tanquam per terminum, & etiam si obiectum sit præsens debet produci terminus, qui sit species expressa: & probatur illo argumento, quo probata fuit superior conclusio, nam si tibi, quod per speciem alicuius imaginabilis absentis, imaginatiua producat speciem expressam illius imaginabilis, & postea adueniat obiectum, cum illud obiectum nihil faciat, semper manebit, & iam illo manente est species expressa sui: ergo in sensatione sensuum interiorum producit terminus: & hæc ratio etiam in

& ita ratio sensus interni non est verè loquutio, & per consequens eius terminus non erit verbum.

Sed 6 dices, quemadmodum potentia loquutiua participat potentia rationalis participatiue, quia subiacet imperio voluntatis & rationis, pariter dicendum est, quod potentia imaginatiua est potentia rationalis participatiue, quia est in eodem supposito cum potentia rationali, & habet aliquas perfectiones in quantum subijcitur, & est coniuncta potentie rationali, videlicet formare species singulares, & alia: ergo licet potentia imaginatiua, prout est in brutis non sit rationalis, participatiue tamen prout est in homine erit rationalis, sicut appetitus sensitius, prout est in brutis, est potentia omnino irrationalis, sed prout coniungitur in eodem supposito cum potentia rationali est rationalis participatiue, & habet habitus virtutum, vt fortitudinem & temperantiã: ad hoc responderetur concedendo id quod petit, videlicet potentia imaginatiua, sicut omnes alij sensus interni, prout sunt in homine, sunt potentie rationales participatiue: atque ita actiones earum sunt verè loquutiones, prout imperantur à ratione, & in illarum actiones, vt sic sunt verba mentis, sed cum dicimus, quod per actum imaginatiua non producit verbum, loquimur de imaginatione, prout est in brutis, vel prout est communis nobis & illis, prout abstracta, non tamen, prout coniungitur & subijcitur rationi.

Sed 7 dices sequitur, ergo, quod per omnes actiones sensuum exteriorum producat verbum, quia etiam sensus externi coniunguntur rationi in eodem supposito, & illi subijciuntur: ergo quemadmodum potentie loquutiue & sensuum interiorum sunt loquutiones, ita & actus sensuum exteriorum. Responderetur, disparere esse

Repli.

7 Repli.

ratione: primū, quia sensus externi non coniunguntur ita rationi, sicut sensus interni & præcipue imaginatio, cū, propter magnā connexionem cum ratione, habeat aliquas perfectiones, quas non habent sensus externi, vt docet D. Th. videlicet hoc quod est facere propositiones: secūdo, quia sensus externi licet indirectè subijciantur rationi in applicatione obiecti: directè tamē non subijciuntur: nā licet vilis in hoc quod est quod palpebræ aperiantur, dependeat ab imperio voluntatis, & in applicatione obiecti: tamen applicato semel obiecto, & si voluntas nolit, intuetur visus obiectū, sicut potentia nutritiua, que omnino est naturalis, aliquo modo in directè, subijcitur imperio voluntatis, in hoc quod est quod applicentur cibi per aliquem motum localem, tamen semel applicato cibo, etiā si voluntas nolit illa potentia, diceretur nutrire, de quo magis lib. de generatione & anima, Deo dante dicemus.

ta, & cum ipso conuertibilis? secundū quid sit veritas formalis? Tertiu, si reperitur in iudicio intellectus? quartū, si fiat per operationē reflexam intellectus? quintū, si verū sit obiectū intellectus: sextum, si in sensibus, reperitur veritas: vbi alie difficultates appendices declarantur, & nonnulla de falsitate, veritati, contraria dicuntur. Fateor quod sit difficilis tractatus, sed nō possum negare, quod sit etiā multū utilis, ne dicam necessarius, omnibus qui scientiam aliquā scire cupiunt.

ARTICVLVS. I.

Quid sit veritas transcendēsalis?

Prima opinio tenet esse denominationem extrinsecam ab actu intellectus: ita Caieta. 1. p. q. 16. art. 6. probatur primo, quia si nullus esset intellectus, nulla esset res vera, vt dicit S. Tho. de veritate. q. 1. ar. 4. sicut si nulla esset sanitas animalis, nulla medicina sana diceretur, ergo solum res dicitur vera extrinsece, ab intellectu: Secundo, veritas est quædam conformitas: ergo res dicuntur veræ, ab aliqua conformitate, ergo, vel à conformitate rei, eiusdem ad seipsam: & hoc non, quia talis conformitas nulla est in re, cum in re non sit distinctio eiusdem, ad seipsam, vel ista conformitas attenditur in ordine ad intellectū, & isto modo res non est vera, quia conformatur intellectui, sed potius ex eo quod res est, vel non est, intellectus est verus, vel falsus: ergo dicitur vera, quia illi intellectus conformatur: ergo solum extrinseca denominatione: Tertio, falsitas nō reperitur formaliter in rebus, nec est aliquid in illis: ergo nec veritas: patet consequentia quia contraria sunt circa idem: antecedens vero probatur, quia omnis res per essentiam suam est

3: A

1. opinio in hoc Proba. 1.

Arg. 3.

Arg. 5.

QVÆSTIO II. Seu tractatus de veritate, quem etiā tēpori damus.

Disponitur trac.

Consequenter, postquam secundum dictum seu conclusionem Aristot. explicuimus in præcedenti tractatu, vt eiusdem quartam conclusionem & vltimam elucidemus, in qua docet, propositiones veras esse vel falsas, non simplices voces, cuius rationem in annotationibus literalibus ad caput reddidimus: de modo quo veritas ipsa producit, & quid ipsa sit, inuestigare oportet. Cū autē veritas duplex sit transcendentalis & formalis, de illis agendū, in præfenti tractatu, sex sunt examinanda: primū, quid sit veritas transcendentalis, quæ est passio entis ab eo origina-

Arg 4.

vera, dicitur vero falsa, quia potest falso cognosci, vt auriscalcum, dicitur factum aurum, quia non ponit aliquid in illo. Quarto esse verum ens, nihil aliud significat, quam non esse ens fictum, & reputatū tale, & hoc quidem est esse eas reale, ergo esse ens verum, & esse eas reale, secundū absolutū, omnia idem sunt: ergo verum nihil intrinsecū addit reale supra eas: confirmatur esse verum, est habere propriam auri naturam, a esse verū aurum, nihil aliud dicit absolutum, quam habere eandem naturam auri: ergo, & c.

1. concl.

Prima conclusio esse verum addit in re aliquid in ordine ad intellectū. Probat, nam verum primo reperitur in cognitione & in alijs per respectum ad illam, vnde quādo aliqua res dicitur vera significatur, quod illa res est talis, & quod est intelligibilis, vt talis, ita vt intellectus intelligens illam, vt talem erit verus, vnde quādo dico hanc esse veram sententiam auri, illa dicitur esse vera, quia est principium essendi, vera autem, quia est verē intelligibilis, vt propria essentia auri. Aliam differentiam assignat D. Tho. 1. par. 16. primo, ait enim quod intellectus diuinus, non est verus, quia conformatur se rebus: sed potius illae sunt verae, quia conformantur intellectui diuino: quia est principium & mensura earum: at intellectus creatus non est mensura rerum, & ideo res non dicitur vera: quia illi conformantur, sed potius quia sunt aptae ad verificandum intellectū, seu ad causandam obiectiue veram cognitionem sui in intellectu: sed hoc habet difficultatem, nam si res secundum essentias suas considerentur: non ideo sunt verae tales, quia conformantur intellectui diuino, vt homo, non ideo essentialiter est veram animal, quia conformatur ideę diuinae, sed potius, quia hęc est essen-

Alius modus explicandi D. T. veritatis

tia hominis, ideo vt talis cognoscitur à Deo, & ita Deus cognoscendo essentias rerum conformatur illis: & ideo est verus: aliās posset Deus essentia alio modo cognouisse, & ita alia essentialia, quod si id non posuit, ideo est, quia illae non poterant esse alia. 3. Nihilominus hęc differentia optima est considerando res, in quantum sunt effectus Dei, intellectus enim diuinus non mensuratur tempore, nec per aliquid extrinsecum à quo recipiat cognitionem, nam quod Deus, in cognoscendo, conformetur essentia rerum, non est mensurari per extrinsecum quid, quia ipsae essentiae, antequam res fierent, non habebat actu esse reale, nisi virtute, in essentia Dei: & ita Deum conformari rebus secundum essentias, est conformari essentiae suae, in quantum eminenter continet essentias rerum: at vero res existentes, quae sunt effectus Dei dicuntur verae, in quantum conformantur exemplaribus diuinis, à quibus causantur: & hoc modo intellectus diuinus est mensura veritatis creatae: at respectu intellectus humani non sic se habent res naturales, quia non ab illo mensurantur, sed potius mensurant cognitionem illius: secus vero est de artificialibus, quae conformari debent ideae ipsius artificis.

Sed 4. cōtra, vt cognoscatur veritas rei non est necessē cognoscere exemplaria diuina, ergo non dicitur res vera: quia illi conformatur. Respondeo veritatem intrinsecam rei posse cognosci per sola principia intrinseca sine ordine ad intellectum diuinum, si tamen res perfecte comprehendantur, secundum omnes suas causas, debet cognosci per exemplarem causam.

Sed 5. cōtra, Deus non dicitur verus, per ordinē ad exemplaria cum illa non habeat, ergo. Respondeo, creaturae dicuntur

3. Explicatur & defenditur D. Tho.

4. Repl. 1.

5. Repl. 3.

2. concl.

Proba. multipl.

6. Proba. 1. concl. aduertenda.

dicuntur entia vera, & in ratione signi & in ratione effectus, & huiusmodi ratio veritatis, non est passio conuertibilis cum ente, neque addit supra entitatem, nisi relationem, vel signi, vel effectus, & huiusmodi veritas, non reperitur in Deo, quia dicitur imperfectio: alio modo dicuntur verae, quia de se sunt intelligibiles, tanquam vera entia: & hęc est ratio veritatis transcendentalis conuertibilis cum ente, quae conuenit etiam ipsi Deo.

Secunda conclusio, veritas transcendentalis est ratio realis intrinsecē existens in qualibet re: probatur, quia est passio entis realis: sed omnis passio dicit aliquid reale, vt supra probatum est, & non est solum denominatione extrinseca, quia hęc non est passio entis realis, licet res dicatur vera per denominationem extrinsecam ab actu intellectus, vt diximus quae 1. At verō ratio qua res apta est, ad talem denominationem, quae est veritas transcendentalis non est denominatio extrinseca: sed ratio intrinsece denominans: sicut licet patierem esse visum, dicat tantum denominationem extrinsecam à visione: at ratio, per quam est visibilis, scilicet color, aliquid reale & intrinsecum est in illo. Secundo, rationem esse veram transcendentaliter, nihil aliud est quam esse intelligibilem, vt talem, sed esse intelligibilem, realiter, & non fictitiū vt entia rationis) est aliquid intrinsecum rei, & non solum denominatio extrinseca: ergo. Probat minor, quia vnaquaeque res habet ex propria entitate sua, quod sit intelligibilis, aliās non esset magis intelligibilis: quam res ficta, nec res perfectioris entitatis esset magis intelligibilis. Tandem à quo sumitur illa denominatio? dicitur à potentia, quae post intelligere: contra, si per impossibile nullus esset à parte rei intellectus, dummodo non esset impossibi-

le dare intellectum, nihilominus res essent intelligibiles, sicut licet nullus esset visus, omnes colores essent visibiles: dices quod tunc denominarentur res intelligibiles, non ab intellectu actu existente, sed à possibili: sed contra, si res actu est talis, actu debet esse forma, à qua denominatur talis. Tertiō, obiectum est prius potentia cum potentia, specificetur ab illo: ergo non ideo res est obiectum visibile (potentiae. V.g. visu) quia potest illam videre: sed potius quia erant res visibiles: ideo necessaria fuit potentia potens illas videre, sicut e contra, quia sonus. V.g. non est visibilis, de se, ideo non fuit visibilis, à potentia visiva, simile est de intelligibili & intellectu, ergo rem esse intelligibilem non est de nominatio extrinseca à potentia: sed aptitudo aliqua intrinseca rei, & rursus rem esse veram, nihil aliud est, quam esse aptam, vt obiciatur intellectui verē cognoscenti illam, quod non est aliud quam esse intelligibilem: sicut ergo res non est intelligibilis per denominationem extrinsecam, ita nec vera. Quarto, Deus ab aeterno est verus, & non per denominationem extrinsecam: ergo per veritatem sibi intrinsecam. Minor probatur, nam vel illa denominatio sumeretur ab aliquo extra Deum & hoc non: quia extra Deum nihil erat, vel ab aliquo intra Deum, scilicet ex eius cognitione, & hoc non, quia esse cognitum, vt sic, nihil ponit in Deo: at verō esse verum Deum ponit aliquid: & ideo dum cognoscitur, vt verus Deus, est verus in sua cognitione, quia ita est à parte rei: ergo esse verum Deum non est quod cognoscatur, vt talis: si autem esse verum, sit esse cognoscibilem: iam hoc probatum est esse: quid intrinsecum.

Tertia conclusio, veritas transcendens

Prob. 3.

Prob. 4.

3. concl.

cedentia est ratio realis & absoluta distincta ex natura rei ab essentia entis. Probatur, nam veritas transcendentalis (ut explicatio est) est aptitudo intrinseca, quam res habet, ut intelligi possit: hæc autem aptitudo est distincta à natura rei ab ipso ente, cum sit passio illius: ergo. Item quia de ratione entis, tantum est aptitudo ad essendum, aptitudo verò ut obijciatur intellectus est extra rationem illius partis: præterea quia aptitudo, quam habet color ut videatur, est ratio formaliter distincta ab ipso colore, & ita color ut sic, ad primam speciem qualitatis pertinet: at verò in quantum visibilis ad tertiam, & ex hoc etiam probatur, quod hæc veritas non sit relatio, sed quid absolutum, sicut mobilitas. Præterea, quia ita se habet intelligibile ad intellectum, sicut scibile ad scientiam, sed scibile non dicit relationem, secundum esse ad scientiam: ergo. Tandem si nullus esset actu intellectus, adhuc res verè essent intelligibiles, & tamen non haberet tunc relationem realem secundum esse: ergo: & hoc etiam probant rationes, quibus sequenti quaestione, idem probabimus de veritate formali.

Soluuntur Arg. contrar. Ad. 1.

Ad argumenta primæ opinionis, ad primum respondeo, si nullus esset intellectus, dum tamen esset possibilis, res, dicerentur verè transcendentaliter: & intelligibiles: sed contra, si non esset possibilis intellectus res non esset vera nec intelligibilis: ergo est talis per denominationem extrinsecam. Respondeo negando consequentiam, sicut si esset impossibile dari res intelligibiles, esset impossibile dari intellectum, sed non ideo intellectus est talis per denominationem extrinsecam, illud enim prouenit ex mutua dependentia obiecti & potentie, saltem secundum esse possibile, quam uis vnum ab alio non denominetur tale.

Ad secundum respondeo, rem non dici veram ex actuali conformitate ad intellectum, sed ex aptitudine intrinseca, quam habet ut verè percipi possit ab intellectu.

Ad tertium respondeo, falsitas proprie non reperitur in rebus sicut nec veritas formalis, non tamen res dicitur falsa propter solam extrinsecam denominationem, sed propter apparentiam aliquam, cum reuera: quæ apparentia fundatur in aliqua similitudine: ut plumbum non dicitur falsum aurum, quia nullam habet similitudinem cum illo, aurum autem dicitur falsum aurum, propter apparentiam & similitudinem veri auri, quæ similitudo intrinsece est in ipso aurum: tamen illa apparentia non est formalis falsitas: sed dicitur falsitas in ordine ad falsitatem mentis, quæ in illa solet fundari, & ita fere eadem est ratio de veritate & falsitate: differunt tamen, quia falsitas non consequitur intrinsece ens, sicut veritas: nam vna quæque res habet suum esse reale, per quod est intelligibilis: sed inducere potest in intellectu veram sui cognitionem: at verò res non habent ex se, quod sint inductiua falsæ cognitionis, sed id prouenit in quibusdam, propter quædam apparentiam.

Veritas & falsitas quomodo opponantur.

Ex ijs colligitur quomodo verum & falsum opponantur: si enim sumantur ut sunt in intellectu formaliter opponuntur contrariè, si ut obiectiue denominat res conceptas, sic possunt opponi contradictoriè, ut in ijs propositionibus, Petrus est animal, Petrus non est animal, assensus illarum opponuntur contrariè, ipsa tamen obiecta quæ denominantur vera vel falsa ab illis, opponuntur contradictoriè: & ideo inter illos assensus potest dari medium, scilicet per abnegationem vtriusque, tamen inter hæc obiecta non potest dari medium: & hoc est quod Aristoteles dixit in hoc capite, oppositiones

tiones contradictoriarum esse contrarias: veritas verò & falsitas, ut sunt in rebus, opponuntur ut diuisa, & repugnantes conditiones entis.

A. 1. 4.

Ad quartum respondeo, optimè concludit si sumatur verum, sine villo ordine ad intellectum: at verò intelligibile dicitur aliam rationem supra ens, ut probatum est.

ARTICVLVS. II.

Quid sit veritas formalis?

1. opin. Duran.

Prima opinio tenet esse relationem rationis, qua res ut cognita dicitur conformis sibi ipsi, in quantum existens est ita Durand. 1. distin. 29. quæ. 5. Herb. Quodlib. 4. q. 1. Sonzina. 6. Metaphysic. quæst. 15. Gabel. & Fland. quæst. 23. Sandu. q. 2. idem videtur tenere alij. 4. Metaphysic. ca. 2. quæst. 6. sectione. 2. scilicet esse relationem rationis. Probatur verò ex Aristotele, qui. 1. Metaphysic. text. 8. distinguit ens reale entis, ut significat veritatem, & hoc vocat ens in anima, quod ideo rejicit à consideratione Metaphysica: ergo supponit esse ens rationis. Secundo, tunc dicitur iudicium verum, quando per illud est cognita res, sicut est in se, ergo est relatio conformitatis rei, in esse cogito, ad se ipsam in esse reali, sed esse cognitum, non est aliquid reale in intellectu, neque in iudicio, sed ens rationis: ergo. Tertio, veritas non est in intellectu ratione alicuius, quod est in ipso subiectiue: ergo ratione eius quod est obiectiue, antecedens patet, quia non est ratione speciei, species enim non est actualis conformitas, neque etiam ratione cognitionis, quia veritas significatur per vocem: vox autem non significat actum cognoscendi, sed obiectum: er

Fonsec.

1. Prob. 1.

Arg. 2.

Arg. 3.

go solam est ratione obiecti. Secunda opinio tenet veritatem formaliter, esse relationem existentem in intellectu, scilicet, conformitatem ad rem cognitam. Probatur primo, veritas habet totum suum esse, in ordine ad aliud quando alio corrupto vel mutato ipsum necessario corrumpitur vel mutatur: sed talis est veritas: ergo, minor hæc patet: quia hoc iudicium, Petrus sedet, sine sui mutatione per solam mutationem rei, deperdit vel acquirit veritatem: ergo confirmatur, veritas ut distincta ab actu, non dicitur id quod ordinatur, vel est conformis ad aliud: ergo dicitur præcillum ordinem & conformitatem, ergo non est quid absolutum: maior patet, quia actus est qui ordinatur: at veritas est tantum id, quo ordinatur, & conformatur: ergo &c. Secundo: nihil absolutum potest de nouo produci, nisi per actionem: sed veritas potest de nouo esse sine eo, quod aliquid agatur in intellectu: ergo non est quid absolutum: maior patet, quia ad absolutum, præsertim ad qualitatem, est per se motus: minor probatur, cum iudico Petrum sedere, si ille non sedeat, iudicium est falsum: per hoc autem quod sedeat: incipit esse verum: tunc sic, per hoc quod ille sedeat, nulla est actio de nouo: ergo probatur hoc, quia nec ipsa res à dextra agit in intellectu, suppono enim ipsam esse distantissimam nec intellectus aliquid agit de nouo, suppono enim me ignorare an sedeat, vel non ergo veritas huius iudicij, Petrus sedet, ponitur & totaliter, sine aliqua actione: ergo non est quid absolutum. Tertia opinio potest esse veritatem formalem, nec dicere aliquid reale. Superadditū, ipsi iudicio, nec dicere relationem rationis: sed esse à parte rei denominationem resultantem ex vtriusque extremi coaptatione, ita ut veritas nihil aliud sit,

Suade. 1.

Arg. 2.

quam me istud dicere, connotando extrinsece, quod ita est, eo modo, quo Duran. 1. distict. 30. q. 1. numero 17. intelligit duas albedines esse similes à parte rei, sine relatione superaddita: sed hoc album dici simile, alteri, quia istud est album, & illud etiam, hoc modo hoc nomen simile, vel album nihil aliud significat, quam pro materiali id in quo fundatur, proportio vel conformitas: pro forma-li autem significat, quod tale est, etiam aliud extremum. Hęc sententia probatur ratione, quia optime omnia defendit sine multiplicatione entitatum, & habet maximum fundamentum in Aristotele, qui capite, de substantia ait, orationem vel opinionem non mutari ex eo, quod transeat de vera in falsam, sicut mutatur homo, ex eo quod transeat de bono in malum, vel de calido in frigidum, & infra ait orationem, vel opinionem iudicij, non mutari de vera in falsam, per hoc quod aliquid recipiatur in ipsa, sed quia mutatio & passio, facta est in ipsa re, ex cuius esse, vel non esse, propositio dicitur vera vel falsa: & ita Sor. explicat ita Aristot. iuxta sensum huius opinionis: quod autem dentur denominationes, quę nec sint proprię entia realia, nec rationis late probauimus, in prædicamentis, & hoc est receptissimum apud authores, & apud D. Tho. qui in 1. dist. 3. quęst. 1. artic. 1. exemplificat in agente, quod denominatur ab actione, quę est extra ipsum. Idem ibi ad secundum, & dist. 4. q. 1. artic. 1. idem ponit in reatiuis non mutuis, vbi ait: alterum extremum denominari à relatione reali alterius extremi, sicut scibile à relatione scientię. & 2. d. 11. q. 1. ar. 1. ad secundum dicit quod accidentia quędam denominant, illud in quo non sunt, & de potentia quęst. 19. ar. 10. tertium dicit non esse necessarium, quod id, à quo

aliquid denominatur, sit semper forma, & de veritate. q. 1. artic. 4. ponit etiam denominationem à forma extrinsecā: & 1. parte. q. 37. ar. 1. & 1. 2. q. 7 artic. 1. & Caietan. 1. p. q. 13. artic. 7. dicit ex sententia D. Tho. Deum à parte rei, sine operatione intellectus, denominari creatorem à relatione existente in creatura, & saltem in omni opinione denominatur: terminus, nā à parte rei terminat talem relationem: sed esse terminum (vt infra in ratione vltima dicemus) non est nisi denominatio extrinsecā: ergo. Prima cōclusio, veritas formalis est aliquid reale: probatur, quia consistit in hoc, quod intellectus, per suum actum, attingit obiectū, prout est in se: sed hęc attingentia est à parte rei, sine vlla operatione intellectus: ergo est aliquid reale, & non rationis: cum enim homo iudicat Deum esse trinum, illud iudicium est verum, etiam si intellectus nihil consideret aut consingat. Secundo, veritas est perfectio intellectus: ergo est forma realis: antecedens probatur, quia veritas est maximē cōnaturalis intellectui, & ideo omnis scientia tendit ad veritatis inquisitionem, tanquam ad suam maximā perfectionem: & si intellectus appetit sci re, est propter ipsam attingentiam veritatis. 2. Dices cum Gabriele, & alijs, quod est perfectio ratione materialis, quod importat, scilicet ratione actus, non autem ratione finis. 3. Sed cōtra, ideo actus est perfectio intellectus, quia est verus, nam si sit falsus non est perfectior: ergo ipsa veritas est ratio, quare actus sit perfectio intellectus: ergo ipsa veritas, dicitur ex se aliquam perfectionem, sicut falsitas, dicitur ex se aliquam imperfectionem. Tertio, relationes rationis quę consequuntur esse apprehensum, non denominat formaliter, & intrinsece actū intellectus, sed solū denominat re cognitā, sed veritas formaliter denominat actū intellectus

1
concl.
Probat
variē.

2
Repli.

3
Impug.

vt dictum est, ergo non est ratio rationis, maior probatur, quia esse apprehensum, non denominat intellectum, sed rem: vnde ratio vniuersalis vel generis, &c. non denominat intellectum, sed naturam. Quarto quia iudicium esse verum, nihil aliud est, quam ita repręsentare rem intellectui, qualis est in se, sed hoc à parte rei habet actus ipse, ergo à parte rei habet id, per quod est verus.

2. Cōcl. Secunda conclusio. Veritas formalis non est ratio secundum esse. Probat, quia ratio secundum esse, pēdet essentialiter ab existentia termini: sed etiam si non existat terminus realiter existit veritas, ergo, maior patet, minor probatur: nam hoc iudicium Adami fuit, vel Antechristus erit à parte rei, est verus sine vlla operatione intellectus: & tamen non existit terminus, ergo.

Prob. 1. Dices tunc esse relationem rationis, sed hoc iam impugnatum est in prima conclusione. Præterea probatur veritas semper est eiusdem rationis (tam verus enim est actus, quo iudico Antechristum non esse sicut ille quo iudico cœlam esse) sed veritas vnus est aliquid reale, ergo & alterius.

4
Replie. Cōfirmatur, veritas & falsitas sunt proprietates necessario comittantes iudiciū intellectus, vt est à parte rei: sed nulla ratio necessario comittatur illud, quia non necessario habet extremum, reale ad quod referatur, ergo.

Secundo, cognitio quam Deus habet de reb' est verissima à parte rei, ergo per aliquid reale est vera, sed nō per relationem, quia in Deo non est vlla ratio realis ad res cognitās, ergo per aliquid absolutum, ergo similiter in nobis.

3. Cōcl. Tertio. cum cognosco chimeram esse monstrum, vel Antechristum non esse, tale iudiciū est verum à par-

te rei, & non per relationem realem: ergo, minor probatur, quia ad chimæram, vel ad rem non existentem non potest esse ratio realis.

Quarto, sanitas & pulchritudo consistunt etiam in quadam proportione & conformitate humorum, ergo, &c. alijs rationibus: id etiā probari potest, sed sufficiat ista.

Tertia conclusio. Veritas formalis est aliquid absolutum: ita Capre. 1. d. 19. q. 3. concl. 3. Et hoc etiam tenet Sorz. 6. Metaph. q. 17. quod manifeste patet ex præcedentibus, veritas enim dicit aliquid reale, vt probatum est in prima conclusione: non relatiuum, vt probatum est in secunda, ergo absolutum. Vnde dicimus veritatem esse dispositionem quandam, vel modum ipsius actus intellectus, per quem realiter dicitur conformis rei cognitę, atque ad eō est absolutus, licet nequeat explicari, nisi per modum relatiui: & ideo dicitur relatiuum secundum dici, sicut sanitas & pulchritudo, & alia similia, vnde veritas non est conformitas significans relationem: sed est dispositio quędam, seu modus actus ipsius intellectus, ex quo potest sequi talis ratio, si sit alterum extremum reale, ad quod referatur: nam quod actus intellectus sit repręsentatiuus obiecti non est ratio, sed ipsa met natura actus intellectus, ex qua potest sequi ratio, & similiter, quod actus intellectus sit quasi mediū per quod cognitum est in cognoscente, vel per quod ipsum cognoscentem, apprehendit rem non est ratio, sed intrinsecum modus actus intellectus: actum ergo esse verum non addit nisi quod repręsentet rem prout est in se, & hoc non est ratio, sed modus ipsius actus.

Cōfirmatur, hęc omnia in scientia, de cuius essentia est quod sit actus verus, & tamen non includit relationem secundum esse, sed secundum di-

Resp. 3.
Opin. 1.
Multipli
ci aucto
ritate
A. ist.

ei; & habet ex se esse commensuratum obiecto, non commensuratione dicente relationem secundum esse, sed dicente talem dispositione actus, qui potest fundare illam relationem.

Soluuntur arg. primę opinionis.

Ad argumenta primę opinionis respondeo, veritatem non consistere in illa conformitate obiecti, vt cognitio ad se existens, in o obiectum non dicitur verum per illam conformitatem, vt sic, nec per relationem rationis: sed tantum per extrinsecam denominationem actus intellectus, vt dicemus infra articulo sequenti. Quamuis postea intellectus possit plures relationes configere: & hoc est ens verum, quod Arist. exclusit a tractatione Metaphysica, quia nihil reale ponit in re, sed tantum denominatione extrinsecam, quam Phisicus & Dialecticus considerare possunt, in quantum de actibus intellectus considerant, sic patet ad argumenta, ad tertium iam dictum est supra, & magis dicitur infra.

Ad arg. secundę opinionis respondetur.

Ad argumenta secundę opinionis, ad primum negatur antecedens ad probationem. Respondeo, etiam visio corrumpitur ad corruptionem visibilis, & tamen non habet totum suum esse ad aliud, licet in suo esse pendeat ab existentia sui obiecti: vnde visio (& idem est de veritate) habet totum suum esse ordinatum ad aliud, sed est ipse ordo ad aliud, scilicet, ad terminum: sed contra naturę visio non pedit ab existentia visibilis, vt est obiectum, sed vt est causa effectiua visionis, mediante specie, vnde si Deus conferuet specie corrupto visibili, manet quidem visio, ergo visio essentialiter non pedit ab existentia obiecti, vt sic: ergo res que essentialiter dependet ab existentia obiecti, vt sic, habet totum suum esse ad aliud, ergo erit relatio, sed talis est veritas: nam iudicium ppendet in sua veritate ab existentia obiecti, cum etiam de potentia Dei implicet

manere veritatem in hoc iudicio, Petrus sedet, nisi ipse actualiter sedeat. Respondeo negando consequentiam quia instans habet totum suum esse, in ordine ad tempus cuius est continuarium, & sine quo implicat manere instans, & tamen non est relatio, & idem est de materia prima in opinione D. Tho & actio implicat quod sit si ne agente: vnde veritas non pedit essentialiter ab existentia obiecti: vnde tam realis veritas est, qua dico, homo est animal cum existit, ac quando non existit quod non eueniret si esset relatio. Alias dicitur quod actus prudentie dicitur, hic & tunc esse comedendum, esset relatio, quia si hoc talibus circumstantiis non esset actus prudentie: vnde licet veritas non consistat in relatione secundum esse: consistit enim in quadam commensuratione que destruitur per mutatione alterius extremi. Aliter respondent alij asserentes nunquam idem numero iudicium mutari de vero in falsum, sed hoc falsum est: nam cum iudico Petrum ista hora sedere, si in dimidia hora sedeat, & in alia surgat, in illa fuit verum iudicium: & postea si idem perseveret est falsum in alia dimidia. Vnde Arist. in c. de substantia. ait tex. 13. eandem orationem transire de vera in falsam, de quo agemus infra c. 3. Ad primum respon. non ad omnes qualitates esse per se motum, sicut non est ad figuram, sed ad similes qualitates: veritas autem tunc resultat naturaliter ad modum quo resultat relationes, vel sicut dictum est supra, ex D. Tho. intellectum Angeli actuatum tali specie, in presentia obiecti producere vestriziam intuitiuam, & in absentia abstractam, ipsa natura rei hoc exigente, sine eo quod obiectum extrinsecum effectiue concurrat. Ita, quando ita est obiectum intellectus eliciens iudicium, simul coproducit veritatem, alias falsitatem: ad eum etiam modum quo resultat in actu

Ad 2.

Soluuntur ratio nes tertiz opinionis.

actu bonitas, & malitia moralis, de quo alibi. Ad fundamentum tertiz opinionis respondeo, illud quidem probabilissimum esse, si tamen simul, concederemus duas res, non referri per relationem realem, sed per illam tantum denominationem, & habitudinem, nec actum dici bonum moraliter per aliquam rationem realem, sed tantum per denominatione: sed quia hoc dicemus infra non esse verum, ideo consequenter, hic loquendum est & quidem rationes allate in conclusionibus non solum videntur probare, veritatem esse a parte rei: sed esse etiam rationem realem superadditam rei. Arist. autem tantum vult solam substantiam recipere contraria, per mutationem Phisicam ipsius: & ita licet oratio transeat de vera in falsam per acquisitione noui modi realis: non tamen dicitur hęc transmutatio phisica, sicut quantitas non dicitur proprie recipere contraria ex eo quod transeat ex vna figura in aliam oppositam, &c.

ARTICVL. III.

Verum, veritas formalis sit tantum in iudicio intellectus?

Prima opinio Scoti Prob. 1.

Prima opinio tenet esse in rebus: ita Sco. 1. Meta. c. 20. Probatur primo, nam ab eo quod res est, vel non est intellectus dicitur verus, vel falsus: ergo veritas formaliter est in re. Confirmatur, quia alias veritas non diceretur absolute & simpliciter de rebus, quod est falsum: dicimus enim absolute verum Deum, &c.

Secundo

Secundo veritas est conformitas alicuius rei ad sua principia, ergo sicut iudicium intellectus dicitur verum, quia est conforme ipsi rei, eodem modo ipsa res diceretur vera, quia est conformis ad sua principia essendi, vel ad ipsum intellectum, na talis confor

mitas, est aliqua ratio comunis in re: ergo est in illa formaliter. Tertio verum est passio entis realis, ergo est formaliter in quolibet enti reali. Quarto, res ipsa prout est apta mouere voluntate, est formaliter bona, ergo prout est apta mouere intellectum erit formaliter vera. Secunda opinio tenet, saltem esse in quolibet actu intellectus, licet non sit iudicium: ita Ferr. 1. c. c. 59. Probatur primo, in quolibet intentione est adequatio intellectus & rei, ergo & veritas, antecedens probatur, quia etiam in simplici operatione cognoscitur res, vt est, vel non est, aliquid enim apprehenditur Petrus cęcus, aliquando videns, sicut ipse est a parte rei. Secundo, res dicuntur verę a veritate intellectus ex hoc solum quod intelliguntur: ergo in quolibet intentione est veritas, a qua denominatur vera res intellecta: quia non solum enunciabilia, sed etiam ipse res incompleta denominantur verę. Tertio, in sensu est veritas & falsitas, ergo etiam in quolibet actu intellectus, antecedens probatur: nam Arist. sępe asserit sensum semper esse verum circa proprium sensibile, & aliquando falsum circa comunem. Item quia sensus per suum actum adequatur rei sensibili & res sensibili ipse ergo, &c. Prima concl. Veritas formalis est tantum in iudicio intellectus in rebus, & per se. Ita Arist. 6. Meta. tex. 3. vbi ait, veritas formaliter tantum, est in intellectu, in rebus vero fundamentaliter, vel vt in causa, in vocibus vero vt in signo. Idem ait infra in hoc lib. c. 3. & 9. Meta. tex. 12. idem tenet D. Tho 1. p. q. 16. ar. 1. & 2. probatur, quia per solum iudicium cognoscitur aliquid, vt conforme vel difforme rei, comparando vnum alteri, ergo in solo iudicio est formaliter veritas. Probatur consequentia, quia veritas consistit in huiusmodi comparatione seu conformitate. Et ideo D. Tho. supra sic ea definit est conformitas rei ad

Tertio.

Quarto.

Secunda opinio Ferraric.

Suadet primo.

Secundo

Tertio.

1. Concl. Veritas formalis solum reperitur per se in intellectu iudicio.

rei ad intellectum: antecedens autem explicatur, quia intellectum iudicare quod homo est animal, est dicere, vel intelligere in actu exercito, quod ita est sicut ipse dicit, & intelligit, vbi per illas particulas, ita, & sicut, exprimitur conformitas, seu comparatio, quam in actu exercito fit: vnde cognitio dicitur vera formaliter, quia tribuit rei quod illi conuenit, sicut tūc dicitur falsa, quando tribuit quod ei non conuenit: ex quo patet res ipsas non dici veras formaliter, quia in tantum dicuntur veræ, in quantum possunt obijci veræ cognoscēti: imo nec simplex apprehensio intellectus, nec compositio, & diuisio, vt præscindunt à iudicio, habent in se veritatem formaliter, quia solum habent veritatem eo modo quo ipsæ res, sicut enim imago à parte rei dicitur conformis rei, per illam repræsentatæ, ita apprehensio, vnde non quælibet conformitas est formalis veritas: sed illa tantum quæ consistit in cognitione dicente verū, vel falsum, & significante hoc esse, vel non esse, quia per illam cognoscitur conformitas vnius rei ad aliā, & hoc significat definitio illa veritatis: sicut adæquatō intellectus, & rei, id est, veritas est quando ita adæquantur res in intellectu, sicut sunt in re per apprehensionem, aut non est adsequutus intellectus adæquatōnem inter res cognitās & cognoscentem, quod patet in vocibus: nam hæc vox homo, licet verum hominem significet, non tamen dicitur vera in significando, quia non significat conformitatem vnius ad alterum: & ita cū hominem concipio, non concipio verè nec falsò. Si quis tamen loco hominis conciperet equum, non diceretur falso concipere hominem, sed non illū concipere. Et hoc est quod dixit Aristoteli 9. Metaphy. cap. vlti. Intellectum non posse falli circa cognitionem, quod quid est, quia est res simplex intelle-

Explicatur definitio veritatis.

ctus, ergo per iudicium adæquatū rei, quia cognoscit illam prout est in se, vnde vbi est cognitio, & attingentia, ibi est adæquatō, & veritas formaliter, & quāto veritas aliorum ad hanc magis accedit, tanto est perfectior: ita veritas apprehensionis est multo perfectior, quam veritas rei, quia ad iudicium maximè accedit. Res autem etiam participant aliquo modo veritatem, quatenus habent esse adæquatū veræ cognitionis intellectus. Voces autem & scripturæ dicuntur veræ tantum per extrinsecam denominationem, in quantum sunt signa conceptum.

Sequitur 3 ergo ex dictis veritatem de omnibus ijs dici analogicè, sicut enim sanitas dicitur analogicè, de ea quæ est in animali formaliter, quæ est primum significatum, & de ea quæ est in cibis, tanquam in causa, & de ea quæ est in vrina, tanquam in signo: ita veritas in iudicio est formaliter in rebus, causaliter in vocibus tanquam in signo: sed inter hæc est maxima differentia. Nam res ipsæ habent in se formam realem, per quam denominantur veræ, sed voces nullā habent in se formam, sed tantum extrinseca denominatione dicuntur veræ. 4 Sed dices, si res habeat in se formam, quia sunt veræ, ergo habent in se formaliter veritatem.

Respondeo illa forma non denominat rem verā formaliter, sed causaliter, quod ex impositione tantum, & communi modo colligendi colligitur: sicut enim corruptio pomi est aliquid reale in pomo: sed non dicitur sanitas formaliter, sed causaliter tantum. Ita ratio intelligibilitatis quæ est in re, non dicitur veritas formaliter, sed causaliter, sed sicut sola proportio humorum est sanitas formaliter: ita sola conformitas iudicij ad rem, est veritas. 5 Vnde forte est quæstio de nomine, neque inuenio incon-

3 Veritas dicitur analogicè de veritate in intellectu rerum & vocum.

4 Replica:

5 Veritas etiā quomodo fit formaliter in rebus. 2. concl.

Probat. multipliciter.

inconueniens in hoc quod veritas formalis dicatur esse in rebus: ita vt veritas, ea analogia dicatur de veraque, quæ ens dicitur de substantia, & accidenti, in quibus est formaliter.

Secunda conclusio. Veritas formalis intrinsecè denominat ipsum iudicium, extrinsecè autem denominat ipsas res, vel voces, vel scripturas. Hæc conclusio sequitur manifestè ex præcedenti. Nam si veritas est formaliter in iudicio, ergo illud intrinsecè denominat, si autem non est formaliter, nec intrinsecè in rebus vel vocibus, ergo illas denominat tantum extrinsecè: vnde obiectum non denominat actum, sed potius denominatur ab illo. Veritas enim consistit in hoc quod actus conformetur rei cognitæ, sed actus est intrinsecè conformis, quia attingit rem: at res dicitur vera, quia talis est qualis cognoscitur ab intellectu, & ideo actus potius denominat obiectum, quam e contra, vnde licet res cognita per iudicium verum intellectus sit ens reale. Tamen denominatio qua res dicitur vera est, tantum extrinseca, quod patet: nam per hoc quod ego cognoscam rem, nihil reale ponitur in illa: ergo neque ex eo, quod verè vel falsè cognoscam. Item quia huiusmodi veritas potissimè tribuitur rebus, vt complexè cognitis: sed complexio, vt sic, non est in rebus, sed extrinseca tantum denominatione illis tribuitur, ergo. Præterea quia huiusmodi esse verum, commune etiam est rebus non existentibus. Verum enim dicimus chimærā non esse hominem: ergo esse verum nihil ponit in re ipsa: est etiam magna dissimilitudo inter conformitatem, quæ est in actu intellectus, & in vocibus: nam propositio vocalis tantum est vera significatō, & quia significare non est aliquid intrinsecum, sed de nominatō extrinseca, ideo tantum est vera per extrinsecam denominationem.

tionem: at vero actus cognoscēdi habet ab extrinseco repræsentare rem intellectui, & hæc est illius natura formaliter in ipso inuenta, & ideo repræsentare rem intellectui, prout est in se est aliquid formaliter, & intrinsece inuentum in illo.

Dices sicut propositio vocalis est vera, quia significatiua veritatis, ita actus est verus, quia repræsentatiua veritatis, ergo non est verus per veritatem formalem, sed per ordinem ad veritatem extrinsecam quam repræsentat.

Respondeo, quod propositio vocalis, & significat rem, & exprimit conceptum, si consideretur prout significat rem, non ideo est vera, quia significat veritatem, sed quia significat rem prout est, & similiter conceptio mentalis, non dicitur vera, quia est cognoscitiua veritatis, sed quia cognoscit rem prout est in se: si vero propositio vocalis referatur ad conceptum quem exprimit, sic dicitur vera, quia exprimit conceptum verum.

Tertia conclusio. Licet veritas, intrinsecè & primario denominet iudicium: at vero secundario & intrinsecè denominat etiam ipsam intellectum. Probat, quia veritas primario & intrinsece est in actu, & actus est secundario & intrinsece est, in intellectu, vt in quo inhareret forma dicitur etiam esse in subiecto formæ, præsertim si ad eius perfectionem ordinetur: veritas autem (vt supra diximus) est perfectio intellectus, ergo.

Dices 7 denominat intellectum non verum, sed cognoscentem verum.

Contra 8 ergo veritas vt sic, non est perfectio intellectus. Præterea cognitio vt sic dicitur formaliter vera: ergo etiam intellectus, vt cognoscentis, patet consequentia, quia cognitio dicitur vera in quantum est conformis rei, sed intellectus, quando cognoscit rem,

6 Replica:

Respon:

3. concl.

7 Replica:

8 Impugnatur replica.

rem vt est in se, est etiā deformis rei, ergo. Confirmatur, quia per eandem rationem formalem dicitur hic paries similis alteri, & albedo quæ illi inhæret, dicitur similis alteri albedini: ergo per eandem conformitatem, dicitur intellectus conformis rei, quæ cognitio illi inhærens, sed propter hanc conformitatem dicitur cognitio vera formaliter, ergo eadem erit sufficiens ad denominandum intellectum formaliter verum, & ita omnes denominationes formales actus, tribuuntur etiā potētia: dicimus enim in intellectu fieri ipsum obiectū intētionem, & esse verum, vel falsum, &c.

DE qua reduplex est, opinio prima est Caic. 1. par. q. 16. ar. 2. assertis non esse necessarium ad rationem veritatis formalis prout indicente, quod fiat per actionem reflexam.

Prima opinio Caic. 1.

Secunda opinio est Ferr. assertis per veritas complexa quæ consistit in iudicio fieri per rationem reflexam, quā sententiā probat, quia veritas prout indicente solum cōstitit in iudicio nostri intellectus, sed iudicium est actio reflexa nostri intellectus, ergo veritas formalis prout indicente fit per actionem reflexam, maior est nota, minor probatur: nam in hoc consistit iudicium nostri intellectus quod ipse in intellectu in secunda operatione iudicat rem apprehensam: ita esse in se sicut ab illo fuit apprehensa: ergo intellectus in suo iudicio debet cognoscere rem illam apprehensionem: cuius potētiæ, & per consequens illud iudicium erit cognitio reflexa, quia est cognitio cognitionis eiusdem potētiæ.

Secunda opinio Ferr. Probat.

Respondetur ad hoc quod non sufficit ad rationem cognitionis reflexæ, quod præsupponat aliam prior rem cognitionem: nam cognitio conclusionis præsupponit cognitionem, & assensum præmissarum, assensus conditionalis, & tamen non est cognitio reflexa, sed est necessarium quod illa cognitio prima, sit obiectum cognitionis secundæ.

Respondetur Ferr.

Contra hoc insurgit Ferr. quia in iudicio cognoscitur rem apprehensam esse taliter, sicut est in se, ergo in iudicio cognoscitur illa apprehensio, & per consequens, iam prima cognitio est obiectum secundæ cognitionis, atque ita iudicium est actio reflexa. Tamen ad argumentum respondetur, quod licet in iudicio cognoscatur illa apprehensio, tamen cognoscitur, vt quo & hæc est ratio veritatis quod in illo actu directo, quo vnum extremum

Insurgit Ferr.

conformatur alteri cognoscatur illa apprehensio, & conformitas vt quo, atque ita ex eo non sequitur quod illa sit actio reflexa, cum non sit cognitio cognitionis.

lectus debent primò representari per speciem intelligibilem, quæ est principium compositionis, & diuisionis, non representatur illa conformitas intellectus ad rem: sed solum extrema inter quæ sit conformitas: ergo per compositionem & diuisionem non cognoscitur illa conformitas; sed per aliam actionem reflexam.

Conclusio responsiva q.

Nobis tamen sententia Caic. probatur, scilicet, quod ad rationem veritatis non est necessaria cognitio reflexa: sed cognoscitur veritas, vt quo, per illam actionem directam, qua vnum extremum conformatur alteri: & hoc probatur, nam si ex eo poneretur actio reflexa ad hoc quod illa conformitas, quæ cognoscitur, vt quo, per compositionem & diuisionem, cognosceretur, quod per illam actionem reflexam, sequeretur potētius in infinitum: nam etiam in illa cognitione reflexa, qua cognoscitur conformitas vt quod, verbum productum per illam actionem reflexam non cognoscitur vt quod, per aliam actionem reflexam, sed vt quo, sed illa dictio non est vera, neque illa veritas formalis. quod si dicas, quod illud verbum cognoscitur vt quod, per aliam actionem reflexam sic dabitur processus in infinitum.

Ad hoc argumentum respondetur verum esse, quod ea quæ intelligit intellectus debent prius representari specie intelligibili: illa tamen conformitas intellectus ad rem, cognoscitur vt quo, per illam actionem directam, qua vnum extremum alteri conformatur, quia cum intellectus iudicat vnum extremum esse alteri conforme, quia iudicat rem, & vt à se, & à se apprehensam esse in se, sicut ab ipso apprehenditur, iudicat illum eodem iudicio, quod intellectus ipse fit conformis rei, & hanc conformitatem cognoscit, vt quo, sicut si essent duæ imagines, quarum vna representaret dimidium Cæsaris, altera aliud dimidium, & daretur illa quæ representaret rotam Cæsarem huiusmodi imago representans Cæsarem componitur ex alijs duabus imaginibus in esse representatiuo: sic contingit in præsentia quod illa eadem compositione componitur quæ intellectus iudicat vnum conceptum obiectiuum vt à se apprehensum esse conformem alteri: iudicat etiam vnum conceptum formalem in esse representatiuo, esse conformem alteri: & sic vt hæc conformitas cognoscitur, vt quo, per compositionem & diuisionem ita representatur, vt quo, per speciem intelligibilem, sicut per speciem qua representatur filius, vt sic, representatur etiam paternitas.

Replic. Ferr.

Sed contra id quod diximus, quod non est necessaria cognitio reflexa ad cognitionem veritatis formalis: arguit Ferr. sic, ea quæ intelligit intel-

Respondetur Ferr. quod si dicatur, quod illud verbum cognoscitur vt quod, per aliam actionem reflexam sic dabitur processus in infinitum. Sivero dicas quod per illam actionem reflexam cognoscitur verbum productum, vt quo, & hoc sufficere poterit ad rationem veritatis formalis, quod cognoscatur vt quo, illa conformitas & veritas, per illam actionem qua conformatur, vnum extremum alteri, sicut tunc cognoscitur paternitas in actu exercito, & vt quo, quando cognoscitur vnum extremum referri ad illud. Et confirmatur, quia sicut propositio vocalis sine reflexione est vera vt signum: sic etiam in intellectu propositio mentalis sine aliqua reflexione est vera formaliter.

Respondetur Ferr. quod si dicatur, quod illud verbum cognoscitur vt quod, per aliam actionem reflexam sic dabitur processus in infinitum. Sivero dicas quod per illam actionem reflexam cognoscitur verbum productum, vt quo, & hoc sufficere poterit ad rationem veritatis formalis, quod cognoscatur vt quo, illa conformitas & veritas, per illam actionem qua conformatur, vnum extremum alteri, sicut tunc cognoscitur paternitas in actu exercito, & vt quo, quando cognoscitur vnum extremum referri ad illud. Et confirmatur, quia sicut propositio vocalis sine reflexione est vera vt signum: sic etiam in intellectu propositio mentalis sine aliqua reflexione est vera formaliter.

Soluuntur arg. primæ opinionis.

Ad 2.

Ad argumenta primæ opinionis, ad primū respondeo ab eo quod res est, vel non est intellectu dici verum vel falsum, quia veritas causaliter & obiectiue est in rebus, formaliter tamen in intellectu. Ad confirmationem respondeo multa esse nomina analogia, quæ ex vltimo sunt translata ad significanda minus principalia significata, vt medicina dicitur absolute sana, &c. Ad secundum iam dictum est illam conformitatem quæ est in rebus esse aliquid formale in illis, sicut talis qualitas medicinz est in ipsa formaliter, sed sicut hæc qualitas non denominat illam sanam formaliter: ita nec illa conformitas veram formaliter: sed per similitudinem quam habet cum adæquatione & conformitate cognoscentis ad rem cognitam: & per hoc patet ad quartum argumentum. Ad tertium respondeo, passionem entis non esse veritatem formaliter, & indicendo, sed eam quæ est in essendo, & dicitur transcendentalis. Ad argumenta secundæ opinionis patet ex dictis in prima conclusione.

Ad 3.

Ad arg. 2. opin.

ARTICVL III.

Verum veritas fiat per operationem reflexam intellectus?

Respond.

Respond.

Respond.

Respond.

AR-

ARTICVL. V.

Verum verum sit obiectum intellectus?

Prima opinio tenet verum nulla ratione esse obiectum intellectus; ita Scotus 1. d. 3. q. 3. idem videtur tenere alij, qui allerunt esse conditionem siue qua non in obiecto, nō vero eius rationem formalem: ita Caieta. 2. 2. q. 7. arti. 1. ad primum, dub. & 1. p. q. 16. arti. 3. vbi ad tertium videtur idem sentire D. Thom. Probatur primo; potissima cognitio intellectus in obiectum, & non sub ratione veri, ergo: antecedens probatur, nā cum cognoscitur ens, secundum quid ditatem, vt præcīdat ab omni passione, vt sic, cognoscitur cognitione quidditatiua, & non sub ratione veri, à qua vt sic abstrahit, ergo: suppono enim, per talem cognitionem cognosci ens, quatenus formaliter distinguitur à vero. Secundo obiectum habitus naturaliter, non præcedit obiectum potentia; sed obiectum metaphysice, quæ est habitus intellectus, est ens quod est prius, naturaliter vero, ergo, verum non est obiectum intellectus.

Conclusio. Verum non est obiectum formale intellectus, tanquam ratio formalis potentia; sed hoc est esse substantiale entis. Hoc probant argumenta primæ opinionis, quia potest intelligi ratio entis, non intellecta ratione veri; & hoc intendit D. Thom. supra, & de veritate q. 1. arti. 3. dicens, non oportere, vt quicumque intelligit relationē, entis intelligat rationem veri; sed nihilominus verum est obiectum intellectus, tanquam ratio formalis sub qua. Ita Aegy d. quodlib. 4. q. 10. Capreol. 1. d. 2. q. 4. arti. 1. conclus. 4. & label 3. de anima. q. 1. & hoc

intendit D. Tho. 1. par. q. 83. artic. 3. ad primum, dicens, obiectum intellectus esse ens & verum, idem docet q. 82. ar. 2. & 4. Probatur quia veritas (vt dictum est) non est aliud quam aptitudo rei, vt intelligi possit; ergo veritas est ratio formalis sub qua, aliquod intelligitur: habet enim se ens & verum ad intellectum; sicut color & visibile ad visum, vnde sicut in visu quod videtur, est color: at veritas ratio per quam color constituitur in esse obiecti, est visibilitas, id est, aptitudo quæ habet vt videatur, ita ens & verum se habent: eas enim est quod intelligitur, verum vero; ratio intelligibilitatis.

Confirmatur, præcisa ab ente ratione veri, non manet obiectum intellectus, ergo ens constituitur in esse obiecti, per rationem veri, patet consequentia: quia quando aliquid non se habet, vt ratio formalis completiua respectu alicuius rei; sed solū vt conditio, etiam si per intellectum separatur, manet illa res cum sua ratione formali integra: sed probatur antecedens, quia veritas est intelligibilitas: sed separata ab ente intelligibilitas non manet obiectum intellectus, ergo.

Ad primum respondeo, solum probat veritatem non esse rationem formalem, quæ, respectu omnīs cognitionis, quantumcunque tamen cognoscatur præcisa ratio entis; ibi est etiā veritas tanquam ratio formalis sub qua. Sed contra ratio formalis sub qua attingitur à potentia, quotiescunque fertur in suum obiectum formale: sed nō attingitur veritas, ergo.

Respondeo, non est necesse vt attingatur formaliter, sed sufficit vt quasi in actu exercito attingatur: & ita est in proposito.

Sed contra intellectus diuidit inter eos & verum, ergo non semper tendit sub ratione veri: negatur consequentia, sicut intellectus, distinguit inter

inter materiale & immateriale: & tamen certum est quod in materiale nō cognoscitur, nisi sub ratione materialis: nam pro hoc statu quidditas materialis est obiectum intellectus. Item intellectus distinguit inter ens reale & rationis, & tamen ens rationis, non intelligitur nisi sub ratione entis realis, vt ergo intellectus rationaliter distinguat, sufficit, vt non sit ratio formalis quæ semper cognoscitur, sicut quando distinguit intellectus album ab albedine, nō est album nisi per albedinem: at intellectus distinguit subiectum cum effectu formali ab ipsa forma, ita, & c.

Probat, oncl.

Ad 2.

Opinio Ferrar. 1. Fofsec. in Meta phys.

Soluuntur arg.

Replica.

Respon.

Replica.

Replica.

Ad secundum respondeo, obiectum metaphysicæ, esse ens sub ratione veri nō in sua cōitate, quia, vt sic est obiectum potentia: sed similitatio ad ea, quæ nullo modo concernunt materiam.

ARTICVL. VI. & vlti.

Verum in sensibus reperitur veritas?

In hac re Ferr. & alij vbi sup. asserunt, quod in sensatione reperitur veritas formalis in complexa, & hoc probant hac ratione, quia in intellectu in secunda eius operatione, est veritas formalis, quia intellectus conformatur cum suo obiecto, per speciem intelligibilem, & conceptus: sed etiam sensus conformatur cum suo obiecto media specie intelligibili, & specie expressa, ergo etiam in sensatione reperitur veritas formalis. Et confirmant quia ex eo in secunda operatione intellectus, reperitur veritas formalis, quia in illa operatione est iudicium: sed etiā in visione est iudicium, quia visus discernit differentias coloris, ergo in hac actione est veritas formalis. Quod si dicas, quod non sufficit istud iudicium, sed necessarium est iudicium per compositionē, & diuisionē. Contra, quia etiā in Angelis est veritas formalis, & tamen non est cō-

positio aut diuisio, sed solum simplex iudicium. Confirmatur ex Arist. lib. de anima, dicente, quod sensus circa proprium sensibile, semper est verus, ergo in seipso reperitur veritas formalis.

Dicendum tamen est, quod in sensu non reperitur veritas, quæ est in dicente & iudicante: nam nulla alia est veritas formalis: nam licet sensus conformetur suo obiecto, tamen non facit compositionem, nec iudicat, hoc est hoc, & c. & hinc est, quod illa conformitas non sit veritas formalis, prout in dicente & iudicante. Vnde patet solutio ad primam obiectionem: nā non solum est necessarium ad veritatem formalem, quod potentia conformetur obiecto: sed est necessarium quod conformetur ita quod illa conformitas cognoscatur, vt quo directe, per illam actionem, qua vnum extremum conformatur alteri, quod solum reperitur in secunda operatione intellectus, vt dictum est. Ad primam confirmationem dicimus, quod in visu non est iudicium, quia hoc quod est quod visus discernat differentias colorum, nō est, quod videat, dicendo, hæc differentia non est illa: sed solum est quod diuersimodè immutetur, ab speciebus coloris, sicut intellectus diuersimodè intelligit hominem & equum, quia diuersimodè immutatur ab speciebus illorum.

Ad aliud de Angelo dicimus, quod in Angelis ex eo est veritas (licet nō sit compositio, neque diuisio) quia in intellectu Angelorum, habet æquiualens veritatis, & multo perfectius quā compositio, aut diuisio per iudiciū intuitiuum, in visu autem (vt dictum est) non reperitur, & per consequens nec veritas formalis. Vnde ad illud testimonium Aristotelis, vt respondeamus: notandum est quod sensus potest considerari dupliciter, vno modo secundum suam naturam, & entitatem, & hac ratione est verus veritate intrinseca.

Conclu. respons.

Soluuntur argum. cōtraria.

Al Arist. sto. resp.

accidentaliter, sicut omnes alie res: vel in ordine ad intellectum nostrum speculatiuum, in quo causant veritatem formalem, vel in ordine ad diuinum exemplar. Alio modo potest considerari sensus, in quantum est quedam potentia cognoscitiua sui obiecti: & hac ratione habet quandam veritatem proportionatam ipsi potentie, quae appellatur veritas intellectualis, sicut intellectus in sua simplici operatione, habet quandam veritatem, quae appellatur veritas intelligibilis, quae quidem ita conuenit intellectui, siue sensui, in quantum sunt potentiae cognoscitiuae, vt non conueniat alijs rebus: & de hac veritate loquitur Arist. quando dicit, quod sensus circa proprium sensibile semper est verus, & idem dicit de intellectu, non tamen debet intelligi de veritate formali. **8** Sed contra est, quod formalis veritas (ex dictis sup. ar. 2.) in in aequatione intellectus ad re consistit, vel cuiuscumque alterius potentiae iudicatiuae: constat autem ex 2. de anima, quod sensus etiam externi circa proprium obiectum iudicant, ergo etiam in illis formalis veritas debet poni. **Respondeo** quod vt in eodem libro (Deo dante) licemus, sensus externi solum habent iudicium imperfectum, cum non iudicent componendo, & diuidendo, & ita solum in illis potest reperiri veritas imperfecta, materialis quidem non forma, &c. Sed **9** posset quis dubitare, an sensus interni, vt phantasia habeant veritatem formalem: nam licet secundum se illam non habeant, tamen vt coniunguntur cum ratione, & per participationem, efficiunt argumentationes & discursus, & ita videtur quod habeant veritatem formalem: ratio autem dubitandi est, quia, vt dictum est, veritas formalis solum reperitur in secunda operatione intellectus, quae est compositio, seu diuisio: ergo non potest reperiri ita veritas, prout in dicente & cognoscete in ipsis sensibus internis. **Pro cuius dubij**

soluione est notandum, quod potentie possunt considerari dupliciter secundum suam naturam & essentiam, & hac ratione sunt nobis communes cum beatis, & sic non habent proprias actiones sicut loquutiones nec earum termini sicut verba (vt nobis dictum est) & hac ratione non est hoc dubium: quia vt sic certum est, quod non possunt habere veritatem formalem: alio modo possunt considerari, vt coniunguntur cum ratione, & sunt rationis participatiuae, & hac ratione habent discursus, & quod eorum actiones sicut loquutiones, & eorum loquutionum tantum sint verba. **10** Dicimus tamen quod etiam vt sic, illi sensus non habent veritatem formalem, prout est in dicente & iudicante: quia veritas illa formalis, est quedam conformitas cognita in actu exercito, quia hoc solum tribuitur secundae operationi intellectus. Et secundo probatur, quia potentia loquutiua licet sit coniuncta rationi, & rationales participatiuae loquutiones: veritatem formalem non habent intrinsece, sed tantum extrinsece, tanquam in signo, ergo etiam sensus interni, licet sint rationales participatiuae non habent intrinsece veritatem formalem. **11** Quod si dicas ad quemlibet propositionem sequitur veritas vel falsitas: sed sensus interni (vt sunt rationales participatiuae) efficiunt propositiones particulares & singulares, ergo in illis, vt sic, reperitur veritas formalis intrinsece. **Quod** argumentum non valet, nam licet potentia loquutiua efficiat propositiones vocales: tamen in illa non est veritas formalis intrinsece. **Quod** si dicas quod illae propositiones vocales sunt aeternae: vero propositiones sensuum interiorum sunt internae. **Respondeo** quod hoc non obstat, quoniam in actione sensuum interiorum, non fit veritas formalis: nam in nulla actione sensuum reperitur haec veritas: quia sensus non efficiunt compositionem obiecti, cum aliqua forma recepta, & inde est quod

10 Solutio dubij.

11 Replica.

8 Replica.

9 Dubium si internis casus habeant veritatem formalem.

Rationes dubitandi.

12 Replica.

Respon.

13 Replica.

Respon.

in illis non fit veritas formalis: nam veritas est conformitas cognita in actu exercito, per actionem autem, sensuum non cognoscitur in actu exercito. **Quod** si dicas, licet secundum se sensus interni, non habeant formaliter veritatem: tamen vt coniunguntur rationi per eius imperium possunt hac ratione veritatem formalem intrinsece habere. **Respondeo** quod etiam, vt sic, non possunt veritatem formalem intrinsece habere, quia ita est propria illa veritas secundae operationis intellectus, vt non possit communicari actioni sensuum: nec etiam primae operationi intellectus, propter rationes dictas. **Si** obijcias tandem quod licet appetitus sensitivus, secundum se non sit bonus intrinsece: tamen vt coniungitur cum voluntate, per participationem eius, est extrinsece bonus & habet habitus virtutum & virtutum, ergo sensus interni, licet secundum se non habeant formaliter veritatem, vt coniunguntur rationi per eius participationem, habebunt veritatem formalem extrinsece. **Respondeo** dicitur ad hanc obiectionem, quod diuersa est ratio de appetitu, & sensibus internis: quia in sensibus internis, denominatio veri deriuatur ab ipso intellectu, in quo est formaliter, & sensus internos, in quibus extrinsece per denominationem ab intellectu, & ita est impossibile quod deriuetur veritas ab intellectu, in quo est formaliter ad sensus: ita quod in illis fit etiam formaliter, quia aliqua forma non potest intrinsece esse in duobus subiectis: sicut sanitas est intrinsece in animali, in alijs vero extrinsece, per denominationem ab illo. Diuersa tamen est ratio de ipso appetitu, prout subiectum voluntatis, quia vt sic, non habet suam bonitatem deriuatam a voluntate, sed tantum habet libertatem deriuatam a voluntate, quae quidem libertas est extrinsece in appetitu, bonitatem autem, habet appetitus (in ve-

riori opinione) unptam, ex ipso obiecto, quod in appetitu cautabit illam bonitatem, sicut causa aequiuoca, vt diximus de rebus, vt sunt causa veritatis in intellectu: & etiam si bonitas appetitus deriuaretur ab vnitate voluntatis [vt fateatur Durandus & alij] necessarii illi farentur, quod fit bonitas extrinsece, in actione appetitus, & est ratio quam assignauimus: quia vna forma non potest esse intrinsece in duobus subiectis: vnde non sequitur argumentum, quia veritas sensuum, & bonitas appetitus, ex diuersis radicibus desumuntur: ex his colligitur quae ratione conformitas inter imaginem Cesaris, & Caesarem non fit veritas formalis, quia non est conformitas cognita. **Sed** **14** posset dubitare aliquis quare per compositionem, & diuisionem producit conceptus complexus, & illic conceptus cognitus, et quo, & eius conformitas est veritas formalis, & conformitas conceptus in complexi cognita, vt quo, non est veritas formalis. **Respondeo** dicitur quod solutio huius dubij: colligitur ex dictis: nam cum illa conformitas conceptus in complexi cum ratione, non fit conformitas cognita, vt quo, per actionem aliquam, quae conformatur vnum extremum alteri: hinc est quod illa conformitas non fit veritas formalis: tamen conformitas conceptus complexi, cognita, vt quo, per actionem illam, quae vnum extremum conformatur alteri: hinc habet quod sit veritas formalis. **Alia** **14** plura de hac re latet **S** Thomas explicat 1. p. q. 17 per varios articulos, & in disputatis quastionibus de hoc: vt Vtrum sit vna sola veritas secundum quam omnia sunt vera: & respondet quod si loquamur de veritate, prout est in intellectu secundum propriam rationem, sic in multis intellectibus creatis, sunt multae veritates: imo etiam in vno, & eodem intellectu secundum plura cognita. **Si vero sit**

14 Vltimum dubium.

Respon. det.

Si sit vna solaveritas quae omnia sint vera.

sermo de veritate secundum quod est in rebus: sic omnia sunt vera vna prima veritate, cui vnumquodque assimilatam secundum suam entitatem: vnumquodque enim mensuratur à primo sui generis: ergo necessario omnis veritas mensuratur, aut à primo intelligibili, aut à primo intellectu, quod est Deus, in quo idem est intellectus, & id quod intelligitur: & ita maxima veritas intellectus, & rei intellectus, & consequenter maxima adæquata, quæ est perfectissima veritas.

Secundum 15 est, vtrū veritas creata sit æterna? Et respondet quod veritas creata non est æterna, nihil enim est æternum præter Deum, cum hoc tamen aliqua veritates, vt ratio circulari, & quatuor & tria esse septem, habent æternitatem, sed hoc in mente diuina:

Tertium est 16. vtrū veritas sit immutabilis? Respondet quod veritas humani intellectus mutabilis est, nõ quia dem quia ipsa sit subiectum mutationis, sed quia noster intellectus mutatur de veritate in falsitatem, & aliquando de vna veritate in aliam. Vt si eadem opinione manente res ipsa mutetur, &c. quod fit etiam quando de eodem modo se habente aliqui alia & aliam opinionem habet, & ita conformitas in intellectu potest variari ex mutatione rerum, vel in aliam conformitatem, & difformitatem.

Dubitatio appendix.

17 An 7 tandem pro complemento doctrinæ dicendum restat de falsitate, de qua vnico verbo dico, quod sicuti similitudo, & dissimilitudo, album & nigrum opposita sunt: ita veritati falsitas opponitur: contrariè quidem quia falsitas non solum consistit in negatione, aut priuatione veritatis: sed etiam dicit deformitatem contrariè conformitatis: vnde cum contraria sint, & contrariorum eadem ratio facile

erit colligere solutiones difficultatum, quæ circa hoc extremum quod est falsitas possunt laborari, cum ergo contraria sint circa idem, in illis rebus reperientur falsitas, in quibus reperitur veritas tanquam in subiecto, & tanquam in obiecto, vt pote in intellectu: in sensu & in ipsis rebus: principaliter tamen in intellectu: non tamen est necesse quod in omnibus & singulis rebus, in quibus reperitur veritas reperiat & falsitas. In Deo enim nequit reperiri falsitas, neque in intellectu creato respectu primorum principiorum, aut simplicis quidditatis, de quo 1. Poster. quantum vero ad quid sit falsitas: an inquam relatio rationis vel realis, &c. idem dicendum quod de veritate dictum est. Sufficiat etiam quæ de falsitate diximus, art. 1. huius questionis circa finem.

Cap. II. De Nomine.

Nomen igitur est vox significatiua ex instituto sine tempore cuius nulla pars significat separata: nam hoc in nomine æquiferus, nihil per seipsū æquè significat: sicut hac in ratione equus est ferus: verū non est, est in simplicibus nominibus: sic & in compositis, est in illis enim nullo pacto pars est significatiua: in compositis vero videtur quidē, nihil tamen separata significat, vt in exemplo dicto patet. Ex instituto autem diximus, quia nullum nomen, & signū natura, sed cum est positum, nam significant & ij soni qui scribi non possunt, vt bestiarum quorum nullum est nomen. Hoc autem non homo non dico esse nomen: at neque nomen est positum, quo ipsum appellare oportet: neque enim est oratio, neque negatio, sed infinitū nomen vocatur, quoniam & quod est & quod non est in ratione rerum sine discrimine villo significat.

Hoc

Hoc etiam Philonis aut Philoni & hisce similia nomina non sunt: sed omnis casus, atque ratio eius in cæteris quidem est, illo autem differt: si enim addideris est vel erit, vel erat hoc eadem, neque verum, neque falsum eadem nomen autem semper, veluti Philonis est, aut non est, nondum enim verum est, aut falsum.

minus vero ab Arist. respectu syllogismi, vt extremum propositionis accipitur.

Secundo, nota ex Arist. aliquos vel le genus ad nomen, & verbum esse vocem significatiuam. Clarius dicendum ex D. Tho. Hammo. & Arist. vocem esse materiam significatiuam formalem, signumque esse genus, ne materiale significatum ponatur explicitè vt pars essentia generis quod est signū, sed vt subiectum connotatum: licet autem vox non sit genus, ponitur vt materia, quia in definitione accidenti concreti (ex communi sententia) & Arist. subiectum tantum ponitur eius loco: non tamen placet vocem non prædicari propriè de nomine (vt quidam dicunt) nisi velint non prædicari dicitur, sed indirectè, vt cum dico album est homo, de his enim statua est aurū, &c. omitto modo, quia parebit alibi, an sit in artificialibus, subiectum, pars Physica.

1 Lemof. hic.

3 Quod sit genus ad nomē, & verbum

Summa Textus.

Definit nomen, definitionemque explicat aliqua rei ieiendo à nomine rationis: nomen, si quit, est vox significatiua, ad placitū, cui nulla pars significat separata, finita & reata: vnde nec vox infinita, nec casus obliqui, nomina erunt.

Annotationes circa literam.

1 Quare prius agat Arist. de nomine quæ de verbo. 2 In quod distinguitur nomen, verbum, dictio, vox & terminus. 3 P Rimo aduerte, quod bene Hammo. 15 Tho. & Albet. prius agit Arist. de nomi. & quia sine verbo potest intelligi, non e contra (ex Arist. c. 3) & quia significat rei substantiam: verbum autem si adiectiuū est actionem, vel passionem, si substantiuum actum substantiæ importat: aliter alij. Solus autem nominis & verbi meminit, quia hæc sufficienter propositioni, vt homo currit: & quia alia potius sunt nexus, propositionis que partes propriæ. 2 Bene etiam Hammo. decet de distinctione vocis, nominis, verbi, dictionis, termini, vox enim sonus est, ex 2. de anima, ore animalis prolatus, cum imaginatione significat, id est, ea mente, vt aliquid significet, vel naturaliter, vel per impositionem: vnde vox sumitur respectu significati, nomen vt per casus reflexitur verbum, vt per tempora, & modos, dictio vt componit etiam in mediociter

Dubium est primum de nomine infinito: & primo, cur negetur ab Arist. esse absolute nomen? breuique quidā dicunt non esse rationem, quia significat negationem, cum vox, negatio sit nomen sed quia non per modum naturæ, & entis significat vox autem negatio, quasi affirmatiue per modum entis significat, quod non habent termini infiniti: conueniunt tamen cum nominibus, quia possunt esse extrema propositionis, etiam ipsa nomina infinita.

Dubi. 1.

4 Merca. & Lemofius.

Secundo dubitatur, vtrum nomen finitum dicatur de omni ente, & non ente propter suum affirmatiuum? M. Soro negat hanc chimeram est nõ homo, quia est affirmatiua subiecti non supponentis: melius eam concedunt S. Th. Boe. Ham. hic Burana 1. Prio. tex. 4. & alij quia ex Arist. hic, nõ homo etiam est in his quæ sunt, & nõ sunt, Tole. hic non quia ea significet, sed quia de eis prædicatur, estque propositio necessaria, sicque vero subiecto non existens

Dubi. 2.

5 Tole. hic & Merc.

te, cum absoluatur à tempore, consequitur enim, monstrum chimæram, vel equum, necessario non esse hominem, ut est necessario chimæra est monstrum, vel equus est hinnibilis ad quas consequitur.

Dubita. 3. Vtrum nomina infinita sint incompleta, vniuoca, & connotatiua, & de duobus primis bene affirmant recentiores: nã negatio fit vnus terminus simplex, & nouus cum affirmatiuo, cum sumitur infinitæter, nec negat verbum, sicut quando negantur: tunc enim virtus eius, cum no fiat vnus cum affirmatiuo, transit vltra: significat ergo terminus infinitus, de formali non esse hominem, v.g. nõ homo, & quia hoc est negatio, denominatiue, potest esse vniuocum, instar passionis, entis realis, & rationis.

Vtrum vero nomen infinitum sit connotatiuum? Re centiores probabiliter sentiunt non esse vel esse absolutum, vel nec absolutum, nec connotatiuum, sed hæc connotatiua, esse inferiora termini finiti, sed cum vere ipsi admittat dicere de formali negationem, taliterque ut possit supponi, & prædicari, ideo dico esse connotatiuum, & quia D. Tho. & alij dicunt habere significatum formale, & materiale ex modo intelligendi, scilicet habens negationem dictam sui affirmatiui, v.g. non homo, hominis.

Dubi. 4. Vtrum transcendentia, vel supra transcendentia infinitari possint, ut non ens, non intelligibile? Qui dam negant, quia non dicitur de his, quæ sunt alij quia sunt analogæ: melius M. Soto, c. de nomine. Niph. & Lohan. hic affirmant, quia conueniunt eum alijs in modo significandi, non per modum naturæ, & certis, licet ratione latitudinis termini infiniti dicantur de his, quæ nõ sunt ratio enim Arist. fuit etymologia impositionis, non essentia: ut est lapis, qui lædit pedem, nec est cur analogæ, vel æquiuo-

ca, non infinitatur, si omnium affirmatiuorum velin. negatione adere, de quibus latè 2. p. Summul. diximus. Si vero roges 7. quædo erit intelligibile vox non intelligibile? Summul. aagunt. Respondetur tamen esse intelligibile in actu signato, quia significat in intelligibilitatem: est tamen intelligibile in actu exercito, vt vox, æquiuocum est vniuocum, vox, negatio, est affirmatiuum, vt dixi in prædicabilibus.

Quinto dabitur de obliquis primò. Vtrum sint nomina? Respondetur quod vt Arist. sumit nomen, non sunt nomina, vt ipse ait, quia addito verbo est non dicitur verum vel falsum cum eis, & rogati de alicuius nomine, per rectum, non obliquum cum nomina mus: dicitur tamè obliquus, calus nominis quod est rectum [licet Grammatici cum Stoicis rectum etiam vocent casum] nõ quia cadat per inflexionem, vt sumit Arist. sed quia cadit, id est, pcedit à metis cõceptione, vt S. Th. docet.

Secundo, Vtrum obliqui eidem conceptui, cui rectus, subordinentur? M. Soto in Summul. tres ponit sententias: Prima cõceptum recti, esse absolutum obliquo rum connotatiuum: Secunda eundem esse omnium conceptuum articulis variatum. Tertia, M. Soto significat eadem essentialiter: diuerso tamè modo, vel vt qui, vel vt cuius, &c. qui modus, inquit M. Soto. distinguit speciem cõceptus nõ facit: facit tamè equiuocationem in syllogismo, nisi variat numerus, quia sufficit vnitas declinationis: de quo nos ibi. Forte tamè est de nomine dissensio, clariorque dico obliquos esse terminos mixtos. Nam idem respondet eis conceptus in voce Latina, qui in Græca, & Hispana, vbi clarè ponuntur articuli: & ita eum in virtute contineant, propterea nõ est distinctus conceptus ex vi varietatis casuum, cum nec omnes lingvæ tot habeant casus, & in eadem etiam cum varijs constructum casibus, idem si-

Intelligibile quomodo sit intelligibile notandum.

Dubi. 1. de obliquis.

Dubi. 2. de obliquis.

Dissensio de nomine circa obliquos.

gnificans: vnde sensus tantum est attendendus, quorum distinctio melius vsu, quam arificalia distinctioe cognoscitur patetque facile quis cuique respondeat conceptus.

Dubit. 3. de adiectiuis. Dubit. 3. de adiectiuis, & primo: Vtrum sint nomina? Lohan. & M. Soto affirmant, sed bene alij negant, quia Arist. aperte petit, vt aliquid sit nomen, quod cum verbo est, impleat propositionem, & vt notat D. Tho. ex Hæmo. cautè enim dixit cum verbo, est, nam etiã obliquus facit cum imperionali propositionem. Aduerte tamen nos tantum loqui de adiectiuo adiectiuè teno, quod non est synonymum sibi substantiuè: accepto, cum variet sensum, veritatè, propositionis: adiectiuè enim in diuinis Theologi concedunt tres omnipotentes, & substantiuè negat Symb. Atha.

Dubit. 2. de adiectiuis. Secundo, Vtrum in adiectiuis datur in mente generum diuersitas? Breuius, respon. quod non datur, quando sola est Grammaticalis differentia ad placitum, vt quod lapis dicatur albus, vel petra alba, quia per ea que sunt ad placitum, non variatur naturalis significatio conceptuum: datur tamen in mente physica generum diuersitas, id est, masculina, vel feminini sexus, neutrumque dicitur, quod sexum nõ habet, vt paries quæ fecisset Grammatici facillimè terentur genera: idque foret commune duorum, quod duplici sexu esset, commune trium vero quod etiam non habentibus sexum, non tamè est in significato formali adiectiuui, hæc diuersitas, sepe enim bonus, bona, bonum, significat de formali bonitate, sed in connotato, quia variorum generum connotant subiecta, quibus applicetur.

Dubit. 4. de definitione nominis. Dubit. 4. Quæ sit integra definitio nominis: Auerr. definitioem nominis largè sumpti dicit esse hanc, nomen est vox significatiua ad placitum, sine tempore, cuius nulla ars significat separata, & per illas particulas finita, & recta compleri [inquit] definitio-

tionem nominis strictè sumpti: Sed profectò etiam sine illis videtur esse completam: nam [vt D. Thom. ait] per particulam, significatiua excluditur infinitum nomen, quod non est certæ significationis, per particulam, ad placitum obliqui, qui non primo imponuntur. Melius tamen est cum Auerr. sentire, vt sentit N. plus Lohanien. & recentiores, dictis particulis impleri definitionem nominis strictè: nam nec particula, significatiua, nec vox, ad placitum, dicunt futuram certam significationem, primã è impositionem, vox que recta, vt bene ex textu colligunt recentiores) significat, vt sit tale nomen, quod cum verbo est impleat propositionem.

Rogabis tamen, Vtrum huic definitioni desit quod addunt Summulistæ, ex qua simplex componitur propositio? Respondeo quod cum, vt patet ex definitione, complexi etiam termini excludantur, simplicesque tantum definiantur, quia hi soli necessarij sunt propositioni, patet non desesse: quod inquiri tamen est.

Dubio vltimo, Si complexi termini etiam includantur dicta particula, qua ponitur ordo termini ad propositionem, sit de essentia talis ordo, videturque, esse, quia aliter propositio esset terminus, & quia si sola significatio sufficit, notitia sensus foret terminus Resp. tamè ordinem ad propositionem non esse essentiam nominis: sed passionem, quia vt ordo ad syllogismum consequitur vt passio propositionis, ita aptitudo ad componendam propositionem: è posterior est, vt passio essentia, quæ talis est significatio, vt nec affirmet, nec neget, sed simpliciter significet, à quo modo significandi: excluditur propositio, notitia etiam sensus, eo ipso quod est per se potentæ non potentis formare propositionem, non habet talem modum significandi, quæ consequatur passio dicta, scilicet or-

Explicatur definitio nominis.

Dubitatur amplius de definitione nominis.

Dubitatur vlti. si ordo ad propositionem sit de essentia termini. Resp. a.

do ad propositionem, fat or tamē no mine termini significari fortē hunc ordinē, sed non est essentia, nisi prior significatio, quam ordo consequitur. Ultimo, aduerte me in mente sem per obliquo dare conceptum recti, articulis tamen determinari forelie- ctum ad variam ap. ellationem, vt di xi supra, c. 1. quia semper sit eadem imago hominis, v. g. licet varē appli cetur, & iungatur varijs, scilicet, ho- minis homini, &c.

CAPVT. III. De Verbo.

Textus.



Verbum autem est id, quod insuper tempus significat, & cuius nulla pars seorsum significat, atque sepe eorum, quae de alio dicuntur, est signū. Dico autem ipsum insuper tempus si gnificare, quia valetudo quidē est no- men, valet autem verbum. Significat enim insuper nunc esse, atque semper eorum, quae de alio dicuntur, est sig- num. Vt eorum quae de subiecto dici- tur: aut eorum quae in subiecto dici- mus esse. Non valet autē, & non egro- rat, nō dico verbum esse, nam insuper quidem tempus significat, semperque de aliquo dicitur. At differētia nul- lum nomen est positum, sed verbum infinitum vocetur. Quoniam de quo- cunque, & de eo quod est, & de eo, qd non similiter dicitur. Simili modo va- luit, atq; valebit non verba, sed verbi- casus appello. Quoniam illud quidē praesens significat tempus, illa autem id, quod est circa praesens, exactum, in- quam, atq; futurum. Ipsa igitur ver- ba, cum per se dicuntur nomina sunt, & aliquid sane significant, nam qui di- cit mentem vtiq; affirmat, & qui audi- nit, quicquid. Sed si est, aut non est, non

dum sane significant: nec enim e- c, aut non est, signum est rei neq; si ip- sum, quod est per se dixeris nudum. Ipsum enim nihil. Significat autem insuper compositionem quandā, quae quidem sine cōpositis intelligi nequit.

Summa textus.

Definit verbum, reijcitq; aliqua ratione verbi, docet etiam in quo cum nomine cōueniat: ver- bum (inquit) est vox significatiua cū tempore, cuius nulla pars significat separata, & est eorum quae de altero dicuntur, nota.

Annotationes circa literā.

NOta primo completam defintio- nem verbi, vt Hammo. Lobani. colligunt ex Arist. esse haec. 1. Ver- bum est vox significatiua ad placitū, Vera & consignificans tempus, cuius nulla pars significat separata, fiata, & recta, & est eorum quae de altero dicuntur, no- ta: omittit autem ponere Arist. vox si- gnificatiua ad placitum, quia est id commune cum nomine, satque fuit c. de nomi. posuisse, repetit vero vox cuius, nulla pars significat separata, quia (vt notat D. Tho.) verbum consi- gnificat tempus, & quia vt vox, pluit, videtur solū facere propositionem, maior de eo in hoc erat difficultas.

Secundo, recolendum est aliud esse significare tempus, aliud connota- re tempus, aliud significare cum tem- pore, quod est proprium verbo, estq; significare aliquid vt in actu exerci- tio coexistere tempori, vel instanti: va- de & verbum substantiuum signifi- cat cum tempore, & vox, curtus, li- cet significet actionem, non quia non eam significet ex modo significan- di, vt sit in tempore, sed vt quandam entitatem.

Circa

Dubita- tur si de- tur ver- bum si i- tum.

Merca- hic.

2. sentē.

3. senten.

3. Lemos.

Prob. 2.

Not.

Illatio.

Circa aliam particulam, finita, cū excludantur verba infinita, quantur, vtrum detur verbum infinitum, & vtrum in propositione detur tale: qui- dam 2 dicunt lapsos, in re tamen le- ui Aristot. & eius a seclas, quia nullū est verbum infinitum, & Lobani. idem se- tuant dicentes non distinguī à ne- gatiuo idem diximus nos. 2. p. Sumul. sed non placet alijs esse, etia vt probabilius tantum, non tamen vt vi- deamur palinodiam recantare.

Secunda sententia, admittit verbum infinitum, sed non in propositione, ita Boet. S. Tho. Alber. Alex. Scot. 2. Per- hierm. quod Aristot. ibi non videtur numerare verbū infinitum inter par- tes propositionis: idem videtur tene- re M. Soto. c. de verbo.

Tertia sententia & aliorum 3 vi- deturque M. Soto in Summulis dari etiam verbum infinitum in proposi- tione: quia Aristot. haec ait, verbum infinitum semper dici de alio.

Secundo, quia verbum infinitum est terminus, ergo potest esse in pro- positione. Confirmatur, quia, 2. Po- ster c. 10. vtrur Aristot. hoc Syllogis- mo, stella non scintillantes sunt pro- pe nos, planeta non scintillant: ergo planetae sunt prope nos, vbi particula, nō scintillant, est verbū infinitum, al- ter, enim in prima figura erit minor negatiua. hae omnia & alia à nobis in Summulis soluta sunt.

Aduerte tamen negationem infini- tantem verbi facere cum eo sim- plicem dictionem, & proinde virtu- tem eius nun transire vltra, nec nega- re vnionem predicati cum subiecto, quam assert verbum, sed eius signifi- cationem, vnde particula, Petrus non currit, infinitanter affirmatiua est, pe- trus scilicet existentiā, ac si dicat, Pe- trus est non currens.

Hic bene infertur, cum verbum, licet non vniat, extra propositionem, habeat tamen suam significationem,

posse esse extra propositionem infini- tatum, quia vero negauer, negatur vnio, petere propositionem, in qua tantum exercetur. Infertur etiam for- maliter, & bene antiquos, de verbo, vt sic agentes, quoad vnionem illi propriam dixisse in propositione, in qua exercetur non infinitari, sed ne- gari.

Ad Aristot. responderetur, vel dum di- cit propositionem constare, etiam no- mine infinito, & verbo, ambig verbum infinitum, vel vt dicunt alij compre- hendit sub negatiuo, propter nega- tam significationem Vtrum autē om- ne verbū possit infinitari? quidā pro- pter verbum substantiuum, negant, vt de transcendētib. Alij cum Al- ber affirmant, si dicat existentiā, non verò si transcendentaliter sumptum ab ea abstrahatur. Dico tamen pos- se infinitari (vt dixi de nomine trans- cendenti) non tamen ratione vnionis, quia, id est negari, sed ratione signifi- cationis, vt alia nomina infinitantur.

Ex dictis patet quid velit Aristot. dicens 3 verba secundum se sumpta nomina sunt. S. Tho. & Hammo. di- cunt, sumi nomen pro omni cathego- remate, qua sententia vsi sumus pro exemplo. c. de qualitate, germanior tamen est expositio, Auert. Boet. Ni- phi, & aliorum, supra, vt connotaui termini intrinsecē habent significatū formale, & materiale, ita & verbum omne, & significatum habet, vt curro- cursum, & id dicit, vt est in tempore, per mediumque copulabilis alteri sumptum: ergo verbum quo ad signi- ficatum, est vt nomen: & ideo addit Aristot. cum dixerat verba secundum dum se sumpta nomina esse, & aliqui d significat. particula, non, vt bene Hammo. stat declarari vè, in quo ver- ba fiat vt nomina, qui enim vtraque audit conceptum significati habet.

Circa particulam, recta, ostenditur principaliter verbum esse in tempo-

Dub. 2.

4. Lemos.

5. Verba per se sumpta nomina sunt, ex- plicat.

re præsenti, & ita Risto. dicit præteri-
um, & futurum non significare
tempus, sed quod est circa tempus, ve-
lut ait S. Thom. quia esse actionis, vel
existentiæ, quam important verba nõ
est in fore, vel fuisse, sed in esse, vel fie-
ri nunc, vel potius quia alia tempora
sunt verba, quia significat tempus,
quod fuit, vel erit, vel potest esse præ-
sens, per id, quod regulantur, & verifi-
cantur propositiones, in omnibus ve-
rò personis est præsens simpliciter ver-
bum, quia tempus præsens significat
cant. vnde impersonalia licet tertiæ
personæ præsens, sunt propriè ver-
ba, quod indecessunt relinquunt Lo-
banianeses.

uerum, vel falsum, sed spectant suppo-
situm tacitum, scilicet Deus, vel Sol,
qui mittunt pluuiam, & lucem, quod
ex bonitate intelligentis intelligitur
vtram vero, licet non sit propositio
verbum, sit complexum? aliqui Sum-
mulistæ affirmant de verbo adiectiuo
(& ex dicendis idè est de substantiuo)
quia ex. 5. Metaphys. text. 1 4. idè est
homo ambulat, & homo est ambulans
ostenditurq; in cōuersione, hæc enim
Petrus currit conuertitur in hæc Pe-
trus est currens.

In oppositum est hic Aristot. & cap-
ante prædic. vnde nos de cōnotatiuis,
negariq; non debet, cum dicitur est
currens significari formaliter entita-
tem, vel existentiam in communi, quod
non facit, particula currit, & quia pe-
nes significatū formale terminus di-
citur complexus, vel in complexus,
verbum simpliciter dicitur in com-
plexum: si tamen significata vnio
attenditur, videtur significare cōple-
xum, terminusq; mixtus ex cathego-
remate, & syncategoremate, denota-
tur enim vnio faciendā in propositio-
ne significati verbi cum subiecto, &
idem Hammo. dicit esse re complexū
vt referunt Moderni. c. 2. prædicam.
vide etiam dicenda. c. 4. in definitione
orationis.

Ad Aristot. 5. Metaphy. Responde-
tur tantum velle illa, ut homo, & ani-
mal rationale esse idem in consequē-
do, non in modo significandi, conuer-
sioque supponit explicitum significa-
tum verbi, ratione cuius sit conuer-
sio, cū sit inter partes materiales ma-
nente vnione.

Nota tamen cum idem sit in conse-
quēdo homo albus, vel habens albedi-
nē, vel homo, qui habet albedinē cur-
rit, licet vnus significet distinctius
alio, in illo etiam complexo homo
albus, parziale prædicatum albus cum
enuntietur de homine, fieri subiectū,
suppleturq; vnio, quam exercet verbū
cum

Verbū
est com-
plexum

quis reliqui, nequit tamen vnio copu-
læ principalis, nisi verbo suppleri,
quia debet affirmare, vel negare ali-
quid de aliquo sine dependentia ab
alia copula: impersonalia tamen si nõ
possent cum aliquo iungi, sed sola (vt
curritur) affirmarent existentiam (si
formalis significati, essent propositio-
nes, non tamen sunt talia impersona-
lia, sed sunt passiuæ præcipuis perso-
nis, prima scilicet, & secunda carētia,
vel formata ab actiuo in transitu e-
sumpto, semperque suppositum, ali-
quod subintelligitur, vt in alijs prima
& secunda persona ex bonitate intelli-
gentis, vnde vniuersaliter cum Arist.
nullum verbum est propositio.

Infiniti-
uus non
est pro-
positio;
nec uer-
bum.

Infinitiuus verò modus non tantū
non est propositio, sed cum non affe-
rat vnionem principalis prædicati cū
subiecto, non est propriè verbum, sed
vt participium nomen largè, vnde po-
test esse subiectum, currere est mo-
ueri. Circa verbum tamen substan-
tiuū, de tertio adiacenti, lis est: ali-
qui enim simul ista dicunt esse synca-
tegorēma nihil significans, sed con-
significans: quia sic nec est subiectū,
nec prædicatum, vt patet in hac, Pe-
trus est albus: in conuersione enim
albus sit subiectum, & Petrus prædica-
tum, immoto verbo est.

Verbum
de. 3. ad-
iacente,
aliquid
signifi-
cat.
Prob. 1.

Oppositū tamē, quod aliquid signi-
ficet, verbū de tertio adiacente: bene
aiunt iuniores, & est Antiquorum om-
nium Græcorum & Latinorum, & Lo-
bani. Auerr. Hammo. Boet. Porphyr.
Themist. Niphi, & aliorum. Probat,
primo, verbum est, ob adiuactionem
nominis, non perdit significationem,
ergo siue addatur, siue non significat
habentem entitatem.

Prob. 2.

Confirmatur, quia ex Arist. 2. Per-
hierm. c. 2. hanc, homo est albus. vo-
cat de prædicato conuincto, quod nõ
esset nisi verbum afferret partē præ-
dicati, vt amo, dum dicitur, amo Pe-
trum, pars est prædicati per obliquum

determinata, ita verbum est per al-
bum determinatum.

Confirmatur secundo, quia Aristot. hic dicit verbum semper esse prædica-
tum, particula, autem est, vt quoque mo-
do est verbum: ergo semper est præ-
dicatum semperque significat.

Ad argumentū, vox, est albus, signi-
ficat habentem quantitatem albi: cōuer-
sio tamen vt quantitas conuenit pro-
positioni, ratione partium materia-
lium, quæ sunt subiectum & prædica-
tum: licet enim prædicatum sit forma
respectu subiecti, est materia respectu
vnionis, quam verbum conuincit,
& quia ex Aristot. nequit sine extre-
mis comprehendere verbum: ergo ratio
ne participij est prædicatum totale,
vel parziale, quod si in conuersione
nõ repetimus ens albus est Petrus, est.
quia ens, in albo intrinsece includitur

Soluun-
tur obie-
ctā.

Illatio.
Quæ re
ducatur
& nomē.

Hinc Niphus in Iuducris enuntia-
to. 9. refert ex Alex. & Porphy. in me-
te non esse secundum adiacens: nam
huic, Petrus est, responderet in mente,
Petrus est ens, id tamen est in conse-
quendo, nam ex modo significandi
datur in voce: quia tamen tuac a i-
quid simpliciter est ens, cum est actu
pro ente in actu vnitur participium
clausum in verbo, scilicet ens, cum ab
solute dicitur aliquid esse.

Vltimò, licet aliqua Aristot. reiece-
rit à stricta ratione nominis & ver-
bi, ad ea reducuntur participium ad
verbum, quia significat tempus, pro-
nomen ad nomē pro quo ponitur, sed
hæc parum profunt.

C A P V T. IIII.

De Oratione.

Ratio est vox significatiua, cu
iupartium aliqua separata
significat, vt dictio, sed non,
vt

vt

Explica-
tur par-
ticula &
est eorū
quæ de
altero,
&c.

Circa illam particulam, & est eorū
quæ de altero dicuntur, nota Boet. &
Porphy. explicant, scilicet est signum
accidentium, quæ de altero prædicā-
tur, quia significant actionem, vel pas-
sionē, sed vox ens non dicit accidens,
nec particula habens humanitatem
Hammo Auerr. & S. Thom. explicant
id est verbum semper est prædicatum,
M. Soto & alij, id est, semper prædicat
aliquid de subiecto, quia semper di-
cit aliquid, vt de altero dicitur, idq;
vt vnibile cum altero in propositio-
ne, licet non semper sit integrum præ-
dicatum, excluditurq; sic partici-
piū, quod vt sic potest esse subiectum, &
quia Petrus Hispanus in definitione
verbi, omisit hanc particulam angun-
tur summulistæ, vt id distinguant à
verbo, nā quicquid velint alij, 3. nega-
ri nõ potest quin amans conuincet
tempus præsens, amaturus futurum,
&c. in quo cum verbo conuenit parti-
cipium, differtq; ab alijs nominibus,
vt homo, albus, prudens.

Merca.

Verbū
non est
proposi-
tio expli-
catur.

In fine, cap. ait Aristot. Verbum non
esse propositionem, quia non dicit ve-
rum, vel falsum, nam si aliquid maxi-
mè verbum est, quod non dicit: ver-
ba autem plnit, licet, &c. vt verba
sunt ex vi impositionis non dicunt

soluun-
tur obie-
ctā.

vt affirmatio, vel negatio, vt homo significat quidem aliquid: at non significat esse, aut non esse, sed erit affirmatio, aut negatio si aliquid ipsi addideris. Vna ve d; syllaba hominis nihil significat, nec enim hac tantū dictione musica, mus significat aliquid, sed vox tantum est. In compositis autem significat quidem, sed non per se, vt antea diximus. Aut vero omnis oratio significatiua, quidem est, non vt instrumētum, sed vt institutio, quem admodum dicimus.

Summa Textus.

Vlt agere de propositione, definitio; oratione, eius generis, oratio est vox significatiua, cuius partium aliqua separata significat, vt dictione non vt affirmatio: propositio est oratio vera vel falsa, quae in affirmatiuam & negatiuam, categoricam & hypotheticam diuiditur, & in vnam (sub qua categorica & hypothetica comprehenditur) & plures, vt est propositio æquiuoca, vel categorica plures non vnitæ. Secundo ait, cum omnis affirmationis sit negatio has contradicere, si sint eiusdem de eodem, &c. quae sit se determinasse in Elenchis, quæ iam compofuerat.

Annotationes circa litera.

Definitio in oratione sit, variæ sententiæ. Primò, dubitatur quod sit definitio in definitione orationis? Alber. & Philoppo. dicunt orationem perfectam, quia hæc est genus proximum propositionis, & imperfecta (cum sit imperfecta) non erit totum, nec habens partes, nec ei conueniet definitio. Aspasius & Porphy. orationem simplicem, dicunt esse de-

finutum, vt excludant, y, o, theticam, quia hæc habet partes affirmatione, scilicet & negationem.

Melius Alex Hammo. Sanct. Tho. Vera solutio. Niph. & alij orationem in communi definiunt dicunt, etiam ad hypotheticam, quia orationem, quam definiunt, diuisit postea in categoricam, & hypotheticam, in d. beuè S. Tho. & alij definiunt dicunt, vt etiam ambit imperfectam, cui ceuenit definiunt dixit autem in Summul, quid oratio perfecta, quid imperfecta, & quæ duplex, illa quæ omnia diuisione Laur. Valla, de qua recitiores, qui bene aiunt, perfecta est enuntiativa vera, vel falsa, quia tota ex licet actum intellectus, (omitto imperium, quod si est intellectus est vt voluntatis) Secundo, quia sola enuntiativa dicit rem esse, ab eo autem quod res est, vel non est, oratio est vera vel falsa: hæc autem, veliem esse doctus, tantum habet veritatem, sumpta, vt æquipollet huic, habeo veritatem essendi doctus.

Nota autem per particulam, vox, intelligi complexam ex ipso Aristotele in principio libri de Poetica, Græcumque nomen verti posset loquutio, quod commune est vni, vel pluribus vocibus, vt sumitur vox in definitione termini à Summulistis, vt de in Nipho fictiones aliquot eorum.

Ad argumentum pro Alter. bene Moderni ex Aristot. poni posse remotum genus differentijs inter medijs aliis, & ita particula, vera, vel falsa, secū assert, quod sit perfecta oratio: bene etiam S. Tho. partem alicuius: vt manum hominis, habere partes vt digitos, licet manus sit imperfectum ens.

Ad argumentum pro Aspasio bene Alex. Hammo. S. Tho. Aristotele velle non esse opus, vt partes orationis sint propositio, non quod repugnet.

Secundo Boet. inquit, quod Alex. & S. Tho. dictionem in Aristot. aliquid quando

Vera solutio.

Solutio Arg. contraria

Nota solutio.

Nota solutio.

Dubitatio.

Conclusio.

Conclusio.

Definitio propositionis.

& S. Thom) dictionem in Aristot. aliquid quando esse idem, quod affirmatio, & latine, dicere, est affirmare. quia ergo dixit partes orationis significare, vt dictione, ne putaretur sumi pro affirmatione, addidit non vt affirmatio, id est non sumo dictionem pro affirmatione & ita multi notant multos codices non habere, negatio, & S. Thom. solius affirmationis meminit.

Secundo dubitatur. Verum requiratur adorationem habere duas partes significatiuas? Aliqui dicunt vna si significet ut homo, altera posse significare nihil, particula blitiri. Niph. tenet vtramque debere significare, & esse categoricam, vt innuit Aristot. in principio poetica, primæque sententiae fauet definitio Aristot. hic.

Dico tamen primò si alia vox prorsus nec con significat, vt blitiri, non est oratio, quia non est compositio vocis, non significantis, quæ compositio reperitur in cōceptu vltimato, cuius est signum, & per quem regulatur, oratio vocalis, nilque respondet magis quam si sola vox significatiua proferatur, vnde alia non est pars.

Dico secūdo. Quid quid sit de oratione Rethorū, & poetarum, ad orationem Logicam fat est, vt vnā partem significantem, alia con significet, & S. Tho. id ait notare definitionem Aristot. dum ait particula, omnis homo, est oratio Aristot. autem in poetica, in poetica loquitur oratione, quod si alia pars nec con significaret, nec esset pars, nec faceret alium conceptum, alio modo quam sola vox, non esset oratio Logica.

Definitionem propositionis multi accusant, quia veritas, & falsitas accidentalia sunt propositioni, eaque in mota mutantur. Niph. responder definitur per passionem, complexam (aliterum non necessario inest) vel potius loco alieius ignoti, quod est commune huic complexo diuincto, verū, vel

falsum per quod essentia propositionis, quæ est ugnificare enuntiando declaratur vnde fit vt sit vera, vel falsa

Circa diuisionem propositionis eruditiores dicunt quid sit propositio hypothetica apud antiquos, quid con iunctione vna, de prima tamen diuisione in affirmatiuam, & negatiuam, M. Soto secundo summul. c. 8. sentit esse subiecti in accidētia. Probat quia communiter affirmatio, & negatio dicuntur qualitates propositionis Alex. Burana & Philoppo. esse analogi in analogata quia ex Aristot. affirmatio prior est negatione: & affirmatio, & negatio qualitates sunt propositionis. Melius dicendum ex Simpli. Porph. Hammo S. Thom. & Lobanien. esse generis in species, nam affirmatio, & negatio qualitates sunt illis essentielles: per quod patet ad primum, differentia enim qualitas dicitur & tamen essentialis est.

Ad secundum respondeo quod affirmatio prior est à negatione non in ratione generica propositionis, sed ratione differentiarum, per quod patet ad secundum, imò hæc paritas non tamen est ex parte conceptuū, cū non possit esse affirmatiuam in mente, quin adhuc esset negatiua, quia simul cōcipio hominem non esse chimæram & esse hominem, & vocalis propositio est relatiuè ad mentalem, ex parte tamen obiecti negatio supponit affirmationem, quam negat. Vtrum autem hypothetica propriam habeat negationem præteream, quam suæ partes habent, licet Aristot. hic vt innuit S. Thom. solâ categoricam videatur diuidere, in affirmatiuam, & negatiuam dixi in summul. estque Lobanien. vera sententia ratione suæ copulæ habere propriam negationem licet Niph. cum Boetii hæc in conditionali attendat penes consequentiā, loquitur tamē de conditionali, vt augmentatio, non vt propositio est, vt dixi in Summul.

Tertiò. Quæritur de diuisione propositionis.

Diuisio propositionis.

Vera solutio.

Ad secundū resp.

Dubi de hypothetica.

Dubi de diuisione.

fione p ratione significatorum dicitur plures
 posta in idemq; at de diuisione termini in vni
 vniocā uocum, & æquiuocum, quæ nō est ge-
 & æqui- neris in species, cum non sit penes mo-
 uocam. dos significandi sed penes unitatē, vel
 pluralitatem, significatorum, vt diui-
 sio eatis in vnum, & multa reducitur
 ad diuisionē subiecti, reducitur, quia
 unitas, & multitudo videtur proprie-
 tas entis, sed quæritio hæc ex disputa-
 tione de diuisione eatis parebit.

Dubi. 4. Quarto dubitatur. quæ sit diuissio
 de diui- propositiois in categoricam, & hy-
 sione in potheticā Niph. & recentiores vt cer-
 cathego- tum videntur supponere, ex antiquis
 ricam & esse analogam, primo quia Arist. sim-
 hypothe- pliciter vocat primā, scilicet, cathego-
 ticam. ricam hypothetica aut nō est vna sim-
 Sentētia- pliciter, sed coniunctione vna. Dice-
 Niph. & tur tamen fac. lē, & bene esse vnā sim-
 Tol. pliciter, licet vna nō sit simplex, vt ho-
 Prob. 1. mo est vnū ens per se simpliciter, non
 tamē simplex, sed compositum. Vnde
 quod magis vrget est,

Prob. 2. Secundū, quia hypothetica forma-
 liter claudit categoricas, vna autem
 species non claudit altam.

Argn. 3. Tertio, quia conditionalis nō vide-
 tur absolutē propositio, cū nec sit, ab-
 solutē vera, nec absolutē falsa.

Argu. 4. Vltimo quia distinctiua videtur æqui-
 uoca, cum non habeat unitas partes.

2. Sēt. M. Secūda sentētia M. Soto. 2. Sūmul. c.
 Soto. 6. & aliorū 8 esse diuisionē generis in
 8 species, quia distinctā habet veritatē,
 Metcad. & falsitatem, affirmationem, & nega-
 Opus. de tionem, vt patet. Secundo, quia nō est
 æquiuo- hypothetica (licet sit vnus conceptus
 cis. re duarum categoricarū) nisi conce-
 piantur per modum vnius, vt vnitz.

Fortē tamē non est de re differentia,
 quia cum hypothetica claudit (licet
 sit simplex qualitas) quicquid est ne-
 cessariū, categoricæ, nō possunt esse
 duæ cōpletæ species, sed quod non ne-
 garent antiqui) in cōpletæ & ita dicūt
 aliqui confugientes ad species artifi-
 ciatorum, vt sunt domus, & vt vrbs, in

quibus vna clauditur in alia: similisq;
 est diuissio termini in complexū, & in
 complexū, quod patebit clarius infra
 cā de diuisione modi sciendi fiat ser-
 mo. Et contra hæc nihil facit tertium
 argumentū, & ad duo prima respōsū
 est, nec quartū arg. quia conditionalis
 absolutē (id est simpliciter) vera est,
 vel falsa, licet non absolutē (id est non
 conditionaliter) hæc enim si Petrus cur-
 rit mouetur, licet cōditionaliter pro-
 lata, vera est & necessaria, hæc falsa si
 mouetur non currit.

Ad vltimum dixi in Sūmul partes
 distinctiue in modo significandi disti-
 ctuē vniti, vocatq; à Grammaticis
 particula vel; coniunctio, quia opus
 est, vt vtraq; pars, vt pars distincti cō-
 cepiatur, scilicet hoc esse albū, vel ni-
 grū, æquiuoca verō sine ulla unione in
 modo significandi, vel intelligēdi, si-
 gnificat plura unione solius uocis.

Dubitari hic potest virū propositio
 in mente simplex sit qualitas, sed in li-
 bris de anima tractatur, commodius,
 vtram autem formale propositionis
 sit ens reale, infra cum de modo scien-
 di quæritio fiat, disputabitur vide dicta
 2. p. Sūmul. & sup. q. de obiecto logicę

CAPVT V.

De oppositionis spe-
 ciebus.



Vm autem rerū aliq
 sunt vai-
 Textus:
 vniuersalis, alia singulari-
 lares. Vniuersale dico,
 quod de pluribus aptum
 est prædicari, quale est homo. Singula-
 re autē id, quod illam legē subire ne-
 quit: quale est Callias, sicq; necesse in-
 terdum vniuersaliū, interdum singu-
 larium cuidā aliquid in esse, uel nō in
 esse enuntiare, Si quispiam vniuersali-
 ter quidem de vniuersalibus enūtiat,
 competere inquam, aut non cōpetere
 quip-

quip, iam erunt enuntiationes istæ cō-
 trariæ, at que de vniuersalibus vniuer-
 saliter enuntiare quem piā dico hoc
 modo: vt est omnis homo albus, nullus
 homo est albus. Quando autem in vai-
 uer salibus non vniuersaliter, non sunt
 contrariæ. Quæ autem significantur,
 esse aliquando contrariæ. Dico autem
 non vniuersaliter enūtiare in his, quæ
 sunt vniuersalia hoc modo homo al-
 bus est, homo albus non est, homo qui
 dem est vniuersale, at ille non vnitur,
 vt vniuersali ipsa enuntiatione. Om-
 nis enim non significat ipsum vniuer-
 sale, sed vniuersalis prædicationis est
 nota. Ei verō, quod vniuersaliter præ-
 dicationis addideris notam enuntia-
 tionem non efficies verā. Nulla enim
 erit affirmatio vera, in qua prædica-
 tionis nota vniuersalis ei adiungitur,
 quod vniuersalior prædicatur, vt om-
 nis homo est omne animal. Affirma-
 tionem igitur, & negationem oppo-
 ni contradiçtorix quidem dico cum
 vniuersaliter de eodem, vt omnis ho-
 mo albus est, non omnis homo albus
 est: nullus homo albus est, quidam ho-
 mo albus est. Contrariæ verō cum vni-
 uersaliter vtraque significat de eodē,
 vt omnis homo albus est, nullus ho-
 mo albus est.

Summa Textus.

Primo ait Aristotel. omnis pro-
 positio, vel est de subiecto vni-
 uersali, vel singulari.

Secundo, quæ est de subiecto
 in vtraque vniuersali est contrariæ,
 quem neutra vniuersaliter sub con-
 trariæ, quæ in altera tantum vniuer-
 sale contradiçtoria.

Annotationes circa
 literam.

Capit. quarto opposuit affirma-
 tionem negationi, nūc de pro-
 Mu. procedē
 di Arist.
 positionum oppositione agit,
 & quia hæc in quantitate, &
 veritate consistit, hic de quantitate,
 cap. 6. de veritate agit, & latē res diui-
 dit in ordine ad intellectum in vniuer-
 salis, & particulares.

Secundo ait Aristotel. propositio-
 nes de prædicato distributo semper
 esse falsas quia, & sunt in congruæ,
 & in communi successu (omissis raris
 & portentosis casibus) falsæ, vt
 bene Iuniores ex S. Thom Alber. &
 Aristotel. contra Boeti. Licet prædi-
 catum sit æquale subiecto, hæc enim
 omnis homo est omne rationale fal-
 sa est distributo prædicato, quia nul-
 lus homo est omne rationale, si ra-
 men prædicatum vnum sit singula-
 re, in congruē distribuitur.

Tertio ait Aristotel. quæ significan-
 tur per sub contrarias esse aliquan-
 do contrariæ. Recentiores multas ad-
 dunt expositiones mihi magis placet
 S. Thom. & Alexand. quia scilicet in
 materia naturali æquiuale contra-
 rijs, vel expositio Porphyri. Hammo
 & Boeti. scilicet cum dicitur homo
 est albus, homo non est albus, quia ra-
 tione materię, non albus est niger, vel
 pallidus & c. quæ albo sunt contrariæ,
 ideo aliquando dici prædicata con-
 trariæ.

Quarto ex Hammo. & S. Thom.
 aduerte contrariæ dici, quia maximē
 pugnant, adde in genere veritatis, &
 ita in absolutis est extensiuē maior
 oppositio, in modalibus intensiuē,
 impossibile, & necesse, magis quam
 impossibile, & contingens, absolutē
 tamen maior est oppositio contradi-
 çtoriarum cum sit suppositio in veri-
 tate & falsitate, vt dictum est latē, c.
 de oppositis.

Quinto Aristot. non meminit sub al-
 ternæ oppositionis, quia non est op-
 positio, sed in quantitate diuersitas.
 Dices.

Dices vt ex Aristot. in Summul. diximus, sub contrarijs etiam solum voce sunt opposita. Respondetur, cum hic agatur de rerum signis numerantur, quia voce sunt opposita: & quia ex modo enuntiandi eodem signo vniuoce repugnantia nascitur in falsitate, quæ licet in eis non sit proprie repugnantia, quia ob indeterminationem pro diuersis verificantur, & ita non est in re oppositio Paulum currere, Petrum vero non: quando tamen vt in contradictorijs nascitur repugnantia in falsitate, cum sumuntur pro eodem, propria est repugnantia, falsitatis inquam repugnantia.

CAPVT. VI.

De Regulis.

Textus.



Vapropter fieri quidem non potest, vt hæc simul sint veræ. At fit, vt his opposita veræ nonnunquam sint de eodem, veluti non omnis homo albus est, & aliquis homo albus est, & aliquis homo albus non est. Contradictiones igitur eæ, quæ vniuersalium vniuersaliter sunt, ita sese habent, vt altera pars earum sit necessario vera, altera falsa, eandem conditionem, & in singularibus esse constat, vt Socrates est albus, Socrates non est albus. At eæ, quæ vniuersalium non vniuersaliter sunt, non ita se habent, vt semper altera pars ipsarum sit vera, altera falsa, hæc nanque simul sunt veræ, homo albus est, homo albus non est: homo pulcher est, homo pulcher non est, & si quippiam sit, id profectò non est. At enim absurdum ilico cuiuspiam hoc esse videbitur: propterea quod hæc, homo albus est, & nullus homo albus est, idem significare videntur: at

nec idem sane significant, nec sunt simul necessario veræ. ¶ Patet autem & vnius affirmationis vnam esse negationem: idem enim oportet negationem negare, quod affirmabit affirmatio ipsa, & ab eodem siue singulari sit siue vniuersali, aut vniuersaliter, aut non vniuersaliter sumptum, vt est Socrates albus, non est Socrates albus. Quod si quippiam aliud ab eodem negauerit, aut idem ab alio, non erit hæc illi, sed alia sanè opposita. Huic vero, omnis homo albus est, illa non omnis homo albus est. Et item huic, aliquis homo albus est, illa, nullus homo albus est, & huic rursus, homo albus est, illa, homo albus non est. ¶ Dictum est igitur vnam affirmationem vni contradictorijs opponi negationi, & quæ nam sint illæ, & contrarias alias esse, & quæ sint etiam illæ, & item omnis contradictionis alteram partem veram, alteram falsam esse. Et cur ita sit, & quando rursus vera est.

Summa Textus.

Docet contrarias non esse veras simul, subcontrarias non esse falsas simul, contradictorias nec veras nec falsas simul.

Annotationes circa caput.

Sanct. Thom. hic ait subcontrarias non proprie opponi, de quo p. 3 Sumul. dixi satis. Secundo ait Aristot. homo est albus, non est homo albus, subcontrarias esse, quia manifeste in sensu postpositæ negationem subiecto. licet autem Iuniores dicant Arist. indefinitas, homo est albus, homo non est albus, vocare contradictorias, quæ possint esse veræ, non

Annotationes circa literam.

Non negat Arist. vocari propositionem æquiuocam vnam vnitatem vocis & terminum æquiuocum, & habere plures scientias, vñ vnitatem subiecti, sed non habere vnitatem requisitam contradictioni, quæ est significati: ait insuper, distributionem in eis sumi posse pro vno significato: loquitur enim de mere æquiuocis, & in analogis metaphoricis ex vsu proprio tantum videtur sumi, & forte in distributionis, nisi vtrique formaliter insidendum vsus potius attendendus est, vel vtendum distinctione, nam & singularia, de quibus Petrus dicitur, æquiuoce solemus comprehendere dicentes, omnis Petrus currit, pro omni homine illius nominis.

CAPVT VLT. De futuris contingentibus.

In his igitur, quæ sunt & fuerint, necesse est affirmationem, aut negationem veram, vel falsam esse, atq; earum quidè, quæ vniuersaliter sunt, sæpe necesse est alteram veram, alteram falsam esse: & singularium etiam vt diximus: nam earum quæ dicta sunt non vniuersaliter vniuersales, non necesse est alteram veram, alteram falsam esse, & tunc de his autè antea diximus. In singularibus autem, atq; futuris non similiter res sese habent. Nam si omnis affirmatio, vel negatio vera est, vel falsa, & omne necesse est esse, aut non esse. Quare si quispiam quidem dixerit qui, p. 1. fore, alius autem illud idè non fore dixerit necesse est, vt patet, alterum ipsorum dicere verum: si omnis affirmatio, vel negatio vera est, aut falsa, in talibus

non tamen inducatur vna vox, potest ordinari textus, vt vox, quæcumq; vbi ait esse veras, non referat contradictiones, de quibus egerat, sed propositiones, quæcumq; scilicet, propositiones, sed de his capitibus, abundè dicta in Summulis.

CAPVT. VII. De affirmatione, & negatione vna.

Textus.



Autem vna est affirmatio, & ite: vna negatio, quæ vnum de vno significat, siue sit siue non sit vniuersaliter vniuersale, vt omnis homo albus est, non omnis homo albus est: homo albus est, homo albus non est: nullus homo albus est, quidam homo albus est: modo album vnum significat. Quod si duobus nomines est vnum positum ex quibus vnum non constat, non est vna affirmatio, nec vna negatio, veluti si quispiam equo, & homini posuerit nomen tunica, hæc oratio tunica est alba non erit vna affirmatio, nec etiam vna negatio: hæc enim homo equus est albus, nihil ab illa differt videtur: at hæc nihil ab hisce differt equus est albus, homo est albus: quod si hæc plura significat, & sunt plures, patet & primam illam, aut plura, aut nihil significare, non est enim aliquis homo equus. Quare nec in his affirmationibus, negationibusque, necesse est alteram contractionem veram, alteram falsam.

Summa textus.

Est (ait) vna affirmatio, vel negatio, quæ vñ de vno dicit vnitatem vniuoctam in æquiuocis vero quæ quia sumi possunt pro diuersis, non si vna est vera altera debet esse falsa.

talibus enim nō simul ambæ fuerint
veræ. Nam si verè quispiam dicit hoc
album, aut non album esse, necesse est
album, aut non album esse. Et si est al-
bum, aut non album verum vtrūq; di-
cit atfirmando, aut negando, & si om-
nino non est falsum dicit, & si falsum
dicit nō est. Quare necesse est affirmati-
onem, aut negationem veram, vel
falsam esse. Nihil ergo aut est, aut sit
à fortuna, neq; est quicquā q̄ æquè
fieri, ac non fieri possit, nec erit, aut
nō erit quicquam, sed omnia necessa-
rio eueniunt, & nihil est, quod æquè
fieri, ac nō fieri possit: nā aut is dicit
verum, qui affirmavit, aut is qui nega-
uit; quare non est quicquam omnino
ralis naturæ. Etenim etiā æquè fieret,
vel non fieret, id enim q̄ æquè fieri, at
que non fieri potest, non magis sic, aut
sic sese habet, aut habebit. Præterea si
est nunc aliquid album verè quispiā
prius asseruisset, si forte illud dixisset.
Quare semper esset verum, si diceret-
ur q̄ vis eorū, quæ facta sunt esse fo-
re: quōd si semper esset verum, si di-
ceretur hoc esse, vel fore fieri non po-
test, vt istud non sit, aut non oriatur.
At quod fieri non potest, vt non oria-
tur, id impossibile est, vt non fiat, sed
q̄ impossibile est quod non fiat, id fie-
ri necesse est vniuersa ergo futura ne-
cesse est fieri, quate nihil est omnino,
quod æquè fieri, atq; non fieri potest.
Nec à fortuna quicquam euenit: sed
omnia necessario fiunt: nam si fortu-
na quippiam eueniret, id non necesse
erit. At vero neq; dicere quicquā
potest neutrum esse verum, veluti ne-
que fore, neque non fore: primo nam-
que cum affirmatio vera non est, ne-
gatio vera non erit & cum hæc est fal-
sa sit, vt affirmatio non sit vera. Et in-
super si verè quispiam dicit albū qui-
piam esse, simul & magis, necesse esse
vtrumque, & si verè dicit cras fore: o-
porteret illud cras fore: quōd si nec erit
cras, neque non erit, non erit id in ra-

tione rerum, q̄ æquè fieri, atq; nō fie-
ri potest, veluti naualis pugna, o-
porteret enim neque fieri, neque non fieri
pugnam naualem. Ea igitur absurda
quæ eueniunt, hæc sunt & istius modi
cætera. Si necesse est enunciationum
oppositarum, tam in vniuersalibus v-
niuersaliter, quam in singularibus al-
teram veram, alteram falsam esse, ni-
hil inquam in his esse, quæ sunt, quod
æquè fieri, atque nō fieri possit, sed ef-
se, ac fieri necessario cūcta quare nec
consultare opus, nec aggredi res agē-
das, veluti si hoc idem idē fecerimus,
eueniet hoc, si hoc vero nō fecerimus
nō eueniet hoc. Nihil enim prohibet
& annos vique centies centum vnum
hoc fore, alterum non fore dicere, vt
necessario ipsorum eueniat alterum,
quod quidem tunc diceretur. At ve-
ro neq; quicquā refert quippiam di-
cere contradictionem, vel non dice-
re. Patet enim ita res ipsas sese habe-
re, & si non alter quicquam affirma-
uit, alter negavit. Non enim quia af-
firmatio dicta est, aut negatio, ideo
res erit, aut non erit, neque magis, si
ad annos vsque centies centum, quan-
to tempore fore, aut nō fore dicatur,
quare si in omni tempore cōtradictio
sese habebat, vt altera pars ipsius sit
vera necesse erat hoc fieri, & vñ quod
que eorū, quæ fuere sic semper sese ha-
bebat, vt necesse nō fiat: nam si verè
quispiam dixit hoc fore, fieri nequit,
vt non oriatur ipsum, atque eueniat,
& sic euenit, atq; est ortū tempore an-
te verū erat dicere ipsum fore. Siqui-
dem hæc esse nequeunt, videmus enim
principium futurorum in deliberando
quippiam, atq; agendo, & omnino
id, quo similiter est, atq; non esse po-
test in his, quæ non semper sunt actu,
in quibus vtrumque & esse, inquā, &
non esse contingit: quare & fieri & nō
fieri, & rerum complures ita sese ha-
bentes, ipsis oculis cernimus. Nam vt
hoc exēpio percipiatur vestimentum hoc

hoc possibile est sciendi, & non scin-
detur, sed tempore post conteretur: simi-
liter, & non sciendi possibile est, nec
enim posset tempore post contritum fo-
re, si sciendi non posset. Quare & in a-
lij: ita est rebus, quæcuq; talem po-
tentia lobeant. Manifestū est igitur nō
omnia necessario velle esse vel fieri,
sed quædā talia esse, vt æquè fieri, aq;
non fieri possint, de quibus nō est ma-
gis affirmatio, quam negatio vera,
vel falsa, quædam esse huiusmodi, vt
ipsorū magis quidem, & pierunq; al-
terum eueniat: possit tamen & alterū
non euenire. Necesse est igitur id q̄
est quando erit esse, & id quod non est
quando non est, non esse: nō tamē aut
omne, quod esse, aut omne, quod non
est non esse, necesse est: non enim idē
est omne, quod est necessario esse cum
est, & simpliciter necessario esse, & de
eo quod non est simili modo. Et in cō-
tradictione etiam ratio eadē est, om-
ne namq; necesse est esse, aut non esse,
& item fore, aut non fore: non tamen
necesse est distindē alterum fore, ve-
lut necesse est quidē pugnam nauale
cras fore, aut non fore: non tamen fo-
re pugnam nauale cras necesse est,
neq; reus non fore: attamē fore, aut
non fore necesse est. Quare cum ora-
tiones ita sunt veræ, que modum
sese habent res ipsæ, patet & contradi-
ctionē ipsam, quæ circa res eas effici-
tur, quæ sic sese habet, vt æquè fieri, at-
que non fieri, & esse, atq; non esse pos-
sint, necessario perinde sese habent, vt
que res tales sese habent, & eandem cū
illis legem subire, quæ quidem in his-
ce sit, quæ non semper sunt, aut non
semper non sunt: cōtradictionis enim
rerum ipsarum alteram quidem par-
tem necesse est veram esse, vel falsam:
non tamen hanc vel hanc, sed vtraq;
contingerit, hūq; vt altera magis sit ve-
ra non tamē vera, vel falsa distindē,
sicut i diximus. Quare patet non om-
nium affirmationum, & negationum

oppositarum, alteram necessario ve-
ram esse, alteram falsam, nō enim in
hisce quæ sunt, sic res se habet, &
in his quæ non sunt quidem esse ve-
rō, aut non esse possunt: sed vt dixi-
mus.

Summa textus.

Vlt docere quomodo se ha-
beant propositiones de futuro
in materia contingenti, in ve-
ritate, vel falsitate, dicitur; pri-
mo, licet propositiones de præsentis,
vel præteriti sint determinatæ veræ,
vel falsæ, nō tamen propositiones de
futuro contingenti, nec sunt necesse-
ria futura, quod euenientur, quod
probat.

Secundo, dicit propositiones præ-
sentis, & præteriti in materia contin-
genti non esse necessarias, absolute ex
connexione extremorum, sed quia
sunt determinatæ ad esse.

Quia tamen materia huius capitis
grauissima est, necessariaque omni di-
ciplinæ, placet magis extense ipsum
enodare, inquit ergo Arist. in prima
parte huius cap (in qua declarat qua
ratione reperitur veritas, vel falsitas
in propositionibus de præsentis & præ-
teriti) quod in his quæ sunt & quæ fa-
cta sunt necesse est affirmationem, &
negationem esse veram, vel falsam, in
vniuersalibus quidem vniuersaliter,
in singularibus vero singulariter, hoc
est in propositionibus, siue affirma-
tiuis, siue negatiuis de præsentis & præ-
teriti, reperitur veritas, vel falsitas
determinatæ, vt cum dico, Petrus est
albus, vel Petrus fuit albus: ita vt in
propositionibus de subiecto vniuersa-
li, quæ sunt contrariæ, vel sub-
contrariæ, quia hæc non sunt to-
taliter oppositæ, vt contradictoriæ,
non est necesse quod si vna est vera,

altera sit falsā, vel è contra, possunt enim ambæ esse veræ vel falsæ, & hoc est in vniuersalibus vniuersaliter: in particularibus autem reperitur veritas, vel falsitas, particulariter, id est, contradictoriè, non tamen in propositionibus de contingenti est determinatè, veritas, vel falsitas, hæc enim. Socrates erit albus, non est vera, vel falsa: quod probat, quia aliàs non esset fortuna, neque casus, neque negatio, neque consultatio, neque contingentia esset, neque ad vtrumlibet, neque raro, vt in plurimum: si enim res esset determinatè vera, etiam si sit de futuro contingenti, non posset non accidere & consequenter neque esset fortuna, neque casus. Secundo, quia si est determinatè vera, non potest non esse vera, ergo est impossibile quod non sit vera, & consequenter necessario est vera, quia impossibile non æquiualeat necessario. Cum hoc tam docet, quod in propositionibus de futuro, sit veritas & falsitas, aliàs darentur duæ contradictoriæ simul falsæ, nã hæc propositio. Socrates erit alb⁹, est falsa, quia in oppositione contradictoria, vna propositio necessario est falsa, similiter altera propositio huius contradictoriæ, scilicet: Socrates non erit albus, est non vera, ergo darentur duæ contradictoriæ simul falsæ. Præterea sequeretur, quod non esset contingens, ad vtrumlibet, quia tale est, quod potest esse & non esse, ergo in propositionibus, de futuro contingenti est veritas, & falsitas, licet indeterminate: soluit quod duas obiectiones quæ parum faciunt ad rem. In 2. par. vt declarat qualiter in propositionibus de præterito, & præteriti, sit determinatè veritas, vel falsitas, notat quod necessitas est duplex, quædam simpliciter, quædam vero ex suppositione: nã ista est vera propositio, homo est animal: & necessaria simpliciter: propositiones autem de præterito (inquit Arist.) sunt necessariae, ex sup-

Arist. varie probationes.

a Pars.

positione, & etiã propositiones de præteriti, & contingentiam licet cõtingens fuerit quod Petrus currat, & nõ currat ex suppositione quod currat, hæc est necessaria secundum quid Petrus currit. Propositiones autem de futuro contingenti, si sint singulares non habent determinatè veritatè, quia istæ propositiones, Petrus currit & nõ currit, sunt contingentes ad vtrumlibet, atque ita vna non est determinatè vera vel falsa, si sumantur disiunctiuæ: at vero sunt veræ vel falsæ, si sumantur disiunctim: hoc est quod hæc propositio, Socrates currit, non est determinatè vera, neque hæc Socrates non currit: at vero disiunctim est vera, vel falsa, id est, hæc propositio, Petrus currit, vel hæc, Petrus non currit, erunt veræ, vel falsæ.

Annotationes circa literã.

Utea quæ in hoc capite ab Arist. docentur, & quæ tractatu de cõtingentibus, statim apponendo intelligantur, non abs re erit, hic generaliter omniẽm materiam propositionum explicare, materia ergo propositionum, vt 2. par. Summularũ dixi, est habitudo & ordo, quem dicit prædicatum ad subiectum, & quoniam triplex est illa habitudo prædicati ad subiectũ: triplex etiã est materiæ propositionum, prima materia naturalis siue necessaria: secunda est materia remota, tertia, materia cõtingens, materia necessaria, est habitudo necessaria, quã dicit prædicatũ ad subiectum, id est, quãdo prædicatũ, necessario in est subiecto, efficitur propositio, in materia necessaria: materia remota est, quando prædicatum est repugnans subiecto, vt cum ego dico omnis homo est lapis: materia autem cõtingens, est quãdo prædicatũ habet se se parabiliter, & cõtingenter ad subiectũ, & quia

Modus cõtingentis triplex.

& quia triplex est modus contingentiæ, contingens raro, contingens, vt in plurimum, contingens ad vtrumlibet, etiam propositiones contingentes, aliquo istorum modorum contingentes sunt de hac materia contingenti: cõtingens autem raro est quod raro cõtingit, ita quod vt in plurimũ & fere semper non accidat, vt quod homo nascatur cum sex digitis in quacumque manu, hoc enim raro cõtingit, & suũ oppositum, scilicet, quod homo non nascatur cum sex digitis in quacumque manu, fere semper accidit, & raro deficit: contingens autem, vt in plurimũ, est illud quod fere semper accidit, & raro deficit, vt flante vëto Austro pluuiam subsequi. Contingens autem ad vtrumlibet est illud, quod tam est de terminatum ad esse quã ad nõ esse, vt quod ego legam, est cõtingens hoc modo, quia indifferens est, vt sit & nõ sit. Propositiones ergo istorum modorum contingentiæ, sunt de hac materia, & nõ solum affirmatiuæ, sed etiã negatiuæ, vt hæc propositio, flante Austro pluuiam sequetur, & hæc quod flante Austro pluuiam non sequetur, cuius rei hæc est ratio, quia in negatiuis propositionibus, reperitur ratio materiæ contingentiæ, scilicet, quod prædicatum se habeat separabiliter ad subiectum: ita proprium est huius materiæ, propter actionem dictam, quod nulli aliæ materiæ conueniat: nam in materia naturali solum ponuntur propositiones affirmatiuæ, in quibus necessario prædicatum conuenit subiecto, vt homo est animal, homo est rationalis: at vero negatiuæ, oppositè illis affirmatiuis de materia necessaria sunt de materia remota, quod prædicatum est repugnans subiecto, & remouetur ab illo, cui necessario conueniebat, vt si dicamus homo non est animal, similiter negatiuæ de materia remota, vt est homo non est lapis, non sunt de materia remota, quia præ-

dicatum necessario remouetur à subiecto, & ideo sunt de materia necessaria. Est secundo notandum, quod omnes propositiones, tam de materia remota quã de materia necessaria, & remota possunt variari secundum quantitatem: quadrupliciter possunt enim variari secundum signum vniuersale particulare, & etiam sine signo similiter possunt variari secundum qualitatem, hoc est secundum affirmationem, & negationem, ex quibus variationibus secundum qualitatem & quantitatem, oriuntur tria genera oppositionis, scilicet, contradictoriæ, contrariæ, & subcontrariæ: contradictoriæ, vt quando vna propositio est vniuersalis, altera particularis: vt omnis homo currit, aliquis homo non currit & etiam quando propositiones sunt singulares, vt Petrus currit, Petrus nõ currit. Contrariæ, vt quando vtraque propositio est vniuersalis, vna negatiua, altera affirmatiua, vt omnis homo est animal, nullus homo est animal. Subcontrariæ, quando vtraque propositio est particularis, vt aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus.

Hinc colligitur, quod in propositionibus de præteriti & præterito, in quacunque materia est determinata veritas vel falsitas, quod quidem colligitur ex verbis Arist. dicentis, in principio huius capitis, quod in his quæ sunt & quæ facta sunt, necesse est affirmationem, & negationem esse veram vel falsam determinatè, id est, in propositionibus de præteriti & præterito est determinata veritas, sed in propositionibus contradictorijs, de quavis materia, vna propositio est vera, altera necessaria falsa, quod colligitur ex illis verbis Aristotel. dicente: Quod in vniuersalibus vniuersaliter vna est vera & altera est falsa, vt omnis homo est albus, aliquis homo est albus. Vnde certum debet esse quod Arist.

Illatio.]

illis verbis nolluit significare, (vt aliquid dicunt) propositiones contrarias, quod probatur, nam Arist. dixit quod si vna propositio earum quæ sunt vniuersales vniuersaliter est falsa, alia debet esse vera, sed in oppositione contraria non sequitur necessario quod si vna est falsa, altera debet esse vera quia possunt esse simul falsæ propositiones contrarie, vt ois homo est albus nullus homo est albus ergo. Tum secundo quia Arist. dixit quod quemadmodum in propositionibus, quæ sunt vniuersales vniuersaliter, si vna est falsa, altera debet esse vera, sic in propositionibus singularibus, ergo nõ loquitur ibi de propositionibus oppositis contraria oppositione: tandem textio quia iã Arist. relinquerat oppositione contradictoriam (quæ nobilior est omnibus oppositionibus), si illis verbis non persuerit, quia non est alius locus vbi de illa meminerit.

Dubita- Sed si dicar aliquis, idem sequi in eo
tio, ueniens contra hoc, quia si illis verbis loqueretur Arist. de oppositione contradictoria, ergo iam nõ meminerit de oppositis contrarie, quæ etiam est maxima oppositio, quia videtur non esse alium locum vbi illam posuerit Arist. nam illis verbis vniuersalibus, quidem non vniuersaliter, nõ eodem modo possit non solum oppositiones subcontrarias, in quibus propositiones habent subiectum vniuersale, non vniuersaliter, id est cum signo particulari, sed etiam possit oppositio nem contrariam, & non ex eo dici vniuersales, non vniuersaliter, vt significaret oppositionem subcontrariam, in qua subiectum est, non vniuersaliter, id est cum signo particulari, sed vt significaret quod oppositio contraria, & sub contraria non est omnimodo, & totalis oppositio, sicut oppositio contradictoria. Propter quod dixit Arist. de oppositione contradictoria, quod est vniuersalis vniuersaliter, id est totalis

& omni modo oppositio, reque aliquid gloriatur valet. qui dicunt quod cum dixit Arist. vniuersalis vniuersaliter, &c. Non dixit si vna est falsa altera debet esse vera, sed dixit si vna est vera altera potest esse falsa, & debet esse falsa, & ideo tantum loquitur de oppositione contraria, in qua hoc reperitur, quod si vna est vera altera debet esse falsa. Arist. loquitur ibi absolute quod si vna est vera altera falsa sit & e contra.

Iam habemus quod propositiones de contingenti sunt determinate vere vel falsæ, si accipiantur ita quod sint de præterito, quod etiam certum est, in propositionibus necessarijs, & de materia remota, similiter certum debet esse, quod propositiones de futuro sunt determinate vere, in materia naturali, & in remota falsæ, iã in his materijs philosophandum est, idem in futuris, quod in præsentibus, hic enim est determinate vera Socrates erit animal, & hæc determinate falsa, homo erit planta, cuius ratio est, quia propositiones in his materijs abstrahunt ab omni tempore. Sed iam hæc altius repetamus.

QVÆSTIO vnica.

*Seu tractatus de Futuris
contingentibus, quem etiam
tempori damus.*

Dicite nobis futura (Propheta dixit) & dicemus quia dixit etis vos, explicare nobis rationem, & mensuram contingentium futurorum, poterit quis etiam merito dicere in dialctica, & dicemus quod de Logica ad Theologiam

per saltum transitis & vos. Profecere ita est: sed quidem ita in opus est, tantum faciam, vt difficultia cum facilitate percurram: ita tamen vt nisi quod prodeire possit, subterfugiam. De alijs autem quia [vt docet Philosophus] ab eo quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa: ita ab eo quod res est, vel non est, præsens vel futurus, contingens vel necessarius: propositio dicitur vera vel falsa, contingens vel necessaria: vnde vt de istis dicamus. Primo de illis dicendum erit, de vniuersis autem simul dicto sunt examinanda. Primo, si aliqua entia sint necessaria. Secundo, si omnia fiant necessaria. Tertio, de ratione necessitatis, & contingentia. Quarto, quæ sit in effectibus necessitas vel contingentia. Quinto, quomodo contingentia sint præsentia Deo. Sexto, si deus potentia ad præsens, præteritum, & futurum. Septimo, quomodo propositiones de futuro, incipiant & desinant esse veræ, vel falsæ. Octauo & ultimo, si dictæ propositiones sint determinate vere vel falsæ.

Disponi
tur quæ
stio.

ARTICVL. I.

Virum aliqua entia sint necessaria?

Aliter hic necessarium sumitur, quam in questionibus præcæualibus: ibi enim in ordine ad finem, hic vero secundum se, & ab intrinseco consideratur. Quantum enim ad præsens in futurum, triplex necessarium reperitur. Primum omnino necessarium, quod scilicet, nec ex principio intrinseco, nec extrinseco potest deficere, vt Deus ipse.

Secundum est necessarium simpliciter, quod inquam ex principio extrinseco non potest deficere: bene ta-

men ex principio extrinseco, vt Angelus qui quidem ex se nõ habet principium deficienti, quia est incorruptibilis, habet tamen principium extrinsecum, scilicet Deum, qui potest illum annihilare.

Tertium est necessarium secundum quid, quod non habet principium extrinsecum deficienti: bene tamen intrinsecum, vt curius præsens Pauli, habet ab intrinseco principium deficienti, quia Paulus potuit non currere: non tamen ab extrinseco, quia ex Aristotele, quæ sunt quando sunt, necessaria sunt, quæ necessitas bene appellatur ex suppositione, seu conditionata.

Quia tamen contrariorum eadem est ratio, modo dicto Contingens etiam triplex est: Primum omnino contingens, quod nec ex principio intrinseco, nec extrinseco est necessarium, sed ex illis potest deficere, quod dicitur futurum contingens, aliud est contingens simpliciter, quod scilicet ex principio extrinseco, non possit deficere: bene tamen ex principio intrinseco, & hoc contingens opponitur necessario simpliciter, vt contingens omnimodo, vt curius Petri, opponitur necessario omnimodo. Tertium est contingens secundum quid: quod licet ex principio extrinseco, vt Angelus, & hoc contingens opponitur necessario secundum quid, vt intuenti patet. Hæc autem necessaria & contingentia ita se habent, quod contingens omnimodo non potest vlla ratione esse necessarium, nec e contra necessarium tamen simpliciter est contingens secundum quid, & e contra contingens simpliciter est necessarium secundum quid: & de omnibus necessarijs, hic loquor.

Prima conclusio. Nullum ens est intrinsece necessarium, nisi solus Deus. Probat, quia extra Deum, nil est quod habeat esse à se, sed omnia debent recipere efficientiam primæ causæ, ergo, antecedens, Probat Diuus

Tho. in 2. dist. 3. quia solus Deus habet esse de essentia sua, ergo omnia alia habent esse effectiue à Deo, patet cōsequencia, quia tantum sunt duo modi habendi esse, scilicet per essentiam vel per causalitatem alterius: antecedens patet, quia si essent duo et tunc in mundo, quorum neutrum haberet esse ab alio esse vtrumque de quidditate sua, & vtrumque esset omnino independens ab alio, & sic nullus eorum esset Deus, quia nullum esset summe perfectum, nec haberet plenum dominium omnium rerum, quod tamen Deo debetur. Item vtrumque esset equaliter perfectum, quod etiam repugnat: sequela patet, quia non est vnde & cur, vnus Deus, magis quam alius, limitationem recipiat in suo esse, quia vterque habet esse, & ex se habet naturam omnino illimitatam: quia non habet participationem alterius, ergo tantum est vnus Deus solus intrinsecè necessarius. Alias rationes afferunt D. Tho. 1. p. q. 7. ar. 1. & 2. & idem M. zamel, & q. 44. ar. 1. & 2. hæc conclusio est de fide, Ioā. 1. omnia per ipsum facta sunt. Pro hac conclusione multi afferunt Arist. sed quid de hoc senserit in Metaph. patebit.

2. Cōcl.

Secunda conclusio, nullum est etiam ens necessarium, ex necessaria causa litate alterius. Pro quo nota quod si Deus ageret ex necessitate naturæ, effectus facti ab eo, saltem immediate necessarii, haberent esse non quidem ex se, sed ex necessaria efficientia suæ causæ. Probat iam conclusio. Quia omnia habent esse à Deo, vt dictum est in prima conclusione, sed ea quæ à dextera Deus operatur, liberè causat, ergo nullum est ens necessarium ex necessaria causalitate. Minor probatur voluntas, necessariè vult tantum vltimum finem, & ea quæ necessaria habent connexionem cum vltimo fine, sed voluntatis diuinz, primum obiectum & finis, est propria ipsius bo-

nitatis & essentia, quæ sine creaturis sufficiens & perfecta est, nec ad illam augendam quidquam conducunt creature, ergo, &c. Cum enim essentia diuina eminenter contineat omnem essentiam boni, voluntas etiam satiat in volitione suæ bonitatis. Item Deus est infinitæ virtutis, ergo non agit ex necessitate naturæ: patet cōsequencia, quia cum agens ex necessitate naturæ agat quantum potest agere, Deus infinitè ageret, & infinita produceret, quod tam implicat, imo nulla res finita posset à Deo produci, nam quacumque data potest maior effici saltem, in aliquo genere. Tandem quia libertas est maxima perfectio agentis, ergo cum Deus sit perfectissimus in agendo, liberè agit & non necessariè.

Tertia conclusio. Entia incorruptibilia possunt dici entia necessaria: ita D. Tho. 1. p. q. 2. & 3. d. 30. & probatur, supponendo necessarium & cōtingens esse modos rerum, & etiam propositionum, quod aliter dici solet illos modos posse sumi logicè & physicè: logicè determinant connexionem prædicati cum subiecto, modificando qualis illa sit: Physicè vero significant proprietates intrinsecas rerum, sicut etiam posse esse: physicè significat intrinsecam potètiā, per quam entia generabilia sunt possibilia, vel per potètiā materiz præexistētis: logicè vero significat non repugnantiam terminorum, ita necessarium & cōtingens, Physicè & significant intrinsecam potètiā rei, vel ad semper esse vel ad esse & non esse, vnde necessitas rei Physica, propriè est quædam intrinseca, & substantialis immutabilitas rei secundum esse existentiz: Contingentia vero est intrinseca potètiā ad faciendam mutationem in substantia sua, vnde necessarium in mutatione, in existentia, & corruptione, idem sunt & significant, id quod

3 Cōcl.

quan-

quantum est de se, non potest aliter se habere. Quod vero ille termini Logice significant per se constat ex eis, patet ergo sensus & probatio conclusio nis, non enim dicimus hæc entia esse necessaria Logicè, & ita non est concedenda hæc, necesse est Angelum esse ens necessarium, Physicè naturaliter, nam quantum est de se, non habet intrinsecam potètiā ad non esse, non esse, nisi in quantum habet potètiā ad aliud esse incompensabile suo esse, quia cum non esse, nunquam sit intentum à natura, non potest esse potètiā per se ordinata ad illud.

Sed contra, aliquando erit verum dicere Angelus est, ergo Angelus non est ens necessarium.

Respondeo negando consequentiā, non enim volumus quod semper à parte rei, habeat necessario existentiam, sed quod de se postulat modum existendi necessario, si debet existere, & postquam est ens, est ens necessarium, quantum est ex parte suæ potètiæ intrinsecæ, nec valet argumentum, Deus potest facere vt angelus non sit ergo angelus habet intrinsecam potètiā ad non esse, Deus enim non potest facere, vt angelus non sit per actionem positiuam quam circa angelum habet, sed tantum per suspensionem ordinis conseruantis, & ideo non requiritur, ex parte angeli, intrinsecè potètiā realis, sed tantum quod habeat esse ab alio

ARTICVLVS. II.

Vtrū omnia entia fiant necessario?

Partem affirmatiuam videntur tenuisse Stoici qui ponebant fatum in rebus, à quo dicebāt omnia necessario euenire, de quo fatō differuit late Cicer, lib. de diuinatione, & D. Augustin, 5. lib. de Ciuitate Dei, Miradulanus, lib. 4. contra Astrologos, & nos

etiam falsè, lib. 2. Physicorum, q. 3. disputamus, Fatum autem dicebant, esse positionem syderum derivatā in hæc inferiora, non quomodo docuitque, syderum positio, sed varia quidem, secū datur quod per varios motus cuiusque syderis variè etiam, vel distat ab altero, vel alteri à proximatur, à qua quidem varietate, effectus varios colligunt, in his inferioribus quibus dicunt præesse, & simul etiam huiusmodi effectus necessario euenire falso credebant, secundum quod necessarii erant syderum motus. Vel seriè & ordinem causarum necessario conexarum, quæ inuitabili necessitate effectus eueniunt. Vide Gelium 6. noct. Athicarum: & Senecam lib. 2. quæstionū naturalium, quæst. 36. sed quia hæc doctrina de facto nullam habet probabilitatem moralem ad causas liberas, nisi sano modo intelligatur, vt explicatur 2. 1. Phys. qu. 10. de effectibus aliarum causarum naturalium. Probat causa est necessaria, ergo effectus procedit ab illa necessario: patet consequentiā, quia modus agentis iuxta naturam causæ, sed causa est necessaria, ergo modus agendi est necessarius, ergo effectus necessario procedit.

Confirmatur, si Deus ageret ex necessitate naturæ omnia euenirent necessario, sed modo ita se habet: ac si ageret ex necessitate naturæ, quantum ad concursuū quem præbet naturalibus causis, quibus se a temperato ergo nunc necessario euenirent.

Secundo. Tales res fiunt à causa sufficienti, sed posita causa sufficienti, & naturali, necessario sequitur effectus, ergo quidquid fit à causa naturali, necessario fit, maior patet: minor probatur, nam si posita causa non sequitur effectus, ergo manet illa causa in potètiā tantum ad agendum, ergo eger alia causa reducente illā de potètiā in actum, ergo illa alia

Sententia
Stoic.

causa erat imperfecta, si enim esset perfecta & sufficienter constituta in actu, necessario haberet effectū. Tercio effectus non est contingens quādo est, quia iam tunc necessario est, nec quando non est, quia esse contingenter supponit esse, & quod non est quando non est impossibile est esse ergo. Quartō hæc est cōditionans & necessaria, si Deus scit hoc, erit, sed Deus omnia sciuit ergo omnia euenient necessario, prima cōditio naturalis est euidentis, nam scientia Dei est infalibilis, & certissima, minor patet, nam illa est præpositio de præterito, omnis vero præpositio de præterito vera est & necessaria, & præterea, quia scientia Dei, est omnino immutabilis consequētia verō tenet, quia in bona consequētia si antecedens est necessarium etiam cōsequens.

2. Cōcl. Prima conclusio, omnia quæ sunt à causa libera vt sic non sunt necessaria, sed contingenter. Pro cuius explanatione nota effectam esse contingentem primo, quia est præter intentionem agentis, vt contingit fodientem terrā inuenire thesaurum, & ita effectus est per accidens, secundo quia potest esse, & non esse, & hoc potest reperiri in causis naturalibus, & nec sibi quando impediuntur in suis actionibus, tunc enim actio & effectus manet cōtingēs, quia potest esse, cum causa possit illum efficere, & potest non esse cū possit impediri, & secundus modus contingentie potest includere priorem nam ille effectus, qui contingenter fit, propter impedimentum causæ, fit præter intentionem agentis etiam, quia ille concursus casualis est præter intentionem: alio modo hæc contingentia reperitur in causis liberis, quarum effectus sunt contingentes, quia possunt esse, & possunt non esse, sed hæc contingentia prouenit ex perfectione causæ quæ habet dominium super actionem

suam. Ex hijs patet conclusio, nam ea quæ sunt à causa libera vt libera est possunt esse & non esse, in hoc enim consistit libertas, ergo non necessario, sed contingenter sunt, & hinc etiam est quod multi alij effectus, qui non directe fiunt à causa libera, sed aliquomodo pendunt ab actione libera illius, sunt etiam contingentes, vt si homo applicet materiam aliquam igni, facta applicatione necessario sequitur effectus, absolute tamen ille effectus fuit contingens, quia à causa libera aliquomodo pendens, & idem est de similibus atque qui sequitur ex actione hominis tamen vt à causa per accidens, ita quæ tamen non fieret effectus, & ex hac libertate proueniunt multi effectus contingentes non tantum secundo modo, sed etiam primo, præter intentionem operantis, & propter impedimentum alterius, cum enim homo non omnia præueniat ideo in actionibus suis liberis multa illi occurrunt, præter intentionem suam & quia omnipotens non est, facile impeditur, & frustratur eius actio ex ijs etiam patet omnia quæ efficit Deus aliquomodo fieri contingenter, & non operatur immediate percipsum, vt cum creat, & tales effectus libere producit, vt diximus in prima questione atque ad id aliquomodo contingenter scilicet, quia possent tales effectus esse, & non esse dicitur, tamen causa necessaria, quia infalibiliter, & sine defectu ponit effectum suum in esse quia nec pendet ab alio, nec aliquid ei resistere potest, tamē quia Deus operatur concurrēdo cum creaturis non est causa ita necessaria simpliciter, vt semper eueniat, vsque ad realem consecutionem effectus, quia temperat se in modo operandi cum creatura cum qua concurrat, & fit vt eius concursus modificetur in illa: vnde cum causa libera ita concurrat, vt tamen eius libertatem seruet, & cum causa

causa impedibili, se habet vt relinquat eam quod impediri possit, sed tamen licet Dei concursus non semper sit efficax adhuc sensum, vt semper procedat, vsque ad ultimam consecutionem effectus, est tamen semper efficax, adhuc sensum, quod nunquā frustratur eius intentio semper. v. in omni actione tantū cōsequitur quā intēdit, & tantū intēdit quantum consequitur, si enim Deus concurrere cum homine ad generationem hominis non generetur homo, sed monstrum non est quia non potest, sed quia ita vult cum homine concurrere, vt si impedimentum adit esset actio, & isto modo concursus Dei, est semper necessarius, & efficax iuxta illud omnia quæcumque voluit fecit, & Roman. 9. voluntati eius, quis resistit. vnde si effectus, qui erat producendus à Deo media aliqua causa secunda impeditur, ab alio illudmet impedimentum est, ab ipso Deo qui concurrat cum alia causa secunda impediēte, vnde non ab alio impeditur, sed quodammodo à seipso, qui ita respiciunt per suam voluntatem, & scientiam non est ergo in Deo contingentia priori modo quia nunquam frustratur in sua actione, & est contingentia ultimo modo quia in omni actione licet concurrat cum causa secunda necessario libere concurrat, & possit non concurrere. Sed dices si effectus sunt contingentes, ergo Deus est causa contingens.

Replikat.

Respondet Caietan. 1. parte. 14. q. 3. quod licet Deus, non sit causa contingens habet tamen emeriter modum illius: sed respondeo effectum dici contingentem, vel quia libere factū est, & ita Deus est causa contingens, vel quia factus præter intentionem impedibiliter, & sic effectus, vt sunt adeo non sunt contingentes, quia illa denominatio su-

mitur in ordine ad causam sic operantem Deus vero non isto modo operatur.

Secunda conclusio non omnia quæ sunt contingenter, sunt omnino necessaria, sed aliqua sunt contingenter. patet ex communi hominum consensione, qui florescere præter in vere non dicunt contingenter euenire, tempore tamen candelæ frigeſcere contingens esse habent. Item quia ad perfectionem vniuersi si pertinet, omnis varietas causarum, & effectuum scilicet, quod sint causæ necessariae, & contingentes, & effectus per se casuales, & fortuiti: præterea id patet nam causam esse contingentem, nihil aliud est, quam ita producere effectum, vt possit non producere, & huiusmodi causæ sunt innumeræ in vniuerso, quia vna aliquando impeditur ab alia, vnde sicut esse vides in rebus quoddam effectus omnino necessarios, & inuitabiles, vt quod sol oriatur quotidie, ita certum est aliquos effectus non cum tanta necessitate: sed vt in plurimum tantum euenire, vt quod homo nascitur tamquinque digitis, & illi effectus dicuntur necessarij Philice, Logice, vero contingentes, vt plurimum, & horum oppositi, contingenter raro, & ita inuenitur in illis primus modus contingentie positus in prima conclusione, quod docet Aristoteles. 6. metaphysica, & etiam. 1. Metaphysica, scilicet, quod fit præter intentionem agentis, vt tradit ipse Aristoteles ibi, & secundò Phil. & tales effectus per accidens ad nullam causam per se reduci possunt, huius ratione speculatis est, quia sæpe effectus non prouenit, ex intentione alicuius causæ determinatæ: sed ex concursu plurimū ille verò cōcursus est simpliciter per accidens: itē quia eo modo aliquid habet causam quæ est es, sunt vero multæ

2. Conclusio.

multa

4
Replic.

entia per accidens quæ propriè non sunt entia, ergo illa non habent causam per se, sed per accidens: sed dices omne per accidens reducitur ad per se.

Respondeo, si intelligatur quod omnis effectus per accidens reducitur ad causam per se illius effectus, nego illam maximam, in quo decepti sunt Stoici, si vero sit sensus quod omnis effectus per accidens reducitur ad causam per se, saltem alterius rei quam causa per se intendebat, & ex qua per accidens fuit altera secuta, sic intelligitur illa maxima, & habet verum.

3. cōclu.

Tertia conclusio. Vniuerso si effectus contingentes, non tantum reperiuntur in rebus sublunariis, sed etiam in multis actionibus ipsorum cælorum. Ita Arist. 6. Metaph. in fine, & 2. Physic. & 10. Perihel. in fine, & ex professo lib. de somno & vigilia. Idem tenent Alex. Auerr. & D. Thom. 3 d. 36. quod probat primo, quoniam superiora corpora requirunt, vt materia circa quam agant aliquod subiectum variabile, vt iuxta hæc corpora inferiora, ergo actio cælestis corporis, quæuis ex parte agentis sit efficax & necessaria, tamen ex parte materiae impediti potest, quia cælum non est in fine virtutis, vt omnino possit superare indispositionem materiae: & quia esse, quod recipitur, recipitur ad modum recipientis. Secundo, quia sepe concurrunt secundæ causæ, quæ se mutuo impediunt, sæpe etiam actio cæli non est productiua effectus, sed vt coadiuuat causam secundam, iuxta illud sol & homo generant hominem, vbi vero dux causæ concurrunt, si vna sit contingens & defectibilis, effectus erit contingens & defectibilis, vt videre est in præmissis syllogismorum, quia malum ex quoque defectu, verum est tamen, quod iste cursus cæli cum inferioribus non est eo modo intelligendus, quo concurrunt

sus causæ primæ, de quo dicitur Arist. tan tum sicut se habet cælum, quasi partialiter coadiuuans. Ideo licet forte causa secunda impediatur, potest cælum non impediri, quæuis ad id quod ipsum efficiat, sed dices cum omnis actio cælorum sit circa hæc inferiora quæ mutabilia sunt: cur quædam actiones cæli inuitabiliter habentiuos effectus, vt motus fluxus & reflexus maris illuminatio solis, &c.

Replic:

Respondeo, quia in quibusdam actionibus materia inferiorum necessario subiicitur actioni cæli, quia actio illa fit sine contrario ex motu locali cæli, qui semper inuicibiliter eodem modo fit, & huiusmodi est illuminatio. Aliæ vero sunt actiones cælorum, quæ sunt cum resistentia passiva, vel illius dispositionem requirunt, vel quæ habere possunt contrariam virtutem impediendam: & in his potest esse contingens, & varietas: sed cōtra quia in corporibus cælestibus nihil est per accidens, vt dicitur 2. Physic. c. 4. quia omnia illa corpora sunt inter se ordinata, & omnia inferiora subordinantur per se illis.

Respondeo, in corporibus cælestibus esse quasdam veluti proprietates eorum & virtutes, & in his nihil est per accidens, quia omnia sunt optimo ordine constituta ex directa intentione sui agentis, sunt tamen præter hæc actiones & influentia: in hæc inferiora, & in his possunt esse multa per accidens propter occursum astrorum & dispositiones materiae, & similiter in corpore hominis, in quo quantum ad dispositionem potentiarum & virtutum nihil est per accidens, secus vero in actualibus operationibus, &c. Sed cōtra omnes occursum astrorum proueniunt ex motu cæli, qui omnino naturalis est, & regularissimus, ergo eueniunt per se.

Respondeo tantum cōcludit illos effectus euenire necessario, non tamen

men

3. Concl.

men per se quia non sunt per se intenti ab aliquo agente, quia nec à motione huius cæli, neque alterius, neque ab aliquo superiori vtrique, sed omnes actiones cæli reducuntur ad vnam primam motum primi mobilis, atque adeo ad vnum primo & per se mouens, ergo, &c.

Respondeo negando antecedens, quia motus primi cæli non est causa per se omnium motuum propriorum aliorum cælorum, nec actuum illorum, sed tantum est causa motus diurni: alij vero occursum & variatio effectuum non prouocant tantam ex motu diurno, sed ex proprijs motibus.

Tertia conclusio. Multi sunt effectus qui respectu vnius causæ videtur nobis contingens, & per accidens, qui tamen respectu alterius superioris causæ, sunt simpliciter necessarii & per se. Voco autem superiorem causam, non tantum eam quæ est vniuersalior in causando, vel perfectior in essendo, sed etiam quæ tunc est virtuosior ad illum effectum produendum: probatur exemplo posito: Nam quod Sole existente manet frigidum: omnes reputant effectum contingens, & talis effectus comparatus ad aliud signum quod tunc regnat, & protunc est virtuosior ad temperandum calorem, quam Sol ad calefaciendum intense est effectus per se, & absolute necessarius & secundum consuetam, & inuariabilem motum cæli illum actum rat necessario futurum: in tali tempore in illo puncto cæli, & ibi necessario debebat habere talem effectum: simile sæpe est de causa inferiori respectu superioris: nam quod medici na applicata facit certum effectum per se est, & non contingens, sed naturaliter necessarium: imo si contingat oppositum, censetur contingens, & tamen euenire potest quod medicina illa applicata non habeat effectum per

superiore non influentiam, quæ tunc occurrit, & contrariam virtutem influunt, respectu cuius ille effectus est per se necessarius. Constat ergo quod effectus, qui respectu vnius est contingens respectu alterius est necessarius. Et ratio est, quia multitudo causarum in vniuerso existentium habentium contrariam virtutem id postulat: ite quia aliquid agens vniuersaliter plura sub causalitate sua comprehendit quam particulare, vnde quod respectu vnius est per accidens, respectu illius potest esse per se. Sed quæres an talis effectus sit dicendus simpliciter contingens, vel necessarius? Sonzi 8. Metaph. q. 1. 5. Label. q. 11. censent esse simpliciter contingens. Caieta. & Ferrar. tenent e se simpliciter necessariū, quæstio videtur de nomine. Tamen hoc secundum probabilius est, quia cum istæ res non dicantur contingentes, vel necessariæ, nisi in ordine ad causam cuius sunt effectus, res quæ habet vnam causam per se & aliam per accidens absolute & simpliciter habet respicere causam per se & simpliciter loquendo, illius est effectus, & in ordine ad illam sumit absolute de nominationem suam.

Dabita.

4. Concl.

Quarta conclusio. Effectus contingens & per accidens, respectu vnius causæ, si comparatur ad omnem ordinem causarum naturalium concurrentium ad eius productionem, dum modo inter eas non interueniant aliqua causa libera, sit absolute necessarius & per se probatur: nam, seclusis causis liberis, omnis alia causalitas est necessaria, ergo omnis effectus qui ex causis etiam necessarijs prouenit, necessario euenit: nam si causa naturaliter agit, necessario agit, & si non agit, est, quia impeditur siue à causa agente naturali, siue à materiali: & quod istæ dux causæ concurrant necessarium etiam est secundum ordinem naturæ, licet præter earum intentionem

6
Replie. 1. p. q. 15. talē effectum adhuc etē cōtingentem respectu omnis esse causarum, quia licet omnes illarū necessario agant, tamen concursus earum sepe non est necessarius, sed mero contingens, & per accidens: sed contra, quia licet concursus duarum causarū quarum vna aliam impedit, forte sit per accidens id est non per se intentus, tamen ille concursus est necessarius, atque adeo effectus necessario eueniet, antecedens patet, id enim quod coniungatur necessario effectui per se, alius causae necessario, etiam sequitur: sed iste concursus necessario coniungitur effectibus per se istarum secundarum causarum ergo necessario fit, minor patet, nā si res aliqua hic, & nunc necessario mouetur sursum, & res alia etiam, licet & nunc, necessario descendit, quauis nulla illarum per se intendat alteri occurrere, tamē ex ijs quae illae res sygillatim hic & nunc, intendunt necessario sequitur quod sibi occurrant, & ideo occurus est per accidens, tamen necessario sequitur, sic est in proposito, vt in exemplo D. Thom. patet, sicut enim ignis genitus, in aere siue radius, habet causam per se suae generationis, scilicet in fluentiam caelestem, ita etiam radius cadens in terram habet aliquam causam naturalem à qua necessario mouetur, à tali puncto ad tale punctum, per talem viam, nam ad hanc omnia est determinatus hic numero effectus, vt hic & nunc fiat, similiter est de materia combustibili existente in terra, illa enim genita fuit ab aliqua caelesti influenza, & in hoc loco necessario propter materiam dispositionem, ergo, ex his duabus casualitatibus per se necessario sequitur occurus ignis & materiae combustibilis, licet forte sit per accidens. Tandem nam secundum D. Thom. parte quaestione. 12. articulo. 2. & quaestione. 23. articulo. 8.

iste concursus causarum habet se ad similitudinem duorum seruorum, qui mittuntur à Domino vt sibi occurrant, ipsi ignorantibus, qui occurus est, per accidens seruus: sed per se Domino, quauis hoc tantum concludat, quod istae causae naturales, sibi occurrunt, praeter intentionem non vero praeter scientiam Dei, est tamen differentia nam in priori casu Dominus est causa, possitue influens in occuru illorum seruorum, & quaerens, & ponens media, vt ille occurus sequatur: at Deus non semper intendit possitue concursum causarum naturalium: sed tantum illam esse venturum, & relinquat illam, & ideo philosophice, & proprie non dicitur Deus causa per se illius occurus, quia non primo & per se, intendit illū, sed solum videns, permittit, & isto modo vniuersalis casualitas Dei, non tollit à naturalibus causis contingentiam.

Ex his sequitur quod si Angelus obseruaret, omnes circumstantias, omnium causarum naturalium concurrentium ad aliquem effectum, & certo sciret nullam causam liberam sibi interuenturam, certo sciret omnes effectus qui ex illis causis naturalibus, & concursibus earum essent euenturi tam per se quam per accidens nam si cognosceret Angelus omnes concursus signorum omnium qui erant possibiles in caelo, cognosceret etiam dispositionem materiae, & effectus, qui sequi possunt in materia sic disposita ab agentibus talibus naturalibus sic, illi applicatis, & licet forte id non certo sciat Angelus, quia non considerat omnes circumstantias necessarias, nec habere potest simul, omniam cognitionem, & dum quaedam considerat alijs non attendit: tamen de Deo non dubito quin possit hos effectus, per omnes causas ad illos concurrentes cognoscere, non enim potest negari

ri quin Deus ab eterno viderit omnes concursus signorum caelestium futuros, & hoc ex vi ordinis motuum caelestium seciussa praesentia eternitatis vidit praeterea Deus in qua dispositio ne fuerint elementa creata, & consequenter vidit qui effectus poterat sequi ex tali materia, & talibus agentibus naturalibus, & ita potuit consequenter cognoscere omnes effectus, qui erant futuri ex dispositione materiae, & applicatione talium agentium ad illam, & hac ratione primae causae nihil est contingens, quia illa disponit totam seriem causarum, & cum omnibus concurrat, & nihil subterfugit cognitionem, & causalitatem illius. haec conclusio colligitur ex Arist. secundo de somno, &c. Ad finem vbi ait quod eorum, quae in corporibus sunt signorum etiam caelestium, vel aquarum, vel ventorum multa enim eueniunt: nam si aliquis alius vehementer occidat motus quod futurum est signum fit, ex quo colligitur quod inspicendo vnum signum effectus erit futurus inspicendo vero aliud minime, & ita inspicendo omnes causas naturales, tunc concurrentes necesserant non euenire, idem colligitur, ex D. Thom. de veritate quaest. 1. articulo. 1.

Replie. cat. 3. Sed contra primo ergo isti effectus non sunt simpliciter contingentes cum necessario eueniant. Secundo ergo de effectibus contingendis potest esse scientia contra Arist. 6. metaph. in fine. Tertio ergo superflua est hominum negotiatio, & consultatio. Ad primum negatur conscientia, quia illi effectus denominantur tales, secundum ordinem ad proprias, & particulares causas suas, & cum simpliciter nullam habeant causam per se: sed omnes sint per accidens non habent aliquam causam respectu cuius dicantur necessarij, & ideo sunt simpliciter contingentes, sunt vero aliquomodo necessarij si coparentur ad totam scientiam, & ordi-

nem causarum. Ad 2. respondeo, quod Arist. loquitur de scientia humana cui impossibilis est cognitio horum effectuum, quia non potest homo, oēs circumstantias attendere, at vero à Deo vel Angelo non est incognitus hos effectus sciri, & adhuc res effectus illorum sunt cognoscibiles quantum adā, sint futuri non tñ sunt scibiles propria scientia praeter, quia non habent causam per se determinatam ad tertium negatur conscientia, nā propter libertatem hominis, & industriae illius potest variari saepe dispositio causarum naturalium, vel fugiendo ab aliquo loco, vel adhibendo remedia &c. adde quod haec de quibus loquimur raro contingunt, & ideo non cadunt sub industria humana, tandem super omnes causas est Dei potentia, quae omnia potest mutare propter bonum hominis, & saepe vitur illa maxime in ordine ad supernaturalem finem hominis.

Ad argumenta in principio ad primum respondeo licet effectus sit necessarius potest contingenter fieri, quia non per se: sed per accidens euenit vt explicatum est, non enim hic accipitur contingens vt distinctum contra necessarium, sed contra id quod semper vel in plurimum fit: ad confirmationem dicemus quare sequenti ad secundum respondeo, quae eueniunt per accidens non habent propriam causam nec esse omnes effectus ad eam per se reduci, vt patet, illa ergo propositio scilicet posita causa naturali necessario sequitur effectus, limitatione indiget, nisi impediatur, stat ergo causam esse naturalem & sufficientem, quae non eget reductione vlla de potentia in actum vt efficiat. sed indiget ablatione impedimenti, verum est, quod tunc illa causa posset non sufficiens, quia absolute loquendo non potest ponere effectum in esse, nec vincere impedimenta quae Caietan. vocat esse sufficientem in operari e nihilominus est absolute sufficiens aetate virtute causae per se requiritur ad effectum, quae Caietan. vocat esse sufficientem in actu primo.

Ad

Ad 3.

Ad tertium respondeo, si contingētia immatur quatenus est proprietates rei, vt res est, tunc res est contingens, siue fiat sensus compositus, siue diuisus, quia res quando existit est defectibilis, quod competit rei etiam facta suppositione quod existat: licet enim tunc actus sit, sed tunc habet etiam aptitudinē vt nō sit, & hoc est esse contingentem isto modo, si vero contingētia sumatur in ratione efficientis, isto modo effectus dicitur contingens quādo est in sensu diuiso, quia scilicet in instanti, in quo incipit esse contingenter incipit, & quantum est ex modo operandi causā posset non incipere.

Ad 4.

Ad quartum respondeo, scientiam Dei supponere existentiam ipsius obiecti extra existentis: ideo enim scit Deus Petrum loquaturum, quia Petrus in tali differentia temporis loquitur: vnde omnis necessitas quæ est in hac propositione Deus scit, vel scit esse necessaria est ex suppositione: & ideo scientia Dei non imponit necessitatem in rebus, & ita bene valet Deus scit Petrum peccaturū, ergo Petrus peccauit: & sicut antecedens est necessarium, ita & consequens, vt subest antecedenti, quia vt sic supponitur existentia, & res quando existit non potest non existere, ex parte autē rei significatæ secundum se, idem est Deus scit, ac Deus sciuit, quia in æternitate Dei, quæ mensurat scientiam eius, nec est præteritum nec futurum: at vero, quo ad modum significandi importatum per copulam maiorem necessitatē habet hæc, Deus sciuit, quā alia. Ex secundo enim capite est necessaria: tum quia includit illam suppositionem rei futuræ: tum ex modo enunciationis, quia ad præteritum non est potentia, tam necessaria enim est ista, Deus sciuit, sicut ista, Adam fuit, vel ista, ego credidi, sed de voluntate Dei est maior difficultas vtrū

ponat necessitatem? circa quod vide 2. Ph. q. 4. & latius in Theol.

ARTICVL. III.

Qua sit radix necessitatis & contingentis?

Prima opinio reducit necessitatem vel contingentiam rerū in diuinam voluntatem, & eius consensum: ita Scot. 1. diu. 3. q. 5. & d. 31. & 2. d. 1. q. 2. & d. 2. q. 2. vbi ait, quod si Deus ageret ex necessitate naturæ, omnia euenirent necessario, absque contingētia vlla: & ideo ait Philosophos ponentes plures effectus contingentes euenire, & primam causam necessario operari: tacite concessisse duo contradictoria. Et ibi impugnat D. Thom. asserentem Deum esse causam necessariam, & nihilominus multa euenire contingenter, quod affirmat in 1. p. q. 14. artic. 13. ad primum, probatur, nam omnes causæ secundæ pendent à prima, & illi necessario subiiciuntur, nec possunt operari nisi ab illa moueantur, ergo si motio primæ causæ est necessaria, necessario mouebit reliquas causas, ac proinde necessario efficiēt suos effectus: quia habent necessariam determinationē à prima causa: nam si concursus Dei requisitus ad operationem, est necessarius & determinatus ad vnam partem: etiam operatio erit determinata: idem videtur sentire Capreol. 1. d. 33. q. 1. conclusi 4. vbi affirmat ex sententia D. Tho. reuocandam esse contingētia in libertatē primæ causæ: ita vt si prima causa necessario operetur, nihil fieri possit contingens.

Prima conclusio. Radix necessitatis vel contingentis in rebus creatis, non sumitur ex modo necessario vel libero, quo Deus ad illam concurrat: atque adeo licet Deus necessario ope-

Prima opinio.

1. Conclusio.

posset esse contingētia in rebus: ita D. Thom. par. q. 13. & 14. ad primum & q. 19. ar. 3. & 8. & de veritate. q. 23. art. 3. Probatur modo Deus liberè & contingenter operatur, nihilominus dantur effectus necessarii: ergo licet necessario operaretur posset, dari effectus contingentes. Item quia contingētia proximè oritur, ex eo quod datur causæ, quæ impediti possunt à suis effectibus: at etiam si Deus ex necessitate operaretur, daretur huiusmodi causæ ergo, patet consequentia, quia: sufficeret vna causa contingens, vt effectus esset contingens, sicut patet in præmissis, licet enim vna sit necessaria, si tamē alia est contingens, conclusio est contingens: minor probatur: supponamus enim quod Deus propter infinitam virtutem, & efficaciam suæ voluntatis produxisset ab æterno vniuersum hoc, vt modo est compositum ex necessarijs causis, & ex alijs quæ impediti possunt: supponamus etiam Deum ab æterno produxisset necessario hoc vniuersum, vt modo est & illud necessario gubernare, tunc inter has causas se productas cognosceret aliquas materialiter impeditibiles, alias nō, ergo cognosceret aliquas contingenter operantes, alias necessario.

Confirmatur, quia si Deus necessario operaretur, non immutaret naturas rerum contingētia, sicut licet modo libere operetur, non immutat naturas rerum quæ necessario operantur: quocumque enim modo Deus concurrat cum causis, scilicet manet earū essentia, ergo semper in ipsis causis particuloribus contingētibibus, est sufficiens ratio effectum contingentium: licet Deus esset causa necessaria: vnde contingētia rerū non est reducenda in Deū quia libere concurrat eū auis, sed quia libere voluit producere causas quæ contingenter operantur, nā sicut radix totius causalitatis inuen-

tæ in creaturis, est efficientia primæ causæ, à qua omnes alie res receperunt veritatem causandi: ita etiam radix causalitatis contingētiæ creaturarum, est etiam eadem efficientia primæ causæ à qua receperunt virtutem causandi tali modo, hæc enim ratione contingētia effectuum non est præter intentionem Dei: ex eo enim quod ipse disposuit, vt essent causæ tales in mōdo sunt tales effectus: at vero radix contingētiæ immedita est modus contingenter operandi causæ proximæ: quod patet etiam inductione: nam quod operatio mex voluntatis libera sit, non prouenit ex eo quod Deus liberè eōm illa concurrat: sed ex intrinseca natura voluntatis quæ habet sic libere operari, & simile est in causa naturali impeditibili: nam quod deficere possit non prouenit ex concursu Dei: sed ex natura talis causæ, vnde licet Deus concurreret necessario eū meæ voluntate tribuendo eundem concursum, adhuc meæ voluntas libere operaretur.

Secunda conclusio, radix necessitatis, vel contingētiæ formaliter loquendo, est talis natura causæ particularis, vt v. g. quod illuminatio Solis sit effectus omnino necessarius prouenit ex eo, quod est à tali causa necessaria nullo modo naturaliter impeditibili, & contingētia libertatis oritur ex ipsa natura & perfectione potentie libere. Contingētia vero aliorum effectuum prouenit, vel ex parte materię, quæ non plene subiicitur actioni agentis, vel ex parte agentis, quia non habuit virtutem ad vincendam repugnantiam materię, vel quia impedimentum motuum contrarium agentium, est causa effectus contingentis. Et ideo Arist. 2. Perhier. cap. ultimo. & 6. Metaphys. in fine, & D. Thom. ibi, & Caietan. 4. part. quest. 115, art. 6. radicem contingētiæ ponit

Et nunt

quæ in materia ad vero. Aristotel. 1. Phisic. & ibi Auerro. & Alexand. & Ferrar. supra contingentiam tribuit causam secundam agenti deficienter, ex hoc patet quare effectus solum dicatur contingens in ordine ad causam secundam, quia in ea est radix contingentia, non in prima, ut actus voluntatis dicitur liber in ordine ad voluntatem, & ita in alijs effectibus contingentibus imperfectiori modo illa enim contingentia est imperfectio quædam quam habet res à causa secunda & non à prima, & ideo in ordine ad causam secundam, sumunt denominationem contingentis, nec inueniunt eundem effectum recipere diuersas denominationes in ordine ad causas diuersas, vel diuersis rationibus. Ita ut respectu causæ necessariæ necessarius respectu, vero causæ liberæ, liber etiam dicatur, cum in se solum habeat necessitatem præsentis, vel præteriti.

Soluuntur argumenta.

Ad argumenta in principio respondeo, si Deus esset causa necessaria tunc effectus immediatus illius necessario fieret, quia non haberet aliam causam à qua sumat necessitatem vel contingentiam, at ipse cõcurfus Dei ut sunt causæ suorum particularium effectuum possent illos necessario vel contingenter producere, secundum cuiuslibet naturam: suppono enim Deum tunc licet necessario concurreret, quo ad alia tamen nõ mutari concursus quæ nunc præbet, nam si mutaret illum & necessitaret creaturam ad operandum, tolleret contingentiam, & in hoc sensu posset dici contingentiam oriri ex modo cauendi Dei, nõ ex modo cauendi liberè vel necessario sed ex modo sui cõcurfus: quia ita se atemperat omnibus causis secundis, & cum vna quaque concurrat secundum exigentiam suæ naturæ: sed hoc non est Deum esse primam radicem contingentia sed natura vniuscuiusque causæ, Deus

vero habet se quasi protector talis naturæ. Sed dices si Deus esset causa necessaria non posset concursus eius non esse necessarius, ergo non posset non necessitate omnes causas secundas. Respondeo sicut modo Deus cum sit causa libera potest concurrere necessario cum causis necessarijs, ita si esset causa necessaria posset concurrere liberè cum causis liberis, nõ ita ut liberè se teneat ex parte voluntatis Dei, sicut modo necessario non se tenet ex parte voluntatis ipsius, quando concurrat necessario cum causis necessarijs, sed sicut modo liber Dei concursus atemperatus causæ necessariæ dicitur necessarius, ita tunc necessarius concursus Dei atemperatus causæ liberæ diceretur liber. Quia vnum quodque admodum recipientis, recipitur, quod est videre in calore Solis, qui lutum indurat: ceram vero liquefacit.

ARTICVLVS. IIII.

Qua sit in effectibus necessitas, vel contingentia.

DE necessitate, & contingentia dupliciter loqui possumus, primo ut sunt proprietates rei. Secundo ut sunt modi ipsorum effectuum, primo modo non est dubium quin dicantur pro formali aliquam rationem realem: nam isto modo ens esse necessarium, est esse incorruptibile, incorruptibilitas autem dicitur in re, aliquam rationem positiuam: quod idem est proportionaliter de ente contingenti id est naturaliter defectibile: quare dubium veratur de necessitate & contingentia secundo modo & videtur eadem ratio. Primo nam effectum fieri necessario vel contingenter, est aliquid à parte rei sine operatione intellectus: & nõ in ip-

sa causa quæ non dicitur fieri necessaria vel contingentem: sed facere ergo est aliquid reale in effectu quod optime explicatur in actibus voluntatis nam actus liber seu contingens distinguitur realiter ab actu necessario de eodẽ obiecto. Ergo libertas vel contingencia dicitur rationem realiter distinctam à necessitate. Secundo actus moralis & actus liber sunt omnino idem sed moralitas dicitur rationem realem: in ipso actu ergo & libertas, maior patet quia non est actus moralis quin sit liber, nec liber quin sit moralis, nec vna ratio videtur alteri quidquam superaddere, quod patet in actu charitatis qui in via est moralis & non in patria, solum propter hoc quia in via est liber & in patria necessarius, ergo. Libertas sola constituit actum morale minor probatur ex consensu omnium. Confirmatur nam saltem actus liber est de essentia actus moralis sed moralitas dicitur rationem realem, ergo & libertas quia quod est de essentia entis realis debet esse reale, alias esse liberum solum dicitur in actu denominationem extrinsecam, cur etiam esse bonum, vel malum moraliter non dicitur denominationem tantum.

Tertio operari liberè, & naturaliter, sunt adeo diuersi modi operandi ut in omnibus effectibus supponant distinctiõnem essentialem, ergo actus qui versantur circa talia obiecta etiã distinguuntur essentialiter: antecessè patet quia operari liberè supponit, quod obiectum sit bonum vel malum moraliter, operari autem naturaliter, quod tantum sit bonum bonitate naturali.

Confirmatur, nam in voluntate sunt distinctæ rationes formales, quod operari liberè vel necessario, ergo etiã in actibus: nam differentia quæ est in causa, redundat in effectum. Quarto, operari necessario est proprium voluntatis secundum rationem superiorè &

genericam, quia cõuenit cum proprijs naturalibus. Operari autem liberè cõuenit secundum rationem specificam, ut ait D. Tho. 1. 2. q. 10. 1. 1. ad 2. ergo actus qui producuntur secundum has tã diuersas rationes, erunt essentialiter distincti, sicut motus deorsum, qui cõuenit homini secundum rationem genericam grauis & motus progressus, qui cõuenit secundum rationem specificam animalis, & hæc videntur expressa sententia D. Thom. par. 3. quæst. 18. artic. 3. nec expositiones quæ adducuntur ab auctoribus contrariæ sententiæ aliquid valent.

Conclusio, necessitas vel contingentia nõ dicitur aliquam rationem reale supra entitatem ipsius effectus: sed tantum denominationem extrinsecam. Probatur, nam effectum esse contingentem, vel necessarium tantum est produci à causa omnino determinata vel à causa indeterminata, vel impediri: licet hoc in effectu tantum dicitur ordinè ad talem causam, vel denominationem à modo illius: ergo vnde calor qui produciatur à causa omnino necessaria eiusdem omnino rationis est, & eandem realitatem habet in se quam alius, qui est productus à causa contingentis: nam si Deus modo produceret in aere ignem, ille effectus est liber, solum quia liberè productus est, à sua causa, & esse liberum solum dicitur denominationem extrinsecam, à modo operantis talis causæ, quare non differt in aliquo modo reali ab alio igne necessario producto à sua causa naturali: alia si in se haberet aliquam rationem realem, per quam diceretur effectus liber esset alio modo formaliter liber per illam rationem realem formaliter in se existentem: sed nec actum voluntatis esse formaliter liberum est habere in se aliquam rationem realem: nam ex hoc solum quod voluntas producat hunc actum, ita etiã posset eum non produ-

esse, ex propria indeterminatione, ex hoc solum actus est liber: sed talis modus cauſandi non influit rationem aliquam realem in actu ergo. Item actus imaginatiua, in bruto, & in homine, sunt eiusdem rationis sicut & potentia, ex quibus immediate profluunt: sed in homine est actus liber, & in bruto necessarius ergo. Propterea actus charitatis in via, & in patria sunt, omnino eiusdem rationis: ut tamen in via est liber, & in patria necessarius: & ita potest eodem numero, actus charitatis continuari in via, & in patria. Ergo esse necessarium, & liberum non dicit in illo, aliquid reale sed tantum, denominationem à causa diuerso modo concurrente: sed dicens si omnis actus dicitur tantum liber ex denominatione extrinseca, in quo differunt actus voluntatis formaliter liber, & actus alterius potentia, qui virtualiter est tantum liber, quia ab illa imperatur? Respondeo quia prior immediate elicitur à potentia in determinata: dices maxima perfectio actus voluntatis, est, quod sit formaliter liber, quam non habet actus vilis: sed omnis perfectio est realis ergo. Respond. perfectio illa est formaliter in potentia, denominatione in actu, sicut forma dicitur perfectior quam materia, quia agit, sed agere non dicit perfectionem intrinsecam formae, &c. Tandem actus liber & necessarius habent, idem omnino obiectum, in ratione actus voluntatis ergo habent eadem omnino realitatem, quia omnis realitas actus, & modus illius sumitur ex obiecto, antecedens patet nam obiectum actus voluntatis est bonum, ut sic, sed non variatur ratio boni ex necessitate, vel libertate ergo, minor patet nam illa differentia solum tenet ex parte applicationis & cognitionis.

Solutio. Ad argumta in principio ad primum arg. dicitur de ipsa causa dicitur for-

maliter necessaria, vel contingens ex modo operandi, cum determinatione vel sine impedimento, &c. Ex hac ratione denominatur effectus necessarius, vel contingens, & idem est de actu libero voluntatis qui nullo modo differt ab actu necessario, eiusdem potestatis, & de eodem obiecto, imo potest idem numero continuari, & idem est. Ad secundum respondeo non est idem actus moralis, & actus liber: actus enim liber, tantum respicit obiectum secundum se, ut voluit ab ipsa potentia, at actus moralis respicit obiectum, ut eorum forme regulae rationis & ita neque actus liber, est genus actus moralis, cum idem numero actus liber possit trahere de bono in malum moraliter, ut patet in uolitione comedendi carnes tempore uetito, & non uetito, & actus liber quo sacerdos non uult recitare horas, est eiusdem rationis in libertate, & in alijs, cum eo que habet laicus de eodem obiecto, & tamen non est eiusdem moralitatis, quia in uo potest esse bonus in alio malus. unde libertas est solum conditio sine qua uon, unde sicut est agens est tantum denominatio extrinseca, ita esse actus liberum actus autem charitatis in patria licet sit bonus naturaliter, non tamen moraliter, quia non est conformis regulae praescribentis hoc esse sciendum, haec enim regula totum regulat actus qui possunt hoc, vel illo modo fieri: unde licet defectus libertatis sit sufficiens ratio ut conditio sine qua non, ad hoc ut ille actus non sit moralis, praecipua tamen ratio est, quia non est conformis tali regulae: & ex hoc patet ad confirmationem. Nam esse actum conformem, vel difformem regulae, dicit aliquid in actu, & non in regula, & ita non habet actus, à quo possit denominari conformis nisi à conformitate reali, in se existente, cum regula non sit conformis actui, at uero esse necessarium, vel liberum potius est in causa tali.

tali modo operatiua à qua actus denominatur necessario, vel libere productus.

Ad tertio respondeo operari libere, vel necessario non dicit diuersitatem ex parte obiecti, sed ex parte minoris ipsius potentia, qui non redundat in actus, nisi denominatione ut dictum est.

Ad quartum respondeo, illam designationem tenere se formaliter ex parte potestatis, ut dictum est denominatione, ut ex parte effectus, & hoc tantum intendit D. Thom.

Dubitatio appendix.

qualiter sint futura presentia Deo in aeternitate.

Solet hac in parte dubitari, qualiter infallibilis scientia Dei, sit cum contingentia futurorum, vel potius e contra, qualiter ista, cum illa aeterna praedestinatione se habeant? Sed quidem nullo modo hæc huc spectat, supponit enim quaestionem de scientia Dei: de qua S. Tho. 1. p. q. 15. ubi exploratores tradit: & quia melius est res intactas, quam truncate, tractatas relinquere, ideo solum, duo exempla ex S. Thom. adducta hic ponam. Primum est, si detur circulus in cuius centro sit quodam punctum in diuisibile, & supra illud esset, quidam oculus, ille oculus haberet praesentes omnes lineas deductas, ab illo puncto ad circulum, qui si moueretur aliqua linea esset prior, alia posterior, omnes tamen simul respectu centri. Ita contingit in aeternitate, quæ quidem aeternitas, & intellectus diuinus se habet sicuti oculus, qui est in centro, respectu cuius, omnia sunt praesentia & differentiae temporis se habent, sicuti lineæ, & omnia sunt praesentia in aeternitate: secundum exemplum ad hoc declarandum est, quod sicuti concuum lunæ est quidam locus communis ad omnia loca commu-

nia inferiora, quæ inter se differunt, & omnia illa continet, & sic nos dicimus esse omnes vno loco communes loca, quæ nos ambiunt, inter se differant, & plura sint, ita etiam aeternitas se habet, ut concuum lunæ, quæ continet omnes differentias temporis, & sic omnia sunt praesentia in aeternitate, & in hoc quidam decepti sunt dicentes, quod in hoc in stanti mensuratione huius praesentis locutionis, omnia sunt praesentia in aeternitate, in hoc quidem in stanti omnia praeterita & futura sunt praesentia in aeternitate quod est falsum ad sensum: nam si praesentia in aeternitate omnia ergo sunt praesentia, quia est quaedam mensura infinita, quæ comprehendit omnes differentias temporis, unde omnia sunt praesentia in aeternitate, sicut in quodam instanti eminentissimo, quod omnia comprehendit simul. Sicut etiam qui est in aliqua turri, uidet omnes inferiores ambulantes, euntes, sic Deus in sua aeternitate omnes discretas temporis prospicit.

ARTICULVS VI.

Si detur potentia ad praesens, & futurum.

Tomistæ tenent quod non detur potentia ad praesens: quod probant ex Aristoteles hoc cap. omne quod est necesse est esse, & quod non est necesse, est non esse, imo. 1. libr. de Caelo docet, quod licet quibus possit habere potentiam ad sedendum, & non se-

Opinio Thomistarum.

sedendum, non tamen ad non sedendum, & sedendum simul, imò si potentia daretur ad præsens, duo sequerentur absurda, alterum quod daretur contradictoria simul esse vera: patet quia Petrus sedente hæc est vera Petrus sedet, & si posset eodem tempore non sedere, ponatur in esse, ergo simul etiam non sedet, ergo utraque est vera simul, alterum est quod propositiones de præsenti contingente non significant veritatem determinatam, cum significant res, quæ possunt esse, & non esse, cum datur potentia ad præsens.

Opinio Scoti.

Scotus vero putat quod datur potentia ad præsens, quia omnis causa est prior suo effectu, in illo ergo priori non pendet à suo effectu ergo si libera est, possit effectum producere adhuc ergo quando actu producta, aliàs quando peccat homo v.g. non libere peccaret, quod est absurdum: sed re vera dicta questio tantum est de nomine, ut videmus, pro cuius intelligentia est notandum quod tantum est questio de præsenti contingente, quod potest ad esse, & ab esse subiecto, ut verbi gratia Petrus sedet, quia de necessario, non querimus, quia non datur potentia, ut homo sit animal & non sit, quia hoc est omnino necessarium.

Secundò notandum est, quod in instanti temporis duolunt instantia nature ita videlicet causa actu, & eius effectus sint simul, in instanti temporis, præcedit tamen causa effectum, in illo priori nature, in quo quando causa est libera est in differens, at in secundo instanti est determinata iam sub actu essendi, vel non essendi, ita ut non datur potentia ad oppositum: ad vero argumenta Scoti probant, quod in illo instanti nature, in quo nondum dependet causa ab effectu, in illo datur potentia

ad utrumque, ad causam primam, quæ erit in secundo instanti, ad aliam, & ita in hoc priori nondum est determinata causa, quando contingens est, nam quando est necessaria adhuc in illo priori, est determinata, cum ad unam sit ordinata.

Superst, ut vitimam manum imponam hinc tractatur, declararemus qua ratione ad futurum dari possit potentia, & responderetur brebiter quod ad futurum in sensu composito non datur potentia, vel supposito quod altera pars sit futura hæc parte itante alia pars non potest in esse quia sunt contradictoria, verbi gratia, supposito, quod Petrus sedebit cras, statet huiusmodi parte futura, non potest poni hæc alia pars, quæ est non sedere, at tamen datur potentia in sensu diuisso, quia ita erit hæc pars quod possit esse alia, auferendo tamen priorem, unde potentia ad futurum non itat in hoc quod utraque pars contradictoria, simul possit coherere: sed quod una sit futura, ita, quod ea ablata, possit alia poni, & contra, unde quantum in eo quod est proprie in rigore futurum, altera pars, quæ enunciatur futura debeat poni in esse, sed tamen quia potest non poni, ideo dicitur futurum contingens (ut antea vidimus). Unde conuenit quæ sunt proprie futura non solum Deo sunt præsentia, sed etiam nobis aliquando erunt præsentia, in sua propria essura, Deo vero in æternitate & semper, aliaque vera, quæ large dicuntur futura, quia hæc causa futura possunt illa facere, licet namquam sint habitura præsentia, sicut nobis præsentia nunquam erunt, neque in se ipsis, neque extra causas, ita nec Deo erunt præsentia, & extra causas, quia æternitas eum sit mensura communis rerum non claudit sub se aliam præsentiam, quam

quam illam quam debet res habere in tempore, unde si nullam eamque apud nos fiat habituræ res nulla potest claudere in æternitate, & ita tantum in suis causis, sunt Deo præsentia, vel causæ à quibus possunt causari, quæ sint nobis aliquando præsentia istam præsentiam semper habeant in æternitate in qua præsentia sunt virtualiter illi effectus, qui possunt produci, & non producantur ob quod, quia habent aliquomodo esse in causa, aliquomodo inclinata ad esse, dicuntur large futura.

Qualiter autem ad præteritum datur potentia? partim explicatum est, supra, cum in potest prædicamenti, cum de priuationis regressu ad habitum ageremus, reliqua vero, quæ hic possent disputari, de huiusmodi potentia ad præteritum. 3. parte, apud Theologos longa est disputatio, dum de resurrectione agitur, interiam tamen certum sit, quod ad præteritum in sensu composito, non est potentia, hoc est, quod præteritum ut præteritum, non potest, non fuisse, aliter enim, & esset præteritum, & non esset præteritum, esset præteritum, quia supponitur, non esset, quia per te potest non fuisse.

ARTICVLVS VII.

Quomodo propositiones de futuro, siue contingenti, siue non incipient & desinant esse vera, vel falsa.

Conclusio respectu sua.

Huius questionis occasionem tribuit Aristoteles dicens, si etiam est verum dicere nauam

le vellum cras erit ante mihi. Similium autem erat vera.

Breuiter est conclusio responsua, propositiones de futuro, supposito quod affirmatiuæ sint veræ, non habent initium in sua veritate, sed sicut illam rem quam enuntiant non habuit initium, neque incipit esse futura, quia quo magis dicitur à presentie eo est magis futura: ita propositiones affirmatiuæ, quæ dicunt illum esse futuram, nunquam inceperunt esse veræ. Sed propositio falsa quæ opponitur contradictoriè illi propositioni affirmatiuæ, veræ etiam non habuit initium in sua falsitate: quia sicut propositio affirmatiua, quæ eum trahit rem esse futuram nunquam incipit esse vera: & negatiua negat rem esse futuram, nunquam incipit esse falsa, quia opponitur propositioni quæ non incipit esse vera. At vero quando illa res futura ponitur in esse, & incipit esse præsens, illa propositio affirmatiua, quæ dicebat rem esse futuram licet non inceperit esse vera, incipit esse falsa, cum res est præsens. Illa autem propositio negatiua, quæ non incipit esse falsa, postquam res est præsens incipit esse vera, verbi gratia, hæc propositio est affirmatiua Antechristus erit est vera sine initio, quia cum Antechristus non incipit esse futurus, ita neque propositio affirmatiua incipit esse vera, illa autem propositio negatiua, quæ dicit Antechristus non erit futurus, est falsa sine initio, quia opponitur contradictoriè, propositioni affirmatiuæ, quæ sine initio est vera: & quemadmodum eo tempore quo Antechristus incipit esse præsens hæc propositio Antechristus erit, quæ sine initio est vera incipit esse falsa, ita propositio negatiua, quæ incipit esse falsa sine initio, scilicet, Antechristus non erit, re ipsa præsentia, incipit esse vera. Sequitur, simul aliquam

Solutio arg.

aliquam propositionem esse veram, & denique esse falsam, eo ipso quod Antechristo presente incipit esse falsa: hæc propositio Antechristi erit, quæ antea erat falsa, Antechristo presente, incipit esse vera, & desinit esse falsa.

Notandum.

Vnde optimè aduertit Corduba, lib. 1. quæstionū, q. 55. dub. 3. quod postquam illa propositio negatiua, quæ negat Antechristum futurum esse, illo presente incipit esse vera, sine fine erit vera, & affirmatiua quæ illi opponitur quæ erat vera sine initio, Antechristo presente, incipit esse falsa, & sine fine erit falsa, cuius rei hæc est ratio, quia duæ contradictioni non possunt esse simul veræ, nec simul falsæ, & ideo illa propositio affirmatiua, scilicet, Antechristus erit sine initio, est vera, propositio negatiua illi opposita, scilicet, Antechristus non erit sine initio est falsa. nam si inciperet esse falsa, ergo ante à fuit vera, quia propositio non potest fugere veritatem, vel falsitatem, & altera fuit vera, & altera contradictoria erat sine initio vera: ergo dantur duæ contradictiones simul veræ: similiter si illa propositio negatiua presente Antechristo, incipit esse vera, & nunquam desinit esse vera: ergo etiam illa propositio affirmatiua incipit esse falsa, & non habet finem suæ falsitatis: nam si illa affirmatiua desineret esse falsa, postquam iam semel esse falsa, ergo deberet esse vera, & per consequens dantur duæ contradictiones simul veræ.

Illatio & regula generalis.

Vnde colligitur non solum propositiones de futuro contingenti, non possunt esse simul veræ, nec simul falsæ sunt contradictoriæ, nam hoc est commune omnibus contradictorijs, sed in veritate debet seruari hic ordo, quæ veritas propositionis de futuro contingenti negatiuæ, sit post veritatem propositionis affirmatiuæ de futuro, & falsitas propositionis affirmatiuæ

de futuro debet esse post falsitatem propositionis negatiuæ de futuro, v. g. hæc propositio Antechristi non erit, non habet initium in sua falsitate: at vero postquam est presens Antechristus, incipit esse vera, hic autem veritas propositionis negatiuæ, est post veritatem propositionis affirmatiuæ de futuro, scilicet Antechristus erit, quia ista affirmatiua non habet initium in sua veritate: at vero negatiua, vt diximus, incipit esse vera, ergo veritas negatiuæ, est post veritatem affirmatiuæ. At vero falsitas affirmatiuæ huius Antechristi erit, presente Antechristo, est post falsitatem negatiuæ quæ sine initio erat falsa, scilicet Antechristus non erit, quia falsitas affirmatiuæ habet initium, falsitas vero negatiuæ nullum habet initium. At vero in propositionibus de presenti non seruatur hic ordo, quia est mutua circulatio in propositionibus, de veris in falsas, & e contra: nã supposito, quod Petrus nõ currat modo docurrat tamen tempore sequenti, hæc negatiua est vera, Petrus non currit, & hæc affirmatiua est falsa, Petrus currit: at vero currente Petro: affirmatiua vera, & negatiua falsa. Vnde certum est quod in propositionibus de presenti est mutua circulatio, de veris in falsas, & e contra.

Regula generalis.

In propositionibus autem de contingenti de preterito, philosophandū est contrario modo, scilicet in propositionibus de futuro etiam quemadmodum propositio negatiua de futuro, nõ habuit initium suæ falsitatis, & tamen presente re quam enunciat non esse fataram incipit esse vera & non habet finem in sua veritate, sic propositio affirmatiua de preterito, vt Antechristus fuit, non incipit esse falsa: nam quemadmodum Antechristus non incipit esse, sic nec propositio quæ enunciat Antechristum fuisse, incipit esse falsa: tamen postquam Antechristus

stus lapsus est, hæc propositio quæ sine initio erat falsa, Antechristus fuit, incipit esse vera, & non habet finem suæ veritatis, quia nunquam habet finem hoc quod est preteritum Antechristi & quemadmodum propositio de futuro affirmatiua, non incipit esse vera, quia res quam enunciat non incipit esse futura: ita propositio negatiua de preterito, scilicet Antechristus non fuit, non incipit esse vera, quia eo tempore quo res est futura nondum fuit, & sicut propositio affirmatiua de futuro, presente re, incipit esse falsa, & non habet finem in sua falsitate, vnde ordo quem diximus quod debet seruari in propositionibus de futuro, quo ad veritatem & falsitatem: iste ordo debet seruari in propositionibus de preterito.

Repl. Sed dicet aliquis illa propositio de futuro quæ enunciat rem quæ nõ est futura, est vera affirmatiuè, an negatiuè?

Respondetur quod propositio negatiua, quæ enunciat rem quæ non est futura non esse futuram, hæc propositio non habet initium suæ veritatis, neque in illa habebit finem, quia res nõquam est futura, ex suppositione facta, & propositio negatiua nunquam potest desinere esse vera, si incipit esse vera, sicut neque propositio affirmatiua de futuro semel admissa, quod sit falsa, & incipiat esse falsa, non potest aliquo tempore non esse falsa.

Repl. 2. Si tandem dicas quod ex dictis tractatu secundo de veritate, veritas formalis tantum est in nostro intellectu componente & diuidente: ergo propositiones de futuro, non possunt esse sine initio veræ vel falsæ, quia nõster intellectus in quo est veritas, non est sine initio.

Respondetur, quod ex suppositione quod mundus fuit ab æterno, ita fuit ab æterno nõster intellectus, iudicans verum vel falsum, & ita posita hæc

suppositione facile respondetur ad argumentum si in vero suppositio nõ admittitur. Dico quod etiam si non sint propositiones ab æterno, tamen res sunt veræ vel falsæ, à veritate prima, quæ est in diuino intellectu: nam (vt dictum est art. 6.) ab æterno respondunt esse veræ, per denominationem extrinsecã, à veritate prima, quæ est denominatio extrinseca quæ potest cadere in res non existentes, sed quæ possunt existere, vel non existere: vnde licet non sit dicta propositio ab æterno: ab æterno tamen denominatur vera, licet propositio falsa non denominetur falsa ab æterno, à falsitate quæ est in Deo quia nulla est talis denominatio in ipso: tamen denominatur falsa à veritate, quia Deus iudicat ab æterno illam esse falsam.

ARTICVL VIII.

Verum propositiones de futuro contingenti sint determinatè veræ?

De quo Corduba lib. 1. quæstionum, q. 51. dub. 2. tribuit Aureolo tales nec esse veras nec falsas, sed neutras: & ideo vocari indeterminate veritatis, videtur quæ sententia Aristotele implicat enim esse actu veras, & nõ determinatè veras: sed quod non sint actu veræ. Probat, quia sic postquam prolata essent forte necessariæ, vt modo Adamum fuisse, licet fuerit contingens Adamum esse.

Respondetur tamen notando primo, licet D. T. hom. Hammo. & Niphus dicant Arist. tantum agere de singularibus propositionibus contingentibus, vniuersalibus intelligi à Lobano & Valdoi: licet enim in principio de singularibus tantum videatur agere:

Opinio Cordubæ.

instatamen ibi. (Qua ergo contin-
gunt in conuenientia) nam de vni-
uersalibus aperte loquitur, licet in
singularibus clarius pateat contin-
gentia, logicè tamen vniuersalis est
contingens, quamquam moraliter,
(quòd tantum vult D. Thom.) vniuer-
salis clarè cognoscatur falsæ, vel ve-
ræ.

Notadus

Secundo, nota contingentia alia
frequenter esse, frequenterque non
esse, vt hominem ambulare, dicuntur
que contingentia ad vtrumlibet, alia
quia raro contingunt, dicuntur raro
contingentia, alia que ferè semper
dicuntur contingentia, vt plurimum,
vt dictum est lacus supra.

Conclu-
sio ad-
uerteda.

Hoc supposito est conclusio, om-
nem propositionem singularem, vel
vniuersalem de futuro contingenti quo
modocunq; esse ad a & determinatè
veram, siue determinatè falsam, si-
vel non sit, qui tam iudicet, veric: &
hoc vult D. Thom. 1. par. quaest. 14. ar-
ticu. 13.

Preba-
tur va-
rie.

Probatu primo, nam ad veritatè
propositionis satis est, vt in tempore
connotato per copulam, ita sit, quia
pro illo enunciat, ergo ad hoc quod
sit verum, Petrus currit, satis est vt po-
stea, licet liberè, currat, etiam vilius no-
scat.

Confirmatur, quia veritas determi-
natà, propositionis conformitas est
cum significato, quod si Petrus est cur-
surus, actu est vera Petrus curret.

Secundo, quia cum propositio futu-
ra affirmet determinatè, implicatio
videtur, nec esse conformem, nec dif-

formem, significatè: ergo Petrus cur-
ret, quæ determinatè affirmat, deter-
minatè est vera vel falsa.

Confirmatur, quia vel Petrus cur-
ret, vel non, licet id nesciamus, quod
si non curret, ergo est falsum, cum af-
firmet oppositè: nisi sit cursurus, ergo
est vera, cum id dicat.

Tercio, quia per se notum est prin-
cipium 4 Metaphys. vniuersaliter de
quocunq; contradictorium affir-
mari, vel negari, ergo vel illa, Petrus
curret est vera, vel eius contradicto-
rium, Petrus non curret.

Confirmatur, quia in distictua par-
tium contradictorium, valet à nega-
tione vniuers ad affirmationem alte-
rius: ergo in hac, Petrus curret, vel Pe-
trus non curret, valet non est vera, Pe-
trus non curret, ergo est vera, Petrus
curret, mihi que est vera conclusio.

Ad Aristotelem respondetur tan-
tum vult esse indeterminati, & con-
tingentis obiecti, & vt sic respectu no-
stri non posse cognosci certò.

Ad rationem respondetur in e-
dem exemplo, vt Adam fuisse, quia
est determinatum ad esse: & Deum re-
uelasse Petrum peccatum sunt ne-
cessariæ ita & illa: hæc fuit vera Pe-
trus curret, quia supponitur fuisse ve-
ram: licet enim Petrus possit non cur-
rere, adhuc fuit vera, quia respicit, ver-
rificaturque ab obiecto. nunc in de-
terminato, & contingenti tempore,
denotato per copulam, iam determi-
nato: est autem necessaria, quia iam
determinata fuit ratione præteriti.

L I.

LIBRI SECUNDI PER-
PHIERMAENIAS ARIST.

De his que possunt accidere enunciationi ex
parte subiecti, vel prædicati vel vt
comparantur ad inuicem vel
ex parte copulae.

Summa textus, vna cum annotationibus.

Capitis I. De diuersitate propositionis, per finitum,
& infinitum extremum, Sum-

ma textus.

1. Cocl.



Rima conclusio. Proposi-
tio alia est de secundo
adiacente, in qua verbū
est, fungit vicem prædi-
cati, alia de tertio adia-
cente, in qua verbum est mediat in-
ter duo extrema.

alia verò duæ non sunt circa subie-
ctum determinatum, sed circa infini-
tum, & per hoc innuitur hæc distin-
ctio oppositionum, duæ sunt de sub-
iecto finito: duæ autem sunt de subie-
cto infinito.

2. Cocl.

Secunda conclusio. In propositio-
nibus de est, de secundo adiacente tã-
tum sunt duæ oppositiones, altera de
subiecto finito, altera de infinito, &
possunt si vniuersaliter, vel parti-
culariter.

Quarta conclusio. Alæ duæ de subie-
cto infinito sunt extra illas, id est, non
coincident cum aliqua illarum.

4. Cocl.

3. Cocl.

Tertia, in tertio adiacente sunt qua-
tuor oppositiones, duæ se habent ad
affirmationem & negationem, secun-
dam copulae, & tertiam, & priuatiues,
duæ vero minime id est, duæ sunt cir-
ca idem subiectum certum, & designa-
tum sicut opposita priuatiue, adit au-
tem secundum consequentiam, quia
licet altera propositionum sit nega-
tiua, ac per consequens non possit re-
gationem in subiecto, sicut priuatiue

Quinta conclusio. A negatiua fini-
ta ad affirmatiuam finitam, valet
consequentia, negatiua vero infinita
ad affirmatiuam finitam simili-
ter.

5. Cocl.

Sed circa dicta est primum dubiū,
Vtrum in propositionibus de verbo
adiectiuo reperiantur oppositiones,
vt dicit Aristoteles 3. Videtur enim
non reperiri, quia sunt de secundo ad-
iacente, ergo tantum potest fieri va-
riatio circa subiectum finitum & infi-
tum.

6. Cocl.

Respondet posse fieri quatuor, quia
vniuersaliter includunt verbum, etiam quod
facit

f. cit tertium adiacens, at verò ipsum Verbum est, in secundo adiacente tantum facit duas, quia non includit virtutem seipsum, vñ finitum, quando sumitur infinitanter, quia sic est contradictorium sui ipsius, & quia verba adiectiua optimè resoluantur per verbum, est, vt est verbum finitum, ac consequenter ipsum virtute includunt, & per hoc patet ad argumentum.

Dubitat secundò, Vtrum ista regula quintæ concusionis sint veræ? videtur quod non primo, quia non valent sine constantia: secundo, quia non sequitur ex negatiua infinita ad affirmatiuam finitam, vt chimæra non est lignum, non album, ergo est lignum non album, nec sequitur non video hominem, ergo video non hominem.

Aliqui dicunt Arist. statuere has regulas ab affirmatiua infinita ad negatiuam infinitam: sed primò ista regula non sunt veræ: prima enim habet instantiam in propositionibus de præterito, vel de futuro, quia argumentamur à non distributo ad distributum ex parte temporis, &c. in hac propositione homo potest moueri: Secundo, non congruunt literæ Aristot. contra quorundam enim sunt illa verba quibus docet sequi: Petrus non est albus, ergo non est albus, & non sequi non omnis homo est albus, ergo omnis homo est non albus, manente subiecto distributo, secus si non maneat, contra secundam vero sunt illa verba, necesse est aliquem esse, &c. Illæ ergo regulæ posite conclusionem quintam traduntur ab Arist. & intelliguntur posita constantia, & infinito toto prædicato, & non tantum parte, & per hoc ad argumenta patet.

Vera solutio.

SVMMA

Capitis II. De ratione pro-

positi tuncum per extrema complexa & incompleta.

Prima conclusio. Quando in enunciatione ponatur plures termini, à parte subiecti vel prædicati, qui non faciunt vnum inter se, propositio non est vna, sed plures, si verò faciant vnam erit vna: primò probat, quia ad questionem propositam de his non datur vna responsio. Secunda, ea quæ dicuntur separata de vno subiecto: non temper dicuntur coniunctim de eodem, sed tunc tantum quando vnum infert aliud, vt genus & differentia, subiectum, & accidens.

Tertia, à prædicato coniuncto ad quamlibet partem valet consequentia, nisi in adiunctione diminatur significatio termini: vnde non sequitur Petrus est magnus Logicus, ergo est magnus, quia ratio magri est ibidè diminuta: nec sequitur homo est Poeta, ergo est, quia esse Poetam nil ponit in Homero. Vnde sequitur quod appellatio secundum Arist. fit quandoque iungitur duo termini, qui aliquo modo vnum faciunt, siue substantiuum sint, siue adiectiuum.

SVMMA

Capitis III. De modis quibus efficitur copula.

Prima conclusio. Contradictio in his fit per negationem in modorum.

Secunda, possibile vel continens affirmatum, infert impossibile negatum, & contra.

Tertia impossibile & non impossibile esse, inferunt necesse non esse, & si dictum

1. Cōcl.

2. Cōcl.

3. Cōcl.

1. Cōcl.

2. Cōcl.

3. Cōcl.

dictum sit negatum, inferunt necesse esse: sed possibile & non possibile cū dicto affirmato non inferunt necesse esse, nec cum dicto negato, non necesse esse: primo patet, quia modi contrarij æquipolent præposita negatione: secundo, probatur primo, quia huic necesse non esse, contradicit possibile esse, & non contradicit non necesse esse, imò stat cum illa, ergo non æquipolent. Secundo sequeretur, quod necesse esse, non sit necesse esse, sequitur necesse esse, ergo non est impossibile, ergo est possibile esse: & ex hac parte inferunt non necesse esse, ergo necesse esse non est necesse esse. Tertio possibile stat cum necesse esse, & cum necesse non esse, & cum contingentia strictè sumpto, ergo possibile quod stat cum necesse esse, infert non necesse esse, quod est contradictorium necesse non esse: patet consequentia, quia necesse esse, & necesse non esse non sunt simul, ergo quod stat cū necesse esse, infert contradictorium de necesse non esse: sed possibile esse, stat cum necesse esse, ergo infert non necesse esse, quod est contradictoriū alterius: ista minor patet, quia inferuntur ex contradictorio huius, quod est impossibile esse, sed contradictorium impossibile esse, stat simul cum necesse esse, ergo & possibile esse.

4. Conc. Quarta conclusio. Possibile dicitur dupliciter, id est, quod non est impossibile, siue sit actu siue non: secundo, quod est potentia, & non esse, &c.

Sed contra tertiam conclusionem arguitur, possibile esse non est necesse esse, ergo est necesse esse: de quo liber enim est vera affirmatio, seu negatione: negatur consequentia ad probationem, distingo antecedens de quo libet in particulari eodem in communem: nego: animal enim in communem, nec infert rationale, nec irrationale.

Ex dictis habentur æquipolentia, &

oppositiones modalium: per rotulos vero æquipolentes in modalibus dantur, si dicta sumantur per se aliter: si vero materialiter, in modo de necesse mutetur qualitas & quantitas dicti, & similiter fit contradictio: si dicta sumantur personaliter, mutata quantitate propositionis: si autem materialiter maneat idem dictum, & contradictorij, quia contradictio tunc sumitur, circa eandem numero propositionem, alioquin non esset contradictio de eodem. Contrarietas similiter fit per rotulos contrarios, si sumantur dicta personaliter, & si fuerit particularis in vno mutetur in vniuersali: subcontrarietas fit per rotulos subcontrarios, & subalternatio per rotulos subalternos: de quibus satis diximus, 3. p. Summularum, vbi & rotulos omnes apposimus.

SVMMA

Capitis III. Vtrum affirmationi tantum opponatur negatio, an etiam affirmatio.

Conclusio affirmationi primò & per se contraria est negatio, affirmatio vero tantum, vt includit negationem, pro quo primo supponit ea tantum contrarietati in voce, quæ explicat contrarias opinionis mentis. Secundo supponit contrarias opiniones non dici quia sunt circa contraria, sed quia de eodem contrario modo iudicantur: tunc arguit ea tantum contrarietati in voce quæ explicat contrarias opiniones mentis, sed tantum affirmatio & negatio sunt huiusmodi: ergo illæ tantum sunt contraria, minor probatur, quia quæ do plures opiniones contrariantur vni vna

vna illarum, primo & per se contrariatur, & reliquæ per ipsam sed opinioni, v. c. quod bonum est bonum, contrariantur, hæc, bonum nō est bonū, bonum est malū, vel est chimæra, bonum non est eligendum vel amandum, ergo vna illarum, primo & per se est contraria, & reliquæ per illam, sed hæc non est nisi quæ directè negat, quod altera affirmat, quia reliquæ, siue affirmant aliquid repugnās bono siue negent, quod conuenit bono dummodo non negent directè bonum sunt fere infinitæ, quarum vna non reducitur ad aliam, & omnes reducuntur ad negatiuam, ergo illa primo & per se est contraria.

Secundo, quia ex negatiua generatur falsitas omnium aliarum, ergo reliquæ non contrariantur, nisi ut inferunt istam, antecedens pater, quia bonum est bonum, est primo & per se vera propositio, ergo quæ negat bo-

num à bono est primo & per se falsa.

Confirmatur, quia huic, homo est homō tantum opponitur homo non est homo, quia homo non habet contrarium, ergo ita erit in reliquis.

Tertio, sicut se habent duæ opiniones inter se in veritate bonum est bonum, non bonum non est bonum: ita etiam hæc duæ in falsitate bonum non est bonum, & non bonum est bonum: sed huic negatiuæ non bonum non est bonum est opposita illa affirmatiua, non bonum est bonum, ergo illæ affirmatiuæ, bonum non est bonum nō opponitur, hæc non bonum est malum, nec hæc non bonum non est malum: vera enim est de chimæra super est, ergo ut non bonum opponatur illi.

Sed iam ad quæstionem accedamus, quibus singula manifesta erunt

S V-

SUPER LIBROS
PRIORVM ANALYTICORVM
ARISTOTELIS
commentaria, vnà cum quaestio-
nibus.

AUCTORE P. F. PETRO DE
Oña Burgenfi, in sacra Theologia
Præsentato.

PRÆFATIO

De ordine, auctore, modo procedendi, & alijs.



Vtorem horum librorum de priori resolutione esse Arist. docet Diogenes & communis, imo ipse Arist. asserit in fine Logicæ, suntque libri digni eius ingenio: qui duo tantum reperiuntur.

Ordo est, vt post prædicamenta, & Perihieremias ponantur, quia de tercia operatione intellectus in istis agitur: præcedereque debent libros Post. Top. & Elench. ita Alexander Aphrodis. in Elench. Boet. in libris de differentijs topicis, quia hic tractatur de syllogismo in communi: prius enim consideranda est bonitas consequentia, ad iudicandum de veritate seu certitudine conclusionis: nam si consequentia non sit bona, non est cur immoremur, circa veritatem præmissarum, quæ sunt materia argumentationis: constat autem quod forma argumentandi communis est, materiae necessariæ Topicæ, & Sophisticæ.

Dices contra, in composito natura li, prius intelligitur materia quæ forma: forma enim, vt dicimus in Physi. vel educitur de potentia materiae, vel saltem in ea præsupposita in troducitur: ars autem debet imitari naturam cum sit propter illius perfectionem:

ergo præcedere debent libri Poster. qui agunt de materia propositionum.

Confirmatur, quia forma rei quæ arte conficitur, sine materia esse non potest, ergo lib. Prior. qui agunt de materia præsupponunt Poster. qui agunt de forma. Secundo in lib. Topicor. vt ipsa incriptio indicat, continetur disciplina inueniendi mediæ argumentorum: in his autē 4. lib. Prior. & Post. continetur ars iudicandi, de nulla autem re iudicare possumus, nisi sit inuenta, ergo illi lib. Top. hos debet præcedere. Adde quod ars inueniendi potior est quam ars iudicandi, & natura prior, vt probat Cice. 4. lib. de finibus, ergo idem quod prius. Hoc argumēt. cōiunctus Perihonius asserit topica debere præcedere libros Prior. & refert pro sua sententiâ Philopponū: sed hoc non obstat. Ad primum dico formam naturalem exigere determinatam materiam, affectam certis dispositionibus: at forma syllogistica natura sua, vel literis non significatiuis contenta est: vnde eius cognitio ex nullius materiae realis cognitione pendet: Ad cōfirmationē: fauor ad conficiendam argumentationē vtilē, prius inquirendū mediū: vt autē formæ argumentationum insiciantur, non est idopus

Ad

Ad secundum (multis omnis solu-
tionibus quas cumulant Neoterici)
quælibet pars scientiæ dicitur etiã
iudicatiua, cum sit principium iudi-
candi de suo obiecto: illa vero quæ To-
picis est, inuentiua particulariter di-
citur, quia agit de materia relicta ab
omni scientia.

Iam ergo utilitas maxima est ho-
rum librorum, cuius sine cognitione
syllogismi nõ possit scientia haberi,
vt latè dicebam in quæst. præambulis.

Proportio ad Logicam est partis ad
totum: modus procedendi est diffi-
lis, sed efficaciter probans.

De obiecto horum librorum solet
esse dubitatio: dico tamè syllogismi
esse obiectum huius tractatus (vtrũ
autem ex hoc & lib. Poster. fiat vnus
tractatus tantũ in principio Poste-
ler. dicam) de alijs enim, vt Enthymemate,
inductione & exemplo in fine
huius lib. agit Aristot. quia hæc cõ-
sequentiæ vim habent ratione syllo-
gismi, quatenus scilicet, ad illum re-
ducuntur: vnde hæc explicatio bene
Burana, Philop. Niph. & alij dicunt
esse demonstrationem quo ad formã:
& alij codices argumentationem in
communi. Titulus est de priori analy-
si, hoc est, resolutione, vnde dicitur
libri resolutiui seu resolutori. Dicitur
autem resolutio examen alicuius
rei, si tene secundum suam naturam sa-
ctã: & quia examinamus res illas in
suas partes resoluendo & reducendo
vt docet Aristot. lib. de cælo, dicitur re-
solutio, quam multi diuidunt in
Grammaticam quæ est in elementa, Meta-
thyã Philoiph. &c. quæ est in tales,
vel tales propositiones. & Logicam,
quæ est in propositiones, & terminos,
&c. quo pacto maxime in Logica su-
mitur dicta resolutio absolute, pro re-
solutione, scilicet syllogismi, dicitur
autem prior resolutio ex parte for-
mæ & illationis, ad distinctionem Po-
sterioris, quæ est ex parte materiæ,

quia illa syllogismi est in communi.
supponiturq; ad examen secundæ, vt
patet principio Post. Et licet, docetur
etiam compositio syllogismi, ab
ultimo inferbitur de resolutione, vt
intelligatur quod, vtraque comprehē-
ditur (cum resolutio supponat compo-
sitionem vt dicebam. l. par. cap. 7. ter-
minorum) necessario habendam.

Et ita docetur primo compositio:
secundò, via inueniendi propositiones
ad syllogismum: tertio, resolutio.
Deinde vero in secundo libro agitur
de proprietatibus syllogismi: & hæc
est tota diuisio priorum.

Nos tamen quia quæ Aristot. his li-
bris docet fusius & obscurius tradit,
pro tyronum captu, ad breuem & fa-
ciliorem tractatum, discentibus ac
commodatiorem reuocabimus: prius
septem prima & præcipua capita, pro-
pter Bachalarandos posita commu-
niter, breuibus cholij absolui. De-
inde vero propter alios iam totum
matos in Dialectica, omnia quæ ad
primum, & secundum librum spe-
ctant, breui ratione absoluiant.

CAPVT I. DE
propositione, termi-
no, & syllogismo, Ar-
gyropolo inter-
prete.



Primo dicere oportet
circa quid &
cuiusnam sit hæc præsentis
consideratio, atque est
circa demonstrationem,
& est scientiæ demonstrandi. Deinde
vero definire quid sit propositio, quid
terminus quid ratiocinatio: & quæ
sit perfecta, quæ imperfecta. Postea
vero quid sit in toto, aut esse, aut non
esse

Textus

esse: & quid intelligimus cum de om-
ni vel nullo quippiam dicimus prædi-
cari. Est itaque propositio oratio af-
firmatiua, vel negatiua de quopiã ali-
cuius. Hæc autem oratio, aut vniuer-
salis est, aut particularis, aut indefini-
ta. Atq; vniuersalem dico cum cuipiã
omni vel nulli cuipiam cõpetere di-
citur. Particularis autem cum alicui
inesse, vel cuipiam nõ competere, aut
non omni inesse asseritur. Indefinitam
cum competere & non competere si-
ne vniuersali aut particulari dicitur
signo, quale est contrariorum vnã
scientiam esse, aut voluptatem non es-
se bonum. At differendi autè propo-
sitione demonstratiua propositio dif-
fert: nam hæc quidem demonstratiua
partis alterius est acceptio contradi-
ctionis, qui nam qui demonstrat non
interrogat sed sumit. Differendi vero
propositio interrogatio est contradi-
ctionis, atque nihil vtriusq; refert ad v-
triusque ratiocinationem conficien-
dam, nam & hisce qui demonstrat, &
is etiam qui interrogat, sumpto quip-
piam inesse, & non inesse cuipiam ra-
tiocinatur. Quare ratiocinatio quidè
propositio simpliciter est. affirmatio
de quopiã alicuius, aut negatio quæ
admodum diximus. Demonstrandi au-
tem si vera & per primas sumpta sit sup-
positiones. At differendi propositio in-
terroganti quidem demonstrationis
est interrogatio. Ratiocinati vero ei⁹
est acceptio, quod verisimile, probabi-
leque esse videtur, vt est in Topicis di-
ctum. Quid igitur sit propositio, &
quonam differat ratiocinandi, & de-
monstrandi, differendi que propositio,
diligentius quidem, ex actiusque, po-
sterius explicabitur: nunc vero pro
v-
su præsentis satis est à nobis determi-
natum. Terminum autem eum appel-
lo, in què resolutur propositio vt præ-
dicatum, & id de quo prædicatur ipso
esse aut non esse audito vel diuiso. Ra-
tiocinatio est oratio in qua quibuscũ

positis aliud quippiam ab his quæ posi-
ta sunt, cum hæc ipsa sint necessario
euenit. Atque per illud cum hæc ipsa
sint, ob hæc euenire dico, per hoc au-
tem intelligo nullo fors in super esse
termino ve necessarium fiat. Perfecta
igitur eam ratiocinationem appello,
quæ nullius indiget rei præter ea quæ
sumpta sunt, vt id ipsum necessario
videatur. Imperfectam autem eam
quæ vnus vel plurium indiget quæ ne-
cessaria quidem sunt per terminos ip-
sos subiectos: non tamen sunt sumpta
per propositiones in toto autem quo-
piam esse, & de omni quopiã quip-
piam prædicari, idem significat, atque
tunc de omni dicimus quippiam præ-
dicari cum nihil potest subiecti sumi,
de quo alteri non dicitur, idem intel-
legendum est & cum de nullo dicimus
quippiam prædicari.

Summa textus.

Intentum est (inquit) agere de de-
monstratione eiusque partibus: vn-
de propositio est affirmatio, vel ne-
gatio alicuius de aliquo, quam diui-
dit primo in vniuersalem particularem
& indefinitam. Secundo, in Dialecti-
cam & demonstratiuam. Rursus, ait,
terminus est in quem resolutur pro-
positio, vt in subiectum vel prædica-
tum. Syllogismus est oratio, in qua
quibusdam positis aliud necessario sequi-
tur, per ea quæ posita sunt. Quem diui-
dit in perfectum, & imperfectum
explicatque quid sit dici de omni &
de nullo, quibus principijs nituntur
syllogismi,

Annotationes circa li-
teram.

Ff Primò

Primo notandū, quod modus procedendi, non est à partibus ad totum, cum prius agat de propositione quam de termino, nec eōtra à toto ad partes, cum prius de termino quam de syllogismo, sed à notioribus, vt ipse docet, primo Phisic. textu primo, quia propositionem ita definitur in Periheme.

De termini definitione sat dicta sunt. 1. cap. 1. part. Summularum, sicut & de propositione in Periheme. quā hic diuidendo simul explicuit, vt bene quidam primo de Paradoxis, cap. 9. & nō quidem per verum & fallum, quia parū refert ad syllogismū sed bene per affirmationem, & negationē, & licet etiam cōducatur ad syllogismū vniuersalitates, & particularitas, non tñ per ea definit propositionē, quia non se tenet ex parte formæ, scilicet verbi, & vniōis, vt affirmatio, vel negatio, vbi quidā Recentiorū & alij intēdunt quod per particula, alicuius de aliquo excludatur propositio hypothetica: sed quidem cum definitiones absoluantur à numero; (vt dixi in Summulis) non sumitur particula alicuius de aliquo, in toto rigore in singulari, imō in hypotheticis propria est affirmatio & negatio, præcipue quod Aristotel. acturus erat de syllogismo hypothetico: & ita comprehendere oportebat propositionem hypotheticam qua constat.

Secundo considerandum, quod non meminit propositionis singularis, quia agit de notis scientijs confirmetur ad dicta quæstio. 3. cap. de specie. et etiam meminit sophistica. quia syllogismus illa constans solum in apertis, & secundum quid, est syllogismus, qualiter autem propositio Dialectica: differat ad demonstratiua, qualisque sit hæc diuisio, in Topic. dicā. differunt autem demonstratio & demonstratiua scientia, quibus nominibus, hic videtur Aristot. quod demon-

stratio dicitur actum, scientia vero demonstratiua, habitū, de quo Niph. 2. Poster. text. 1. 37. ex Phisic. quod si Aristotel. 2. Poster. cap. 13. idem est ait tantum vult pertinere ad eandem scientiam, vel summi vtrumq; in actu, & in habitu, de quo S. Thom. ibid. lectio. 19.

Tertio aduerte, quod in definitione termini, adit Aristot. esse extremum, appositio, vel separato esse, hoc est, siue negetur, siue affirmetur, verbum substantiuum. Rursus Albert. & alij imo communior, orationem ponit genus syllogismi determinatam persequētes particulas ad syllogismum, magis tamē placet conformiter ad dicta in Summulis, cum alijs lib. 1. c. 8. & 12. esse argumentationem, nō persequentes particulas formalius reijciuntur, argumentationis, quæ pro antecedenti vnā tantum habēt propositionem, parum tamen refert in Latino, enim codice aliquādo habetur vox oratio, al quando ratio, & quidem vox Græca vtrūq; sonat non tamen per illam reijciuntur imperfecti, cum sint in se illationes necessariæ, nec reducuntur ad perfectos nisi vt eorum necessitas per proprios terminos clarius pateat, vnde sic considerata diuisio, syllogismi, in perfectos, & in imperfectos, est subiecti in accidentia, ratione vero uariæ figuræ modique syllogizandi patet differre specie inter se, & perfectis, de quo infra, quomodo vero per dici de omni & de nullo regulentur omnes, diximus in Sumul, analogāq; esse diuisionem syllogismi in bonum & apparentem.

Dubitabis tñ, vtrū fillogismus sit solum antecedens, eiq; dicta definitio cōueniat quidā? vult tātū esse præmissas, ex aliquot locis Arist. Burā, vero etiā e. s. cū cōclusionem: sed quidē magis placet prima opinio, de finitio tamē huius capitis etiā videtur cōprehendere argumentationē conclusionē constantē,

vt

vt Burā. & cōmunior vult, nā particula in qua aliud sequitur nota in ipso syllogismo, aliud s: qui à præmissis, quod est conclusio, sumitur enim nūc pro antecedenti; cum consequenti nunc sine eo, vt definitio cum definito, & sine eo, imperfectus verō syllogismus hoc magis videtur confirmare, qui definitur quod indigeat cōuersione vnus vel pluriū propositionum, remanētibus eisdē terminis nō propositionibus, cū conuertens & cōuersa nō videatur ad e propositio. Secūdo qui eget vno principio, scilicet reductione, per impossibile, vel pluribus, vt in reductione conuersua in qua est plurium conuersio, supponiturque aliud vt potē reductione ad impossibile, vel tertio qui indiget vna, vel pluribus rebus, quæ licet sequantur ad extrema concessa, non sunt tamen expressē in propositionibus.

Prædicatiuam, affirmatiuam autem conuerti necesse est non tamen vniuersaliter, sed in parte, vt si omnis voluptas est bonum, & bonū aliquid erit voluptas, Ad particularium affirmatiuam, quidem in parte, conuerti necesse est, nam si aliqua voluptas est bonum, & aliquid bonum erit voluptas. Priuariuam, negatiuam autem non necesse est eodem modo conuerti non enim si homo non omni competit animi, & animal non omni homini competit. Sit itaque vniuersalis negatiua propositio. a. b. si igitur, a. nulli competit illorum quæ sunt b. & b. profecto nulli competit eorum quæ sunt a. nam si alicui competit atque sit illud. b. non erit illud profecto verum. a. nulli competere, nam c. aliquid est eorum quæ sunt b. vt lucet clarius extat. Si autem. a. competit omni. b. & b. nimirum alicui competit. a. nam si nulli competit, & a. profecto nulli competit. b. atque omni si supponebatur competere. Similis conuertiō, & si particularis affirmatiua sit propositio nam si. a. competit alicui. b. & b. necesse est alicui competit. a. nam si nulli competit a. profecto nulli competit. b. alicui supponebatur competere. Si autem. a. omni non competit. b. non necesse est b. non omni competere. a. vt sit. b. quidem animal. a. vero sit homo, homo namque non omni competit, animal, vt animal homini competit omni.

CAPVT. II.

Secundum de conuersione absolutarū propositionum.

Textus.



Vm autem omnis propositio sit essendi aut necessario essendi, aut contingenter essendi, & in vnaquaque appellatione alie sunt affirmatiuæ; alie negatiuæ. Atque horum rursus alie sunt vniuersales. alie particulares, alie indefinitæ. Vniuersalem quidem negatiuam propositionem essendi necesse est vniuersaliter terminis ipsi conuerti veluti, si nulla voluptas est bonum nullum etiam bonum erit volu-

S V M M A textus.

Propositionem tripliciter diuidit, scilicet, in absolutā, & modalem de contingenti vel necessario. Secun-

do, in affirmatiuam & negatiuā. Tertio, in indefinitam vniuersalem & particularem. Deinde subdit de absoluta vniuersalem negatiuam & particularem affirmatiuam simpliciter cōuertit, vniuersalem vero affirmatiuam per accidens, negatiuamque particularem non cōuertit.

CAPVT III.
De cōuersione Modalium.

Tales se se habebit, & in propositionibus necessarijs nā vniuersales quidem priuatiua, negatiua, vniuersaliter affirmatiuam aut vtraque, particulariter sanē conuertitur. Et enim si necesse est, a. nulli competere b. necesse est & b. nulli competere. a. nan si contingit vt alicui cōpetat continget etiam vt a. competat alicui b. nisi vero a. necessario vel omni, vel alicui cōpetat, b. & b. necesse est cuiuspiam competere. a. nam si non necessario competat cuiuspiam, nec a. profecto cuiuspiam b. necessario competet. Particularis aut priuatiua, negatiua non conuertitur ob eam causam quā antea diximus. At in contingentibus cum multipliciter dicatur contingere necessarium enim, & non necessarium & possibile cōtingere dicimus. Affirmatiuā quidem in vniuersis simpliciter conuertentur. Nam si a. vel omni contingit vel alicui cōpetere. b. & b. profecto alicui contingit competere. a. quod si nulli & b. contingit nulli competere b. Hoc enim antea demonstrauimus. Negatiuā vero non eodem modo se se habebunt sed in hisce quā contingere dicimus ex eo quā necessario non competunt aut non necessario non competunt, aut non necessario competunt proinde se

se habebunt ac prius veluti si quispiā dixerit contingere hominum equum non esse, aut album tunicā nulli inesse, horum enim alterū necessario non competit alterum non necessario inest, atque propositio simpliciter sane cōuertitur, nam si contingit equum nulli competere homini, & hominem cōtingit nulli competere equo, & si album contingit nulli competere tunicae, & tunicam contingit nulli competere albis. Quis alicui necessario cōpetit, & album alicui tunicā necessario competet. Hoc enim antea demonstrauimus. Similiter se se habet, & negatiua particularis. In his autem quae ex eo dicuntur contingere quia plerumque sunt ac aptitudinem habent quoquidem pacto contingens consueuimus definire non similiter in conuersione se se habebunt negatiuē sed vniuersalis quidem negatiua. propositio non conuertitur particularis autem cōuertetur: atque hoc in sequentibus patebit enim de ipso contingenti dicemus. Nunc hoc tantum in super pateat nobis has propositionis, contingit nulli aut cuiusdam non competere affirmatiuam habere figuram. Cōtingit enim perinde disponitur atque, ipsū est. Est autē ipsum in quibus in super predicatur affirmationē semper omninoque faciet vt est nō bonum est nō album, aut simpliciter est nō hoc ostēditur aut & hoc ipsum per ea quae de inteps dicuntur in cōuersionibus aut per inde se se habebūt vt cetera.

Summa Textus.

Prima cōclusio propositiones de necessario, cōuertuntur vt absolutae, idē de contingenti vt est idē quod possibile ter, specialiter autē sumptū (pro eo scilicet quod potest esse & nō esse) vniuersalis negatiua non cōuertitur, sed particularis negatiua simpliciter quia affirmatiuā cōtingēt sunt vir

tute

tute affirmatiuā, remittitque sed ad cap. duodecimum.

Annotationes circa literā vtriusq; capitis.

Acturus Aristot. de syllogismo agit de conuersionibus propositionum, per illas enim reducuntur syllogismi imperfecti, de quate dixi in Sumulis, non numerauit autē modum de impossibili, quia aequiualeat necessario nō. nec de possibili, quia est vna acceptio quam possuit, contingētis, & cū propositio in cōmuni, primo diuidatur in absolutam & modalem, bene Phyllo. infert modale esse quā, affirmatiuā vel negatiuā vt patet ex sequentibus diuisionibus.

Similiter negat Aristot. particulare affirmatiuā absolutam cōuertit, quia non meminit conuersionis per cōtra positionem, vt inuicis ad reductionē syllogismi, commutetur in ea terminis, prius etiam agit de conuersione vniuersalis negatiuā, quam affirmatiuā, quia per illam probat aliarum conuersionem, & quia eius conuersio praestantior, indefinita vero vt completa esset diuisio numerauit, eius autem postea non meminit quia eiusdem est conuersionis cū particulari, vitur autem in exemplis literis, vt infra magis dicitur, vt ostendat valere cōsequutio ratione formae nō materiae, ponitq; subiecti literam cū adiectiuo in obliquo, & predicati in recto, vt doceat sub praedicato contineri subiectum, vt obliquo subiecto.

Secundo omitta ratione generica, per species explicat naturā cōuersionis de cuius alijs acceptioib; Niph. hic latē, hic aut sumitur pro cōuersione propositionum conuersio, alia ter minorum, de qua in Sumul. alia syllogismi, cum ex opposito consequentis & altera praemissa infertur oppositū

antecedentis, alia dicitur cōuersio de nominati, vt ex hoc quod accidēs est in subiecto, subiectum a toto vel parte sufficienti denominari dicitur tale vt homo est albus Crispus, de hac vere propositionū conuersione, Loban. & alij dicunt esse quodam enthymema, quod fit syllogismus addita identica propositione tacita, vniuersali, scilicet & affirmatiua praedicati conuersa ad negatiuam, ad affirmatiuā verō addita identica subiecti. Albert. vero & Baran. dicunt esse consequentiam non argumentationem, sed vt dicebā. 4. p. Simul. argumentatio strictē sumpta, petit ne sint omnino eadem cathegorema antecedentis & consequentis, vnde potius videtur consequentia dum tantum est conuersio, quāvis tamen videtur de nomine.

Dubitabis tamen quid intelligat per propositionem de in esse? Niph. & Baran. dicunt intelligi propositionem in qua praedicatum inest vniuersaliter subiecto, sed non necessario, alias inquit, non differret necessario & contingenti, contingens enim secundum istos, non dicit rem inesse sed posse in esse. Respondeo tamē propositionem de in esse vocare Aristot. propositionem sine modo, & hoc differt a necessaria & contingenti, patet ex fine cap. 12. vbi dicit contingens aliquando dicitur quod actum est, aliquid quod potest in esse: adde quod omnis propositio, vel est in materia remota, naturali, vel contingenti, omnis ergo propositio secundum rem, vel est necessaria, vel contingens, vel impossibilis: & ad illud quod obijcebant patet quod propositio de inesse est quasi subiectum omnium modalium, ex Arist. 1. Periherm. & per hoc differt ab omnibus alijs.

Sed cōtra id quod dicitur quod propositio necessaria eodem modo conuertitur sicut de in esse, dices primo non sequitur, ridentem esse hominem est

Soluuntur argumta.

necesse ergo hominem esse ridentem esse, secundo non sequitur omne animal esse hominem: non est necesse, ergo alicuius hominem non esse animal non est necesse. Tertio non sequitur omne corpus esse album, est impossibile, ergo omne album esse corpus est impossibile. Respondeo (conclusionem esse veram, intelligi quod dicto personaliter sumpto & non materialiter quia tantum personaliter deseruit ad sillogismos modales & possumus sub subiecto sumere, & quidem affirmatiuas conuerti, in necessarias particulas res: patet quia propositio necessaria est in qua predicatum, significat aliquid necessario connexum cum natura subiecti (vt dixi, p. 3 Sumularum) sed ex hoc quod termini transponantur, res significata non amittunt necessariam connexionem, manet ergo necessitas terminis commutatis, denegatiuis vero aperte probat Arist. in c. Ad primum consequentia est bona sed antecedens falsum, potest enim esse de subiecto non supponere, quando scilicet nullus hominum actu ridet. Ad secundum si dictum sumatur personaliter optima est consequentia sed antecedens falsum, per istum descensum, scilicet animal esse hominem non est necesse. De homine signato: si vero sumatur materialiter antecedens est verum quia mutatur suppositio à materiali ad personalem. Hinc etiam patet veritas vltima conclusionis, licet magis de illa dicam, sequitur enim bene & non sequitur nullus homo est ridens, ergo nullum ridens est homo, sed antecedens est contingens ergo, & consequens, cum se mutuo inferant, ergo altera non est necessaria, scilicet ridens est homo. Dices subiectum risus necessario est homo, ergo ridens necessario est homo, distinguo antecedens, subiectum enim risus est homo sub propria ratione hominis, non vero vt significatur per hunc terminum ridens.

Vbi notandum quod nec. scilicet non quadrupliciter repugnamus scilicet dicendo, contingit omni, vel contingit nulli, vel contingit alicui, vel contingit non omni, ex qualibet enim horum inferitur non necesse, unde non necessarium, est quasi genus, commune ad ista quatuor, qui ergo dicit non necesse, sat est, verifacietur secundum aliquem istorum modorum, & per hoc multa soluantur argumenta de necessario.

Sed de contingenter specialiter sumpto, aliquid dicamus, de quo nil in sumis sumus loquuti: aduerte primo quod si est affirmatiuum, ex ponitur per copulatiuum duplicis Categoricæ in quarum vna ponitur possibiliter, in alia vero possibiliter non: si verò sit negatum per disunctiuam ex ponitur, in cuius vna Categorica necessario, in altera impossibiliter ponitur, vel possibiliter non, ad sumptum generaliter idem valet quod possibiliter, vbi notant quidam quod si subiectum sit terminus communis, prius faciendum descensum, quam resoluatur, sed licet sit clarius bene Loba, negante esse necessario, dum modo seruetur sensus.

Ex quo inferitur contingenter specialiter sumpto, claudere vniuersalitate, scilicet necessario, & particularitate, scilicet possibiliter: unde nequit dari contradictoria propositione de contingenti, nisi ipsum negetur esse, præposita negatione, bene tamè Aristotel. infra cap. 12 dicit propositionem contingentis affirmati conuerti in oppositam qualitatem: vt Petrus contingenter currit, ergo contingenter non currit & contra, quia æquivalent ex dicta expositione, vt Loba dicunt, idem est de contingenter negato, dummodo in vtraque negetur.

Secundo inferitur bene Arist. de cuius se propositionem contingentis affirmati, esse virtualiter affirmatiuum, licet negetur verbum, quia inferitur affirmatiua

firmatiuum, & vt deducit, M. Soto. 2. Sum c: 8 valet, inferit affirmatiuum ergo est virtute affirmatiua aliter dare aut antecedens verum & consequens falsum, & licet inferat, negatiuum, de nominatur à digniori affirmatiua, tamen non patitur conuersionem simplicem vniuersalis, non sequitur contingenter, omnis homo est albus, ergo contingenter omne album est homo, vt dictum est.

C A P V T. IIII.

De prima figura.

Textus.



Hicce determinatis dictum iam esse videtur per quæ & quidam aut quo nã modo omnis ratio iocinatio fiat postea vero de demonstratione dicemus, nam prius de rationatione quã de demonstratione dicendum esse videtur, quippe cum vniuersale magis sit ratio iocinatio, demonstratio nãq, ratio iocinatio quæ dã est, at nã omnis ratio iocinatio demonstratio est. Cũ igitur tres termini sic inter se se habent vt vltimus quidẽ in toto sit medium, medius aut in toto primo sit aut nã sit necesse est tũc extremo rã ratio iocinationẽ esse perfectã atque mediũ quidẽ in dico quod in alio est, & in quo aliud est. Hoc & ipsa sanè positione mediũ, sit extrema autẽa quo rã alterum est in alio, alterũ in quo aliud est, nã si A. de omnibus. B. de omni B. & B. de omni. C. dicitur necesse est. A. de omni C. predicari. dictum est enim prius quomodo predicari de omni dicitur. Pari quoque ratione si A. quidem de nullo. B. dicitur. B. vero de omni. C. predicatur. A. profecto nulli competet. C. verum si primum

quidem ipsi medio competat omni medium autẽ nulli extremo infit. Ratio iocinatio extremorum profecto nõ erit nullũ enim cũ hæc sint efficitur necessarium. Etenim sit vt primum omni competat extremo a nulli quare nec particulare neq, particulari, neq, vniuersale necessarium sit cũ vero nullũ eueniat necessarium, nulla per hæc erit ratio iocinatio sanè atq, termini quidẽ essendi, sicut animal homo equus nõ essendi sumatur animal homo lapis. At neq, tum erit vtique, ratio iocinatio cum neq, primum ipsi medio neq, medium competat vlli, termini essendi scientia linea medicina non essendi, scientia linea vitas sumatur. Patet igitur si vniuersales sumatur hac in figura termini quando erit ratio iocinatio, & quando non erit. Et idem si ratio iocinatio est necessario terminis, ita se se habere quemadmodum diximus. Et si termini ita se habent vt diximus continuo ratio iocinatione monstrare. At si terminorum alter sit vniuersalis alter particularis, ad alterum quando vniuersale quidem versus maius extremum collocatur, aut priuatiuum, negatiuum, aut predicatum affirmatiuum particulare autem versus extremum ponitur, minus necesse est tunc rationem esse perfectam quando vero vniuersale versus extremum ponitur minus aut aliter termini, quam diximus disponuntur fieri non potest, vt ratio iocinatio consistat. Atque maius extremum id vocito in quo medium ipsum est, minus autem id quo sub medio collocatur. Nam. a. quidem omni. b. competit. b. autem infit alicui. c. si igitur id est de quolibet predicari quod in principio diximus necesse est, a. omni competere c. rursus si. a. quidem nulli. b. competit. b. vero cuiquam infit. c. necesse est. a. cuiquam. c. non inesse, nam definitum est etiam quomodo de nullo dicimus quippiam predicari.

Quare ratiocinatio erit perfecta, idē euenit & semper & definitum. b. c. sumatur sic modo prædicatum affirmatiuum: nam eadem erit ratiocinatio semper siue in definitum siue particulare sumatur. Sed si rursus extremū minus vniuersale positum fuerit prædicatum, affirmatiuum, vel priuatiuum, negatiuum: ratiocinatio profecto non erit sine affirmatiuum, siue negatiuum ipse particulare, aut in definitum sumatur vel uti si. A. quidem cuiam in sit aut non in sit. b. ipsum autē .b. competat omni. b. termini essendi bonum habitus. A. qui prudentia. nō essendi bonum habitus in scientia que sumatur. Rursus si. b. quidem nulli. c. competat. A. verō cuiam in sit, aut non in sit aut non omni competat. b. a. u. illa prorsus hoc etiam pacto ratiocinatio erit. Termini essendi album equus ac color nō essendi album equus, cuiusque sumatur, idem si termini, & si idem. A. b. in definitum iumatur. At qui neque cum id quidem interuallū quod est versus maius extremum vniuersale est, aut priuatiuum negatiuum aut prædicatum, affirmatiuum, id autem quod est versus minus extremum priuatiuum negatiuum ex particulare aut indefinitum ratiocinatio sane non constabit. Seu si. A. quidem omni competat. b. ipsum autem. B. cuiam non in sit aut non competat. c. cui namque medium cuiam non in sit ei nimirum & omni & nulli competet. primum subijciantur enim hi termini, animal homo album, deinde sumatur alba, de quibus homo non prædicatur, atque inquam & color. A. animal igitur de altero quidem dicitur, omnino altero vero nullo prædicatur ut patet ratiocinatio sane non erit rursus. A. quidē nulli. B. cōpetet. b. vero cuiam non in sit. C. atque termini sint inanimatū homo ac album deinde sumatur alba de quibus homo nō prædicatur, atque color, inanimatum igitur de al-

tero vero nullo prædicatur ut patet. Preterea cum hoc indefinitum sit. B. inquam cuiam. G. non in esse verum que sit & si nulli cōpetit sumptis eius modi terminis ut. B. nulli cōpetat. c. ratiocinatio sane non sit. Hoc enim antea dictum est. Patet igitur si ita sese habeant termini non fiet ratiocinationem nam si esse & in ijs esset profecto similiter demonstrabitur & si vniuersale priuatiuum negatiuum ponatur. At vero nullo pacto etiam ratiocinatio fuerit si vtraque interualla particularia aut prædicata affirmatiua aut priuatiua negatiua aut alterum prædicatum negatiuum aut alterum definitum aut vtraque in definita fuerint sumpta, termini autem communes omnium essendi quidem animal album equus. Non essendi autem animal album lapisque sumatur. Patet igitur ex hisce quæ diximus si in hac figura particularis sit ratiocinatio ita necessario despositos esse terminos uti diximus. Et si ita sese habeant termini necessario fieri ratiocinationē nam si a. iter sese habeat nullo pacto sit ratiocinatio. Patet etiā vniuersas ratiocinationes huiusce figure perfectas esse. Omnes enim per eaque initio sunt sumpta perficiuntur per picuum in super est omnia que proponuntur per hanc ostendi figurā qui pecum & omni & nulli & alicui atque non omni quiam competere per hanc ut patuit ostendatur apello autē talem figuram primam.

SV MATEXTVS

In prima figura medium inquit est terminus, qui subijcitur in maiori prædicatur qui in minori, maior extremitas, prædicatum minoris, minor vero subjectū est minoris, de inde ponit modos vitales, Barbara & r qui regulantur per dicitur de omni & de nullo, alios.

hos autem probat inuitiles, quia dantur in eis termini, in quibus omni & in quibus nulli, ait etiā, modos huius figure esse perfectos, in ea quæ omnia problema posse syllogizari.

CAPVT. V. DE Secunda figura.

Textus.



Vnde autem idem alteri qui de omni alteri vero nulli vel vtrique omni, vel nulli competet talem quidem figuram appello secundam. Atque medium quidem in id ipsa dico quod de vtrisque dicitur. Extrema autem ea de quibus hoc prædicatur. Maius item extremum id nuncupoprope medium collocatur: minus autem id quod remotius à medio ponitur. At ipsum medium extra quidem extrema ponitur, est tamen primum positione. Atque perfecta ratiocinatio non erit hac in figura, erit tamen potentia, terminis tamen vniuersalibus, quam non vniuersalibus sumptis. Si igitur vniuersales sint termini, atque medium ipsum alteri quidem omni alteri autem nulli competat, erit ratiocinatio sane siue rursus, maius siue minus extremum positum fuerit priuatiuum, negatiuum, alio autem modo fore non potest: nam L. de nullo quidem, M. de omni vero, N. prædicatur. Cum igitur negatiuum simpliciter conuertatur, M. ipsum profecto nulli competet, L. aut, L. omni, N. in esse supponebatur. Quare, M. nulli profecto competet, N. hoc enim prius est demonstratiuum. Rursus si, L. omni quidem competat, M. nulli autem in sit, N. ipsum etiam, M. nulli profecto competet, N. nam si, L. nulli competet, N. & N. etiam nulli competet, L.

at L. omni, M. in esse supponebatur. Quare N. nulli competet, M. Rursus enim prima figura est facta. Sed cum priuatiuum, negatiuum simpliciter conuertatur, M. etiam nulli competet N. quare erit eadem ratiocinatio sane, licet etiam hos modos ostendere deducendo ad id quod fieri minime potest. Patet igitur cum ita sese habeant termini fieri quidem ratiocinationem: sed non perfectam: non enim solum ex hisce quæ initio posita sunt, sed ex alijs etiam ipsum efficitur necessarium, ut luce clarius extat. At si ipsum, L. de quolibet, M. atque, N. prædicatur: ratiocinatio sane non erit termini essendi substantia animal, numerusque sumatur, atque substantia in medio collocetur, neque enim ratiocinatio porro constabit. Si L. de nullo, M. & de nullo, N. prædicatur termini essendi linea, animal homo, non essendi linea animal lapisque sumatur, atque linea medium occupet locum. Patet igitur, si in hac figura sit ex vniuersalibus terminis ratiocinatio necessarium esse sic sese habere terminos, ut in principio diximus. Nam si alio disponantur pacto non efficitur: ut patuit necessaria conclusio.

Sin verò medium ipsum ad alterum extremorum sumatur vniuersaliter, cum rursus quidem maius extremum ipsum collocatur vniuersale, aut negatiuum, aut affirmatiuum, versus autem minus particulare, atque opposito modo sumitur, necesse est tum ratiocinationem negatiuum particulare que stare. Dico autem opposito modo hoc pacto, ut si vniuersale sit negatiuum particulare sumatur affirmatiuum, & si affirmatiuum sit illud particulare negatiuum sumatur: nam si, L. nulli quidem, M. alicui vero competat, N. necesse est ipsum, M. non omni competere. N. nam cum negatiuum (ut diximus) conuertatur, M. sane nulli competet, N. at ipsum, L. cuiam, N.

in esse supponebatur. Quare M. nō omni competet, N. sit eadem ratio in ario per figuram primam vt patet. Rursus si, L. omni quidem M. in sit alicui quidē non competat, N. necesse est, M. cuius N. non inesse si omni competat, & L. prædicabitur de omni, M. necesse est, L. ipsum omni cōpetere. N. at alicui nō inesse supponebatur. At si, L. omni quidem. N. competat, non omni autem in sit, M. non erit ratiocinatio sane, atque termini quidem essendi animal substantia coruus non essendi vero animal album coruusque sumantur. Nec item si, L. de nullo quidem, N. de aliquo vero, M. prædicatur termini essendi animal substantia scētia quæ sumantur. Cū igitur vniuersale ac particulari opposito sumuntur modo, dictum, est quando erit ratiocinatio, & quando non erit ratiocinatio.

Cum autem propositiones qualitatis eiusdem, aut negatiuæ ambæ, aut affirmatiuæ sumantur, nullo pacto ratiocinatio fieri potest. Si enim primo negatiuæ ambæ, atque vniuersale, rursus extremorum maius ponatur, seu L. nulli quidē, M. competat, alicui vero non in sit. N. sit igitur, vt, M. omni atque nulli competat, N. termini non essendi nigrum, nix animal, sumantur termini autem essendi sumi nō possunt, si L. cuiuspiam quidem in sit, cuiuspiam vero non competat, N. nam si, M. quidem omni competat, n. ipsum autem l. nulli competat, m. ipsum, l. profectio nulli competet, r. alicui inesse supponebatur. Hoc igitur pacto fieri nequit, vt termini essendi sumantur, sed ex infinito est ostendendum nam cum verum sit, l. cuiuspiam non competere, n. si nulli etiam in sit, atque cum nulli competit ratiocinatio fieri nequeat vt antea paruit perspicuum est, neque nunc ratiocinationem constare possunt.

Rursus fiat ambæ positiones affirmatiuæ, & vniuersale similiter collocetur, veluti, l. omni quidem, m. alicui vero competat, n. sit igitur, aut, m. & omni & nulli competat, n. atque termini non essendi album, olor, lapis, quæ sint essendi vero sumi non possunt. Ob eandem causam sane quam paulo ante diximus. At si vniuersale concursus extremum minus ponatur, atque, l. nulli quidem, n. non omni autem in sit, m. sit, vt ipsum, m. & omni & nulli competat, n. termini essendi album animal coruus: non essendi album lapis, coruusque sumantur. Sin vero ambæ propositiones affirmatiuæ sumantur, sit sane similiter, vt ipsum, m. & omni, & nulli competat, n. termini non essendi album animal nix, essendi album animal, olorque sumantur. Patet igitur nullo pacto fieri ratiocinationem, si propositiones sint vniuersales, atque altera vniuersalis, altera particularis sumatur. At neque si cuiuspiam vtrique medium competat, aut alteri in sit alteri non in sit, aut vtrique non omni, aut indefinitè, vel in sit, vel non in sit ratiocinatio, vniuersalem constabit. Termini communes omnium essendi quidem album animal homo, non essendi autem album animal inanimatumque sumantur. Patet igitur ex hisce quæ dicta sunt ratiocinationem fieri necessariò, si termini sic habeant quemadmodum diximus: & si ratiocinatio sit, ita terminos inter sese dispositos esse quemadmodum eos non collocauimus.

Perspicuum etiam est omnes ratiocinationes quæ hæc in figura constituuntur imperfectas esse, vniuersalè namque sumptis, quibusdam perficiuntur. Quæ quidem aut in terminis ipsis necessariò insunt, aut vt suppositiones ponuntur, veluti cum demonstramus deducendo ad id quod esse nequit.

Patet insuper nullam profors hac figura

figura fieri ratiocinationem affirmatiuam, sed omnes tam vniuersales, quam particulares extrui negatiuas.

Summa textus.

IN hac secunda figura medium prædicatur bis, maior externitas subiicitur in maiori, minor in minori: modi vtilis, Calcare Camæstus, &c. quos probat reductione ad perfectos, aliosque inutiles probat, vt cap. 4. præcedenti. Secundo, ait, omnes hos esse modos imperfectos, & negatiuos.

CAPVT. VI. De tertia figura.

Textus.



Tsi eidem alterum omni aliterum nulli, aut vt vniuersale, vel nulli, vel omni competit figuram quidem talem tertiam nuncupo. Medium autem in ipsa id dico, de quo vtraque prædicatur: extrema vero ea quæ prædicantur, atque minus extremum id vocito quod à medio longius distat: minus autem id quod est eidem magis propinquum ipsum vero medium, extra quidem extrema ponitur, positione tamē est vltimum. A qui perfecta quidem, neque hac in figura sit ratiocinatio: erit tamen potentia terminis, tam vniuersalibus quam nō vniuersalibus ad medium sumptis: terminis igitur vniuersaliter sumptis cum, r. atque, s. omni r. competunt necessariò, cum ipsum, r. alicui competet, s. nam cum conuertatur affirmatiuum, r. cuiuspiam competit, s. nam cum, r. quidem omni, r. in sit ipsum autem, t. cuiuspiam competit, s. necesse est ipsum, r. alicui competere, s. sit enim, vt patet, ratiocinatio per primam figuram, licet etiam demon-

strationem eiusdem facere ducendo ad id quod fieri nequit. Insuper designatione hoc pacto, nam cum vtrumque omni competat, r. si quippiam sumatur ipsorum, r. seu, p. huic profectio & r. & s. cōpetent, quare ipsam, r. cuiuspiam competit esse, s. rursus si, r. quidem nulli, r. competat, s. autem omni eidem in sit erit necessariò ratiocinatio, aut qui, r. nō omni, s. cōpetere cōcludetur, idē naq; demonstratio erit vtrique. modus: si, s. t. profectio conuertatur, Deducendo etiam ad id quod fieri nō potest, hic demonstrabitur modus, perinde, vt & præcedens est demonstratus. At si quidem nulli, T. competit, r. autem eidem omni in sit non erit ratiocinatio sane. Termini essendi animal equus homo non essendi animal inanimatum homo quæ sumantur: nequē cum vtrumque de nullo. T. prædicatur ratiocinatio fiet termini essendi, animal equus inanimatum non essendi homo, equus inanimatum sumantur, atque inanimatum in medio collocetur.

Patet igitur hæc etiam in figura si vniuersales sumantur termini quando erit ratiocinatio, & quando non erit ratiocinatio, nam cum vtrique termini affirmatiui ponantur, erit ratiocinatio sane atque extremum extremo cuiuspiam cōpetere concludetur: sed cum vterque terminorum sumitur negatiuus, non erit cum alter tamē est negatiuus, alter affirmatiuus sit maior quā ratiocinatio, atque extremum extremum non omni competere concluditur. Si vero contraponantur, neque erit vt demonstrauimus: at vero si alter sit vniuersalis ad medium, alter particularis, si vterque quidem affirmatiuus sumatur necesse est ratiocinationem fieri siue maior sit siue minor vniuersaliter: eam si, S. quidem omni T. competit r. autem cuiuspiam in sit, eidem necesse est ipsum, r. competere, t. cuiuspiam. S. cum enim affirmatiuum vt diximus, conuertatur ipsam

T. sane accipiam cōpetet. R. quare cū S. quidem omni, T. competat ipsum autem. T. cuius sit r. ipsum, s. profecto cuius competet. r. quare & ipsum r. cuius competet. S. licet etiam demonstrare ratiocinationem eandē deducendo ad impossibile uti precedentes ratiocinationes demonstrabatur; insuper designatione, perinde atque antea fecimus. Rursus si, quidem cuius insit. T. ipsum autem. r. omni eidem competat necesse est, R. cuius competere. S. erit enim idem demonstrationis, profecto modus licet etiam demonstratione huiusce facere modi deducendo ad id quod fieri nequit, perinde, atque precedentes ratiocinationes demonstrabantur, & item designationes perinde, atque antea fecimus. At si altera affirmatiuus sumatur, & sit affirmatiuus sumatur & sit affirmatiuus, ipse vniuersalis cum minor quidem affirmatiuus est erit ratiocinatio sane: nam si, s. quidem omni competat: T. ipsum autem. r. cuius non insit eidem necesse est ipsum. r. nō omni competere. s. nā si omni competet & S. omni competet. T. ipsum etiam r. profecto omni competet. T. at cuius non in esse supponebatur, ostenditur autem & præter deductionem, si quis ipsam ipsorum, T. sumatur, cui non competit ipsum, R. Sed cum maior terminus est affirmatiuus, minor vero particularis, negatiuus non erit ratiocinatio sane, veluti si, R. quidem omni cōpetat, T. ipsum autem, S. cuius non sit eidē termini essendi tunc animatum, homo ac animal nō essendi vero sumi non possunt, si, S. cuius insit, T. cuius autem nonnam si, R. quidem omni competat, S. ipsum autē S. accipiam insit, T. ipsum profecto, R. cuius non competit, T. at omni in esse supponebatur. Præterea si R. quidem omni, T. competit ipsum autem, S. cuius inest eidem ipsum, R. profecto cuius competit esse, S. at nulli

in esse supponebatur: sed agendum est ut antea fecimus, nam cum sit infinitus cuius non inesse, & id quod nulli cōpetit, ut recedere liceat cuius non inesse. Si vero nulli insit ratiocinatio non constat ut antea patuit. At si terminus vniuersalis quidem sit negatiuus: particularis vero affirmatiuus eum maior quidem est negatiuus: minor vero affirmatiuus erit ratiocinatio sane Nam si, R. quidem nulli, T. competat, S. autem cuius insit eidem ipsum, R. profecto cuius non competit esse. Erit enim rursus prima figura S. T. propositione conueria, sed cum minor est negatiuus, non est ratiocinatio sane termini essendi, animal coruus album non essendi animal scientia, album essendi vero animal coruus albumque sumatur, neque etiam cum uterque ponitur negatiuus, atque alter est vniuersalis: alter particularis termini communior est vniuersalis ad medium nō essendi quidem animal scientia, album essendi vero animal coruus albumque sumatur. Sed cum maior est vniuersalis, minor vero particularis non essendi quidem coruus, nix album que sumatur, essendi vero sumi non possunt. Si, S. cuius insit, T. cuius non insit: nam si, R. quidem omni competat, S. ipsum autem S. cuius insit, T. ipsum, R. profecto cuius competit, T. At nulli in esse supponebatur, sed ex infinito demonstrandum est: ut neque, si uterque cuius insit ipsi medio, aut non insit, aut alter cuius, alter non omni competat, aut indefinitē ratiocinatio vilo pacto efficietur, termini communes omnium: animal homo album non essendi autem animal inanimatum, albumque sumatur. Patet igitur, & hac in figura quando erit ratiocinatio, & quando non erit, & si ita sese habeant termini quemadmodum diximus ratiocinationem fieri necessario: & si ratiocinatio sit terminos necessaria.

cessario ita esse dispositos, patet etiam & huiusce figure ratiocinationes omnes imperfectas esse, nam vniuersæ assumptis quibusdam perficiuntur, & in super fieri non posse quo per hanc figuram vniuersalis vnquam aut affirmatiua aut negatiua conclusio inferatur.

Suma textus.

IN hac tertia figura mediū est subiectum vitulosum, maior extremitas prædicatum maioris, modi vtilis darapti Phelatom & c. quos bonos esse probat, reliquosque & malos, ut, c. s. dicit etiam secundum omnes modos huius figure esse imperfectos & particulares.

CAP VTI, VII. DE pertinentibus ad tres Figuras.

Textus.



His etiam quæ dicta sunt patet omnibus in figuris cū non sit ratiocinatio affirmatiuis aut negatiuis vtriusque terminis aut etiā particularibus sumptis nullum penitus fieri necessarium. Sumpto vero affirmatiuo ac negatiuo, si negatiuus sumatur vniuersalis extremitas minoris ad maiorem ratiocinationem fieri semper, veluti si, A, quidē omni, b, aut cuius insit, b, vero nulli competit, b, nam si conuertantur propositiones necesse est ipsum, c, cuius, a, non inesse. Patet etiam indefinitam propositionem eadem omnibus figuris ratiocinationem efficere peritam loco particularis affirmatiuæ, Patet insuper ratiocinationes imperfectas, omnes per figuram perfici

primam, vniuersæ enim aut recta demonstratione, aut deductione ad id quod fieri nequit perficiuntur: at vtroque modo prima fit plane figura. Nā si recta perficiuntur demonstratione vniuersæ perficiuntur conuersio vero figuram primam efficiebat, si vero demonstratur deductione ad id quod fieri nequit falso posito ratiocinatio fit per primam figuram veluti vltimā in figura si, a, & b, omni competat, b, ipsum, a, cuius competit, b, nam si, a, nulli competet, b, ipsum autem, b, ipsum autem, b, omni, c, incit, a, nulli cōpetet. c, at omni in esse supponebantur idem & in c, teris fiet, At vero licet vniuersas rationes ad vniuersales primæ figure ratiocinationes reducere: patet enim per illa secundæ ratiocinationis figure perfici quamquam non similiter omnes perficiuntur sed vniuersalis quidem negatiua vniuersaliter conuersa vtraque vero particularium deductione ad id quod fieri nequit, at particulares ratiocinationes primæ figure & per se quidē ipsas perficiuntur licet autem ipsas & per secundam figuram ostendere deducendo ad id quod fieri nequit veluti si, a, quidem omni, b, competat. b, vero cuius insit, c, ipsum, a, sane cuius competit, c, nam si nulli competit & inest cuiuslibet, b, ipsum profecto, b, nulli cōpetet, c, h, c enim sit per secundam figuram. Similis erit demonstratio ratiocinatione etiam negatiua. Nam si a, quidē nulli, b, cōpetat, b, vero cuius insit, c, ipsum, a, profecto nulli competit, c, nam si ipsi quidem competit omni nulli aut inest, b, ipsum, b, profecto nulli competit, c, at hoc erit media sane figura quæ cum ita sint cum vniuersæ quidem ratiocinationes figure primæ ad vniuersales ratiocinationes figure primæ reducantur: particulares vero ipsius primæ figure ad ratiocinationes figure mediæ reducantur: patet particulares, quoque primæ

primæ figuræ ratiocinationes ad vniuersales eiusdem figuræ ratiocinationes reduci, Figuræ vero tertiæ ratiocinationes, si vniuersales quidem sint termini per vniuersales continuo ratiocinationes primæ figuræ perficiuntur: si vero particulares sumantur per ratiocinationes ad illas, iam sunt reductæ, quare & ratiocinationes particulares figuræ tertiæ ad eandem vtiq; reducuntur, patet igitur omnes ratiocinationes ad vniuersales ratiocinationes figuræ primæ reduci. Ratiocinationum igitur hæc quæ demonstrant esse, atque non esse dictæ sunt, quomodo sese habent & per se ipsas quæ sunt ex eadē figurā, & inter sese quæ sunt ex diuersis figuris.

Summa textus.

Quinq; colligit ratiocinationes: Prima ex puris particularibus nil sequitur. Secunda, licet in prima figura minore negatiua nil sequatur directè: bene tamen indirectè, ut in Fapesmo & Frisefomorū. Tertia indefinita potest poni loco particularis. Quarta oēs modi secundæ & tertiæ figuræ, reducuntur ad quatuor primæ. Quinta & vltima, omnes modi reducuntur ad Barbara, & Celarē, quia Darij & Ferio reducuntur ad Celarem, & Camæstres, qui reducuntur ad Celarem.

Annotationes circa hæc capita.

Ad similitudinem triangularis dicitur hic figura, tribus enim constat terminis, vt illa angulis: de cuius numero & sufficiētia late in Sūmulis, 4. par: dictū est: de quo Cōtarenus opusculum edidit, vtiur autem in eis Aristoteli, diuersis literis, vt patet in quauis: syllogismūq; vocat particulare, vel negatiuum à conclusione. Similiter patet quare vocatur figura prima, cū

sit perfectorum, syllogizet que omne genus propositionis: alia vero secunda, cum medium sit pradicatum: alia tandem tertia, cum medium in illa sit subiectū quod est indignius inferiusq; conclusioque particularis.

Secundo notandum est, quod cum in duobus primæ figuræ vocat perfectos, loquitur de directis, erūt; muties, in quibus aliquis fuerit defectus, licet appareant alicuius figuræ, vnde vanū est eorū dictiones querere, de quo M. Soto & alij, dare autē terminos in quibus omni, & in quibus nulli, est dare duas propositiones vniuersales, affirmatiuam, & negatiuam, constantes extremis præmissarum, & quod quauis stet cum eis in veritate, vnde nec poterunt inferre vnam nec alteram, aliter duæ contra ratiocinationes erunt veræ: ad dandum vero terminos in quibus homini, & in quibus nulli. M. Sot. dat regulas, alij vero terminos quosdam, sed omnes isti & illæ à memoria excidunt: facilius tamen querentur instantiæ, & se offerunt termini: nec syllogismi cū non sint in modo & figura habent pro seius veri syllogismi: sed potius obliui, qui, & phallographi.

Tertio aduertendum, quod aliqui hic ex obscuro text. Arist. eliciunt rationes ad syllogismos modalium, sed multæ illarum sunt defectuosæ, resq; est difficillima veras dare, vt infra, q. 2. patebit, & parum vtile, cū satis sit, vt dixi in Sūmul. ex M. So. vide defectus ibi assignatos, vnde mittantur, qui vult videat D. Tho. opus. 48. Niph. & alios, 1. Prior. Quarto considerandum est secundū illatione, c. 7. & alijs dictis Arist. bene inferitur quod ait quidam lib. 1. de er raris. c. 11. Arist. inuenisse modos indirectos. Coasta Porphy Boe. Niph. & alios: Fapesmo enim, & Frisefomorū, ibi posuit: Baralipō autē Celantes, & Dabitis melius fuit non ponere, inter species modosq; syllogizandi, sed conclusio aliorū cōuertitur, quæ etiā Aristoteli locis

locis citatis supra docuit fieri posse, tradens potestatem syllogismi pluram concludendi, polysintque in quauis figura cōuertere poni conclusionū.

Tandē aduerte quod alia tres species argumētationis, de quibus Arist. infra solū vt partes differre à syllogismo, freq; enthymema per syllogismum, vt per totum desinitur, qualiter autē inter se distinguantur, quomodoque quauis illarum ad syllogismū reducatur, late dixi in Sūmul. 4. p. ibi vide non est cur hic immoremur. Sic tamen reduces ascensum ad syllogismū, v.g. iste, hoc animal, v.g. coruus habens vilem est longeuum, & hoc animal, &c. ergo omne animal habens vilem est longeuū, sit iste syllogismus sic: omne quod est coruus, vel homo est longeuū: omne animal habens vilem, est homo, vel coruus, &c. ergo omne animal habens vilem est longeuū: sed c. de inductione. 2. p. Summu. regula hæc latius tradita est. Hæc quidē sunt que propter Bachalareandos solent inquiri, & quæ pro eorū examine in hac resuscitiū: sed propter doctrinæ exactam cognitionē, breuiter reliquorum capitū summes appoam huius primi libri, cū annotationibus eorum. Deinde dubia, discutiant, circa hoc, atque etiam forte propter eos qui publice de ijs sua sorte habent dicere: & licet nō omnia, disposita tamen illis cito occurrunt que parçè hic tanguntur, &c.

SUMMA TEXTVS Cap. 8. 9. 10. & 11. De syllogismis modalibus, ambabus propositionibus de necesse, vel altera de contingenti, vel de inesse in omni figura.

Conclus. 1. cap. 8. ambabus propositionibus necessarij, in omni figura sit conclusio necessaria.

Secunda concl. cap. 9. ex maiori ne-

cessaria, & minori de inesse, sit conclusio necessaria in prima figura, secus si maior sit de inesse.

Tertia concl. c. 10. in secunda figura vniuersali negatiua de necesse, & alia de inesse: sit conclusio necessaria, & non aliter.

Quarta concl. c. 11. in tertia figura, ambabus affirmatiuis, & vniuersali necessaria, vel vniuersali negatiua necessaria, concl. est necessaria, & non aliter. Ex quo sequitur quod in Bocardo uō potest inferri conclusio de necesse, nisi vtraque præmissa sit necessaria.

Annotationes.

Contra 2. concl. tenent Theophrastus, & Eudemus (teste Philopono & Alexan.) primo quia conclusio sequitur debiliorem partem, qualis est illa de inesse. Secundo non sequitur omne album esse coloratum est necesse: omnis homo est albus, ergo omne hominē esse coloratū est necesse: nullum hominē esse equū est necesse: omne albu est equus, ergo nullum album esse hominem est necesse. Respon. concl. esse veram: quando enim maior extremitas, dicitur necessario de medio distributo, necessario dicitur de omni contento sub eo: hoc est enim dici de omni: sed minor extremitas continetur sub medio, ergo maior necessario dicitur de illa. Ad primū distinguo maiorem, quando illa debilitas non includitur sub medio, in quosumitur minor extremitas, concedo aliter nego, in propositione verò: sub medio distributo includitur, omne quod essentialiter, vel accidentaliter est tale, & de omni illo cum necessitate dicitur maior extremitas: non ergo obest quod minor non sit necessaria.

Ad secundum dicimus, non sequi, quia variatur appellatio à formali in materiale significatum.

Ad tertium optima est consequentia; & stante minore vera conclusio es necessaria, non simpliciter, sed ex suppositione præmissarum, dū enim omne album est equus, impossibile est al quod album esse hominem. Tertiam conclusionem probat Aristot. primo quia vniuersalis negatiua in secunda figura est maior, seu fit maior in prima: & affirmatiua fit minor: sed maiori necessaria, tamen fit conclusio necessaria in prima figura, ergo. &c.

Secundo, si ex affirmatiua necessaria in secunda figura, cum altera de in esse, fiat conclusio necessaria. In secunda figura: propositio de inesse necessario continet aliquam de necessitate non est necessarium. Si enim sequitur omne, b, est, a, ergo nullum, c, esse, b, - sit necesse: ex ista conclusione conuertitur cum maiori, etiam conuersa: sequitur inferri: particularis de necessitate, contra sub maiori de inesse.

Quarta conclusio probatur vt tertia. In 10. capite, a, est medium, b, minor extremitas, c, maior.

In capite 11. c. est medium, a, maior b, minor. In fine capituli 11. infert Aristot. conclusionem de inesse, vt minimum, exigere duas præmissas de inesse, non tamen negat alteram posse esse necessariam: conclusio vero necessaria nõ exigat duas de necessitate, &c.

SV MATE XT VS Capitis XII. De contingē- ti & eius conuersione, cum annotationibus.

Prima conclusio. Contingens est, quod non est de necessitate esse aut non esse, & si ponatur esse aut non esse nõ sequitur impossibile, cōtingens ergo & nõ necesse sunt idē, &c.

Secunda conclusio, omnia facta de contingenti, possunt mutari in oppositum quod aliter.

Tertia conclusio, cōtingens aliud est natum, cuius subiectum natura sua est aptum esse tale, non tamen est necesse, in omni, aliud infinitum cuius, subiectum non magis est aptum quā sic aliter esse.

Quarta conclusio, contingens natum conuertitur in non esse necesse, omni aut nulli, infinitum vero in cōtingens nulli aut omni.

Prima probat Aristot. quia non cōtingens excludit contingens, & non necesse ergo contingens est quod nõ est necesse, antecedens patet, quia nõ contingit esse infert necesse non esse, & non cōtingit nõ esse, si infert necesse: ergo contingens quod distinguitur, contra non contingens, secundum totum quod includit, est non necesse, esse, aut non esse, ex quo patet etiam secunda conclusio, exempla tertię conclusionis manifesta sunt, vt hominem canescere fructus maturescere subiecta enim sapta sunt esse talia, & eorū opposita sunt de raro cōtingentibus.

Hinc etiam patet quarta conclusio, oppositum enim cōtingentis natum, est raro contingens, vnde non potest contingere nulli aut omni, sed conuertitur in nonnulli, vel non omni, ita vt feruetur idem dictum, & negatio de non necesse, cadat supra copulationē omnium, & ex tali negatione inferretur particularis, oppositę qualitatis de contingenti, non vult autem Aristot. conuerti illam in contingens, quia contingens, cum negationē non habeat, non negat dictum sed illud relinquunt: sicut erat antea.

Sūma textus. Cap. XIII. de contingēti in prima figura, cum annotationibus.

Prima

Prima conclusio, ambabus de cōtingenti, sequitur conclusio contingens, & ex duabus vniuersalibus negatiuis, vel ex minori negatiua, quia possunt cōverti in oppositam qualitatem: patet per dicta de omni.

Sed contra non sequitur, omne Grammaticum esse rationale est contingens omnem hominem esse Grammaticum est contingens, ergo omnem hominem esse rationale est contingens. Responso deo quod variatur appellatio: Sed cōtra non sequitur omne, quod mouetur esse equum est contingens, omne hominem moueri est contingens, ergo omnem hominem esse equum est contingens.

Pro solutione nota primo, quod syllogismorum præmissę, vt recte concludant, debent esse simul verę, alias nihil inferret verum, vt si dicas omne album est rationale, omnis equus est albus, ergo omnis est equus est rationalis, si maius sit vera hodie, & minor eras, non conclusio sequitur, quia ambę debent accipi pro eodem instanti, quia pro eodem instanti iunguntur in conclusionem extremitates.

Secundo nota, quod propositionem de contingenti esse vtram uinc stat dupliciter, primo in sensu diuiso: ita vt nunc ideo sit vera quia sua de in esse in futurum ponitur, sine inconuenienti, secundo in sensu composito, vt denotet suam de inesse pro eodem secundo instanti, in quo alia est vera, posse poni vera sine inconuenienti. Aristot. regulę intelliguntur de contingenti in sensu composito, ita vt pro eodem instanti, posset poni sua de inesse vera, & ex hoc omnes ferē difficultates soluantur deinceps occurrentes.

Ad argumentum seu accipitur contingens in sensu composito, seu diuiso, si secundum, non est contra regulam, neque tenet consequentia, ex-

tremitates enim in conclusione faciunt seculum compositum, in præmissis vero diuisum: si prima, in consequentia est bona, possit enim suis de inesse pro eodem instanti simul veris: sequitur omne quod mouetur est equus omnis homo mouetur, ergo omnis homo est equus. &c.

Summa textus. Cap. 14 de Syllogismis mixtis ex con- tingenti, & inesse in pri- ma figura.

Prima conclusio, maiori vniuersali de contingenti, & minori de inesse, conclusio est contingens, patet per dicta de omni, &c.

Secunda maiori de inesse vniuersali, & minori de non contingenti in syllogismis affirmatiuis, conclusio contingens in negatiuis aliquando de necessitate non, aliquando non necesse.

Tertia maiori affirmatiua, vel negatiua de inesse, & minori vniuersali seu particulari, affirmatiua, seu negatiua de contingenti, sequitur conclusio de non inesse, se cus si minor sit negatiua de inesse, & maior particularis.

Ad probationem secundę conclusionis, primo supponit, quod si ad propositionem vnius rei, necessario ponitur altera, si prima sit possibilis, secunda non erit impossibilis, alioquin ponetur prima sine secunda, secundo supponit præmissas quas vocat. b. necessaria, vnde si contingit præmissas esse veras, sequitur conclusio non est necessario falsa, alioquin dantur antecedens verum, & consequens falsum, probat, ergo conclusionem, de affirmatiuis sic,

Gg cx

ex opposito antecedēis sequitur op-
positum consequentis, ergo. Sit ergo
syllogismus omne b. est. a. contingit
omne c. esse. b. ergo contingit om-
ne c. esse. a. si ergo non contingit, er-
go omne c. esse. a. non contingit om-
ne c. esse. ergo aliquid. c. esse. a. non cō-
tingit, erat autem maior omne. b. &
a. Eadem conclusio probatur ostē-
siuē, ex concessis p̄missis sic, om-
ne. b. est. a. omne. c. est b. ergo omne.
c. est. a. Dices impossibile sequitur
quia minorem de contingenti feci-
sti de inesse, & non ex opposito con-
clusionis contra, possibile posito in-
esse non sequitur impossibile, minor
erat possibilis, ergo. Addit Aristo-
teles quantum ad syllogismos affir-
matiuos conclusio est vera, quan-
do vniuersalis de inesse est semper. ve-
ra debet ergo esse semper in mate-
ria necessaria, quia hæc tantum est
semper vera, licet secundum formam
sit de inesse. Ratio huius limitatio-
nis est, quia quando medium neces-
sario infert maiorem extremitatem,
cuiusque contingit medium, con-
tingit maior extremitas, si autem
medium non inferat necessario ma-
iorem extremitatem, non oportet
vt cuiusque contingit medium cō-
tingat & maior extremitas.

De syllogismis autem priuatis, pro-
bat eodem modo, & redit rationem
de necesse non, vel de non necesse es-
se: contrarium enim conclusionis est
necesse esse: sed huic opponitur non
necesse, seu necesse non esse, ergo vtrū-
que potest, sequi quod statim manife-
stat aducendo terminos.

*Summa textus. Capitis. 15.
De syllogismis ex necessa-
rio & contingenti in pri-*

*ma figura, et annotationes
circa caput.*

Prima conclusio, ambabus affir-
matiuis seu saltem affirmatiua,
non necessaria, conclusio est cō-
tingens.

Secunda conclusio, necessaria ne-
gatiua pro maiori (parte pro maiori)
conclusio non tantum est contin-
gens sed non inesse, non tamen de ne-
cesse non, si verò minor negatiue sit
necessaria nihil sequitur.

Secundam conclusionem, probat
ad impossibile, inferendo ex contra-
dictorio cōclusionis, cum maiori cō-
uersa, contradictorium minoris, &
idem si sit maior de inesse, sed quia
non potest probari ad impossibile nõ
opponitur ab Aristotele hac parte.

Sed contra, non sequitur nullum al-
bum esse nigrum est necesse, omnem
hominem esse album, est contingens:
ergo nullus homo est niger, antecē-
dens est verum & consequens fal-
sum. Respondeo, si minor accipitur
in sensu composito, recte sequitur, si
enim nunc ponatur, hæc, omnis homo
est albus, ergo nunc nullus homo es-
set niger. &c.

**S V M M A
T E X T V S.**

*Capit. 17. Ex ambabus de
contingenti in secunda
figura, & annota-
tiones circa
cap. 9.*

Con

Conclusio est, ex ambabus de-
contingenti in figura secun-
da nihil sequitur, quia talis
syllogismus nequit reduci ad
perfectum, per conuersionem ad im-
possibile, pro quo supponit propositio
nem de contingenti nulli, conuerti sim-
pliciter.

Primo, quia affirmatiua de contin-
genti omni, non conuertitur simplici-
ter, ergo nec negatiua: patet conse-
quentia, quia contingens nulli: conuer-
titur in contingens omni: ergo si ne-
gatiua conuertatur, etiam affirma-
tiua.

Secundo, multæ propositiones de
contingenti nulli sunt possibles quarum
conuertentes sunt impossibiles:
ergo non recte conuertuntur: Ante-
cedens patet: hæc enim est contingens
nulli, nullum hominem esse calidum
est contingens: hæc autem impossibili-
lis, nullum calidum esse hominem est
contingens, quia ignis necessario non
est homo: sed vltra, nullum calidum
non esse hominem non est contingens:
ergo aliquid calidum esse hominem
est necesse, quod est contradictorium
primæ: Aristoteles, negat primam
consequentiam: illi enim de contin-
genti nulli contradicunt, duæ, scilicet,
necesse est aliquid calidum esse
hominem, sit ergo argumentum ab
amplo ad non amplum affirmatiue.
Consulto vero dicitur, contingens nul-
li, vt distinguitur contra necesse: om-
ni, seu contingit non omni, &c.

Argu. 1. Contra primam rationem argui-
tur primo, quia supponit conuerti
contingens nulli, in contingens omni,
quod est fallum. Hæc enim contin-
git nulli manum habere sex digitos
est contingens, & tamen non sequi-
tur omnem manum habere sex di-
gitos est contingens.

Argu. 2. Secundo, quia petit principium,
qui enim admittit illam conuersionem:
consequenter dicet, vniuersalem

affirmatiuam conuerti simpliciter:
immo posset sic probare, vniuersalis
negatiua conuertatur, ergo & affir-
matiuas.

Ad 1. Negatur illam pro-
positionem esse de contingenti nul-
li: sed est de contingenti nato, quod
tantum conuertatur in aliquid, vel non
omni.

Ad 2. Ad secundam respondetur, quod
petitio principii fit, quando quod pe-
titur, est æquè dubium, ac conclu-
sio probanda, si autem sit magis cer-
tum non petitur principium. At cer-
tissimum est vniuersalem affirmati-
uam de contingenti, non conuerti
simpliciter: conuertens enim habet
multas manifeste impossibiles: hæc
enim omne calidum contingit esse
hominem, continet hanc, contingit
omnem ignem esse hominem: Dices
hoc esse ratione subiecti, non ra-
tione formæ: vnde eadem ratione
non conuertitur necessaria. Et ita
secunda ratio Aristotelis nihil pro-
bat, quia illa impossibilia tantum
sunt ratione subiecti, non secundum
se, sed vt significatur sub tali forma,
hæc enim est necessaria, calidum est
ignis, & album est nix, & sup̄ contra-
dictoria impossibiles.

Hinc patet primo cur particula-
ris negatiua contingens conuertatur
simpliciter, quia, scilicet, æqui-
ualer oppositæ affirmatiuæ, sed illa
conuertitur, ergo ista. His patet
conclusionis proba-
tio.

**S V M M A
Textus Capitis. 17. vs-
que ad vigesimum secun-
dum, cum annotatio-
nibus.**

Prima conclusio, capit 17. & 18 altera præmissarum vniuersali negatiua, de necesse, vel inesse, & altera affirmatiua seu negatiua de contingenti in secunda figura fit conclusio contingens, & non aliter & quando negatiua est de necesse, sequitur conclusio de non inesse.

Secunda conclusio. capit. 19. 20. & 21. ambabus de contingenti, & altera de inesse, seu necesse, in tertia figura fit conclusio contingens, si vero vniuersalis negatiua, fit necessario, fit conclusio de non inesse, omnia patent est dictis superius. Aristotel. exemplis exposuit figuras & modos vtilis, & numeratione probat.

Prima conclusio, capit. 21. in omni syllogismo debet sumi aliquis terminus ab extremitatibus conclusionis & debet habere habitudinem ad quilibet illarum.

Secunda conclusio, non est alia figura præter istas, & omnes syllogismi sunt in illis.

Primum probat, quia conclusio intentata non debet probari per seipsum ergo per aliam propositionem, ergo debet summi alius terminus. Rursum ex vna tantum conclusione nil sequitur, ergo debent summi duæ, vel ergo terminus est assumptus ad extremitatem vel non, si non ergo non infertur conclusionem si vobis comparatur, ergo debet bis poni ex terminum, ergo diuersa positione resultabunt tres figurae, neque obstat Galeni figura, quia si concludat indirecte, tantum differat à primâ, transpositione præmissarum, si vero directe non concludat vniuersaliter, de quo iam diximus supra, & 4. p. Sumularum.

Secundam partem secundæ conclusionis probat, quia syllogismi ex suppositione, & ad impossibiles probant suas conclusiones per ostensiuas: sed omnis ostensiuus fit in his figuris, ergo & omnis syllogismus, cur vero al-

tera præmissarum sit vniuersalis respondetur capite 24. quia si tantum sumit particularem: seu sumit idem particulare, quod intendit probare, & sic petit principium, seu diuersum, & sic non erit ad propositum.

Summa textus Capituli 25. & 27. quod omnis syllogismus constat tantum tribus terminis & duabus propositionibus.

Probat, quia omnis conclusio, vel infertur per vnicum tantum medium, vel per plura: si per vnicum tantum, constabit tribus terminis, si per plures seu sunt prorsus disparata inter se, seu vnum est sub altero: si primum faciunt plures syllogismos: licet conclusio sit eadem: si secundum non dicitur vnus syllogismus: simpliciter, quia ibi sunt plures conclusiones: vnus vero simpliciter est qui est vnus conclusionis, dicitur ergo coniunctione vnus, quia per medium superius probamus aliquam præmissarum immedie, per medium verò inferius conclusionem proximè intentam: & hoc est pro syllogizare, id est, ex syllogismis sumptis pro præmissis aliam conclusionem inferre, si ergo vnus syllogismus dicitur qui est vnus conclusionis. Omnes syllogismi constabunt tribus terminis, per literas E, intelligit Arist. conclusionem per A, B, duas præmissas per A, b, c, d, quatuor præmissas.

Ca-

Caput 27. est inutile
Caput 28. est clarum.

S V M M A

Textus capituli 29. & 30. De inuentione mediij cum annotationibus.

Medium demonstrationis in posterioribus docet inuenire in topicis medium syllogismi probabilis.

Primo, supponit diuisionem terminorum: alius qui de alijs prædicatur sed alius de ipso, alius de quo nihil prædicatur, sed ipse de alijs, alius qui de alijs prædicatur, & alia de ipso, & dicitur medijs terminus, & est forte semper eligendus pro medio: qui ergo vult abundare medijs, proponat conclusionem primò inspiciat de fictiones terminorum illius: deinde quid sequatur ad quemlibet eorum: vel quid antecedat, vel quid repugnat, & cum considerat quid sequatur, videat an quod sequatur, sit de natura illius, an proprium illius, an vero accidens, & semper inspiciat ad consequens: seu repugnat subiecto ratione sui, & non ratione prædicati cum inspiciat subiectum, & similiter cum inspiciat prædicatum.

Prima regula, pro conclusione vniuersali affirmatiua seu particulari directa, id est, in qua inferius non est prædicatum, sumat consequens subiecti, & antecedens prædicati.

Secunda regula ad particularem affirmatiuam indirectam medium fit antecedens subiecti & prædicati.

Tertia regula ad vniuersalem negatiuam, seu particularem non indirectam in qua inferius non prædicatur de suo superiori, medium fit consequens subiecti & repugnans prædicato, vel

contra. Quarta regula ad particularem negatiuam indirectam medium fit antecedens subiecti, & extraneum prædicati, vt autem facilius inueniamus medium docet Arist. si quæramus consequens ad subiectum, & antecedens ad prædicatum sumamus consequens subiecti maxime vniuersale, quod si illud non sit antecedens ad prædicatum omitatur, quousque inueniamus aliquod membrum antecedens ad prædicatum: similiter fiat cum querimus antecedens subiecti vel prædicati: maxime enim eligendum est pro antecedenti, medium magis vniuersale, quod si non antecedat secundum se diuidatur: vltimò docet omnes regulas aliorum reduci ad has.

Summa textus Capituli 31. De inuentione mediij ad syllogismos per impossibile & ex hypothesis, &c.

Syllogismus per impossibile dicitur quando negata aliqua conclusione ex contradictione, cum alia manifesta vera, inferimus aliquid falsum manifeste, in medium ergo est terminus medius in syllogismo ostensiuo, per eodem enim terminos fit vterque, nisi quod ad impossibile aliqua extremitas conclusionis probanda fit medium, & terminus denuo assumptus sit extremitas & regulariter ad probationem negatiuam, maior extremitas fit medium, in affirmatiuis minor. Reducit vero syllogismus per impossibile ad ostensiuum per contradictorium conclusionis impossibile, cum præmissa vera eiusdem syllogismi ex hypothesis secundum transumptionem, seu secundum qualitatem, in quibus medium sumitur ad primam propositum: seu ad aliud quo probato, admittit respondens esse probatum pri-

Gg 3 mum

num, hypothesis vero secundum qualitatem (id est secundum similitudinē) dicitur quando probamus, aliquid quod reputatur a respondente prorsus simile primo.

Summa textus. Capit. 32. & 33.

Colligitur, quod nulla sit alia ars inueniendi medium, quia omne medium in syllogismo est consequens seu autecedens predicari seu subiecti, diuisio autem si concludat disunctim reducitur ad hanc, quod si concludat determinatum, est petitio principij in minori, & ideo non facit peculiarem artem vt antiqui volebant.

Summa textus. Cap. 34. vsq; ad. 39. De reducendis syllogismis factis ad formam, et eorum defectibus cognoscendis.

Hoc deseruit, ad intelligēdas rationes, quas sæpe auctores sine forma proponūt, primo videat, quæ sit maior & quæ minor, & quia sæpē subijcitur altera earum videat terminum, qui non intrat conclusionem & illū accipiat pro medio, & si sit cōplexum distribuatur secundū vtrāq; partem: nō enim sequitur nullus homo albus currit, nullus homo erit homo albus ergo nullus homo currit imō curret, si nīm quando currūt omnes sint nigri, antecedens erit verū, & consequens falsum, debet enim dicere nullus homo albus existens homo seu existens albus curret, idem exemplum est de homine intelligibili

& de Sorte mañico positum ab Arist. & etiam videat, vt omnes termini sumantur eodem modo, vel in cōcreto, vel in abstracto, nam alioquin non sequitur conclusio, obseruet etiam debitum modū cōcludendi in obliquis.

Prima regula cap. 37 si maior extremitas non prædicatur directē de medio, id est in recto, seu medium de minori, nec in conclusione dicitur maior extremitas directē de minori.

Secunda, quando in maiori, medio adiungitur obliquus casus, & medium non dicitur directē de minori, si maior extremitas prædicatur de obliquo, directē concluditur de minori extremitate, & si secus in obliquo.

Tertia regula, vbi reperitur reduplicatio non est ponenda cum medio, sed cū maiori extremitate, alioquin minor erit falsa, si reduplicatio ponatur ad minorem extremitatem nō fit conclusio reduplicatiua.

Quarta regula, cap. 39. accipiamus propositiones seu terminos equiuales, primus quibus clarius seu distinctius significemus idem quod prius, & pro vocibus complexis sumamus voces incomplexas, si fieri potest idē significantes, & cum argumentatio procedit ex particulari tūc est vitiosa.

Summa text. Cap. 40. & 41.

Quando eadem conclusio, in pluribus modis inferatur per eandem præmissas cōuersas, syllogismus per impossibile seu ex hypothesis non concludit directē suā conclusionem per conuerentes præmissarum, in alio modo, quia per impossibile accipit vnam falsam ex qua non sequitur directē verū ex hypothesis, quia eius præmissæ tantum probāt hypothesis, tūc scilicet quod ex tali hypothesis non consequatur prior conclusio, in syllogismis ostensiuus sit reductio.

Summa

Lib. Priorum. Cap. 42.

Summa textus. Cap. XLII. De syllogismis de extremo finito.

Primo supponit Aristotel. propositionem de predicato infinito non esse eandem cum negatiua, &c.

Secundo, quando predicatum infinitum ponitur in recto, seu totum seu pars infinitetur, sequiturq; ab affirmatiua ad negatiuam. Sed minimē e contra, vniuersalis de predicato infinito in barbara negatiua, in aliquo modo vniuersali negatiua. Deinde statuit regulam conditionalem, quando negatiua infinita, quæ designatur per C. infert affirmatiuā finitā, quæ designatur per A. & nō infertur ex illa, et a negatiua finita, quæ est B. infert affirmatiuā finitam quæ est D. & non infertur ex illa, & si e contra affirmatiua finita inferat, & non inferatur affirmatiua, infinita infert, & non infertur, ratio est date, naturam argumentari per leges & contra leges per ea quæ sunt secundum naturam.

Vltimo si defendat opinionem, vulgarem argumentari pro ea quæ sentiunt sapientes, si opinionem sapientium pro ea quæ sentit vulgus, solutio vera erit ostendere non fieri falsum, vel impossibile seu inopinabile præter suam opinionem. Docet vltimo Aristoteles apertè soluere argumenta sophistica, primo non concedat absolute propositiones sed dicat forse non est verum si sit ita, si postea redarguatur, dicat ideo iam dixi in principio forsan non est verū: si ducatur ad inopinabile dicat, certe habet maximam apparentiam inopinabile, sed nō est, similiter dicat si ducatur ad falsum, si propositio per quā probatur conclusio euidenter & proximè inferat illam, dicat quod petēdo illam petit principium, vltimo tādē

Annotationes literæ. 246.

nihil obscurū concedere sine ratione aliqua, vt possit fugere ad vnum.

Hæc sunt, quæ hac in parte nō nihil faciunt ad rem, reliqua vero vel vt necessaria 4. p. Simul possumus, vel vt inutilia, ubi & hic omittimus, quæ vero pro dubio possunt facere difficultatē, vna quæstione breuiter cōprehēdemus.

QVAES. VNICA. De quibusdā dubijs, totā istam materiam Priorū concernētibus.

Dvo precipuè solēt facere difficultatem. Primum qualiter fiat conuersio propositionis de contingenti stricte. Secundū quod in conueniens sit, dare terminos in quibus omni, & in quibus nulli.

ARTICVLVS I.

Quomodo propositio de contingenti pleno seu stricte sumpta conuertatur.

In cap. 3. docuit Arist. quod propositiones de contingenti pleno si sint affirmatiuæ eodē modo conuertuntur ac alie, si vero sint negatiuæ nō item. Quia vniuersalis negatiua, non conuertitur, ita nec negatiua particularis conuertitur, dubium est, an particularis affirmatiua de contingenti pleno conuertatur simpliciter. Et videtur quod nō. Primo, quia eadem in conueniētia sequerentur in conuersione huius particularis, quæ sequuntur in conuersione particularis negatiuæ de necessesse, & de inesse, in cuius conuersione datur antecedens verū & consequens falsū vt aliquid vt animal nō est homo,

Pars negatiua suadet.

ergo aliquis homo non est animal, nā argumentamur à non distributo ad distributum, animal enim in antecedenti non est distributum, bene tamen in consequenti, sed idem in conueniens sequitur in hac conuersione particularis de contingenti, scilicet contingens est aliquod animal esse hominē, ergo cōtingens est aliqūē hominē esse animal, antecedens est verū. Quia facit hunc sensum possibile est aliquod animal esse hominē, & possibile est aliquod animal non esse hominē, quæ propositio est vera cum vtraque pars capitulatiuæ sit vera, prima est vera monstrato homine, &c. similiter monstrato equo, Consequens tamē est falsum quia facit hunc sensum possibile est aliquem hominem esse animal & possibile est aliquem hominem non esse animal, quæ pars est falsa, & ita tota copulatiua falsa.

Argu. 2. Secundo ad idem arguitur, quia neganti hanc conuersionem non dantur duo cōtradictoria simul vera, aut falsa, sed tantum duo sub contraria vera quod non est in conueniens. v.g. negat quis hanc conuersionem contingens est aliquod animal esse hominem, ergo contingens est aliquem hominem esse animal antecedens facit hūc sensum possibile est aliquod animal esse hominem, & possibile est aliquod animal non esse hominem, consequens vero sic explicatur, possibile est aliquem hominem esse animal, & possibile est aliquem hominem non esse animal, ergo datur antecedens verum, & sequens falsum, tunc sic consequens est falsum, ergo eius cōtradictorium verum, sed habet pro cōtradictorio duas propositiones de necessē: vnā de dicto affirmatiua quæ contradicit se secundæ parti consequētis, aliam negatiuam, quæ contradicit primæ parti consequētis, & ita cōtradictorium erit necesse esse nullum hominem esse animal, vel necesse est omnem hominem esse animal, & Te animal, cōuertitur. t. pars, hoc modo necesse est nullū hominem esse animal ergo necesse est nullū animal esse hominē, hæc est cōtradictoria primæ partis antecedētis: cōuertitur secūda pars cōtradictoria hoc modo necesse est omnē hominē esse animal ergo necesse est aliqūē animal esse hominē, hæc pars tātū est sub cōtraria secūde partis antecedētis ergo, &c.

Quidā his argumētis conuicti omnino deserūt Arist. alij vero eum explicant vt Buran. sed cum limitatione, Alber. vero exponit propositiones de contingenti per quandam hypoteticā copulatiuam, quæ omnia infirmo nituntur fundamento.

Breuitur dico primo, propositiones de contingenti pleno debent resolui copulatiuē per duas propositiones, vocatū hinc contingens plenum, idem quod contingens strictē de quo supra. cap. 3. dixi.

Probatur cōclusio quia propositio de cōtingenti stricto habet in se duas propositiones, vnā de possibile sic, aliā de possibili nō, nā cōtingēs. strictū excludit duo repugnantia, & necessitatem, cū possibile sic excludit repugnantia, cū possibile non excludit necessariū, ergo talis propositio debet resolui per duas propositiones copulatiuē.

Dico secundo, particularis affirmatiua de contingenti pleno debet conuerti simpliciter secundum veramque suam partem, vt docet Arist. & idem dicendū est de particulari negatiua. Probatur quia quælibet istarum habet in se duas propositiones vnā de possibile sic, & aliam de possibile nō, sed diuersa ratione, quia prima pars propositionis affirmatiuæ particularis, est de possibile sic per quam denotat copulā. magis præcipuā affirmatiuā, secūda pars est de possibile non quam partem in se habebat hic modus contingens: at vero prima pars particularis negatiuæ, est de possibile,

1. Cōcl.

2. Cōcl.

bile non, per quam denotatur copula magis præcipua negata. Secūda pars est de possibile sic, quam partem in se habet contingens. Iam ergo probatur conclusio, proprium est materiæ contingētis, in qua prædicatum potest ab esse, & ad esse subiecto realiter. Quod duæ propositiones subcontrariæ, necessariō debent esse veræ, quia materia contingens, sicut contingens strictum excludit repugnantiam, & necessitatem, prout excludit repugnantiam, habet possibile esse, prout excludit necessarium, habet possibile non esse: vt hæc propositio, aliquis homo est albus, nec est necessaria, nec repugnat: cum ergo materia cōtingens habeat possibile esse, & possibile non esse, nec istæ proprietates sūt frustra, aliquādo debent poni inesse, & ita debent dari subiectis, quæ sūt alba, & alia quæ non sūt alba: Conuersio autem propositioum de contingenti pleno nititur huic principio, ergo contingens plenum habet secum duas propositiones subcontrarias, quæ necessariō debent esse veræ: aliam de possibile sic, aliam de possibile non, ergo debet cōverti in duas propositiones subcontrarias.

Illatio. Ex quo infero, quod propositiones de possibile, sumpto possibile, prout est quid superius ad necessarium, & nō necessariū, si sint particulares affirmatiuæ conuertuntur, secus si sint particulares negatiuæ. Ratio est, quia in hac acceptione, extenso possibile ad necessariū, sicut particularis affirmatiua de necesse conuertitur: non autem particularis negatiua, quia non valet, necesse est aliquod animal non esse hominem, ergo necesse est aliqūē hominem non esse animal. Ita etiam particularis affirmatiua de possibile conuertitur, vt possibile est aliquod animal esse hominem, ergo possibile est aliquem hominem esse animal: particularis vero negatiua non conuertitur,

quia non sequitur possibile est aliquod animal non esse hominem, ergo possibile est aliquem hominē non esse animal: si vero possibile sumatur, vt est pars contingētis pleni, idem quod de illo dicendum est.

Ad primum dico, quod verbum est, & potest dicere existentiam, & sic sicut antecedens est verbum, ita & consequens, quia existentia est accidentalis rei creatæ, vt dixi cap. de specie, & ita antecedens est verum, cuius sensus est. Possibile est aliquod animal existere hominem. demonstrato homine, & possibile est aliquod animal non existere hominē, homine corrupto: Similiter & consequens, scilicet aliquem hominem existere animal, demonstrato homine existente, &c. Si vero verbum dicat connexionem prædicati cū subiecto, tunc sicut antecedens est falsum, ita & consequens, quia sensus est conexio quæ est inter hominem & animal, non solum repugnat, sed est necessaria, & similiter est falsum, quod illud animal quod conuertitur cum homine possit separari ab illo.

Ad secundum, supposito, quod copulatiua, vt sit vera, vtraque pars debet esse vera, & vt sit falsa vna pars sufficit, quod si falsa neganti conuersionem particularis affirmatiuæ de contingenti pleno dābantur duæ cōtradictoriæ veræ: negat quis hanc conuersionem, cōtingens est aliquod animal esse hominem, ergo contingens est aliquem hominem esse animal, antecedens facit hunc sensum, possibile est aliquod animal esse hominem, & possibile est aliquod animal non esse hominem, consequens facit hunc sensum, possibile est aliquem hominem esse animal, & possibile est aliquem hominem non esse animal, ergo datur antecedens verum & cōsequens falsum, quia antecedens est propositio copulatiua vera, vtraque pars debet esse vera, consequens est falsum, ergo eius con-

Solutur arg.

contradictorium debet esse verū, quod est
 vna propositio distinctiua, cuius pri-
 ma pars est vniuersalis negatiua, quæ
 contradicat, primæ parti consequens,
 & secunda pars est vniuersalis affirma-
 tiua, quæ contradicat secundæ parti
 consequentis, & ita contradictorium
 erit: necesse est nullum hominem esse
 animal, vel necesse est omnem homi-
 nem esse animal: conuertatur prima
 pars huius contradictorij simplici-
 ter sic, necesse est nullum hominem
 esse animal, ergo necesse est nullum
 animal esse hominem: ergo dantur
 duæ contradictoriæ simul veræ, aut
 antecedens quod erat admissum, vt
 erum, debet esse falsum, quia hæc
 pars necesse est, nullum animal esse
 hominem destruit eius primam par-
 tem: & propositio copulatiua, vt tota
 sit falsa, sufficit vna pars falsa.

ARTICVL II.

Quid sit dare terminos in quibus
omni. & in quibus nulli?

DARE terminos, in quib⁹ omni, & in
 quibus nulli, est cum eadē disposi-
 tione præmissarū in quantitate & qua-
 litate, dare duas propositiones vniuer-
 sales, vnā affirmatiuā, & aliā negatiuā
 confectas ex eisdem terminis, quæ stēt
 in veritate cū præmissis: dicimus cō-
 fectas ex eisdem terminis, quia si non
 sint confectæ ex eisdem terminis, nō
 erit inconueniens eas dare, quia in Bar-
 bara cum conclusione affirmatiua
 possumus ponere aliam negatiuam, ta-
 men non sequitur ex extremitatibus,
 hoc pacto, omne risibile est animal,
 omnis homo est risibilis, ergo omnis
 homo est animal: possumus ponere
 hanc propositionem negatiuam, nul-
 lus lapis est animal, quæ non est con-
 fecta ex eisdem terminis, quæ simul
 stant in veritate cum propositione af-
 firmatiua.

Sed circa hoc quod diximus, quod

inconueniens sit dare terminos in qui-
 bus omni, & in quibus nulli, dicūt qui-
 dam, quod est, hoc est inconueniens,
 quod ex eadem dispositione secundū
 formam sequuntur duæ propositiones
 contrariæ secundum formam, & per
 consequens ex vna & eadem forma, o-
 riuntur duo effectus contrarij: sed hæc
 ratio nulla est: quia ex vna & eadē cau-
 sa vniuersali, recte possunt oriri duo
 effectus contrarij, secundum formam,
 vt ex calore Solis oritur liquefactio
 cera, & durities luti: & ex virtute ce-
 li oriuntur calor & frigiditas, & etiā
 quia non sunt contrariæ, quia licet sit
 vna vniuersalis, & vna affirmatiua, &
 alia negatiua non constat ex eisdē ter-
 minis. Circa hoc quidam aliter asserūt
 hoc esse inconueniens dare terminos
 in quibus omni, & in quibus nulli, q̄
 si dantur termini, in quibus omni, er-
 go sequitur q̄ vniuersalis affirmatiua,
 destruit vtramq; negatiuam, vel si dā-
 tur termini, in quibus nulli, ergo se-
 quitur q̄ vniuersalis negatiua destruit
 vtramque affirmatiuam, ergo mutuo se
 impediunt, ergo nihil colligitur, er-
 go non est syllogismus, quia in omni
 syllogismo debet sequi aliquid: Hæc
 tamen sentētia nisi magis explicetur,
 non placet, quia vniuersalis affirma-
 tiua: non potest destruere propriæ neg-
 atiua constantē diuersis terminis:
 vt hæc propositio, omnis homo est ani-
 mal, non potest destruere hanc, nullus
 lapis est animal, neq; hanc, aliquis la-
 pis non est animal: quia non sunt con-
 trariæ, nec contradictoriæ secundum
 formam & materiā, quia non constat
 ex eisdem terminis: sed tantum potest
 destruere propositionem negatiuam
 constantem ex eisdem terminis, neq;
 vniuersalis negatiua potest destruere
 vtramque affirmatiuam, si non constet
 ex eisdem terminis: sed tantum affir-
 matiua, quæ constat ex eisdem ter-
 minis. Sed pro declaranda veritate hu-
 ius rei notandum est, quod consequen-

Conclu-
sio quo-
rundam

Impu-
gnatur

Alius
modus
dicendi

Rejici-
tur secū-
dus mo-
dus dicē-
di.

Notan-
dis

2
Conclu-
sio.

Proba-
tur mul-
tiplici-
ter:

ia quæ semel est bona semper est bo-
 na, hoc est quod consequentia, quæ in
 quibusdam terminis tenet ratione for-
 mæ, debet tenere in omnibus in qui-
 bus fiat similis forma, hoc supposito.
 Dico² quod in prima figura quando
 vtraque est vniuersalis & minor est ne-
 gatiua, est combinatio inutilis. Proba-
 tur quod sit inutilis, dantur termini in
 quibus omni, & in quibus nulli, ergo
 est combinatio inutilis, quod dantur
 termini in quibus omni. Probatur in
 hoc syllogismo, omnis homo est ani-
 mal, nullus equus est homo, & omnis
 equus est animal, & etiam dantur ter-
 mini in quibus nulli, hoc pacto: omnis
 homo est animal, null⁹ lapis est homo,
 ergo nullus lapis est animal: sed dicit
 aliquis q̄ est combinatio inutilis, quia
 non est inconueniens quod dantur ter-
 mini in quibus omni, & in quibus nul-
 li: tuuc, sic, aut hæc combinatio est vt
 lis tantum ratione materiæ, aut ratio-
 ne formæ, si est tantum vtilis ratione
 materiæ habeo intentū, quia tantū vo-
 lo probare q̄ non teneat ratione for-
 mæ, aut teneat ratione formæ, ergo aut
 teneat ad probandam vniuersalem af-
 firmatiuam, aut ad probandam vniuer-
 salem negatiuam, tenet ad probandā
 vniuersalem affirmatiuam, ergo dan-
 tur duæ contrariæ simul veræ, & per cō-
 sequens duæ contradictoriæ: quod de-
 tur duæ contrariæ veræ. Probatur hæc
 est bona consequentia ratione formæ,
 omnis homo est animal, nullus equus
 est homo, ergo omnis equus est ani-
 mal, ergo debent tenere in omnibus
 terminis eodem modo dispositis. Pro-
 batur, quia si tenet ratione formæ de-
 bet tenere in quibuscunq; terminis eodē
 modo dispositis, ergo debet tenere in
 his terminis, animal homo, lapis, eodē
 modo dispositis: ita q̄ sit hæc bona cō-
 sequentia, omnis homo est animal, nul-
 lus lapis est homo, ergo omnis lapis
 est animal, ergo dantur duæ contrariæ
 simul veræ in forma & in materia, vna

quæ erat admissa vera, quæ est nullus
 lapis est animal, & alia quæ fuit dedu-
 cta per bonam cōsequentiā, quæ est,
 omnis lapis est animal: aut est ad probā-
 dam vniuersalem negatiuam: si est ad
 bandam vniuersalem negatiuam, ergo
 dantur duæ contrariæ veræ: & per cō-
 sequens duæ contradictoriæ. Probatur,
 hæc est bona cōsequentiā ratione for-
 mæ, omnis homo est animal, nullus la-
 pis est homo: ergo nullus lapis est ani-
 mal: ergo debet tenere in his terminis
 animal, homo, equ⁹, eodē modo dispo-
 sitis. Probatur consequentiā, quæ tenet
 in quibusdā terminis ratione formæ:
 debet tenere in omnibus eodē modo
 dispositis, sed hæc cōsequentiā tenet ra-
 tione formæ, ergo debet tenere in om-
 nibus terminis eodē modo dispositis,
 ergo tenet in his terminis, animal, ho-
 mo, equus, ergo hæc est bona cōsequen-
 tiā, omnis homo est animal, nullus e-
 quus est homo, & nullus equus est ani-
 mal, ergo dantur duæ contrariæ simul
 veræ: vna quæ est admissa, quæ est omnis
 equ⁹ est animal, & alia quæ fuit de du-
 ctæ per bonā consequentiā, quæ est, nul-
 lus equus est animal: sed dicit aliquis
 hanc cōbinationē non esse vtilē ad cō-
 cludendā vniuersalem negatiuam, neq;
 vniuersalem affirmatiuā, vt fuit probatū:
 sed esse vtilē ad concludendā parti-
 cularem affirmatiuā. Tunc debemus
 assumere subalteratā illius proposi-
 tionis, in qua dabantur termini, in qui-
 bus omni, quæ est aliquis equus est ani-
 mal, hoc pacto, omnis homo est ani-
 mal, nullus equus est homo, ergo ali-
 quis equus est animal, sed est bona con-
 sequentiā ratione formæ, ergo debet
 tenere in omnibus terminis, quantum
 cunq; diuersis, in quibus inaneat simi-
 lis forma, & per consequens in istis, ani-
 mal, homo, lapis, hoc pacto, omnis ho-
 mo est animal, nullus lapis est homo,
 ergo aliquis lapis est animal, con-
 sequentiā est bona: antecedens, ve-
 rum, ergo etiam & consequens: ergo
 dantur

Explica-
tur titu.

dantur duæ contradictoriæ veræ, quia hæc est vera, & est contradictoria illius propositionis, in qua dabatur terminum quibus nulli, quæ erat admissa vera.

Sed dicit aliquis vltimo, hanc combinationem tantum esse vtilem ad inferendam particularem negatiuam, Tunc debemus sumere subalternatam illius propositionis, in qua dabatur termini, in quibus nulli, quæ est aliquis lapis non est animal, hoc pacto: omnis homo est animal, nullus lapis est homo & aliquis lapis non est animal, hæc consequentia est bona ratione formæ, ergo debet tenere in omnibus terminis quantumcunque diuersis, in quibus maneat similis forma, & per consequens debet tenere in his terminis animal, homo, equus, hoc pacto omnis homo est animal, nullus equus est homo, ergo aliquis equus non est animal, consequentia est legitima, antecedens verum, ergo & consequens, sed consequens est contradictorium illius propositionis, in qua dabatur termini in quibus omni, quæ erat admissa vera, ergo duæ contradictoriæ dantur veræ.

Replica.

Sed contra hoc quod diximus, est quoddam difficillimum argumentum maius inconueniens est dare terminos, in quibus omni & quibus aliqui non, & dare terminos in quibus nulli, & in quibus aliqui sic, quam dare terminos in quibus omni, & in quibus nulli, sed priores dantur in Darij, & Ferio, ergo aut Darij & Ferio sunt combinationes inutiles, aut priores combinationes sunt vtilis: consequentia est legitima. Maior probatur, termini in quibus omni & in quibus nulli opponuntur contrariè, & termini in quibus omni & in quibus aliqui non, & termini in quibus nulli, & in quibus aliqui sic, opponuntur contradictoriè: sed maior oppositio est contradictoria quam contraria, ergo maior inconueniens est dare terminos priores quàm posteriores,

& quod datur in Darij & Ferio isti termini. Probatur, termini in quibus omni, in Darij sunt animal, equus, quadrupes, hoc pacto, omnis equus est animal, aliquod quadrupes est equus, & omne quadrupes est animal. Termini in quibus aliqui non, sunt animal equus viuum, hoc pacto, omnis equus est animal, aliquod viuum est equus, ergo aliquod viuum non est animal, consequentia est bona, & antecedens est verum: & etiam consequens, quia planta est aliquod viuum, & non est animal: Termini in quibus nulli in ferio, sunt homo, equus, quadrupes qui dantur hoc pacto, nullus equus est homo, aliquod quadrupes est equus, ergo nullus quadrupes est homo, termini in quibus aliqui sic, sunt homo, equus, animal, qui dantur hoc pacto, nullus equus est homo, aliquod animal est equus, & aliquod animal est homo.

Respond.

Ad hoc respondetur concedendo libere quod in Darij & Ferio dantur termini in quibus omni & aliqui non, & in quibus nulli & aliqui sic. Sed hoc non est inconueniens, quia Darij non est vtilis combinatio ad concludendam vniuersalem affirmatiuam, neque particularem negatiuam, quia si ponitur vtilis ad eas concludendas, ratio formæ deberet concludere, & ita deberet tenere in omnibus terminis, & per consequens in eisdem, & ita daretur duæ contradictoriæ veræ simul, cum sint in eisdem terminis: sed tantum ponitur vtilis ad concludendam particularem affirmatiuam, & particularis affirmatiua nullo genere oppositionis opponitur vniuersali affirmatiuæ, sed tantum est eius subalternata, & particulari negatiuæ tantum opponitur subcontrariæ, & non est inconueniens dare duas subcontrarias veras, & similiter Ferio cum non sit vtilis ad concludendam vniuersalem negatiuam, neque particularem affirmatiuam, quia si esset vtilis ad eas concludendas debe-

ret

ret tenere ratione formæ, & ita deberet tenere in omnibus terminis: & per consequens in eisdem. Et cum essent in eisdem terminis, & vna propositio esset vniuersalis negatiua, & alia particularis affirmatiua. Darentur duæ contradictoriæ veræ, vt probat argumentum: sed tantum est vtilis ad concludendam particularem negatiuam, quæ est subalternata vniuersalis negatiuæ, & subcontraria particularis affirmatiuæ, & non est inconueniens dare duas subcontrarias veras: ita non est inconueniens, quod in Darij & Ferio dantur termini in quibus omni & in quibus aliqui non, & in quibus nulli, & aliqui sic: at vero cum in combinationibus vtilibus dantur termini in quibus omni, & in quibus nulli: modo ponantur ad concludendam vniuersalem affirmatiuam, siue negatiuam, seu ad concludendam particularem affirmatiuam, siue negatiuam, dantur duæ contrariæ, aut contradictoriæ simul veræ.

Sed est notandum, quæ ratio est in his

combinationibus inutilibus, quando dantur termini in quibus omni, & in quibus nulli potius ponatur hæc particula, & quam hæc particula, ergo: ratio est quia particula, ergo, dicit quod unum sequatur ex alio, & in combinationibus inutilibus, quando dantur termini in quibus omni, & in quibus nulli, non sequitur vnum ex alio: sed ponimus hanc particulam, & quia veluti admitimus quod sequatur vnum ex alio:

Cum hoc tamen semper considerat: quod facilius istæ inutiles combinationes colliguntur: per defectus si scilicet, non sint in modo & figura debite dispositis terminis, vt supra in annotationibus dicebam, quia obliquum cognoscitur per rectum, & est mensura sui obliqui. Reliqua quæ expectant ad conuersiones in annotationibus reliquorum capitum dicta sunt, & 3. part. Summula. Iam materiam necessariam syllogismorum examinare placeat.

S V.

SUPER LIBROS POSTERIORVM ANA- LYTICORVM ARISTO.

Commentaria, vnâ cum qua-
stionibus.

AUCTORE P. F. PETRO DE
Oña Burgenfi, in sacra Theologia
Præsentato.

PRÆFATIO.

De Auctore, intentione, modo procedendi, & alijs.

Intentio
Arist. vti-
litas ope-
ris, & or-
do.



Oauiunt omnes Aucto-
rem esse Arist. quod pa-
tet ex modo procedendi,
& efficacia probandi.
Intentio est agere de per-
fectissima specie syllogismi, quæ est
demonstratio. Vtilitas maximè ita vt
hæc doctrina à Commentatore com-
paretur perpendiculo ad omnes veri-
tates scientificas indagandas: titulus
est de Posteriori Analyti, hoc est de Po-
steriori resolutione, quæ scilicet, se te-
net, ex parte materiæ, propositionum
inquam, per se, examen, quæ subsunt
formæ syllogisticæ, vt dixi Prologo
Priorum. Proportio vero ad Logicam
horum librorum, est partis ad totum.
Ordo est, vt ante Topica doceantur,
licet enim ratio probabilis, multoties
prius attingatur, quæ necessaria, prius
tamen docendus est modus acquiren-
di necessariâ: est enim necessariû qua-
si rectum quod mensurat se, & obli-
quum, probabile vero induit rationem
imperfecti, & obliqui, & modus pro-

cedendi est per diuisiones, definitio-
nes & argumentationes. Vtrum autem
& quomodo demonstratio demon-
stratione, doceatur infra cap. 2. Diui-
sio est, quod in primo libro agit Arist.
de demonstratione: in secundo vero de
diffinitione, quæ est medium illius, sed
minutius Caiet bene inquit in 1. cap.
Probat Arist. quid sit demonstratio: à
secundo vero vsque ad decimum sex-
tam inclusiuè quid sit, an illo vero vs-
que ad vigesimum sextum, tractat de
passionibus & diuisionibus demon-
strationis.

Dubitat primo, an ex libris Prio-
rum & his, fiat vnus tractatus, an duo?
Villalpâ. & multi antiqui vnum tracta-
tum vocant, quia sub vno prologo in
principio Priorum, & vno Epilogo ca-
pite vltimo Posteriorum omnia con-
tinentur.

Dicendum tamen cum communi,
& D. Tho. quod sunt duo tractatus, &
Auerroes a se fieri appositissimum ex-
plum quia etiam Arist. 1. lib. 1. Aethi-
corum

Modus
procedi-
di.
Diuisio
operis.

Dubit.

corum promittit se acturum de Re-
publica, de qua in alio tractatu agit,
vt pote in Politicis. Nec iste liber in-
scribitur tertius de Priori analyti, sed
primus de Posteriori analyti. Adde
quod licet non præposuerit prologum
rhetoricum in his libris, profecto po-
suit illum Philosophum, numerans à
textu primo vsque ad nonum, ea de
quibus erat acturus.

Dubitat secundo, quod sit obie-
ctum horum librorum, Simplicius, Al-
bertus, & Villalpandus ponunt mo-
dum sciendi, vt comprehendit defini-
tionem, & argumentationem. Primo
quia alias mutila esset tractatio Logi-
ca, cum nunquam Arist. egerit de di-
ffinitione. Secundo quia nec de demõstra-
tione possunt esse hi libri, cum de for-
ma illius dictum sit libris Priorum, nec
de materia, quia diuisio propositionis,
in possibilem contingentem, & neces-
sariam, & regulæ veritatis, & certitu-
dinis earum, datae sunt in libris de In-
terpretatione.

Contraria sententia est Diui Tho-
mæ & Caietani, &c. qui ponunt obie-
ctum, demonstrationem tantum, & sub-
iungit Auerroes, quod de diffinitione
agitur, propter demonstrationem ip-
sam, quod forte vult prima sententia,
sicuti secunda, quod demonstratio sit
intenta per se.

Aduerte tamen, quod post iudiciû de
illatione, factâ in superioribus libris,
in illis libris agit Arist. de examine ma-
teriæ necessariæ: & in topicis de exa-
mine materiæ probabilis, in elenchis
vero errores colligit ortos ex parte
materiæ nõ formæ, alias ante postero-
ra collocaretur, vnde falso multi huc
referunt omnem materiam syllogisti-
cam, nam de illa in communi, libris de
interpretatione tractat: hic vero, solû
de illa quæ subest consequentiæ pro-
batiuæ necessario, sicut in Topicis
de illa quæ subest illationi prouatiuæ
probabiliter.

Ad primû fateor hic agi de diffini-
tione, sed non quidem absolute, sed vt
ad demonstrationem ordinatur, sicuti
etiam agit de numero causalium, hæc
eadem ratione, composuit tamen li-
bros de diffinitione qui ex Lærtio &
Diogene periere & ideo eos nõ sumus
interpretati.

Ad secundû, ratio syllogismi, quia
genus est demonstrationis, parsque es-
sentialis illius, & de eius diffinitione,
dicitur forma demonstrationis, hæc
autem denominatio demonstrationis
sicut non est à materiâ ipsa necessa-
ria, sed à propria differentia formali
ipsius, sicuti exemplum, sic dicitur,
quia est à simili euentu, & inductio quia
à singularibus, quæ sunt differentiæ pro-
priae eorum, contrahentes rationem syl-
logismi, sic enim differentiæ demon-
strationis, contrahit syllogismû, ad sen-
sum clarû, & euidentem, est ergo deno-
minatio demonstrationis à materia
necessaria, formata tamen, & cû hoc
syllogismus in communi vt abstractus
à materia, habet alias species, sicut
Barbara, &c. vt diximus libro priorum.
Tertio dubitatur, cur dicitur hæc pars
iudicatiuæ, topica vero inuertiua. Res-
ponde. omnis multis quæ afferunt Neo-
therici, quod qualibet pars scientifi-
ca, iudicatiua dicitur, cum sit princi-
pium iudicandi de suo obiecto, inuen-
tiua autem illa dicitur, cuius agit de ma-
teria relicta ab omnibus scientijs,

CAPVTI. DE
præcognitis.



omnisque
disciplina inter se aut ap-
existente à cognitione sit.
Id, si omnes quo fiat pacto
considerentur, manifestû
profecto fuit, Mathematicæ namque scien-
tiæ, illo comparatur modo referantur,
artium vti aqua quæ facit citra oratio-
nes quoque, siue illæ per rationem
nones

Textus.

nes, siue per inductionem fiunt, serua
si modus idem solet in vtrisque nam-
que, per antea nota doctrina nimirū,
fit quippe cum in altera tamquā a co-
gnoscētibz propositiones accipiatur
in altera per singulare iam notum ip-
sum vniuersale ostendatur, simili pro-
fecto modo & oratoriæ rationes sua-
dent, aut enim exemplis, quod est in-
ductio, aut enthimematibus quod
quidem ratiocinatio est facultas ip-
sa solet oratoria suadere.

Tex. 1. Dupliciter aut prænosse ne-
cēse est quædam enim esse, quædam
quid dictū significent, quædam vtrōq;
modo antea percipiamus oportet,
veluti de quouis quidem affirmatio-
nem, aut negationem disciverim esse:
triangulum autem, hoc significare,
vritatem vtrōque modo, & quid sig-
nificet, & etiam esse, non enim vnum
quodque istorum simile nobis modo
manifestum est.

Text. 3. Fit autē, vt quæ cognosci-
mus, eorum quædam prius cognoue-
rimus, quorumdam vero cognitionē
simul accipiamus, veluti quæcūq; sunt
sub vniuersali, quorum quidem ha-
betur cognitio: nam omnem triangu-
lum tres duabus rectis æquos habe-
re, antea sciimus, ad id quod est in
exedra triangulum esse, simul vt in
eo inducti sumus, agnoscimus. Hoc e-
nim pacto nonnullas dicimus rerum,
& non per medium extremum cogno-
scimus, scilicet, quæcunq; singulares
rerum formæ sunt, & de subiecto nul-
lo dicuntur.

Text. 4. Antea vero quam facta in-
ductio, vel ratiocinatio sit, partim for-
tasse nos scire, partim rescire dicehdū
est: quod eam non sciuit, an esset sim-
pliciter, id modo aliquo, nempe duo-
bus rectis æquales habere, scire sim-
pliciter licet: at patet, quod hoc qui-
de pacto, scit enim vniuersaliter, sim-
pliciter vero non scit, quod quidem an
ita sit, ea profecto quæ in Menone hæ-

sitatio est, vsu veniet: antea enim nihil
quicquā discet, aut ea quæ scit, discet.
Non enim ita respondendum est, qua-
liter solvere quidam ritentur: omnē
no dualitatem parem esse scis? an-
suenti vero, dualitatem ei quandam
offert, quam quidem esse nō putabat:
itaque nec parem esse putabat: soluit
enim non omnem se scire, dicentes es-
se parem dualitatem, sed eam quam
esse dualitatem sciunt, et tamen sciūt
quidem id, cuius demonstrationem te-
nent, cōperuntque. At non eius omnis
quod ipsi aut triangulum, aut nume-
rum est: sciunt, sed trianguli, & nume-
ri simpliciter omnis demonstrationē
cōperunt. Nulla enim huiusmodi pro-
positio sumitur, quem tu scis numerū,
aut quam tu scis recti lineam figurā,
sed absolute quodlibet sumitur: sed
nihil, vt arbitror, obstat, si id quod di-
scit quis, partim quidem nōrit, partim
vero ignoret. Non enim absurdum est
hoc, si id quod tenet, addicat aliquo
modo: sed si hoc pacto, eaque ratione
non discit, eodem modo teneat.

Summa textus.

Prima conclusio. Omnis doctrina,
& disciplina intellectiua, ex
præxistenti fit cognitione.

Secunda conclusio. Duo præco-
gnoscuntur, quia est, & quid est, & hoc
de tribus, subiecto, scilicet, passione,
& principijs: de subiecto, quia est, &
quid est, de passione quid est, de prin-
cipio, quia est.

Tertia conclusio. Principia aliqua
cognoscuntur discursu, aliqua vero (vt
singularia) subsumentes.

Quarta conclusio. Conclusio virtu-
te tantum, non actu & simpliciter, co-
gnoscitur in præmissis aut equam in-
feratur. Deinde diluit argumentum
Platonis de quo infra.

Quæst.

QVÆSTIO.
vnica, circa caput primum.

IN hoc capite docet quatuor Arist.
primo, quod sit demonstratio: Se-
cundo, quæ debent præcognosci an-
te illam. Tertio, quomodo cognoscan-
tur principia. Quarto, quomodo con-
clusio quæ sit examinanda. Inquiruntur
ergo tria, nō sit vera prima conclusio:
Secundo, an sit vera secunda. Tertio,
an sit vera tertia & quarta.

ARTICVLVS. I.
An sit vera prima conclusio.

Pars ne-
gatiua
suadet.

Videtur quod nō, primo, quia qui
credit alicuius dicti, non habet
præxistentem cognitionem, ergo non
omnis doctrina fit ex præxistenti co-
gnitione.

Secundo, quia Angelorum scientiæ
non fiunt ex præcedenti cognitione,
cum fiant sine discursu.

Confirmatur, nam demonstratiua
cognitio instar est incuitiæ cognitio-
nis: vnde traxit nomen, quæ non su-
ponit aliam cognitionem.

Tertio, quia cum probat Arist. posi-
tas conclusiones, inquit, exemplum es-
se inductionem, & Enthymemma syl-
logisticum, quæ clarè falsa sunt. The-
mittus, & Alpharabius intelligunt pro-
positionem Arist. pro omni cognitio-
ne complexa intellectus: quam dicunt
fieri ex præxistenti cognitione.

Quæ si sit conclusio supponit cog-
nitionem præmissarum, si vero sit prin-
cipium & dignitas, supponit cognitio-
nem extremorum: ideoque inquirunt
isti, addit Arist. intellectiua: non enim
loquitur de cognitione sensus, quæ e-
tiam in brutis reperitur, vt Arist. ip-
se, & D. Th. docent in Procem. Metaph.

2. Opin.

Alij aliter intelligunt dictam pro-

positionem, sicut etiam de cognitione
simplici intellectus: nam hæc suppo-
nit sensum cognitionem, conformiter
ad illud nil est in intellectu, quin
prius fuerit in sensu.

Melius tamen D. Tho. & communis
explicat Arist. propositionem de scien-
tia & doctrina discursiua: hæc enim ne-
cessario fit ex præxistenti cognitione:
& ita bene Boet. & Niph. loco intelle-
ctiua, verū discursiua quod sonat ver-
bum Græcum, ratio enim discursiua
communis est genericiæ demonstratio-
ni, & transit ab vno ad alterum. Ad-
uerte tamen, quod eadem cognitio, vt
est in Magistro, dicitur doctrina: At ve-
ro vt in discipulo recipitur disciplina
dicitur, sicuti idē motus, actio & pas-
sio nuncupatur. Hæc ergo cognitio lem-
per & necessario fit ex præxistenti co-
gnitione præmissarū, quæ effectiue pro-
ducunt cognitionem conclusionis.

3. Opin.
D. Tho.

Sed dices primo quod duo actus nō
possunt esse simul in eadem potentia,
non ergo cognitio præmissarum effi-
cienter causat cognitionem conclusio-
nis, cum hæc causalitas efficientiæ pe-
tat similitudinem causæ, & effectus.

Replica
tur diffi-
cile.

Secundo, quia vnus actus nō fit alio
actu, sicuti vna visio non fit alia visio-
detergo actus assensus conclusionis, nō
fit actu assensus præmissarum. Ad hoc
quidam dicunt, quod præmissa, & prin-
cipia non efficienter, sed tantum qua-
si ex plaria, & formaliter causant co-
gnitionem conclusionis, scilicet exci-
tando potentiam sui cognitione, quæ
assentiatur conclusioni: Dicendum ta-
men cum communiori sententia, quæ
effectiue præmissa causant assensum
conclusionis.

Effectus
præmissa
causant as-
sensum con-
clu-

Ad primum, si nō possent esse simul
duo actus in eadem potentia, profectō
præmissa, habitu principiorum rest-
cto in potentia, & cognitione earum
producent assensum conclusionis, etiā
effectiue. Sentio tamen duo actus si-
mul esse posse in eadem potentia. De

2
Duo a-
ctus sūt
quo

Hh quo

quo in libris de Anima (Deo daute) si mulier in odio prosequor Petrum, & d'igo Iohannem, & si nul etiam assentior huic conclusioni, vt verq. & dissentior illi, vt falsq. sicq. bene actus cognitionis præmissarum debet effectiue causare actum cognitionis conclusionis: nam dicere quod duo illi actus sunt vau eōtinuatiue, ridiculum est, cum distinguantur specie, vt albedo, & calor, &c. quæ impossibile est quod continuentur,

Ad secundū fateor, quod per se primo actus non sit actu, bene tamē vnus actus, vt principium, quo, simul cū potest, vel habitus, causa est alterius actus, sicq. re assensus præmissarum causa est assensus conclusionis.

Ad argumenta in principio. Ad primum ex dictis pater, qualiter solū cognitio discursiua fiat ex præexistenti cognitione, non fides nec scientia Angelorum quæ sunt cognitiones non discursiue, licet etiam cum alijs auctoribus, possemus dicere, quod cognitio Angelorum sit ex præexistenti cognitione extremorum, & cognitio fidei supponit lenationem, id est, cognitio nem sensus.

Ad confirmationem, verum est quod cognitio demonstratiua est instar cognitionis intuitiue, discursiue tamen non sine discursu.

Ad tertium, ipse Aristoteles explicuit. Rhetor. dicens quod apud Rhetores, idem valet exemplum quod inductio, & Enthymēma, quod syllogism⁹.

ARTICVLVS. II.

Verum sit vera secunda conclusio Aristotelis

Secunda cōclusio erat, duo sunt præcognita, & tres præcognitiones. Vt autem non sit vera, quia ex ipso Arist. tria sunt præcognita: ergo & tres debet esse præcognitiones, pater consequen-

tia, quia præcognitum est, de quo aliquid præcognoscimus.

Secundo, quia etiam de syllogismo præcognoscimus bonitatem illationis in demonstratione: ergo quatuor sunt præcognita, subiectum, passio, principium, & bonitas illationis.

Tertio, quia in lib. Prio. definit Arist. syllogismum, qui est obiectum in illis idem facit lib. de anima, vbi animam definit: ergo de subiecto non præcognoscimus, quia est, & quid est.

Notandū primò, quod particula, quia est, idē valet quod, an est, quod quidem non dicitur essentiā, aliā frustra esset alia præcognitio, quid est, sed potius dicitur existentiā, quæ duplex est, ex Arist. 2. Post. ex. cōmē. 39. Alia est actualis, & rei singularis, & hæc non cadit sub scientia, nec est præcognitio demonstratiua: alia est vniuersalis, quæ est quidam modus consequens naturā, in omnibus singularibus, secundū quod sunt in suis causis, id est, secundū quod suo tēpore possunt esse extra illas, sicq. est præcognitio in demonstratione: scientia enim de rosa præcognoscitur de illa quod potest existere suo tēpore extra suas causas. Secūdo aduerte quod, an est, & quid est, & sunt quæstiones, & præcognitiones, vt quæstiones sunt, dicuntur propositiones dubitabiles, & quæ possunt probari in vtrāq. partē, vt autem præcognitiones sunt, dicuntur propositiones indubitabiles, imo necessarias, & per se licet autē quatuor sint, quæ in qualibet scientia inquiruntur, duo tantum præcognoscuntur, scilicet an est, & quid est, quæ aliā duo, scilicet qualis, & propter quid est, ostenduntur in ipsa demonstratiua. Tertio aduerte, quod secundū oēs, & veritatem, tria tantum sunt præcognita, scilicet, subiectum, passio, & principium: subiectū autē à Græcis dicitur, datum, quia de eo passio demonstratur. Passio vero ab eisdem quaesitum appellatur: est enim quod quaerit demonstratio: principium tandē dignitas nūcupatur, quæ

Notandum.

quæ comprehenduntur ab Arist. hic notantur vnitatis, trianguli & quodlibet est, vel non est, non quod hæc tria sint idem, sed vt exemplificet quod in omni scientia tria sunt præcognita, vnitatis, id est, subiectū, triangulus, id est, passio, quodlibet est, vel non est, id est, principium.

notan.

Quarto aduerte, quod subiectum dicitur multipliciter: primò, subiectū forme materialis: tū specificū quā in generali cū, id est, ratio sub qua tendendi in cōclusionē de quolāte dixi in Proc. q. de vnitatis scientia. Secūdo, dicitur subiectū materiale consideratū in scientia, id est, res quæ consideratur, quod duplex est: totale aliud, aliud partiale. Tertio, dicitur subiectū demonstratiua, quod in demonstratione, subijcitur in minori & est minor extremitas. Quinto aduerte quod demonstratio duplex est ex c. 10. alia quia, in qua demonstratur causa per suū effectū, alia propter quid, in qua contra effectus per suā causam ostēditur. Quæ rursus duplex est alia in qua demonstratur effectus per causam notā in se, non tamen quoad nos, vt est cum eclipis demonstratur per interpositionem terræ inter vtrūq. l. minare, quæ causa nota est in se, non tamen quoad nos, alia est propter quid, in qua effectus ostēditur, per causam notam in se, & quoad nos, vt cū demonstratur risibile per admiratiuū: Tandē demonstratio in cōmuni, duplex est, alia terminans quæstionem, an hoc sit illud, & in hac solum demonstratur: an passio inest subiecto: alia vero terminat quæstionem, propter quid hoc sit illud in qua ostēditur ratio, quare passio inest subiecto, Sexto & vlt. aduerte, (supposito ex Sum. quid sit definitio, quid rei, & quid nominis) quod licet multū distent inter se: aliquando tamen materialiter sūt idē, cū scilicet ignoram⁹ quidditatē, alicuius rei, & eā circūscribimus, profecto tūc definitio, quid rei, & quid nominis idē sūt, vt videre est in definitione lapidis. His positis cōclu. Arist. quæ

notan.

Conclu.

vera est variè explicatur. Sec. enim in prologo sententiarum, & in Proc. in Metaph. & ibidē Ioan. Andr. & Cōcordia tōn, differentia 8. contra Aucr. dicitur quod de omni subiecto, siue scientia, siue demonstrationis, potest demonstrari, an sit, in demonstratione, quia, & consequenter nō debet de illo præcognosci, quod existat. Rationes horū auctorū nullæ sunt, impugnantur aq. hæc sententia, infra cum sententia Caietani, quæ duo dicit, 2. Posterior. cap. 1. primum, quod licet de subiecto scientiæ, præsupponatur quod existat, tamē de subiecto demonstrationis potest demonstrari, An sit, in demonstratione terminante quæstionem an sit. Probat potissime, quia omne verum habens causam, demonstrabile est, talis est existētia subiecti demonstrationis.

Secūdo, dicit quod de præmissis nō præcognoscimus quod sint, quia complexa non habent definitionem, quæ omnia falsa sunt. Primo quia in nulla demonstratione conclusio potest esse de secundo adiacente, sed in demonstratione, in qua probatur quod subiectū sit, conclusio necessario est de secundo adiacente, ergo in demonstratione terminante quæstionem, an sit, nequit demonstrari existētia subiecti demonstrationis. Hæc consequentia est infestina; modo, secundæ figurate antedēdēs pater, quia in demonstratione, semper maior extremitas debet prædicari de minori in cōclusionē. Secūdū falsum est, quia licet complexa nō definiantur quidditatiue, bene tamen discrepant.

Tertia sententia est Themistij, Valduini, & cuiusdam nouicij Theologi, qui dicitur de subiecto solum debere præcognosci quid nominis, non quid rei, quibus fauet tertium argumentum supra factum: sed hoc falsum dicitur, quia etiam subiectum debet præcognosci in demonstratione, propter quid, secundum rationem causæ salutaris passionis. Cōstat autem quod

Impugnata. Cai.

subiectum non causat passionem, quā tum ad quid nominis, sed per suam essentiam quantum ad quid rei, ergo. &c.

Iam sic prima cōclusio in nulla scientia, nec in nulla demonstratione per se potest demonstrari de subiecto, quod existat si subiectum sit scientiæ, siue demonstrationis, at in demonstrationibus propter quid, supponendum est de subiecto, quid nominis & quid rei, in demonstratione verò, quia, tantum quid nominis, est supponendum de illo: notanter dixi per se, quia per accidens existentiæ subiecti solet demonstrari, id est, licet quæstioni, an sit, per se debeatur responsio, de secundo adiacente tamen poterit dari de tertio adiacente, ut si inquirenti, an sit Deus? Respondeatur sic, existens est Deus, & ita Arist. 8. Physicorum demonstrat quod sit Deus. & 12. Metaphy. quod sint intelligentiæ, & 4. de celo, quod sit ignis.

Conclusio sic explicata est Arist. & D. Tho. in 2. tractatu de demonstratione, cap. 1. Zimara theoremata 52. Dominici de Flandria, 1. Posterior. q. 5. ar. 2. & Cajet. quoad secundā partē.

Quoad primam, probatur primo argumento contra Caietanaum supra facto secundo Aristot. 7. Metaphy. textu Commento. 23. ubi dicit quod intentio, & finis semper præsupponitur. Constat autem quod subiectum scientiæ habet rationem intentionis & finis: ergo semper præsupponitur & nūquam de eo demonstratur existentia.

Secunda pars indiget potius explanatione, nam ex dictis causalitas subiecti, respectu passionis, est secundum essentiam, & quid rei: & ita necessario debet supponi in demonstratione propter quid, diffinitio quid rei subiecti, at in demonstratione, quia, mediū est passio, & subiectū demonstratur, ut causa passionis, ergo nō debet præsupponi, ut causa, & consequenter, nec quo ad definitionē quid rei, quæ sit causa.

Secunda concl. De passione tantum

debet præcognosci, quid nominis in demonstratione terminante quæstionē, an hoc sit illud: at in demonstratione terminante quæstionem, quare hoc sit illud, potest præsupponi de passione, quid nominis & quid rei.

Probatum prima pars, nam esse & essentia passionis est inesse suo subiecto, & hoc demonstratur in demonstratione terminante quæstionem, An hoc sit illud, ergo in hac tantum præcognoscitur de passione, quid nominis.

Secunda pars patet, nam quæst. An hoc sit illud, præcedit quæstionē, propter quid hoc est illud, ergo cum in illa 1. q. demonstratur, quid rei passionis poterit præsupponi in demonstratione terminante quæstionem propter quid hoc est illud. Sed dices primo, sequitur ex hoc quod cognoscatur accidens sine subiecto, nā præcognoscitur passio, & deinde demonstratur, quod in sit subiecto, ergo præcognoscatur sine subiecto. Secundo, quia ex dictis in nulla demonstratione cōclusio potest esse de 2. adiacente: sed si demonstratur esse passionis, conclusio est de 2. adiacenti: ergo hoc argumentū aliquando magnum fecisset negotium D. Thomæ.

Sed responderetur ad primum, distinguendo sequelam, nā licet præcognoscatur accidens sine hoc subiecto particulari, quia hoc ostenditur in demonstratione, non tamen sine subiecto cōmuni, quia licet passio materialiter, ut accidens est sic, semper cognoscatur, non tamē formaliter ut passio est vsq; dum demonstratio venit.

Ad secundū, saluo meliori iudicio) dicendū quod licet, quā sit ratione sui, perat responsionē de 2. adiacente, tamen ratione quæriti per se datur de 3. adiacenti, quod cōtingit semper cum esse passionis inquiritur, quia esse illius est in esse subiecto, quod nequit explicari, nisi concl. de 3. adiacenti, & ita licet quæst. An sit, & an hoc sit illud, distinguatur inter se, tamen respectu passionis idē sunt

sunt, quando vero passio habet rationem subiecti, in demonstratione, puta respectu alterius passionis, idem dicitur de illa: quod per subiecto, dicitur prima conclusio.

Tertia conclusio, de præmissis solum debet præcognosci, an sint, id est veræ, non an existant, patet, quia cōplexa absoluantur, ab existentia, solumque inuolunt connexionem, prædicari cum subiecto, in qua est veritas, vel falsitas, ut dixi in Summulis cap. de propositione, & hinc est, quod de illis solum præsupponatur, an sint non quid sint, quia an sint, veræ idem est, quod quid sint in complexis, sicuti contra quid sit in passione, idem est quod an sit, cum eius esse sit inesse.

Ad primum argumentum in principio, distinguo consequens. Licet enim sint tres præcognitiones in particulari, & in specie, nō tamen in genere, sed tantum dicitur, si sunt tres species animalis sunt etiam tria animalia in particulari & in specie, non tamen in cōmuni, & in genere sed tantum vnum.

Ad secundū, fateor quod debet per cognosci bonitas illationis, sed hoc est præcognitum Prioristicum, nō Posterioriticum, hoc enim tantum triplex est:

Ad tertium, non negat Aristot. quod subiectum definiatur, aliter nō posset, de illo præsupponi quid rei, sed tantum docet quod definitio quid rei subiecti supponatur ante demonstrationē, modo explicato.

ARTICVLVS. III.

Verum tertia & quarta conclusio, sine vera.

Circatertiam conclusionē pluribus afferuntur, expositio- nes, nulla tamē exacte Aristot. explicat.

Nostra sit quod inter principia aliqua sunt in demonstrabilia scilicet per se nota, & prima de quibus cap. sequenti, alia vero, demonstrabilia sunt per prima, scilicet, & hæc sunt quæ docet Aristot. cognosci per discursum, id est demonstratione, & inter hæc quæ dī subsumptione intelligitur, subsumptio est, quidam discursus, talia sunt singularia, non in particulari ut Petrus, sed in cōmuni, qualiter etiam philosophabamur de existentia, supra notabili primo, sed quia communis sententia, docet maiorem & minorem simul tempore cognosci conclusionem hoc est explicandum.

Pro quo aduerte, primo quod ante conclusionem, prius apprehenditur, bonitas illationis maiorque, & minor extremas inter se, quæ ad inuicem in conclusione, prædicantur, nec est dubium. Vtrum vnico vel duplici acta, essentintur præmissis & cōclusioni, sed vtrū habito assensu præmissarum, simul tempore habeatur assensus conclusionis,

Secundo nota, quod necessitas duplex est, alia est, quo ad specificationem, quod est quod intellectus habeat assensum, vel diffensum conclusionis: alia vero est necessitas quantum ad exercitium actus ita scilicet, quod necessario circa obiectum præsens operetur, talis est necessitas actus, in visione beatifica, & ignis sic necessario combustibilibus applicatis comburit.

Iam dico, quod factibus præmissis intellectus necessitatus quantum ad specificationem, non tamen quoad exercitium actus respectu assensus conclusionis.

Prima patet, quia cognita bonitate consequentiæ, & veritate præmissarum, non potest non intellectus assentiri conclusioni, & contra: contra cognita falsitate præmissarum &

Cōclus.

consequentia, necessario dissentitur conclusioni.

Secundum patet, quia noster intellectus, ob suam maximam libertatem potest suspendere assensum circa conclusionem, & irrationem necessitari quoad exercitium actus. Vtrum autem si tanta sit, vel possit esse multiplicitas veritatum, ut non possit intellectus seipsum continere quin descendat ad assensum conclusionis, res est imperitians Logico.

Replicat Sed dices, secundo num simul tempore fiat apprehensio premissarum & conclusionis? M. Soto negat, sed quod prius tempore minor apprehenditur quam conclusio.

Dicendum, tamē quod solum prioritate naturæ, quæ est prioritas causalitatis, apprehensio minoris præcedit apprehensionem conclusionis, sicuti causa præcedit suum effectum, & ita fit simul in eodem instanti, quia apprehensio conclusionis, solum est apprehensio maioris & minoris extremitatis cognitiæ in præmissis, sicuti in eodem instanti in quo est, lumen & est productio specierum, & visus videt.

Tertio dices, an in eodem instanti fiat assensus præmissarum, & conclusionis?

Respondetur, quod sic, conformetur ad dicta, nam actio intellectus instantanea est, & ex Aristotel. sup. duo actus possunt esse simul, in eadem potentia, & ita simul potest esse, & assensus præmissarum & conclusionis in eodem instanti, qui vero negat hanc simultatem actum, in eadem potentia, necessario tenetur, cōcedere quod saltem paruo tempore, præcedit assensus præmissarum, assensum conclusionis, cū duo instantia nō possit esse immediate.

Tandem, tertio aduerte quod ex dictis non inferitur, quod fiat quatuor præcognita, Subiectum, scilicet passio

principium, & conclusio, quia illa tria præcognoscuntur in se actu, at conclusio solum præcognoscitur virtute in præmissis, sicuti fructus in suo semine. De argumento Platonis & Menonis non est quid sciendum, nec licendum, quod sit vtile.

CAPVT. II.

De demonstratione,
& scientia.

Scire autē vnamquamque, rem simpliciter, sed non ut sophista, per accidens arbitramur, cū causam ob quam res est, illius causam esse, & fieri non possit, ut res alter sese habeat cognoscere arbitramur. Patet igitur, ipsū scire tale quid esse, nam & hi, qui nesciunt, & ij qui sciunt, illa ita se rem, habere putāt, hi ita sese etiam habent. Quare cuiusq; simpliciter est scientia, id ut alter sese habeat fieri omnino non potest. An vero & alius sciēdi modus sit, posterius dicemus.

Dicimus autem, & per demonstrationem nos scire: demonstrationem autē dico ratiocinationē eam, quæ scientiā efficit: eam vero scientiam efficere dico qua scimus, eam ipsam habendo.

Si igitur ipsum scire tale est, quale possimue necesse est, & demonstratiuam scientiam ex veris, & primis mediis, quæ vacantibus, & ex notioribus & prioribus ipsa cōclusionione, causisq; eiusdē esse, sic enim erunt, & ipsa principia propria eius quod demonstratur: nam ratiocinatio quidem esse sine se potest, demonstratio vero nō potest: scientiam enim non facit.

Vera igitur esse oportet, quia fieri

nequit. Vt id quod nō est sciatur, veluti diametrum commensurabilem esse: oportet autem & ex primis, & indemonstrabilibus esse: quia non sciet, qui demonstrationem horum non habet: scire enim non per accidens ea quorum est demonstratio, nihil aliud est sanē, quam demonstrationem habere, causam etiam notioramque ac priora sint oportet: causæ quidem, quia tunc scimus, ut causam cognoscimus: priora vero si quidem & causæ sunt & antea cognita, non illi solum modo quod quid significant, sed altero etiā quot quod sint scimus.

Dupliciter autem priora notioraue dicuntur. Non enim idem prius natura, & nostra ex parte prius, neque notius simpliciter, & nobis etiam notius est. Atque ea quidem ad nos priora, notioraue dico, quæ propinquiora sensui sunt ea vero simpliciter priora notioraue, quæ a sensu longius distant. Sunt autem remotissima quidem ea, quæ sunt vniuersalia maximē: propinquissima vero, singularia ipsa. Atque hæc inter sese opponuntur, ex primis autem esse nihil aliud est, quam proprijs & principijs esse: idem enim primum atq; principium dico. Est autem demonstrationis, principium, propositio medio vacans, ea vero medio vacat, quæ nulla est alia prior, propositio vero altera enuntiationis pars est, vnum de vno complectens: differendi quidem, vtramuis accipit: demonstrandi vero, quæ definit alterum: quod est verum. Enuntatio contradictionis vtramuis est pars. Conditio est oppositio cuius per se medium nullum est. contradictionis partium ea quidem, quæ quippiam cuiuspiam adiungitur, affirmatio: ea vero quæ quippiam aquodpiam semouetur, negatio nunc cepatur.

Principiorū autem ratiocinandi, vancantium medio, id quidem possitio

dicatur quod fieri nequid, ut demonstratur, quodque non necesse est cum habere, qui dicere quid instituit: id vero quod omnes habere, qui modo discere aliquid parant, necesse est, dignitas appellatur: sunt enim talia quedam. Atque talibus hoc potissimum nomen tribuere solemus. Rursus ea quidem positionum, quæ vtramuis enuntiationis accipit partem, esse inquam quippiam, aut non esse statues: suppositio ea vero, quæ est sine homiplo, definitio dicitur: definitio namque positio quidem est, (ponit enim arithmeticus vnitatem quantitate indiuisibilem esse) sed suppositio sane non est: nam quod sit vnitatis, & vnitatem] se eadem non sunt, cum autem credere scireque talem per ratiocinationem oporteat, quam demonstrationem, vocamus: hæc vero est, quia sunt ea quibus extruitur ratiocinatio: necesse est, non solum prima illa, vel omnia, vel aliqua prius noscantur, sed etiam magis ut noscantur: semper enim, illud est tale magis, ob quod vnum quodque tale est: veluti magis, id est, dilectum atque amatum ob quod amamus atque diligimus. Quare si ob prima scimus credimus, & illa sanē scimus ac credimus magis: quoniam ob illa & ipsa scimus posteriora. Fieri autem non potest, ut ea magis, quisquam quæ nescit & circa quæ nō melius dispositus est, quā si scierit, quæ ea quæ cognoscit, credat atq; assentiat: at eueniat id profecto, si non prius cognouerit principia quibuspiam, quæ ea quæ per demonstrationem creduntur. Magis enim principijs, aut omnibus, aut quibusdā credere, quam conclusioni, necesse est, atq; ei qui per demonstrationem scientiam habiturus est, non solum ipsa principia magis nota, magisque credita sint, quam id quod ex ipsis ostenditur oportet: sed etiam nihil prorsus eorum quæ principijs ipsa

oppoſuntur, vndeque ratiocinatio falſa, veraque contraria exiſtat, aut credibilibus, aut notius principijs ipſis ſit oportet: quippe cum eum qui ſimpliciter eſt ſcientiam conſequutus, nunquam ab ea perſuaſione vlla dimoueri oportet.

Summa capituli.

Postquam Philoſophus in præcedentibus probauit eſſe demonstrationem & ſcientiam: nunc vtramque deſcribit, quia vero demonstrationis, ſinis eſt ſcientia ipſa, prius illam explicat.

Prima conſuſio. Tunc arbitramur ſcire ſimpliciter, & non ſophiſtico modo, cum cauſam rei cognoſcimus, & quia cauſa eſt, & quoniam non continetur aliter ſe habere: ſcientia autem, demonstratione adquiritur, quæ eſt ſyllogiſmus, procedens ex veris, primis, immediatis, prioribus, notioribus, cauſis que conſuſionis.

Secunda conſuſio. Principium in demonstratione, eſt propoſitio immediata, quæ, ſcilicet, non ſupponit aliam priorem: propoſitio autem pars eſt enunciationis, quæ diuiditur in Topicam, id eſt, quæ dicit vtramque partem contradictionis, & in demonstratam, quæ tantum dicit alteram partem veram, & neceſſariam.

Tertia conſuſio. Principium duplex eſt, aliud poſitio, quod licet ſit in demonſtrabile: indiget tamen aliqua explicatione: aliud dignitas, quod nec eſt demonſtrabile, nec indiget explicatione. Rurſus poſitio, alia poſitio quæ dicit re eſſe, vel non eſſe, alia quæ non dicit rem eſſe, vel non eſſe, vt deſinitio.

Quarta conſuſio. Principia magis & prius cognoſcuntur, quam conſuſio, quia propter vnumquodque tale & illud magis.

QVÆST. VNICA, Circa caput ſecundum.

In qua ſigillatim quæ dicit Ariſto. explicanda ſunt, pro quo inquiruntur quatuor: Primo, de diſſinitione ſcientiæ. Secundo de diſſinitione demonstrationis. Tertio, de principijs & cauſis demonstrationis. Quarto de quarta conſuſione & diuiſione principioſum.

ARTICVLVS I.

Verum diſſinitio ſcientiæ ſit bona?

Non eſt quaſtio, an ſit diſſinitio, quid rei, quia vt patet ex textu, & communi ſententia, ſolum eſt diſſinitio quid nominis: ex ea tamen ſatis inferitur diſſinitio quid rei, ſcientiam ſcilicet eſſe habitum euidentem, clarum, & certum: ſed quaſtio eſt: An omni & ſoli ſcientiæ conueniat diſſinitio.

Videtur quod non primo: nam ſcientiæ Angelorum non habentur per cauſas, ergo ſcire non eſt rem per cauſas cognoſcere.

Secundo, quia ſcientiæ naturali non conuenit, quæ dicit quod tali, vel tali uenit ſuccedit pluuia, quod qui dem contingit aliter ſe habere, ergo ſerie non eſt rem per cauſas cognoſcere.

Tertio, nam ſi ſcientia ſit, rei cauſas cognoſcendo: eū ſint magis ignota nobis quam effectus, neceſſario in demonstratione procedimus ab ignoto ad ignotius: ergo idem quod prius.

Quarto, quia ſi debemus cognoſcere cauſam, vt ſic, in præmiſſis deberet explicari, & non ſolum dicere, vt g. rationale eſt riſibile, ſed rationale, & c. quia rationale eſt riſibile.

Notandum primo, quod ſcientia ſumitur,

Explicatitulus.

Suadet pars negatiua.

mitur, multipliciter primo, pro quacunque cognitione, obſcura ſine dubia, ſicque dicimus nos ſcire Deum eſſe trinum & vnum, & aliquid probabile.

Secundo, ſumitur proprius pro cognitione clara, alicuius rei non cognoſcendæ eius cauſam: ſicque dicimus ſcire Petrum currere.

Tertio propriiſſime pro cognitione euidenti rei, & cuius cauſas cum diſcurſu tamen, & hæc eſt ſcientia à priori, cum verò de contra, cauſam per effectum cognoſcimus, ſcientia à poſteriori dicitur: loquimurque, hic de ſcientia habituali: & hinc eſt quod quando in textu Ariſtorelis dicitur: Si forte eſt alius modus ſciendi.

intelligat de demonstratione, quia, de qua infra dicitur, cap. 1. o. ita Diuus Thomas, & Soto, q. 2. ad ſecundum, vel vt inquit Auerroes] intelligit de diſſinitione, de qua ſecundo libro, vt inuenit Niphus, & Villalpand. vel tandem tertio intelligit de ſcientia principiorum, quæ [vt antiqui dicebant] etiam demonstratione noſcuntur.

Secundo nota, quod quando Ariſto. dicit in textu demonstrationem, vel ſcientiam intelligere: non tradit aliam diſſinitionem demonstrationis, vt conſentunt Boetius & alij: ſed tantum demonstrationem explicat per ſcientiam: nec ſi eſſet diſſinitio eſſet circulus vitioſus demonstrationem per ſcientiam: ſcientiam per demonstrationem explicare: quia hoc eſſet in diuerſis generibus cauſarum, nam ſinis demonstrationis eſt ſcientia, ſcientia autem efficienter cauſatur à demonstratione.

Tertio notandum, quod quando Ariſto. dicit ſcire perfecte, & non ſophiſtico modo, non ſolum intelligit argumentum fallacem: ſed etiam principia per accidens conſuſionis, à quibus ſophiſtæ fallacias educunt, & fruſtræ uola argumenta. Eſt ergo rectè aſ-

Notandum pro conſuſio.

ſignata dicta deſcriptio ſcientiæ quæ ſolutione argumento magis patebit.

Soluuntur. Ad primum. Angeli habent veras ſcientias, intelligunt que res per ſuas cauſas, & quoniam cauſæ ſunt, & non contingit aliter ſe habere: ſed hoc quidem vnicò ſimpliciter intuitu: ideo quidam dicunt habere demonstrationes obiectiuas, id eſt, obiecta demonstrationum, non tamen formaliter habere demonstrationes, id eſt, diſcurſiuas (loquorque de naturalibus, non de liberis) vt dixi in Prooemialibus.

Sed dices, ſequitur quod nos etiam eaſdem demonstrationes habeamus, quia (ex dictis) ſimul conſuſioni, & præmiſſis aſſentimur.

Reſpondetur negando ſequelam, ratione quia nos acta cognitionis præmiſſarum efficienter elicimus cognitionem conſuſionis: at Angelus vnicò ſimpliciter actu, vtrumque comprehendit. Sicut licet propoſitio ſit ſimplex quaſitas, tamen communiter & verè dicitur: quod ſit in nobis per modum conſuſionis, quia præcedit apprehenſio extremorum ſimul licet ſimul vtrumque cognoſcamus, tamen prius natura præcedit aſſenſus præmiſſarum, vt cauſa conſuſionis, quod in Angelis non reperitur.

Ad ſecundum, Gaicitanus dicit illas propoſitiones phyſicas, tantum eſſe analogicè neceſſarias.

Sed dices, ergo Phyſica non eſt ſimpliciter ſcientia, quia agit de illis.

Reſpondetur negando conſequentiam, quia Phyſica, proſecto non illas conſiderat, hic & nunc, ſed abſtrahendo ab hic & nunc, quia docet illas, eſſe vt in plurimum, iuxta naturas harum rerum non impeditas: de quo D. Tho. lect. 16. Dominicus de Flāndria quaſtione 8. artic. 2. al. vltimum.

Ad tertium, verum eſt, quod quoad nos, effectus ſunt notiores ipſis cauſis, quos dum iam cognoſcimus, firmius & immobilius ſciamus, dum à cauſis ad

Replicatur.

Replicatur.

sis ad ipsos descendimus.
Ad vltimum non est necesse, quod
explicite ponatur, quia, in præmissis,
id est, causalitatem subiecti respectu
passionis, sed profecto sufficit tantum
quod ponatur implicite, & virtute, quod
fit, cum de præmissis an sint præcognos-
scimus modo iam supra multoties ex-
plicato.

ARTICVL. II.

*Definitio demonstrationis sit bona,
syllogismus procedens ex primis,
immediatis, prioribus, &c.*

Suadet. **V**idetur quod non, primo quia cum
in ea ponatur quod procedat ex
primis frustra additur ex imme-
diatis, & in demonstrabilibus, frustra
etiam ex prioribus, ergo demonstra-
tio non est syllogismus, procedens ex
veris, primis, &c.

Confirmatur, nam omnis causa natu-
ralis semper operatur in vltimum
quod potest: & ita necessario producit
effectum æqualem sibi, cum ergo præ-
missæ naturaliter causent veritatem,
& euentiam conclusionis: conclusio
erit æquæ nota cum præmissis, & sic
non procedit ex notioribus.

Secundo, quia cum de chimæra & va-
euo non existentibus detur scientia
falsæ, Arist. probando quandam parti-
culam, ait quod non est, non scitur.

Tertio, quia si demonstratio debet
procedere ex indemonstrabilibus, nõ
erit demonstratio, cuius præmissæ sint
demonstrabiles.

Confirmatur, quia sic demonstratio,
quia, non erit demonstratio cum non
procedat à causis.

Quarto & vltimo, nam si demonst-
ratio debet procedere, ex prioribus non
erit scientia de Deo, eiusque attrib-
utis, nec de ente eiusque passionibus, cum
nõ fiat priora Deus attributis ens pas-
sionibus. Confirmatur, quia non appa-
ret quod

ret quod genus causæ requiratur ad
demonstrationem. In oppositum est au-
toritas Philosophi & veritas, quæ se-
quētibz capit, magis patebit, in qui-
bus singulæ particulæ explicabuntur:
interim tamen, dicta oratio est bona
definitio demonstrationis quæ datur
per causam materialem, vt bene Di-
uus Tho. Caieta. & alij, licet inferatur
ex descriptione scientiæ quæ est
finita, demonstrationis, propter quod Valdi-
nus, Philopponus, & alij male negarunt
esse definitionem, cum explicite essentia
demonstrationis per has conditiones.

Ad primum dicendum (omissa du-
plici solutione Philopponi) quod per
vocem, primis, intelligit Philosophus,
principia, principia inquam simplici-
ter, ob quod addit ex immediatis, & in
demonstrabilibus, per quæ intelligunt
Themistius & Albertus dignitates, sed
melius intellige præmissas, superad-
dit autem prioribus, respectu conclu-
sionis: causa enim effectum præcedit,
sicque præmissæ conclusionem modo
explicato præcedunt.

Ad confirmationem dico, quod cau-
sa est duplex, alia vniuooca, id est, eius-
dem rationis cum effectu, & hæc sem-
per agit in vltimum quod potest, effe-
ctumque æquale sibi producit: vt pro-
bat argumentum, v.g. ignis, homo, &c.
alia est æquiuoca, & hæc non agit in vl-
timum quod potest, v.g. sol, non enim
calorem similem producit: iam ergo
cum præmissæ sint causæ æquiuocæ re-
spectu conclusionis, euidentiores sunt
quam conclusio producta per ipsas.

Sed dices præmissæ & conclusio, ca-
dunt sub eodem habitu scientifico, ergo
sunt eiusdem speciei, & consequē-
ter sunt causæ vniuoocæ conclusionis.

Respondetur negando antecedens,
nam conclusio sola cadit sub scientia,
non principia quæ vt sic in habitu prin-
cipiorum continentur, quis autem sit
hic habitus principiorum, quoniam odo-
que illo assentiamur, & adquiratur
infra

Conclu.

Solutio
tur arg.

Replio.

infra capite sequenti arti. 1. dicitur.

Ad secundum Arist. tantum vult, p-
scientia ex veris procedit, & quæ ita
non sunt, non sciuntur, v.g. quod dia-
meter sit commensurabilis costa, in idē
que coincidit solutio Caietani. Quali-
ter autem de vacuo & in vacuo sic sciē-
tia simpliciter, vel ex suppositione in
Physicis. Sed dices ex Summulis, stante
bona consequentia, & antecedens fal-
sum consequens sequitur verum, non
ergo requiritur veritas præmissarum,
vt conclusio sequatur vera.

Replio.

Respondetur negando consequen-
tiam, ratio est, quia conclusio vera so-
lum sequitur ratione dispositionis, nõ
falsitatis præmissarum, quia falsum
non est causa veri, in demonstratione.
autem veritas præmissarum debet
esse causa per se, veritatis conclusio-
nis.

Ad 3.

Ad tertium, illa demonstratio pro-
cedit mediare ex immediatis, & in de-
monstrabilibus quod sufficit: Vtrum
autem sit absolute dicenda demonstra-
tio? infra Niph. tex. 1. negat: melius ta-
men Philopponus affirmat, vt colligi-
tur ex Arist. 1. Topicor. dicente demō-
strationem procedere ex primis, vel
ex his quæ per prima fidem accepere,
certum tamen est, quod hæc demon-
stratio sub prima continetur per se,
ita vt scientiam generatam per pri-
mam extendat ad alias nouas conclu-
siones, modo dicto in Proemiali-
bus.

Ad confirmationem forte hic rati-
um definitur, demonstratio propter
quid, quod si etiam explicatur demon-
stratio, quia, dictæ particulæ explican-
tæ sunt respectu nostri, vltimum autem
hæc sit simpliciter demonstratio, ca-
pite. 10.

Fortè enim Aristoteles ad distin-
ctionem demonstrationis, quia & pro-
pter quid, induxit illam distinctionem
de notis nobis, quæ plerumque
sunt effectus quibus demonstratio,

quia, procedit, & de notis natura, quæ
sunt cause quibus procedit demonst-
ratio propter quid: qualiter autem con-
ciliantur loca Aristotelis, de hoc, vi-
di dicta à nobis prima quæstione, pri-
mi libri Physicorum, de modo pro-
cedendi, & cognoscendi, ad vlti-
mum.

Ad vltimum Caietanus primò respō-
det, non placet: secundo melius Ma-
gister Soto, quæstio. 2. ad secundum,
& communis, negat requiritur cau-
salitatem, sed sufficere quod vnum de
bito ordine in intelligendo præintelli-
gatur, alteri vt ratio, cur alteri con-
ueniat, quæ prioritas dicitur rationis,
& quia ens sic se habet ad suas pas-
siones: ideo de eis datur scientia & de-
monstratio, similitèr de diuinis attri-
butis, quia enim Deus est omnipotēs, ideo
intelligitur immutabilis, & quia im-
mutabilis intelligitur æternus. Quam-
quæ ens intrinsecè clauditur, in-
tra suas passiones: modo dicto, tractatu
de analogia strictè & in rigore non di-
cantur propriæ passiones. Et hinc est
quod sanctus Thomas 1. par. quæstio.
3. & idem sapientissimus magister zu-
mel negant dari scientiam de Deo à
priori, quia omnia intrinsecè se clau-
dunt, tamen respectu nostri modi in-
telligendi, vnum intelligitur, vt ratio
cur alteri conueniat.

Ad confirmationem (multis & in-
utilibus circa hoc omisis) dico quod
causa requisita ad demonstrandam
passionem est causa originis, scilicet,
quod affirmatur, vt radix per se, ad-
quata tamen, vt dicebam capite de
Proprio, à qua passio ipsa emanat,
verbi gratia, subiectū spirituale ra-
dix est intellectus: potest tamen quæ-
uis alia causa adduci, sed vt radix est
per se & origo passionis, qualis est
subiectum proprii, quod est mate-
ria in qua, estque, sicut eiusdem passio-
nis, & efficitur, large tamen quia eo
medio passiones sibi connexas agens
produ

producit. & ad eas si eis priueretur se re-
ducit: dicitur autem à Metaphysicis
causalitas rationis formalis, causalitas
originis, non quod ratio formalis
subiecti, sit ratio formalis, & quidditas
passionis, sed quod esse subiectum
talis materiae, talis formae, vel talis
substantiae: ratio formalis est qua pas-
sio ei conueniat.

ARTICVL III.

De causis demonstrationis.

Notan-
dum ma-
ximè,

Diximus de modo quo demō-
stratio petit causam ad demō-
strandam passionem, nūc tra-
dendae sunt causae entitatis ip-
sius demonstrationis, vt melius eius
quidditas appareat, & (vt ex dictis pa-
tet) materia ex qua cōstat demonstra-
tio, sunt propositiones verae, immedia-
tae, &c. Hæc enim est materia proxi-
ma ex qua, nam remota sunt ipsi ter-
mini, & extrema: materia vero in qua
est intellectus discurrens: materia ve-
ro circa quam est eius obiectum, &
si sumitur, peculiari demonstra-
tione est passio probata de subiecto:
si vero pro omni quod includit, nō so-
lū est, quale, id est, passio, sed quid qua-
le: affert enim essentiam, sine qua ne-
sciretur passio, efficiens vero demon-
strationis: si pars tantum propria su-
mitur, est assensus principiorum cum
intellectu tantum, quorum solus ipse
intellectus, vel cum habitu principio-
rum est causa efficiens ad assentien-
dum. Finis demonstrationis si tantum
sumitur vna pars, scilicet præmissæ di-
spositæ, in forma antecedentis, finis, in
quam eius, vt sic est cognitio conclu-
sionis, at integræ demonstrationis fi-
nis cum conclusione, scilicet non tam
est finis ipsa, quam effectus illius. Lo-
quorque de habituali, quia non in-

tenditur actus propter habitum, sicut
quæmissæ dispositæ ob conclusionem,
sed habitus sit actus, vt postea melius
alij actus sicut. Causa formalis in ac-
cidentibus non queritur, cum eorum
essentia causa sit formalis, subiectū, id
est, forma eius vt sic, qualiter autem
det, & causet formaliter, & distingua-
tur à suo effectu. Vide q. 3. nostram su-
per secundum Physic. art. 3. solutione
ad vltimum. In demonstratione autē
præter hæc formalem causam confi-
deramus, quam supra tetigimus capi-
5. dispositionem, in modo & figura: &
vt magis pateat.

Aduerte admodum primò, commu-
ne esse demonstrationi, syllogismo topi-
co, inductioni, exempli, & enthymema-
tici, rationem discursus, cum sint qui-
dam motus, & transitus mentis ab vno
ad aliud, vt supra dicebam, qui discursus
si sit inter omnino eadem cathogorema,
remæ, dici solet consequentia non argu-
mentario, quæ sic dicitur cum non
sunt omnino eadem cathogoremma
antecedentis & consequentis, & eaque
argumentatio diuiditur ab Aristotele in
exemplum, enthymemata, inductionem,
& syllogismum, non quia ex vi
formæ, modique inferendi, differant
hæc quatuor, cum (vt patet) exemplū
& inductio, enthymemata sunt, vel syl-
logismi quidam, sed quia habent di-
stinctas rationes formales proprias si-
bi licet respectu illationis materialis:
exemplū scilicet esse à simili euentu,
inductio ex particularibus, &c. Enthymema
nec particularia, nec partem
materiae specificat, sed tantum dicit
partem formæ, quam dicit syllogis-
mus integram. Iam ergo dux ex istis
differunt ex parte formæ, enthymema
& syllogismus: duo vero ex parte
materiae exemplum, & inductio.

Secundo aduerte, quod cum sub ea-
dem forma illationis, vt Barbara,
&c. veræ sint materiae, & in eadem ma-
teria veræ possint esse illationes etiam

varias

varias esse mixtiones harum rationū,
& diuisiones, vt patet, sicque variè di-
uerificabuntur inter se argumenta-
tiones, ratione varietatis, materiae, for-
mæ, vel vtriusque, quarū simplices dif-
ferentias, varietate explicata, attingi-
mus solum: de quibus in se considera-
tis ratio: e formæ. Aristotel. in libris
Priorum. &c.

ARTICVLVS IIII
Vtrū vera sint quæ Arist.
docet de principijs.

Primo aduerte, præter ea quæ in
per explicandū caput dixi, quod
propositio immediata, duplex
est alia sic dicitur respectu con-
clusionis, quia inquam inter ipsam &
conclusionem nil mediæ, alia vero,
proprie est immediata, in qua prædi-
catum per se conuenit subiecto nō r-
tione alteri, tans est in qua prima pas-
sio de subiecto, vel definitio de e-
sentia prædicatur, & hæc est principium
in demonstratione, sed de hoc capi. 4.
magis patebit.

Secundo aduerte, quod hæc quatuor
differunt, enuntiatio quæstio, conclu-
sio, & propositio, enuntiatio dicitur,
oratio, verum, vel falsum significans,
&c. quæstio, enuntiatio etiam est sub
forma quæstionis, sicuti & conclusio
sub forma illatae consequentiae, pro-
positio autem ipsa præmissa, est, aduer-
te tamen, quod vt bene Diuus Thom.
definitio non cadit sub principio sola
sumpta, quia vt sic nec dicit verū, nec
falsum, vt dixi in Summulis, sed simul
cum definito.

Quod autem particulariter, explicā-
dum est, est vltima conclusio. Aristotele.
& propositio illa propter, quod vnū
quodq; tale. &c. Videtur enim quod
sit falsa conclusio, quia veritas con-
sistit in indiuisibili nō ergo præmissæ.

veriores sunt conclusione, vt dicit Aristotele.

Similiter propositio illa falsa est, in
omni genere causarū, in finali, enim
falso inferitur, diligo sanitatem pro-
pter opes, ergo magis diligo ipsas opes,
in materiali nō tener, forma æqui exi-
sit ob materiā, ergo, magis materia,
nec valet in formali, causa, paries est
albus propter albedinem, ergo magis
est albedo, nec tandem in efficiēti cō-
sequitur, iste ignis calefacit, quia pro-
ductus ab illo ergo, magis ille.

Aduerte quod hæc propositio. Ari-
stotele, primo solum tenet in causis æqui-
uocis nam vniuocæ, vt dictum est ar-
ticulo. 2. æqualem effectū producat.
Quod patet ex Aristotele, qui præmissæ
docet causas conclusionis, quæ sine
discursu cognoscuntur, cōclusio vero
cum discursu, & ita sunt alterius ra-
tionis.

Secundo, hæc propositio petit prædi-
catorū distinctionem, vnde nō lequi-
tur, homo vidit, propter oculo, ergo
magis vident oculi, quia vna est eadē,
quæ vitio vtriusque.

Tertio petit ditionē subiecti qua-
re non valet homo currit, quia currit
Petrus, ergo magis Petrus, nisi forte
sensus quod sit de Petro dicatur prius
cōformiter ad id quod diximus capi.
de proprio dubio. Vtrum passio ratio-
ne speciei conueniat indiuiduis. Ac-
cidents verò e contra. Quarto petit
quod in illo in quo comparantur ex-
trema suscipiant, magis & minus, vnde
nō sequitur minorio sit propter sa-
nitatem, ergo magis minorio sit sanitas,
quia sanitas non minorio, nec etiam
valet. Tertium argumētum, paries est
alb⁹ propter albedinē, ergo magis est
alba albedo quia albedo nō est alba.

Quinto & vltimo, hæc propositio
ad sui veritatem requirit causā forma-
lem, vnde nō sequitur secundū a gūmē-
tum, forma æqui. &c. Quia materia
nou est totalis causa existentiae, nec
etiam

Explicatur
illa maxi-
ma præ-
ter vnū
quidque
&c.

nec etiam primum, diligo sanitatem propter opes, quia opes nō sunt causa totalis dilectionis sanitatis. Magister Soto aduertit non male quod prædicatum debet esse in causa eminentiori modo, ad hoc, vt teneat dicta propositio salutē, sic enim beatē colliges aer est lucidus propter solem, ergo magis sol, vel etiam vt alij volunt, quod prædicatum sit eque tale virtute in causa, quia sufficit perfectio causæ, saltem in producendo, sic enim loquitur, qui formaliter negant esse ignem in ferro candenti, & ita valet ignis est in stupa propter ferrum cādens, ergo magis est in illo, vt producens est, bona est consequentia.

Primum argumentum nil concludit (reliqua enim ex dictis manent soluta) nam sensus illius propositionis est, quod veritas consistit in adæquatione rei ad intellectum, ideoque dicitur, quod consistat in diuisibili, sed tamen non omnes propositiones sunt æqualis veritatis, præcipue sumptæ, vt causæ aliarum, nam vt diximus secundo libro Samularum in primis commentarijs, & lib. 2. in secundis, capite de transcendentibus, illa propositio est, verior altera quæ plures causas habet suæ veritatis, illa autem has habet quæ plures causas habet, suæ entitatis, nam ens & verum conuertuntur.

CAPVT. III.

Quod non omnium sit demonstratio,

Textus.



Vnt autē, quibus propter: quod ipsa quoque principia, scientia tenere oportet, nō videtur esse scienti: sunt

etiam, quibus esse quidem viderur, demonstrationes tamen omnium esse quorum neutrum scire verum, vt necessarium est, qui namque scientiam omnino non esse ponunt. ij ascendendum esse infinitum censent, propterea, quod posteriora non sciuntur, ob ea priora, quorum primo non sunt re adē quidem discutes. Fieri enim nō potest, vt infinita quilibet per transeat. Quod si statur, ac principia sunt hæc incognita dicuntur esse, cum ipsorum non sit demonstratio: quod quidem solum inquirunt esse scire, quod si fieri non potest, vt prima sciuntur, nec fieri posse dicunt, vt ea quæ proficitur, ex illis sciuntur simpliciter, proprie tē: sed ex suppositione dūtaxat, nempe si illa sint, ad secundi de modo quidem sciendi cum sentiunt: per demonstrationem enim solum esse. Scientiam dicant, verum omnium demonstrationē esse nil inquirunt: prohiberi. Fieri enim potest, vt demonstratio circuli modo versetur omniaque mutuo demonstrantur. Nos autem dicimus, nec omnem scientiam esse demonstratiuam: sed eorum quæ medijs vacant, in demonstrabilem esse, quod quidem necessarium esse patet, nam si necessarium est, vt priora sciuntur, & ea ex quibus conficitur demonstratio, statur autem tandem in hisce que vacant medijs, hæc indemonstrabilia necesse est esse, hoc igitur ita sese habere dicimus, & nō solum scientiā sed & principium scientiæ quoddam esse asserimus quo terminos ipsos cognoscimus. Et etiam patere dicimus, fieri non posse, vt circuli, modo demonstratio simpliciter conuertatur, si demonstrationem ex prioribus. Oportet, ac notioribus esse, fieri enim nequit, vt eisdem, eadem simul priora sit, atque posteriora, nisi altero modo: veluti si alia nostra ex parte, alia simpliciter dicantur, quo quidē modo facit inductio notū, quod si ita sit, non bene est ipsum

ipsum simpliciter, scire definitum sed est sanē duplex. An altera demonstratio, ex hisce quæ nobis sunt notiora, quæ sit simpliciter, demonstratio non est. Euenit autem hisce qui dicunt, de demonstrationē circulo versari, non solū id quod nūc est dictū: sed etiam nihil aliud, vt dicant, quā si hoc est, hoc est, hoc vero, pacto facile est omnia demonstrare. Atq. patet, id ipsum accidere tribus positis terminis, siue enim per multos, siue per paucos redire dicatur, nihil profecto refert per pauciores autem quam duos, nam quando cum. a. sit, est necessario. b. & b. cum sit, est necessario. c. tunc cum. a. sit, necessario. c. ipsum erit, sit igitur cum a. sit, necesse est. b. & cum. B. sit, necesse est esse. a. Hoc enim erat circuli modo versari, ponatur. a. in loco, quo ipsum est. c. dicere igitur cum. b. sit. a. ipsum esse nihil aliud est, quam dicere cum b. sit. c. ipsum esse, ad idem est, c. & a. quare sit, vt hi qui censent orbis modo demonstrationem versari, nihil aliud dicant, quam cum a. sit. a. sit ipsum esse, hoc vero pacto facile demonstrare est omnia, at vero nec id ipsum fieri potest. nisi in hisce, quæ mutuo se sequuntur, qualia sunt ipsa propria. demonstratum est igitur prius, vno quidem posito, nunquam necessario aliud quid aliud esse: vno inquam, aut termino, aut positione vna: & duabus autem positionibus primis, ac minimis fieri posse, si quidem, & ratiocinari contingit: si igitur. a. & b. & c. mutuo se sequantur: sic tantum fieri potest, vt ostendantur ex sese mutuo cuncta, quæ in prima ratiocinationis figura postulata, sunt, vt in libro de syllogismo ostendimus: quo loco etiam patuit cæteris in figuris, aut ratiocinationem hanc non fieri, aut hisce, quæ sunt sumpta non fieri. Ea vero quæ prædicationem non suscipiunt mutuatam, fieri non potest, vt mutuo demonstrantur, Quare in demonstratio

nibus pauca talia sint, constat vanum esse, ac impossibile, demonstrationem esse censere, atque ob id ipsum posse, demonstrationem omnium esse.

SUMMA CAPITIS.

In hoc capite explodit duos errores ortos ex conclusione, quarta secundi capituli, alterum est Heracliti dicentis dari processum in infinitum si principia sciuntur. Alter vero Empedoclis dicentis committi circulum in scientia & demonstratione.

Contra quos dicit primo Aristotele, quod principia sunt per se nota, & ita non sciuntur, demonstratione.

Secundo dicit, quod circulus in demonstratione est vitium, & explicat iuniores, quod in tertia figura non datur, nec in secunda, nisi mutata propositione categorica in hypotheticam, sed quidem iste non est proprie circulus, quia non sit ex acceptis, vt inquit Aristoteles.

ANNOTATIONES circa caput.

Aduerte, quod licet possit esse questio, quare post explicatum quid est rei demonstrationis in præcedenti capite, hic an sit explicetur cessat tamen si consideretur, quod illi errores orti sunt ex ignorantia quidē rei demonstrationis, & ideo ordinatē illud explicatur, vt hæc fortius reiciantur, soluit autem Aristoteles, argumentum illorum dicentium

dicendo quod principia non sciuntur demonstratione sed lumine clāro principiorum: ideoque communiter dicitur, quod sit scientia de illis, quia cognitio illorum ita est clara, vt assimiletur scientificæ cognitioni.

QVAESTIO VNI
ca circa caput tertium.

Qua inquiruntur quatuor: Primo, quomodo cognoscantur principia. Secundo, quo habitu. Tertio, an detur, & quid sit propositio per se nota. Quarto, de circulo demonstrationis.

ARTICVLVS I.

Verum principia prima necessario cognoscantur per experientiam?

Videtur quod non, primo, quia ex Hippocrate, experientia sepe penumero est fallax, incertū autem & fallax, non potest causare necessariam cognitionem, qualis est principiorum.

Secundo, quia experimentum est ex parte sensus, cognitio vero principiorum intellectus.

Tertio, si ante omnem experimentum alicui proponatur, hoc principium quodlibet est vel non est, statim assentitur ei: ergo non requiritur experimentum.

Prima sententia Scoti in 1. dist. 3. q. 4. artic. 2. Antonij Andree, 1. Metaphysic. est, tantum requiritur notitiam sensitiuam ad apprehensionem terminorum, quia ideo dicitur per se nota, eo quod noscantur ex terminis. At alij in fine Posteriorum negant requiri experimentum ad aliqua notissima, nisi

tantum apprehensionem, vt Scotus dicit de omnibus.

Secunda sententia est cuiusdam Noticij Metaphysici, cap. 1. Metaph. q. 4. requiri experimentum ad omnem assensum principiorum, plurimumque est inductio, quod conatur ostendere pluribus locis Arist. quæ omnia distinctio ne soluantur.

Pro resolutione nota, quod experimentum proprie sumi à Thomistis, vt labell. ait 1. Metaphysic. q. 6. vocariq; notitiam seu cognitionem complexam sensuum, qua videantur, v. g. non tantum extrema propositionis, sed quod dicit propositio. Vocant formale experimentum, quod fit ex pluribus complexis sensationibus eiusdem, & virtuale experimentum appellāt, quod licet fiat ex vna, ob sui firmitatem, æquiualeat multis, ita vt vidisse eam sit vidisse multa propter dictam stabilitatem, & licet quasi o hæc est, vel de cognitione principiorum, inde patebit de scientijs & artibus.

Aduerte secundo, quod omnia hæc possunt intelligi de inuentione, vel de doctrina magistri pronouentis, & docentis, & ita vtroque modo explicanda est questio.

Prima conclusio, Experientia est necessaria, vel inductio [idē enim est] via inuentionis, formalis, vel virtualis non tantum ad apprehensionem terminorum, quæ est simplex, sed etiam complexa, ad apprehensionem propositionis, quæ est principium. 1. Cont.

Probat, quia licet intellectus apprehendat æqualia, ablationem demas, & c. qui sunt termini, non enim determinatus est ad faciendā hanc propositionem, si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent sunt æqualia: & si casu faciat non est processus ordinatus, sed casualis: nam ad ordinatē faciendam dictam propositionem, requiritur experientia, via inuentionis: nam via doctrinæ per se proponi dicitur a pro-

sta proposito composita.

2. Conc. Secunda conclusio. Licet ad iudicium saltem aliquorum principiorum post apprehensionem terminorum non requiratur, experimentum tamen ad iudicium omnium requiritur, vt dictum est.

Probat, quia vt bene Alber. Aegydius. Lyconienfis, 2. Metaphysic. talia principia vocat ianuas scientiarum, in quibus non est error, & Albertus comparat ea luminosis visibilibus, quæ suo lumine videantur, ergo ad iudicium aliquorum principiorum non requiritur experimentum.

Confirmatur, quia ridiculum videtur, postquam viderim quod si ab his æqualibus, æqualia demas, remanent æqualia aliud experimentum requiri in alijs, ergo ad iudicium aliquorum principiorum, non requiritur experimentum.

3. Cōcl. Tertia conclusio, experimentum in principijs partialibus scientiarum, tantum requiritur ad apprehensionē distinctam extremorum, connexionisque principij: quæ forte aliquando difficilior, indiget ministerio sensus: patet, nam qui penetrat terminos compositi principij, penetrat etiam connexionem illorum, cum sit per se nota, ergo solum requiritur experientia in talibus, ad distinctam apprehensionem.

4. Cōcl. Quarta conclusio, habito assensu & iudicio principiorum non requiritur experientia conclusionis: patet, nam illatio & consequentia, vel est per se nota, vel non est per se nota ab intellectu solum, ex per se patenti deducitur: & hinc est conformiter ad hanc doctrinam, quod Arist. docet 6. Aetheticorum capite 11. quod pueri cognoscunt principia Mathematica, quia solis terminis notis sine experientia noscantur: non autem sciunt principia Philosophiæ naturalis, vel moralis, quia horum cognitio supponit o-

uetudinem, consuetudo vero memoria, memoria tandem experirentum: quod in pueris minime inuenitur.

Replie:

Sed dices, ex dictis cōsequitur quod cognitio conclusionis perfectior sit quam principiorum, quia conclusio, demonstratione, atq; principia sola inductione cognoscuntur, praestat autem cognitio demonstratiua, quam inductiua.

Respondetur & recolendum est quod diximus libro secundo Sententiarum in primis commentarijs, capite de inductione, & lib 4. in secundis commentarijs, capite vltimo, dubio secundo, quod inductio est consequentia formalis, & necessaria, tenetque in omni materia, addita constantia, & in hoc æqualis est inductio cum demonstratione: exceditur autem demonstratio ab inductione, quia inductio clarior est, siquidem circa sensum etiam versatur similiter, quia prior est inductio quæ demonstratio: vnde patet quod praestet cognitio principiorum cognitioni conclusionis.

Solutur arg.

Iam ad primum ille auctor loquitur de experientia imperfecta, quæ sit sine constantia: adde quod experientia non concurrat ad assensum iudicij quæ conclusionum, sed tantum ad determinandam intellectum, per quod etiam patet ad secundum.

Ad tertium procedit via doctrinæ, non via inuentionis in qua requiritur experimentum.

ARTICVLVS II.

Verum detur habitus principiorum, & ille sit à natura, vel adquisitus.

Prima sententia est magistri Scoti, in libro de iustitia & iure cap. 4. q. 6. artic. 1. dicens, non esse distinctum habitum principiorum, ab ipsa potentia intel-

intellectiua: sola enim ipsa principijs
assatur. In idem reddit Durand in
3. dist. 33. quæst. 1. quantum (inquit
ipse) ad communis summa principia, &
dignitates, solus sufficit intellectus:
at, quoad aliquas conclusiones illatas
ex his, ponit habitum principiorum
distinctum ab ipsa potentia intellecti
ua. Sed quidem quantum ad hanc se
cundam partem clare fallitur Duran.

Opinio Durand. nam habitus conclusionem scientia
ipsa est: & quo ad primam partem si
multum sententia Soti, fauet primo
quod voluntas se sola nullo alio habi
tu determinatur ad vltimum finem, qui
est beatitudo: sed ita se habet vltimus
fian respectu voluntatis, sicuti primū
principium respectu intellectus: ergo
non requiritur habitus principiorum
in intellectu, sicut nec in voluntate.

Secundo, quia sic superflua esset, vel
si potentia intellectiua, vel habitus
principiorum.

Tertio, quia si est habitus acquisi
tus, quomodo est naturalis, & si natu
ralis, quomodo habitus: nam quod di
cunt Thomistæ, ad hoc, quod dicitur
acquisitus, partim, quia requiruntur
species ad suum actum, ridiculum est:
quia sic etiam visus diceretur habi
tus, quia etiam petit species ad suum
actum.

Opinio Durand. Secunda sententia ponit habitum
principiorum, condistinctum a potē
tia intellectiua, sed congenitum a na
tura vt fiat in homine semina scien
tiarum, sicuti a natura in angelis po
nuntur species congenitæ ad scientias
rerum naturalium, vt sic intelligatur
quod diuus Dionysius docet de cœle
sti Hierarchia, Angelos attingere su
premam infimam, & infimum supremi
inter sese: quæ sententia videtur ex
pressè sancti Thomæ de veritate, quæ
stio. 16. articulo secundo ad primum,
& vndecimum argumentum, & in ter
tio d. 33. & addit explicando Medina
quæstio. 52. prima secunda, quod si

cuti synderesis in voluntate est habi
tus principiorum practiorum, a na
tura tamen congenitus ita etiam da
tur habitus principiorum speculabi
liam a natura congenitus in intelle
ctu. Idem videtur sentire Caietanus
prima secunda, vbi supra, & addit
quod generatur iste habitus principio
rum per representationem intelligen
bilem extremorum, in intellectu pas
sibili. Vnde colligit Ferrar, quod sic
ab intellectu agente primo libro con
tra Gentiles, capite 46. & præci
pue 48.

Notandum tamen est, quod hic non
loquimur de principio, quod proba
biliter tantum cognoscitur, quia ad as
sentiendum illi determinatur intelle
ctus per habitum opinatiuum, sed dif
ficultas est de principio euidenter no
to, quod intellectus conspicit, quasi
in ipso legendo, & videndo essentias,
& passiones rerum: inquam ad hoc
determinatur intellectus habitu ali
quo principiorum, qui communiter
appellatur, etiam intellectus, vt vult
D. Thomas, 6. Acti corum, lecti 4.

Prima conclusio, habitus principio
rum quo determinatur intellectus,
ad principia, non est a natura ipsa cō
genitus: Patet, nā ex Aristotele, san
cto Thoma, communiq; Philosopho
rum sententia, intellectus indiget mi
nisterio sensuum ad species acquiren
das, quæ sunt principia prima actus,
& cognitionis: si ergo principium pri
mum actus non est a natura, multo
minus erit principium secundarium,
quod est habitus.

Secunda conclusio, habitus primo
rum principiorum, qui dicitur intel
lectus, distinctus est ab ipsa potentia
intellectiua. Patet primo, quia non
est congenitus a natura, ergo distin
ctus a potentia intellectiua quæ est a
natura.

Secundo, quia Arist. & D. Thom. &
communiter omnes, 6. Acti corum vo
catur

Explic.
titul. ar.
ticulti.

1. Conc.

2. Conc.

CANE

cant ipsum habitum: potentia autem
non est habitus, ergo distinctus est ab
ipsa potentia intellectiua.

Tertio quia potentia intellectiua
indeterminata est ad apprehensionem
connexionemque extremorum prin
cipij, ad quod determinatur habitu
principiorum: ergo non est ipsa potē
tia intellectiua, sed distinctus ab ea:
Nec valet dicere quod determinatur
intellectus per speciem extremorum
apprehensionem: quia istæ species ita
reperiuntur in rustico, sicuti in litera
to, hic, scit habitu illas ordinare, ille
vero non ergo. Sed dices, sequitur eui
denter quod habitus primorum prin
cipiorum quid dicitur intellectus, sit ip
sum experimentum supra explica
tum, præcipue, cum solatione ad pri
mum dictum sit, quod solum concu
rit ad determinandum intellectum:
consequens est contra omnes, & veri
tatem, ergo.

Replica.

Dubium Hoc argumentum petit, explic
quomodo qualiter generatur habitus prin
cipiorum. Ad quod dico contra Cai
etanum, vbi supra, quod non dicitur
per representationem intelligibi
lem extremorum ante actum assen
sus, sed potius ipso actu assensus prin
cipij, & apprehensionis connexionis
extremorum: sicuti habitus scientificus,
actu cognitionis conclusionis ge
neratur non ante ipsum.

Probatum efficaciter, nam non ma
gis est determinata potentia per ap
prehensionem præmissarum ad con
clusionem, quæ per representationem
extremorum ad eorundem connexio
nem: ergo sicuti non generatur habitus
scientificus, ante actum conclusionis:
sed potius per illum, ita non genera
tur habitus principiorum, ante actum
apprehensionis, connexionisque extre
morum: sed per illud producitur: alias
plures rationes missas facio. Et hinc
colligitur in quo distinguuntur expe
rimentum & iste habitus: habet enim

Illatio
notanda

se experientia respectu primi actus ap
prehensionis extremorum: sicuti præ
missæ respectu conclusionis, & actus
scientifici, solū enim experientia deter
minat potētiā intellectiua, actualiter,
id est, ad primum actum apprehen
sionis, quo generatur habitus prin
cipiorum determinans intellectum ha
bitualiter, ad ipsa principia: per quod
patet ad argumentum.

Tertia conclusio, habitus iste qui di
citur intellectus, solum concuirit & in
clinat potētiā intellectiua, determi
nando illam ad apprehensionem & solā
propositionis connexionem, quæ est prin
cipium, non ad iudicium, neque ad as
sensum illius. Probatum efficaciter, quia
potētia intellectiua solū est indetermi
nata, ad ordinatam apprehensionem, &
& connexionem propositionis, quæ est
principium: dū enim bene & ordinatē
apprehendit, statim fit cōnexio ipsade
bite, quæ, quia est per se nota, cōphēdit
& iudicat quæ illi assētitur de de, ergo
habitus iste non concuirit ad iudiciū,
& assensum principiorū, sed solū deter
minando potētiā, & c. Iam ad primū,
Medina, vbi supra respondet, quod
ideo non posimus habitum in volun
tate distinctum respectu vltimi fi
nis, quæ est beatitudo, quia ipsa volun
tas ponderat naturam fertur in illum,
quod focus contingit in intellectu re
spectu principiorum, hæc tamen so
lutio suo loco impugnabitur. Est enim

4. Conc.

Solutio
tur Arg.

Vera so
lutio au
toris.

112

prin

principiorum determinetur, modo explicato, per quod patet ad secundum, quod licet non sit frustra talis habitus. Ad tertium dicendum quod iste habitus, quia perfectissimus est, & penes perfectissimam versatur, utpote per se nota, consonusque est maxime ipsi intellectui, sit, ut nomine suae potentiae, intellectus nuncupatur, naturalisque dicitur, sicut enim se habet iste respectu speculabilium: ita debes ponere synderesim respectu principiorum practiceorum, & ita synderesis, naturalis etiam dicitur.

ARTICVLVS. III.

Verum habitus primorum principiorum sit vnus specie.

Pars affirmatiua suadet multipliciter.

Quod sic probatur primo, quia omnia principia sunt per se nota, ergo non habent habitus per quod differantur. Secundo, quia eodem modo reuidentur in obiecta, ergo vnus species, & quidem haec sententia tribuitur D. Tho. 1. p. q. 79 & Thom. de Vid. in fine Post. de habitu speculabilium principiorum, distinguitur tamen a synderesi, quae est ad practica, licet Arist. eam sub nomine habitus principiorum comprehendat.

1. Concl. Dico primo, habitum principiorum, qui est opinio, licet principia sint necessaria, non tamen ut talia cognita, specie distingui ab habitu euidentium principiorum. Patet, quia vnus est certus, & euidentis, alius vero incertus, & ineuidentis, ergo specie distinguuntur.

2. Concl. Dico secundo, etiam sunt varij habitus specie, principiorum euidentium & euidenter cognitorum, ita tenent omnes philosophi. Proinde addo, quod vnus pro nostro statuta de distinctione habituum, & ratione, probatur primo, ad hominem, quia licet Thomae per attractionem distinguit scientias, non est autem cur etiam sic non varientur

habitus principiorum, si enim hi immediato assensu conueniunt, illi etiam in discursu. Secundo, quia si assensus principiorum, qui est causa assensus conclusionis. Phys. Mathematicae, Metaphys. &c. (maxime in eodem modo syllogizando) non erit cur, vel vnde; huiusmodi conclusiones habitus differunt specie. Tertio nam aliqua principia ad minus, tam differunt euidentiae & certitudine actus, quam scientiae, conuidentur autem diuersae species euidentiae & certitudinis quae diuersificant scientias, cum sint illis intrinseca, ergo & habitus principiorum, quibus sunt etiam intrinseca diuersificabuntur specie. Dubitabitur tamen vnde horum habituum, vel actuum specifica distinctio sumatur? Respondetur, quod varietate perfectionis euidentis certitudinis, intra genus habitus immediati euidentis, assensus, ut distinguntur angeli intra genus intellectui sine discursu, nec attendendo gradum intentionis dictae euidentiae potest enim quibus habere duos gradus euidentiae conclusionis, vel principij in Mathematicis; similiter in Physicis, differentes specie, quia vtraque, ut ipsa principia alterius sunt specie.

Ad primum patet ex dictis, quomodo varietate principiorum differunt euidentiae. Ad secundum, modus immediatae cognitionis, est ratio generica habitibus principiorum, ut ratio discursus scientijs. At D. Tho. ibi art. 12. tantum docet differre habitus principiorum speculabilium, & practiceorum, non tamen ea esse: imas species. Vtrum autem omnes habitus sint idem re, infra dicam, nunc enim tantum egi de distinctione essentialium.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum datur aliqua propositio per se nota, & illa sit in qua prima passio dicitur de subiecto?

Dubita.

Solui.

Opini. Scoti.

Prima sententia Scoti in primo, distinctione secunda. Quae tione secunda, negat tale esse per se nota quod pluribus rationibus conatur ostendere praecipua tamen haec est. Quia in potissima demonstratione propter quid, prima passio demonstratur de subiecto, ergo non est per se nota talis, & in hoc etiam Magister Soto varius fuit. Non ergo per se nota est propositio in qua prima passio dicitur de subiecto.

Opini. Aureol.

Secunda sententia est Aureoli, in 1. distinctio. 2. qui omnem propositionem, per se notam secundum se, dicit etiam esse notam quo ad nos: Probat quia propositio per se nota, est, quae dicit proprios conceptus extremorum, sed qui cognoscit propositionem per se notam secundum se, cognoscit proprios conceptus extremorum, aliter ipsam non cognoscit sed aliam, ergo eadem est nota secundum se, & quo ad nos.

Notandum.

Notandum primum, quod eadem propositio in re est prima, indemonstrabilis, immediata, & per se nota, quae scilicet non habet aliam priorem quae probetur, sed quantum ad ethimologiam nominis prima, & indemonstrabilis dicitur, quia non habet aliam per quam demonstraretur, immediata vero quia non est medium, quo vnus extremum alteri conueniat: sed alterum est immediata causa & ratio qua vnitur alteri, per se nota vero illa dicitur, quae non indiget aliquo alio probatio iudicio, vel assensu ad hoc ut pateat eius veritas, & sic intellige Arist. definitentem presentem, scilicet, esse illam, quam terminis cognitivis cognoscimus.

2. notandum.

Secundo nota ex D. Tho. 1. p. q. 2. ar. 1. & 2. & ibidem Magist. zumel, & primo contra gentiles. 11. & ibidem Ferrariensis, quod per se nota duplex est alia ex parte obiecti, vel secundum se, quod idem est, in qua formalitas significati non conuenit aliqua alia priori formalitate, alia vero est per se nota respectu nostri,

quae scilicet, solo sensu, ut nix est alba vel etiam apprehensione, intellectus, cognoscimus, quibus addidit Caiet. in infra cap. 14 tertiam per se notam, ex parte obiecti, & respectu nostri.

3. notandum.

Tertio aduerte, quod per se nota respectu nostri, ut capi explicare, alia est, nota ratione sensus, & haec multoties non est absolute per se nota, quia habet causam, quam ignoramus: ut quae nix sit alba, alia vero quae non supponit aliquem assensum, vel iudicium in ipso intellectu iudicante, ut quodlibet est, vel non est.

Rursus propositio per se, nota secundum se illa proprie dicitur, quae licet proponatur non cognoscitur, quia eiusdem termini ignoratur, ut sunt multae propositiones, De Deo & Angeli, & istae indigent aliqua alia qua probentur sicutque clariore respectu nostri, & de his bene procedit Aureolus finem termini talium propositionum cognosceretur, & ipsae propositiones essent per se notae, secundum se & quo ad nos, vnde recte diuiditur propositio per se nota in per se notam ex parte obiecti, vel ex parte nostri vel vtriusque.

1. co. clu.

Sit prima conclusio, propositio in qua prima passio praedicatur de subiecto, est per se nota secundum se.

Patet, quia ex Arist. 6. Topic. idem re sunt definitio, & definitum, ergo secundum se eadem erit propositio, in qua praedicatur, prima passio definitione, & in qua praedicatur de subiecto, sed in qua praedicatur, prima passio de definitione est per se nota secundum se, & indemonstrabilis, ergo immediata est a priori, ergo in qua, prima passio praedicatur de subiecto.

55.7

Secundo, quia si homo, v. g. distincte comprehenderet subiectum, sicut angelus comprehendit, passio prima semper immediata praedicaretur de subiecto, ergo talis propositio, est per se nota secundum se.

2. co. clu.

Secunda conclusio cum prima passio

2. cōclu. **fio** dicitur de subiecto demonstrabilis est, & nō per se nota respectu nostri. Probatur breuiter, quia tunc fit nobis, nota per aliā, scilicet per illam, in qua passio prædicatur de definitione, sic enim, fit clara nobis ergo.

Ad argu. **Ad argu. meaa.** Ad argumentū Scoti, bene probat non esse per se notā respectu nostri, & demonstratio per quam probatur, talis passio simpliciter est demonstratio, cum enim, ea sit nostrum instrumentū sciendi, sufficit ut per aliquid nobis prius & clarius procedat, de quo bene Caietanus ideo quia respectu nostri à definitione ad definitū non est petitio principij.

ARTICVLVS. V.

Utrum circulus sit vitium in demonstratione?

Argumenta quę cōtra veritatē hic cōmuniter ponuntur veritate explicata nulla sunt, ideo missi facio.

Explicatur circulus.

Nota dū est pro solutione, syllogismi circularē dici, cum vna præmissa regreditur ad probandā aliā, nec dubito. Vtrū sit bona consequentia, constat enim: quod est aliquando, sed quę fitio est. An sit bonus probandi modus, & sciendi & utilis, cum regredimur à cōclusionē simul cum altera præmissarum ad inferendam aliā.

2. cōclu. **Dico** primo. Breuiter secundum se in diuerso genere causę vnum est probatiuum alterius & cōtra.

Patet quia hæc tātū est esse causam imo in eodē genere causę, scilicet, materialis, effectus & posteriori est probatiuus in regressu, nā vapor præcedens in communi, probat pluuiam, & ipse subsequens causa est alterationis & pluuię, & in hoc conuenit communis sententia, sed quia in diuerso genere causę aliqui putant nullo modo vitiosum esse circulum.

Dico secundo respectu nostri, nisi aliū de intellectus perficiatur incognitione conclusionis vitiosus est circulus.

Probatur quia quomodocumq; idē per se ipsum probatur, si per hanc causā aliā, & aliud per hanc causā cognosco

Confirmatur quia eadē erit certitudo, post secundā probationē & antea: cū idē sit probatiuum semper in vtraq; probatione, quod est inuile nec hoc inconueniens vitatur, licet sit demonstratio circularis de formis, ut scilicet vna pars quę est ab effectu, in prima in secūda argumentatione sit à causa vel cōtra, quia tandem idem per se ipsum cognoscitur & eadem certitudine qua erat antea notum.

CAPVT. IIII.
De omni, & per se, & vniuersali.



Vm autē fieri nequeat, ut id cuius est absolutē, sciētia aliter se habeat id necessarium est profecto quodcumq; sciēre demonstratiua sciētia potest: ea vero demonstratiua sciētia, quam demonstrationē habēdo habem⁹: ergo demonstratio ex necessarijs ratiocinatio est.

Textus. 8. Sumendū est igitur, ex quibus qualibus ē demonstrationes conficiuntur, atque primo, quid de omni, quid per se, quid vniuersaliter dicim⁹ determinemus, id itaq; de omni dicimus, quod non cuidam inest, cuidam non inest; neq; quod interdū competit, interdū nō cōperit, ut si animal omni de homine dicitur, si verum est hūc dicere hominē, verū est, eū & animal dicere: ac si hūc verū est alterū dicere verū est, & alterū dicere: & si in omni linea punctum inest, similiter. Atq; huius signū est, quod facimus, hoc enim pacto infirmitates afferre, cū de omni in

Textus.

ni interrogamus, solemus, si aut de aliquo nō dicatur, aut sit interdū nō inest.

Textus. 9. per se autem in ratione quid est. Dicēte, ea quę sunt dicimus: ut triangulo, linea, & lineę punctum inest, ex his enim ipsorum substantia cōstat, & hæc in ratione quid est dicēte, insunt, & item ea quorum in ratione quę quid est patefacit, ea ipsa sunt, quibus insunt. quo pacto lineę quidem rectum & curuum inest, numero vero par, atque impar priuum, atque compositum: figurę denique laterum æqualium, ac altera parte longius, atque in horum quidem definitione numerus, in illorum autem linea inest, quę igitur aut illo, aut hoc insunt modo, per se cuique competere dico: quę vero neutro modo competunt accidentia, qualiter animal i mufcum, aut album competit: Pręterea id per se dicimus, quod non subiecto alio dicit vltio: ambulare enim cum aliquid aliud sit, quam quod ambulans est: & item album: at substantia, & quęcumque hoc aliquid significant, cum non sit aliud quicquam id sunt quod sunt: ea igitur quę de subiecto non dicuntur per se, ea vero quę de subiecto dicuntur accidentia voco, insuper alio modo, id quidem, quod vnicuique per se competit per se dicimus, id autem quod hanc conditionem egreditur, accidēs veluti si ambulāte quopiam corruscauerit, id accidēs dicimus, nō enim ob id ipsum corruscauit, quia ambulauerit, sed id dicimus accidisse, at cum iugularetur quispiam mortem obierit, iugulationemvè, id per se dicimus: ob id ipsum enim quia iugulabantur, mortus est, sed non occidit cum cum iugularetur mortem appetit.

Textus. 10. quę igitur in hisce quę sub scientiam simpliciter cadunt, per se dicuntur, vel eo pacto ut sunt in prædicatis subiecta, vel eo rursus,

vt ipsa sint in subiectis, & per se & necessario sunt. Nam fieri non potest, ut non competat, aut simpliciter hæc aut eorum opposita: veluti lineę rectum aut obliquum, & numero par, aut impar. Est enim contrarium, aut priuatio, aut contradictio, genere in eodem, ceu par est id, quod est non impar in numero vbi sequitur. Quare necesse est affirmare, aut negare est, necesse est, & ea quę per se insunt competere, id igitur quod de omni, & id quod per se dicimus, hoc sit modo determinatum.

Textus. 11. vniuersaliter autem id competere dico, quod de omni dicitur, & per se, atque hoc plane quo ipsum est. Patet igitur ea necessario in rebus inesse, quę ipsis vniuersaliter cōpetunt, atque per se & hoc quod ipsum est eadem esse dico, veluti lineę per se punctum inest, rectumvè, ea namque ratione qua linea est, & triangulo quo triangulus est recti dico, per se enim triangulus tres duobus rectis æquos.

Tunc in quam quippiam vniuersaliter inest, eū de quouis & primo ostenditur, velut æquales duobus rectis habere non vniuersaliter figurę inest, de figurā licet duobus rectis angulos æquos habere licet ostendere: at non de quauis figurā, nec ostendēs figurā quauis vtitur: quā dratū enim est quidem figurā, non tamen tres duobus rectis æquos habet, is etiam triangulus qui duorum æqualium laterū est, omnis quidem duobus rectis tres equos habet, at non primus: triangulus enim prior, qui igitur primus his duobus rectis equos habere, vel quod vis aliud demonstratur, ei primo vniuersaliter id competit: & demonstratio per se eius vniuersaliter est: ceterorum vero quodammodo non per se: nec eius vniuersaliter est: qui duorum est equalium laterum: sed superat, & ad plura sese extendit.

Summa capituli.

IN precedenti egit Arist. de propositionibus primis, id est, per se notis, nunc secundam particulam explicat, scilicet, ex veris, ut ostendat ex quibus veris necessarijsque constet demonstratio.

Propositio de omni est, cuius prædicatum semper conuenit cuius contento subiecto. Quod dicitur quatuor modis: primo cum prædicatum est de diffinitione subiecti: Secundo cum subiectum est de diffinitione prædicati. Tertio, quod per se est. Quarto, quod per se est causa alterius.

Vniuersale dicitur quod est de omni, & per se & secundum quod ipsum potissima demonstratio procedit ex propositionibus de prædicato vniuersali.

CAPVT. V.
De deceptionibus circa vniuersalia.

Textus. **Portet** autem non late



re, errorem per se fieri, & non esse id quod ostenditur primum vniuersale, quemadmodum esse videatur. Decipimur autem hac deceptione, cum aut præter singulare, vel singularia nihil est, quod accipiantur superius: aut est quidem, sed nomine caret in diuersis specie rebus, aut est in parte totum id de quo demonstratur. Partem namque accommodabitur quidem demonstratio, & de qualibet est: at tamen non erit huius primi vniuersaliter demonstratio, ac huiusce primi quatenus primum est demonstrationem dico: cum est primi vniuersaliter.

Text. 2. Si igitur quisquam ostende-

rit rectas duas lineas non concurrere, inter quas eadem in parte sunt anguli recti, ex recta linea secante illas oborti: huius ex eo demonstratio proprie videbitur esse, quia sic in omnibus angulis rectis est, verum nõ est: quippe cum id fiat non ex eo, quia sic sint illi anguli duobus rectis æqui, sed ex eo, quia quouis modo duobus æqui rectis. Et si nullus alius esset triangulus quam huius, qui duorum æqualium laterum est, huic ut duorum est æqualium laterum angulos æquos duobus rectis habere competere videatur. Et similitudo rationum mutato ordine numeris ut numeris: lineis ut lineis, solidis ut solidis, temporibus denique ut tempore sunt, competere videntur, quæ admodum seorsum olim ostendebatur: quod tamen vna demonstratione de omnibus demonstrari potest: sed quia non sunt quippiam vnum hæc omnia nomine certo vocatum, numeri inquam, longitudinis, tempora, solidaque, atque differunt inter se specie, ideo seorsum sumebantur: nunc autem vniuersaliter hoc demonstratur. Non enim huiusce vel ut lineæ sunt, vel ut numeri, sed ut hoc quod quidem vniuersaliter his inesse cunctis supponitur, competit.

Quocirca si quis vnumquemque triangulum, eum inquam, qui ex æqualibus omnibus, & eum qui ex omnibus inæqualibus, & item eum qui è duobus æqualibus lateribus constat, aut vna, aut alia rursus demonstratione, tres æquos duobus rectis habere ostenderit, nondum is profecto triangulum scit duobus rectis æquales habere, nisi eo sciendi modo quem ipsi modo suo philosophi profitentur: neque de triangulo vniuersaliter id præcipit, & si nullus alius præter istos triangulus est: non enim id istis ut trianguli sunt, nec omni triangulo ratione formæ, sed numeri inesse cognouit: tamen si nullus triangulus est, quem ipse non æquos duos

Annotationes circa vtrumque caput.

duobus rectis tres habere sciat. Quando igitur non scit vniuersaliter, & quando simpliciter scit, manifestum est. Enim vero si eadẽ esset trianguli ratio, & duorum æqualium laterum trianguli, ex teroiorumque triangulorum, demonstratio: aut cuiusque, aut omnibus æquẽ sine vllò discrimine ac commodaretur: ut patet. Cum vero non sit eadem, sed diuersa: tresque anguli duobus rectis æquales: hoc cuique competere quo quisque triangulus est, nõ scit huiusce simpliciter qui dicto modo demonstrat.

Patet autem, vtrum illi competat ut triangulus est, an ut duorum æqualium laterum: & quando per hunc competit primum, & cuius vniuersaliter demonstratio. Nam ei competit vtraque est, cui ceteris sublatis competit primum, veluti laterum duorum æqualium æneo triangulo, competent anguli duobus rectis æquales: at ære sublato, ut non sit æneus etiam competent. Et item laterum æqualitate duorum sublata, ut non sit duorum æqualium laterum, at non sit competens sublata figura, vel termino: sed non primis ipsis sublatis. Quo igitur primo sublato nõ competens, triangulo: per hunc enim & ceteris competens, & huius est vniuersaliter demonstratio.

Summa textus.

TRipliciter, ait, nos posse decipi credentes demonstrationem esse de vniuersali. Primo si vnum tantum existat inferius, de quo probemus passionem superioris. Secundo, si passionem innotuat rationis communitatis demonstremus de omnibus inferioribus. Tertio, si de superiori passione inferioris probemus, quia non videmus aliud, illud ergo prædicatum conuenit subiecto vniuersali, quod positum subiecto conuenit, ablatum aufertur.

NOtandum primo ex D. Thom. & Themistio duplicem esse propositionem de omni, aliam prioristicam, in qua est signum vniuersale, siue vera siue falsa, nec distribuitur plusquam pro presentibus, nisi connexio extremorum sit necessaria, quod illi accidit, alia est posterioristica, cum prædicatum semper conuenit subiecto, ob necessariam connexionem, & cuius contentum sub illo, licet non ponatur signum vniuersale extra potentiam.

Secundo aduerte, quod Arist. non diffinit propositionem de nullo, quia ex diffinitione de omni patebat, & quia ad demonstrationem solum attendebat, & magis affirmatiuam & positivam: de quo Soto, Niphus, & alij multi.

Tertio, circa caput quintum aduerte, quod quia exempla huius capituli sunt Mathematica, tres esse species trianguli: prima est Hysopleuros, id est, æquilaterus, qui habet tres lineas æquales: secunda dicitur Hysocres, id est, æquicrusus, qui habet tantum duas lineas æquales: tertia dicitur Escaleno, id est, gradarius qui habet omnes lineas inæquales.

Secundo aduerte, quod commutata proportio, dicitur cum positis quatuor quantitibus quarum tertia ad quartam, eadem sit ratio, quæ prima ad secundam, colligimus eandem esse rationem: secundæ ad quartam, quæ prima ad tertiam, de quo 7. Physicor., interim Lobanienfis hic.

QVAESTIO.

circa vtrumque caput.

In qua inquiruntur tria: primo si prædicatum de omni bene assignetur: Secundo de modis per se. Tercio de vniuersali, hæc enim sunt præcipua intentia ab Arist. in istis capitibus, & quæ scitu digna iudicantur.

ARTICVLVS. I.

Virum prædicatum de omni bene assignetur.

Videtur quod nõ, primo quia omnes res creatæ possunt non esse, ac consequenter nil poterit semper affirmari de illis, et enim quod nõ est, nil competit. Secundo, Luna defectum patitur, est propositio scibilis, & tamen non semper competi Luna defectum pati, ergo.

Coaclu. In contrarium est Arist. Ad uertendum quod ad hoc ut propositio necessaria sit, eius prædicatum, debet dici de omni subiecto per se, & si utilis ad demonstrandum futura est, debet prædicatum primo & per se competere subiecto, hæc igitur ratione per motus Arist. definit quid sit de omni & per se, & utile prædicatum, seu secundum quod ipsum, ut ex his definit quem modum necessitatis habeant propositiones in demonstratione.

Secundo, considerandum est, seu id quod est, dicere id quod existit actu, vel potentia, sed licet omnes res existant à parte rei actu, vel potentia ratione, ut significatur sub propria ratione de illis nomē significat definit, sed significat propriam rei rationem, non significando quod actu vel potentia sit, ut homo significat hominis naturam, nec tamen explicat illam, ut existentem actu, vel ut existentem potentia, quo fit, ut cum de rebus iudicemus prout terminis significantur, cum termini non significant rei existentiam, nõ est petenda ad propositionis veritatem, sed inspiciendum tantum an prædicatum de-

terminatè competat significato subiecto, si enim ita habet propositio erit semper vera; quapropter multæ sunt propositiones perpetuæ veritatis, illæ videlicet, & quarum extrema determinatam habent habitudinem inter se, ut homo non est animal, cignus est albus.

Ad primum dicendum, quod etiam si res nõ sit à parte rei, poterit esse propositio semper vera, cum nunquam communiter sit in re quam per illam significatur, ut ex dictis constat.

Ad secundum dicendum, non demõstrari simpliciter Lunam pati defectum, sed adhibita hac limitatione cum terra interponitur.

ARTICVLVS II.

Virum modi per se recte assignetur ab Aristotele?

Videtur quod non primo, quia hæc est per se, animal est rationale, & contra rationale est animal, & rationale est sensitium cum sint propositiones necessariae, & tamen non apparet, at quem modum pertineant.

Secundo, multa sunt de diffinitione qua non prædicantur per se, ut terminus de relativo, album de corpore, subiectum de diffinitione prædicati, quæ omnia per accidens prædicantur & non per se.

Confirmatur, nam animal est de diffinitione hominis albi, & non prædicatur per se de homine albo, imo omne album definitur per subiectum, & non omne dicitur de subiecto: item numerus est de diffinitione parisi, & tamen par non dicitur per se de numero, ergo inceptè Arist. assignat modos per se.

Tercio, vna affectio per se prædicatur de alia, & de diffinitione subiecti, & de specie subiecti; & tamè non pertinet ad secundum modum, cum vna passio non definiatur per alteram, nec per definitionem, vel speciem subiecti.

Solumatur Aug.

Sua de pars ne, gatiua multipli citer.

Quar-

Quarto, in hac propositione animal est homo, subiectum est de diffinitione prædicati, & tamen prædicatum nõ est per se de subiecto. Confirmatur, nõ primus & secundus modus, tantum deferunt demonstrationi, ergo incongruè & otiose assignantur reliqui.

Quæ in hoc articulo tractantur scitu dignasunt. Omnis his, quæ communiter à Thoma de Vio, & alijs non ita proprie afferuntur, considerandum quod per se, ex 5. Meta. c. 18. non vno sed multis modis dicitur hac tamè in parte tripliciter sumitur, primo pro re quæ competit alteri secundum naturam: secundo, pro re quæ per se efficitur ab altera: tertio, pro re solitarie sumpta, cum enim hic inquiramus conditiones propositionum quæ faciunt demonstrationem solum agimus de ratione per se, quæ potest esse inter prædicatum & subiectum: si igitur subiectum nulla ratione exigat prædicatum tale ineptum est ad demonstrandum, cum nec medium nec extremum, possit esse demonstrationis: si vero prædicatum sit secundum naturam subiecti, vel est de diffinitione subiecti, eritque medium in demonstratione, vel est proprietates subiecti: demonstrabiturque per subiecti diffinitionem de ipso subiecto, vel igitur demonstratur de subiecto proprio & adæquato, vel non, si secundum non erit simpliciter demonstratio, cum omnis passio primo & per se demonstraretur de suo adæquato subiecto [videlicet est iam & dicemus] oportet igitur demonstrationem fieri de adæquato subiecto. Dicitur autem subiectum adæquatum, quando ipsum solum & nõ aliud ab ipso, tali affectio subijciatur, ut c. de Prop. dicebatur, & hac de causa aditus est: Tertius modus, quo explicamus quid sit esse solum, & cum nullo alio ab ipso, ut substantia quæ per se, id est, sola sumpta, nil aliud habet quam seipsam: ita adæquatum passionis per se subiectum illud dicitur cum quo nil aliud est, quam quod passioni subijciatur. Tandem cum omnis conclusio efficiatur à

Sufficietia modorum per se.

principijs ut ex principijs causis: necesse fuit explicare 4. modum quo aliquid dicitur per se effectum ex alio: unde patet quod nõ otiose hos quatuor modos tantum hic posuerit Philo sophus quantum ad rem Dialecticam attinet: primus ergo modus dicitur communiter per se prædicatum: secundus per se inherenditertius per se essendi: quartus per se causandi.

Secundo, considerandum prædicationem per se non fingi ab intellectu, sed fundamentum debet habere in re ipsa, ita ut quod in re fundamentum est subijcitur, menti etiã subijcitur, & quod re ipsa rationem fundat prædicari, menti etiã prædicatum fiat, quod aperte docet Philo sophus illo c. 18. oes igitur propositiones, in quibus proprium prædicabile, nõ dicitur de proprio subiecto re legãdæ sunt ab arte quod nil ad scientiam conducant, nec refert esse re ipsa necessaria, id enim tantum efficiet, ut sub his, vel alijs terminis earum necessitas possit per se explicare: debet ergo esse necessaria non solum necessitate ex suppositione, & secundum quid, ut Petrus quando currit, necessario currit, sed etiam necessitate absoluta, quæ consistit in connectione immediata extremorum, & præter hoc debent esse doctrinales, & directæ, cuius defectum risibile est homo, & pene huiusmodi infinitæ nõ sunt per se perfectitate demonstratiua, per quod plures captiones soluntur.

Tercio, considerandum quod in modis per se, vox per, importat causalitatem, non quidem limitate, sed secundum omnia quatuor genera causarum putat efficientis finalis, &c. sed primus modus posteriori causalitate potitur, quæ est formalis, hoc est, quæ dicitur de intrinseca ratione diffinitionis subiecti, sed de hoc iam dixi supra. c. 2. art. 2. in fine, quando autem subiectum prædicatur in concreto in recto, ut risibile est homo, non cadit sub aliquo modorum à demonstratione, ratione dicta, notabatur, secundo, bene tamè quando in obliquo prædi

2. notan.

3. notan.

prædicatur, v t symitas est nasciturus, erit in primo modo, quia tunc exponitur dependentia accidentis à proprio subiecto, nõ solum materialiter: sed etiam formaliter, quia ab eo trahit differentiam specificam, quæ in accidentibus sumitur ex diuersitate principiorum, modo explicato, cap. 5. Prædicabil. annotati one prima circa literam.

Opinio Scotista rum de primo modo per se. Quarto notandum, quod iste primus modus secundum Scotistas habet quatuor species: prima, cum definitio de definito dicitur: secunda, cum pars definitionis solum sine genus illa sit, siue differentia: tertia, cum superioris vel commune de inferiori enunciat: sed profecto circa quartam maxime falluntur, quam ponunt quãdo idem de seipso enunciat, v.g. homo est homo, quia sic plane demonstratio tantum duobus terminis constaret contra Arist. & veritatem. Melius ergo Caietanus iquit, quod in isto primo modo propriè & primario ponuntur propositiones, in quibus definitio tota, dicitur de definito. Secundo propriè tamen, & secundario cadunt propositiones, in quibus altera pars tantum definitionis enunciat. Tertio tandem impropiè & redutiue ponuntur propositiones, in quibus subiectum prædicatur indirectè de passione, v.g. risibile est homo, nõ licet tales sub nullo modo cadãt per se, bene tamen reducuntur ad istum, nam subiectum quod est à parte prædicati induit rationem generis in accidentibus.

Secundus modus per se in hæredi. Quinto aduertendum, quod modus secundus, qui dicitur in hærendi, triplex est, alius ratione subiecti solius, alius ratione prædicati solius. Tertio, ratione vtriusque. Primus est quando subiectum nõ potest esse sine prædicato, bene tamen è contra, v.g. homo est bipes. Secundus, quando prædicatum non potest esse sine subiecto, bene ta-

men è contra, vt homo est Grammaticus. Tertius vero, quando nec subiectum est sine prædicato, nec prædicatum sine subiecto, vt homo est risibilis: & iste gradus per se in hærendi vt in subiecto adæquato, vt dixi not. i. constituit secundum modum per se, qui duplex est: primus, propositio in qua passio de subiecto, vel definitio passionis de definitione subiecti dicitur: secundus, propositio in quibus passio inferioris de superiori distinctiue prædicatur, vt animal est risibile aut inhbibile, & secundum aliquid quando etiã passio superioris de inferiori dicitur absolute: sed quidem nõ multum propriè cum tali casu subiectum non sit adæquatum.

Sexto, circa tertium modum per se sciendum, quod variè intelligitur à Philosophis Lynconiens. Philopon, Themist. & D. Tho. applicant primis substantijs, Albertus & recentiores ad primas & secundas: hæ enim sunt potissima subiecta demonstrationis, aliter Thomas de Vio: Dicendum tamen vt explicui notab. Secundo, quod iste modus conducit etiam ad demonstrationem, aliter non poneretur hic ab Arist. & diuisio esset imperfecta: debet ergo extendi ad omnia incompleta, quæ per se sunt subiecta demonstrationis, non adiectiue respectu alterius modo explicato, supra in principio, aliter profecto intelligibilis est nec intellectus quiescit. Similiter circa quartum modum omnis, quæ Tho. de Vio, & Soto falsò commentantur: præter explicationem supra de hoc allatam, dico quod propositiones per se causandi qui est quartus modus per se, non sunt omnes accidentales, vt male Soto, nec omnes necessariæ, vt peius Caieta. sed aliquæ sunt accidentales, vt edificator edificat, &c. aliquæ necessariæ, vt homo est risibilis, &c. vnde in aliquibus, secundus & quartus modus sunt idem re, sola que ratione distincti-

Tertius modus per se secundus.

fincti, secundum enim quod subiectum est causa originis passionis est in quarto modo, vt verò passio per se inest subiecto est in secundo, causa aut huius quarti modi potest esse omnis, dummodo sit per se.

1. cõclu.

His positis vsus horum modorum in demonstratione explicandum est, pro quo sit quinta conclusio, quando prima passio demonstratur de subiecto media definitione, maior est in quarto modo, minor autem in primo, conclusio, in secundo. Probat & explicatur, in hac demonstratione, omne animal rationale est risibile, est in quarto omnis homo est animal rationale in primo, ergo omnis homo est risibilis, in secundo.

2. cõclu.

Secunda conclusio, cum demonstratur passio de subiecto media alia passione maior est, in quarto modo, minor in secundo, & conclusio etiam in secundo: Probat & explicatur, in hac demonstratione, omne admiratum est risibile in quarto, quia vna passio, prior scilicet respectu alterius, rationem induit subiecti, vt in Prohemialibus & cap. de proprio probatum est: sed omnis homo est admiratum in secundo, ergo omnis homo est risibilis etiam in secundo.

3. cõclu.

Tertia conclusio, cum demonstratur vna definitio de alia, maior est in quarto modo, minor & conclusio in primo. Probat & explicatur, vni demonstratio facit scire, nõ demonstratio causa est scietia, in quarto modo, sed omnis syllogismus procedens ex veris primis immediatis, &c. est demonstratio, in primo, ergo omnis syllogismus procedens ex veris primis &c. facit scire in primo, etiam, quia prædicatur definitio tota de suo definito.

Soluuntur, &c.

Iam ad argumentum ad primum dicendum quod assumit falsum, tñ quod illa propositio non sit de omni, tum quia prædicatum non dicitur de pro-

prio subiecto, quo etiam vitio confirmatio laborat, dicuntur autem illæ propositiones per se materialiter, quæ sub his vel alijs terminis earum rerum connexio possit per se explicari, quæ ratione vsurpantur aliquando à demonstratione.

Ad secundum.

Ad secundum dicendum ea que sunt de aliorum definitione in obliquo prædicari de illis per se, quatenus simul cum alio constituunt vnum integrum prædicatum per se, vt supra dicebam in annotationibus, quæ ratione subiecti per se dicitur de accidentibus & per illud definiuntur in abstracto per se loquendo: Et ad id quod primo obiecit confirmatio dicendum nil dici per se de homine alio niti quod per se conuenit alio, quod se habet in subiecto vt forma, homo verò vt materia seu subiectum: ad id autem quod secundo obiecit, dicendum non satis esse, si subiectum sit de definitione accidentis, vt accidens per se prædicatur de illo, nisi ex ratione, accidens suæ definitionis quo ab omni alio accidenti differt sibi per hoc subiectum. Quæ etiam ratione occurrit postrema obiectioni, numerus enim tam est de ratione paris quàm imparis, & ideo par, vel impar sub distinctione, & non tantum per se, prædicabitur vt cap. de proprio dicebam de masculino, & feminino, &c.

Ad tertium.

Ad tertiam, si illa passio sit origo alterius in subiecto, altera de ista prædicabitur per se in concreto, cum explicet subiectum quæ ratio est causa præcedens, si vero vna passio non sit origo alterius in subiecto, sed vtraque respicit immediatè subiectum, non erit per se prædicatio, vt v.g. hæc non est per se risuum est stibile: neutrum enim extremorum explicat rationem cui alteri coniungatur, cum autè passio prædicatur de specie subiecti, est quidem per se prædicatio quatenus illa species concludit formaliter subiectum.

ctum cui primo tribuitur passio. Ad quartū & eius confirmationem ex dictis constat quid sit dicendum.

Dubiū.

Dubium tamen solet hic esse, an omnis propositio per se careat medio? Respondetur hoc nō esse necessariū, cū sint multæ propositiones per se, demonstrabiles, omnis tamen propositio cuius prædicatum fuerit de natura subiecti, vel proximè consequens ad illius naturam erit in mediata, vt ex supra dictis satis constat.

ARTICVLVS. III.

Verum sit bona de definitio vniuersalis idque tantū sit propria passio.

opinio suadetur variè.

Definitio est, vniuersale dicitur quod est de omni per se & secundū qd ipsum prædicatum. Prima sententia Alfarabij (quem sequitur M. Soto) contendit hanc, homo est animal esse vniuersalis, quia conuenit omni homini vt homo est, cum sit de essentia,

Secundo, nā quod conuenit per se primo, conuenit vniuersaliter, sed illa propositio, homo est animal, est in primo modo dicendi per se, ergo est vniuersalis.

Tertio, quia non videtur necessariū quod prædicatum conuertatur cum subiecto semper, ad hoc vt sit vniuersalis, quia calor formalis videtur vniuersale igni, etiā si reperiat in alijs, vt in aqua calida, &c.

Secunda sententia est S. Thom. hic lectione. 11. & 12. & Lobaniè pag. 30. & Aegidij Romani, qui solā passionē adequatā voluit esse vniuersalem, quia Aristō de vniuersali ait, esse, quod primo mōstratur, & forte de sumpta est,

hęc sentētia ex Themistio & Alberto. Pro explicatione notandum, nō loqui Aristō, hic de vniuersali, vt agit in principio Logicæ pro prædicabili de multis, sed pro prædicato per se, & conuertibili cū subiecto, respectu cuius dicitur vniuersale. vnde bene Sanctus Thom. Themistius & Philoponus prædicatum, inquit de omni, per se, & vniuersali, habent se sicuti superius & inferius, quia omne vniuersale, est per se, & de omni, non tamen cōtra, nam hæc prædicatio, cignus est albus, de omni est, non tamen per se, hæc autē homo est animal rationale, est per se in primo modo, non tamen vniuersale, nam primus modus per se, nō petit conuertibilitatem, nec prædicatum de omni persitatem, cum hoc tamē non est vitiosa definitio Aristotelis, qui omnia possuit, vt dicit, qui diceret homo est substantia, corpus viuens, animal, &c, nam nō ponit genera sed differentias subalternas, vt qui diceret hominem esse substantiam, corpoream, viuentem sensitiuam, &c. De sectu enim nominis vniuersalis, differentie vocantur, nominibus generū, vt viuens, quæ eadem vox est generis & differentie.

Notandum.

Secundo notandum definitionem vniuersalis, ex Aristotele esse hanc vniuersale est de omni per se, & in eo quod ipsum prædicatum, id est in quantum tale, & secundum propriam rationem subiecti: & hinc est quod conuertatur cum illo, vnde stricte loquendo, bene Canariensis. prima part. questio. 26. articul. 2. negat hanc homo in quantum homo est per se animal, quia non conuenit, secundum propria & particularia hominis, licet large concedatur aliquando, quia animal est illi essentialē, stricte tamen falsam esse, ostendunt exponentes huius causalis, quia est homo est animal, entitas autem & transcendentia licet communia sint, quia tamen clauduntur in

in proprijs differentijs, non sunt vniuersalia.

Illatio.

Hinc infero primo, nō esse idem conuenire immediatē, & vniuersaliter. nam genus proximum, immediatē conuenit, non tamen vniuersaliter, cū non conuertatur: & similiter: tertia passio nō est immediata quia mediata, prima, & secunda, & tamen est vniuersalis, quia licet in sit subiecto mediata passioe priori, tamen cum hoc, inest ratione propriæ differentie.

Inferatur secūdo, passionem (si quæ est singularis) diuinaq; attributa quæ sunt singularia singularissima, esse vniuersalia, vt hic sumitur vniuersale, nam quod sit de omni, requisitum ex dictis ad vniuersale, intelligitur negatiuè, scilicet, quod in nullo inferiori desit si ea habeat,

Soluuntur argumēta.

Ad primum patet ex dictis, imediata generi deesse conuertibilitatem cum subiecto: nec est idē, primus modus per se, & vniuersale, cum per se quid superius sit ad vniuersale per quod etiam patet ad secundum. Ad 3. Caietan. late respondet, cui videtur fauere S. Thomas sed non placet.

Dicendū ergo, quod sicuti respectu Dei iustitia infinita, est vniuersale, quæ in solo illo est, ita calor vt octo vniuersale est igni, quia in eo tantum reperitur, nam in aqua calida non est calor vt octo, & sic de alijs.

SUMMA TEXT. Capit. VI.

S. Thom. & Caiet. intendū, quod Aristō. in hoc capite probat, de demonstrationem esse ex necessarijs, sed Auerro. & Græci cōformius dicunt, probare esse ex per se tantum, quod ostendit quatuor rationibus, & quia omne per se necessarium est, colligit in quarta, quod constat etiam ex

necessarijs, agitque simul de modo amittendi scientiam. Secundo docet quod licet necessariū syllogizetur ex cōtingēti, demonstratio est ex necessarijs, similiter, quod interrogatio propria non est ad demonstrationem, sed ad probabilem conclusionem inferendam necessario ex datis.

SUMMA TEXT. Cap. VII.

Docet primo scientias non posse demonstrare vnā passionē alterius, nisi participatione obiecti quodāmodo sint idē, nā passiones probādæ sunt per propria principia. Secundo docet Metaphy. agere de omnibus principijs, non tamen per eam demonstrari propria cuiusq; scientie, probatq; omnes scientias procedere ex incorrupti bilibus, quæ nequeūt aliter se habere,

SUMMA TEXT. Capit. VIII.

Principia quæ non demonstrantur alia cōmunia sunt, alia propria vt in sciētia, differētq; dignitas, suppositio, petitio, & definitio, quia dignitas in se, & in omnibus necessario est cognita, quæ vero demonstrantur, si à respondente vt vera accipiantur, dicuntur suppositiones, si non, sed petūt probanda, dicuntur petitiones: definitio vero, essentialē dicit, etiam extra propositionem. Docet secundo illa duo principia affirmatiuum, & negatiuum (de quibus infra) ingredi demonstrationem modo dicendo, Tertio docet Dialecticam, & Methaphysicam, esse scientias communes, & Dialecticam non esse determinati generis, sed per omnia communia probauit pro bare.

Summa textus capituli noni.

Primo docet cū quis sciētia suas habeat propositiones, quæ sunt interrogationis positæ sub forma quæstionis, non omnis interrogatio est Geometria, nec Geometria tenetur ad omnia respondere, nec de omnibus disputare.

Secundo docet, quod æquiuocatio non est proprius defectus demonstrationis, cum contingat ratione forme, raro, quod in materia scientiæ vniuersalis, & necessariæ frequenter in probabilibus.

Tertio docet, quod demonstrationes crescunt demonstrando passionē superioris de pluribus inferioribus, & per vnā aliam conclusionem probando, non tam per varia media, vt conclusiones probabiles.

Annotationes circa hæc quatuor capita.

Aristoteles per hæc omnia capita præcedentia, quæ communiter (sed male) elinquantur, conatur singulas propositiones demonstrationis explicare, vt melius cap. 10. sequenti possit demonstrationem diuidere, ideoque sigillatim conditiones subiecti, passionis, præmissarum, & conclusionis explicandæ sunt.

Antea tamen aduerte primo, quod Arist. ait, demonstrabilia esse infinita, & postea subdit esse determinata, probabilia vero infinita, nec sibi contradicentia in secundo loco vult conclusionem demonstrari determinato medio, probabilem vero in numeris medijs probari in quinto loco loquitur conditionaliter, si essent infinitæ passionēs, vel dices quod loquitur

de speciebus figurarum, &c. non respectu vnus conclusionis.

Aduerte secūdo quod hæc duo principia, quodlibet est vel non est, impossibile est, de eodem esse affirmationē & negationem simul, quæ tangitur ab Arist. cap. 7. possunt considerari dupliciter: primo in actu signato, quando sumuntur, vt iacent: secundo in actu exercito, quando coniunctio affirmationis, vel eile, & separatio negationis, vel non esse, quam significant exercet: nunc ergo in actu signato formaliter ingrediuntur demonstrationis: Ira Caieta. & M. Soto, p. 4. ad quartū, nec in quest. 2. ad septimum, in textu hoc negat, sed loquitur in actu exercito, quod patet, quia de inferiori per rationem communem demonstratur passio communis: ergo de particulari ente demonstrabitur non posse esse, & non esse, &c. licet per rationem communem, & sic solum virtute in actu exercito ingrediuntur demonstrationē.

Dubitatur primo, an definitio subiecti, vel passionis sit medium in potissima demonstratione.

Pro solutione notandum, quod ea quæ alicui competunt aliquando consequuntur naturam subiecti sine causa extrinseca, vt risibilitas hominem consequitur: aliquando vero per causam extrinsecam, vt eclipis Lunæ ipsam consequitur per causam extrinsecam quæ est terræ interpolitio, & vbiq; demonstratio debet esse per suā causam, vt patet.

Iam dico primo, si demonstratio procedat à causa, primo modo mediū est definitio subiecti nō passionis. Ita D. Thom. ex Arist. 4. Physic. & primo de anima, quia potissima demonstratio est ex primis in demonstrabilibus non habentibus causam, sed quod passio eiusque definitio inest subiecto. Probatur per definitiorē subiecti, ergo hoc est potissimum medium in tali demonstratione.

Dubitatio 1. de monstratiōnis.

1. Conc.

Dico

2. Conc.

Dico secundo, si demonstratio procedat secundo modo à causa extrinseca, talis causa est medium, non definitio subiecti. Patet, quia cum demonstratio non afferat euidentiā propriam, nisi per causam quam habet, si talis sit extrinseca, illa erit potissima medium in tali demonstratione.

Aduerte tamen, quod licet communis sententia cum Arist. definitionem vocet medium, causamque harum passionum intelligi pro eo gradu qui est radix passionis: ille enim est causa, vt dicebā capite de proprio, quod si passio non ex vno gradu solo, sed ex pluribus connexis oriatur, omnes illi afferendi sunt, vt sine quibus nō erit perfecta euidentiā, dicunturque gradus: vnus vel plures medium demonstrationis, non sumendo totam demonstrationem, sic enim potius sunt partes componentes, quam medium, sed dicuntur medium, respectu eius quod interdit demonstratio quod est probare passionem, cum sint medium probatiuum passionum.

Dubitatur. 2.

Dubitatur secundo, quæ sint conditiones subiecti & passionis, aliqui ponunt primam conditionem, nec sint singularia, sed hæc nulla est, quia aliter de Deo, & speciebus Angelorum, si sint incommunicabiles non esset scientia, de materialibus autem ex capite de specie, si habeant passionem, est scientia Aristoteles vero, & qui eā ponunt conditionem pro materialibus, loquuntur de diffinitionibus, & scientijs, quas nunc habemus, vt tibi dicebam.

Est ergo prima conditio subiecti, vt sit per se causa necessaria passionū, quoad ea quæ ab ipso dimanant, quoad alias vero fat est recipi.

Secunda conditio, vt saltem nostro modo intelligendi habeat principia, quibus passio probetur de eo: vnde de prima passione entis in communi inquam, cuius nulla est prior nec cla-

rior descriptio nequit esse scientia, sed tantum est proprius finis immediata, & per se nota, quod autem hæc duæ conditiones sufficiunt patet, nam si subiectum per se est causa passionum, habentque principia, quibus prebentur de eo, nihil deest, quod si aliquid horum deest, non est demonstratio à priori, nam à posteriori sufficit medium posterius, quo concludatur ei aliquid necessarium.

Passionis conditio est, vt sit connaturalis subiecto necessario, ei conueniens aliter propositio, in qua prædicatur, non erit scientia, vnde licet omni tempore debet conuenire, vel si tantum quodam tempore, vt eclipis Lunæ, debet poni talis limitatio, cum qua propositio erit omni tempore vera: hæcque conditio sufficit, nam vt sic passio per se inest, & necessario, nihil amplius exigitur ex parte eius.

Aduerte tamen, quod in vna demonstratione, solum vna passio demonstratur, de subiecto non plures, vt quidam falso dixerunt: nam vnica demonstratio nis ex vnitatis passionis, & subiecti sumitur, cum ergo sit tantum vnica demonstratio, necessario erit etiam vnica passio demonstrata.

Tertio dubitatur, quæ sint conditiones præmissarum & conclusionis, quæ tum ad præmissas nouem ponuntur conditiones.

Prima, vt sint prima & secunda, vt veraxertia, vt immediatæ: quarta, vt priores conclusiones: quinta, vt notiores: sexta, vt eius causæ: septima, vt de omni octaua, vt de perse: nona, vt in eo quod ipsum prædicatur, quibus alij alias addunt, vt sint de præsentī, sicuti prudentia est, de futuris vt historia, de præteritis præterita, vt sint de simplicibus & affirmatiuis: omnes autē istæ conditiones, & explicatæ: & approbatæ sunt supra, & omnes solo hoc verbo comprehenduntur, scilicet: quod principia habeant primam, proxima,

Dubitatio 2.

Dubitatio 3.

am. ca. 2

Kk m.

matu & necessariam causam passio- nis.
 De conclusione videtur eisdē pro- pterates requiri, quia propter cōclu- sionē in requiruntur omnes istæ in præ- missis, sed accidenter patet id nō pos- se esse, quia conclusio est effectus pos- terior quæ. Vnde dicendum aliquas conditiones habere communes cum præmissis, alias vero oppositas, veritas enim de omni perfectas & esse de vni- uersali, cū sit ad æquata passio, ei sunt cōmunes, sed quod sit minus nota pos- terior mediata principiata conclusio nis, sunt propria, quia hæc propria sunt effectus. Aduerte tamen quod licet conditiones positæ ab Arist. de demon- stratione potissimæ demonstrationi propter quid, competant etiam con- uenire demonstrationi, quia, respectu nostri, sed de hoc capite sequenti.

CAPVT X.

De demonstratione, quia & propter quid.

Textus.



*D*iffert autem scire et se, & propter quid est primo quidem in eadem scientia: atque in hac dupliciter, vno quidem modo, si ratiocinatio non per eam vacat medio fiat: non enim prima sumitur causa: scientia autem eius propter quid est, per primam sit causam alio vero modo si per eam quidem vacat medio, non tantum per causam, sed per notius eorum que conuertuntur, medio efficitur. Atque nihil prohibet, ut eorum que de se se mutuo prædicantur, notius inter se sit id quod non est causa: quare demonstratio per id ipsum efficitur. Veluti vaga stellæ esse prope, quia non micant, vaga stellæ

sunt, c non micare, b, prope esse collo- cetur in, a, verè igitur, b. dicitur de, c, vagæ nãq; stellæ non micant: at verè etiam, a, de ipso dicitur, b. q enim non micat, id est, propinquum; hoc autè per inductionem vel sentium sumatur, a, igitur necesse est ipsi cōpetere, c. quare demonstratū est, vagas esse propin- quas. Hæc igitur ratiocinatio non est ipsius propter quid est: nō enim quia nō micant vagantes stellæ, ideo sunt prope: sed quia sunt prope, ideo non mi- cāt. Fieri autè potest, vt per alterū alterū ostendatur: atq; tunc erit ipsius propter quid est ratiocinatio: nã stellæ vagantes quidem sunt, c, prope autem esse sit, b, & non micare collocetur pro a, & b, igitur competit ipsi c, nam va- gantes stellæ sunt prope, & a, constar ip- si cōpetere, b, ea nãq; non micant que prope sunt. Quibus sit, vt, a, quoq; com- petat ipsi c, atque hæc est ratiocinatio ipsius propter quid est: nã sumpta est ip- sa causā prima. Prorsus sit, vt Luna per accretiones demonstratur esse rotundā: quæ a modo quidā demonstrant: nã si rotundū est id omne quod sit ac- crescit, perspicuū est, Lunam esse rotū- dā. Atque hoc quidem modo ea facta est ratiocinatio, quæ ipsum esse os- tenditur. At si medium contra ponat, extruunt ipsius propter quid est ratio- cinationem: non enim ob accretiones tales rotunda est Luna, sed quia est fi- guræ rotundæ, ideo talia suscipit in- crementa. Atque sit pro, c, Luna, rotū- dum pro, b, sic accrescere ponatur pro, d.

In quibus autem ipsa media non cō- uertuntur, & est id notius quod non est causa, ostenditur quidem esse, ipsum autem propter quid est, non demon- stratur.

Præterea, in his quibus medium ex- tra ponitur: etenim in his ipsis est ip- sius esse, & non ipsius propter quid est demonstratio: non enim dicit causam ipsam: veluti propter quid paries non

respirat, quia non animal est: nam si hoc non respirandi causa est, oportet animal respirandi causam esse: ceu si negatio causa est non essendi, affirmatio causa est essendi: vt si calidorū, ac frigidorum intemperatio, sanita- tem non habendi causa est, eorundem temperatio sanitatem habendi causa est. Pari quoque modo, si affirmatio essendi causa est. Ad hæc autem quæ hoc pacto sunt assignata, non accom- modatur id quod est dictum: nō enim animal omne respicit.

Atque ratiocinatio causæ talis in media sit figura, a, namque sit animal b, respirare, paries, c. Igitur ipsum, a, cui libet quidem, b, competit: omne namque quod respicit, animal est: nul- li autem inest, c, quare neque b, cui- piam competit, c, paries igitur non re- spirat.

Tales vero causæ similes sunt his- ce, quæ per exuperationem dicuntur. Hoc autem est medium id dicere, quod superat causam. Cuius generis est, Anacharsidis illud in Scythia mo- dularices non sunt, nam neque vites. In eadem igitur scientia, & in medio- rum positione, hæc sunt ratiocinatio- nes ipsius esse, ad ipsius propter quid est ratiocinationem differentia.

Alio vero modo differunt esse, & propter quid est, quod per aliam atq; aliam vtrumque consideratur: tales autem sunt eæ, quæ ita sese habent, vt altera sub altera collocetur, vt ad Geo- metriam Perspectiuam, & ad solidorū scientiam machinarum facultas ex- truedarum, & ad Arithmetica Mu- sica, & ad Astrologiam se se habet eor- um scientia quæ apparent. Atque har- um nonnulla scientiarum, nomine ra- tionis ferè conueniunt, ceu Astro- logia est, & ipsa Mathematica, & na- uigandi scientia: & Musica ea est quæ Mathematica, & quæ auditum oble- stat.

Hic enim ipsum quidem esse, ad

eos pertinet scire, qui sensu vtuntur: ipsum autem propter quid est, Ma- thematicos ipsos: hi namque causa- rum demonstrationes habent, & per- sæpè nesciunt ipsum esse, quem ad mo- dum ij, qui contemplantur ipsum, ve- niuersale, nonnulla singularium, quia non animaduertunt, sæpè numero ne- sciunt. Hæc autem sunt, quæ formis ip- sis vtuntur, quæ quidem sunt: alia quæ- dam, substantiaque diuersa.

Mathematicæ namque scientiæ cir- ca formas sunt, de nullo enim subie- cto dicuntur: nam & si Geometria ip- sa sunt in subiecto, non tamen vt in subiecto sunt, Geometricæ con- siderationi subiiciuntur, vt autem Per- spectiuam se se habet ad Geometriam, sic alia se se habet ad Perspectiuam: veluti de Iride: nam ipsum quidem ef- fe, ad naturalem pertinet scire: ipsum autem propter quid est, ipsius est per- spectiuam, aut simpliciter, aut eius qui complectitur Mathematicam.

Complures etiam scientiarum, quæ non sunt ita dispositæ; vt altera sub altera sit collocata, pari modo se ha- bent: vt Medicina, atque Geometria. Nam scire vlcera ea quæ orbis sub- eunt formam tardius cæteris curari, ad medicum spectat: propter quid au- rem ad Geometriam.

S V M M A

textus.

Primo docet Aristoteles, quod demonstratio, quia, & propter quid, differunt in eadem scientia: etiam demonstratio, quia, pro- cedit ab effectu, vel causa remota, propter quid vero à causa proxima, & cum demonstratio, quia, est ab ef- fectu ad æquato, potest conuerti in pro- pter quid.

Secundo docet, quod in diuersis scijs demonstratio, quia, conuertitur in propter quid, quando inter sese subalteratur demonstrationi propter quid. Deinde in quodam exemplo & probatione inquit, quod si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit negationis.

SUMMA TEXT.
Capit. XI.

Quod prima figura aptissima sit demonstrationi, probat quia solum in tertia figura vniuersalis affirmatiua infertur, nec per alias eius euidencia probetur. Addit secundo, quia syllogizat omne genus propositionis aptior est alijs. Secundo diuidit propositionem negatiuam, immediatam, cuius alterum, vel verum, que extremum est, sub aliquo toto, & in immediatam, cuius nullum extremum est sub aliquo toto.

Annotationes circa verum que capit.

Aduerte quod demonstratio, quia, dicitur, non vt vox, quia, dicat causam: nam id habet propter quid: sed vt probet hoc esse illud, non tamen per propriam causam, de qua potissime agitur ratione propter quid: sed docet Arist. in eam conuerti, sed intellige in terminis conuertibilibus: sic enim, quia assumitur in propter quid.

Secundo aduerte, quod solet dubitari de illa propositione, si affirmatio est causa affirmationis, negatio negationis, videtur enim falsa, quia est argumentum a destructione antecedentis ad destructionem consequentis, vt si est homo est animal, ergo si non est

homo non est animal. Respondetur cum com nuni hic & Scoto, quod vniuersali, quod Arist. tantum loquitur in causis & effectibus ad æquatis, si enim Sol lucet, dies est, & si sol non lucet dies non est, aliter quidem iuniores philosophantur, sed difficile.

Tertio dubitari potest, quid intelligat Arist. per causam remotam, quia definitio hominis causa est remota, quartæ passionis, v. g. & tamen est medium in demonstratione propter quid: similiter definitio circuli causa est remota tardæ sanationis, & tamen per eam, inquit, Geometram demonstrare propter quid. Aduerte quod quadruplex potest dici aliqua causa remota: primo, causa mediata, vt in primo exemplo: secundo, causa que non semper causat talem effectum, id est, talis effectus non semper est à tali causa, sic febris causa agitati pulsus, nam aliquando pulsus agitatus est à cursu & motu vel à passione aliqua: primum pertinet ad propter quid, id est, causa remota, quia mediata: secundum vero cum causa non sit, necessaria non est ad demonstrationem. Quod si Arist. huiusmodi posuit exemplum in vino & modulatricibus. Bene Aegydius, magister Scoto, & alij dicunt allatum esse ad demonstrationem, quia, non quod ita sit: quia exemplorum non requiritur veritas, sed ad declarandum doctrinam. Aliter D. Tho. qui intelligit de cantu vendimantium, quem vocant celeusma: licet Latini sciant celeusma pro cantu nautorum, ore, vel tibijs canentium.

Tertio dicitur causa remota, que necessario supponitur, estque superior non sufficit tamen, quod effectus manet ab ipsa nec à suo gradu, sed ab eius terminatiua differentia, vt animal, verbi causa, quod supponitur respiratio, quæ non ab eo, sed ab habere pulmones oritur, quos supponit esse animal.

Causa dicitur multipliciter.

Quarto

Quarto quando ab ea manat effectus, sed non nisi in tali materia, vel partialiter, differunt quidem quia in causam remotam tercio modo, non oportet demonstrationem resolui, quia sola causa proxima inuenta, mens quiescit, bene tamen resoluitur in causam remotam quarto modo, illa que negatiue, non affirmatiue sumitur, quia ad negandum effectum sufficit negare quod ei necessario supponitur, non autem ad affirmandum id sufficit affirmare. Quarto vero modo etiam sumitur causa remota in affirmatiua & propter quid, vt Aristotel. ait, in secundo exemplo Geometram dando definitionem circuli, dare causam propter quid, tardæ sanationis vulneris circularis, licet eam non applicet ad illum, quia illa est causa licet causet cum alio, in quo vel cum quo est, & non sola, quomodo autem in subalterna, eius demonstratio, quia, subalternetur propter quid, articulo 4. infra.

Dubium tamen est, si recte definiatur propositio immediata negatiua? videtur quod non, quia hæc esset immediata, quantitas non est substantia, cum proberetur per accidens, quod est contra eundem Aristot. similiter hæc, homo non est æquus esset immediata secundum se, cum non probetur nisi quo ad nos per definitionem, vel ab effectu: Dicendum tamen, rectam esse definitionem, scilicet cuius extremum nullum continetur sub aliquo toto, intelligendamque de medio vniuerso, & non de analogo, qua ratione illud primum argumentum, cum accedens analogum sit ad secundum dico recte concludere esseque illam propositionem immediatam secundum se.

QUEST. VNICA
De speciebus demonstrationibus.

Explicuimus iam capitibus precedentibus, partes integrantes demonstrationis, medium scilicet passionem & subiectum, præmissas & conclusionem, nunc de subiectiui diuisione que in eas, videnda sunt tria præcipua, primo si demonstratio immediata in quia & propter quid diuiditur, secundo si omnis demonstratio perfecta sit vna speciei materia, tercio si imperfecta etiam vnius sit speciei.

ARTIC. PRIMUS.

Verum demonstratio immediata in quia & propter quid diuidatur.

Videtur quod non primordium in demonstratione notius est conclusionem, ergo quot modis potest esse notius, in tot diuidetur demonstratio, sed datur notius natura vel doctis, vel utroque modo, ergo in hæc tria diuidetur demonstratio. Confirmatur cum medium enim sit causa, & hæc triplex sit, essendi, cognoscendi, & utroque modo, triplex erit demonstratio. Confirmatur secundo, quia demonstratio quia, soluit questionem an est, propter quid questionem quid tantum, demonstratio vero simpliciter vtramque ergo est triplex demonstratio.

Secundo, quod non sint hæc duæ species demonstrationis, probatur quia demonstratio quia, non est, simpliciter demonstratio ex Auicena quem refert Auerroes infra, idem Niphus & Philopponus, & Themistius & Alexander, tribuit textus. 34. Probaturque, quia Aristoteles sæpe eam vocat demonstrationem à signo & frequenter scientiam, & demonstrationem, et est tantum facit vt capite. 2. & secundo Physicorum, textu. 29. primo Methaphysicorum, capite. 3. & lib. 2. tex. 13.

Pars negatiua dicitur.

Confirmatur quia definitio demonstratio is, capitis. 2. ei, ut patet non cōuenit. Confirmatur secundo quia experientia que nō est demonstratio, cū nō sit modus sciendi videtur idem cū demonstratio quia, quæ est ab effectu. Tertio, quia per eā uelicitur esse necessariū autecedens, inductio enim quia potest haberi est, probabilis cōsequentiā, & deciperetur si cum tantum uideret, Schiopes homines, omnes colligeret nigros, demonstratio autem ab effectu in experientia & inductio fundatur, Tertio probatur, quod non sit distincta, quia licet demonstratio, quia, foret demonstratio: eiusdē speciei, esset cum propter quid, cum sit eiusdem abstractionis. Confirmatur quia effectus pender & sub ordinatur causis ergo demonstratio ab effectu à demonstratio causa sub ordinatur, & sic erunt eiusdem speciei, ut demonstratio, primæ & secundæ passionis. Confirmatur, secundo quia Aristoteles docet quomodo aliquando ex demonstratio, quia, fiat propter quid ex una autem specie non fit alia. Confirmatur tertio, quia nisi tantum numero differunt, manere possent in eodem quod Magister Soto dicit uideri contra experientiam. Sit tamen prima conclusio, demonstratio, quia, est simpliciter demonstratio, ita Auerroes quæ sit sexto de demonstratio, & primo Physico. textu secundo, tertio, & quarto, Caietanus capite. 13. hic & de mam Niphus, textu. 139. ex Ammonio, ostendit quæ, nec Philoponus, nec Alexander, nec Themistius contradicere, qui tantum uolunt non esse à vera causa. Probatum primo ex Aristotele, qui hoc capite. 10. eam uocat demonstratio.

Confirmatur, quia ex primo Topicorum, ex necessarijs ut talibus cognitio tantum est demonstratio. sed demonstratio quia est huiusmodi, ergo. Secundo quia cum non sit syllo-

gismus sophisticus, nec Topicus, cum sit ex necessarijs, erit demonstratio. ut demonstratio genus est ei, & propter quid: sumitur enim aliquando absolute per perfectissima propter quid.

Secunda conclusio, demonstratio quia, differt specie à demonstratio propter quid, ita Magister Soto, Caietanus, Niphus, sanctus Thomas, Philoponus, Themistius, Auerroes, Ammonius, & communis probatur, quia demonstratio per media distinguuntur, sed medium demonstratio, quia est effectus, uel causa remota, quæ nō sunt media ad propter quid, nec una (ut infra magis patebit) alteri nititur ergo, quia tamen Magister Soto demonstratio has distinguens specie, earum assensus & scientia negat distinguere specie, cum possit esse idem effectus à causis distinctis specie, ut mulā sole, uel mure, homo genitus & creatus.

Sit tertia conclusio, assensus harū demonstratio & scientia differunt specie, hæc à solo Magistro Soto, quem uiderim cum concedat secundā negatur. Probatum tamen quia ex sancto Thom. 2. quæst. 54. articulo. 1. ad. 2. ex Aristotele & communi scientia, ut demonstratio, distinguuntur penes media uel principia prima, (ut dixi in prohemialibus) idē enim est, sed hæc demonstratio habent media huiusmodi distincta, ergo.

Confirmatur, quia assensus in demonstratio, & scientia propter quid, nititur euidentiæ principiorum, & demonstratio, quia euidentiæ sensus quæ distinetur specie: ergo, & ipsi assensus qui sunt distincta euidentiā specie, illis intrinseca distinguuntur.

Confirmatur quia experientia, effectus, & lumen, principiorum distinguuntur specie, ergo & discursus per illa distinguuntur specie qui sunt demonstratio quia & propter quid.

Ultima conclusio, demonstratio im-

2. cōcl.

3. cōcl. cōtra 10.

4. cōcl.

mediatē tantum diuiditur in quia, & propter quid, ita Albertus, & Niphus, qui dicit esse Græcorum, Alexandri, Themistij, & Philoponi, & sancti Thomæ, Caietani & aliorum. Probatur quia Aristoteles sub his, omnes hic complectitur demonstratio.

Secundo quia omnis demonstratio, si est ab effectu, uel à causa remota est, quia, si à proxima est propter quid ergo, est inficiens diuisio non habens medium, cum omnis à propria causa sit propter quid, & omnis non huiusmodi sit, quia, licet sit ab effectu uel signo, uel causa remota. Vtrum autem propter quid sub diuidatur, in propter quid tantum, & propter quid potissimum, quæ dicitur ab Auerroce demonstratio, simpliciter, infra articulo secundo.

Soluuntur argumenta

Ad primum, notius secundum se tantum, & secundum se & nobis simul, est causa non effectus, & sic est propter quid, nobis uero tantum est effectus, & sic demonstratio quia, nec attenditur quid sit quod probetur, sed per quid. Ad primam confirmatio, causa essendi tantum, & cognoscendi simul est propter quid, cognoscendi tantum quia. Ad secundam confirmatio demonstratio propter quid dicitur etiam rem esse, ut dicitur articulo secundo.

Ad secundum argumentum demonstratio sape est à signo, sed non ideo non est demonstratio. Aristoteles quæ ut bene Philoponus tantum uult non esse propter quid, quæ absolute aliquando intelligitur, nomine demonstratio.

Ad primam confirmatio, uel ibi tantum definitur, propter quid cū communi sententia, uel si etiam comprehenditur, quia, conditiones respectu nostri, etiam explicatæ sunt. Ad secundam, ut qui dicit hominem esse animal, dat principium syllogismo, qui est modus sciendi, ita experientia

demonstratio, quia, licet experientia non sit modus sciendi. Ad confirmatio tertiam. Primo ex uno singulari bene inferitur rationi cōmuni quid de se non cōuenit, ut ex eo quod hæc luna, cum non recipit lumen à sole est obscura, inferitur speciem lunæ de se non habere hoc lumen, quod est demonstratio ab effectu, secundo, ex cognitione effectus uisi, ut fumi, potest cognosci semper petere talē causam ut ignem, & sic demonstratio ab effectu, quoties est fumus, ignem naturaliter præcelsisse & ita Aristoteles. Physicorum, ex natura temporis colligit semper esse cum motu.

Ad tertium argumentum, abstractio, est ratio generica multis speciebus scientiæ, ex dictis & dicendis ad confirmationem modus dictus demonstratio, quia, non est subordinatus cognitioni causæ, licet effectus ab ea pendat, quia non cognoscitur per eam sed experientia: uel alio modo: ita non nititur, quia, in propter quid: quæ uero sit regressus & per conclusio, nem demonstratio propter quid probatam, ei demonstratio nitenda probatur præmissa aliqua, quod est à posteriori, & demonstratio quia, se habet ut duæ, demonstratio subordinatarum passionum, quæ distinguuntur specie in completa, ut infra dicitur. Ad secundum, ut ex aqua sit ignis distinctus specie, corruptione aquæ: ita destruendo per conuersionem demonstratio, quia, fit propter quid distincta specie modo dicto. Ad ultimam, imo experientia est, dupliciter posse manere assensum ueritatis id est, per causam & per effectum, ut per diuersa media.

ARTICVLVS. II.

Utrum omnis demonstratio perfecta sit una specie ima.

Pars affirmatiua suadetur. **V**idetur omnis demonstratio perfecta vnus speciei imae, quia est regula aliarum, vt homo anima-

Notandum. Notandum est demonstratio perfecta (cui scilicet supradictae conditiones interfunt) diuidi ex parte terminorū, & subiecti, & passionis, vel quidditatis, quae demonstratur, si est quoduis horum specis imae, vel genus subalternum, vel generalissimum, prima vel secunda passio, &c. & cum de diuersis diuersa monstratur, & iuxta subiectum, definitio, vel gradus [qui est passionis radix] & medium variatur, & quando medium necessarium non fit, matatur tale: quae omnia materialia cōsentent aliquae praeinde vnā esse demonstrationem specie imae, quod vt examine mus.

Notandum. Notandum secundo, aliud esse loqui de distinctione demonstrationis, logicē loquendo, aliud physice & realiter: Logicus enim non attendit materiam demonstrationis, quae sit in particulari, sed in communi, ab hac, vel illa abstractendo, quam aliae scientiae considerant, & ita aliquando non curant distinctionem, quae verē est ex parte materiae particularis: attendit tamē ipse modum varium tendendi nostri intellectus in obiecta, vt in circulis aureo: & ligneo, Mathematicus materiā, non attendens, distinctionem non reperit specificam, bene tamē Physicus, eam reperit quia materiam considerat.

1. Conc. Dico, ergo primo etiam logicē loquendo demonstratio stimata talis a demonstratione non stimata tali, differt specie: probatur, quia licet materialiter sit eadem demonstratio, ex parte obiecti materialis: tamen diuersimodē assentitur, intellectus utriusque vnus firmiter, alteri probabiliter tan-

tum, Logicusque videt non esse scientiam, sed opinionem, cum quis ita credit: ea autem demonstratio Auerois quae dicitur propter quid potissima: (vt bene Albertus, & alij plerique) non differt specie a propter quid tantum, quia omnis propter quid probatur esse, licet aliquando nos autē nouerimus, quo casu Aueroes causam vocat propter quid tantum. Quidquid Niphus & alij, contradictione 57. in 2. Posteriorio. veliur etiam colligere ex Eufratio, Philopono, & Themistio.

2. Conc. Dico secundo, generica vel specifica demonstratio, id est, de genere, vel de specie ostendens propria: est idem specie, Logicē loquendo: quia modus perfectatis, & vnionis subiecti & medij respectu passionis, est eiusdem rationis logicē: oō quod capite de proprio, propria speciei & generis, feci idem specie logicē. Subiectumque vnānam specie relationis & causae & subiecti habere, siue esset genus, siue species; idemque est modus demonstrandi. Si roges tamen quandoquidem materialiter differunt generica & specifica demonstratio, quae praestet?

Respondetur generica in hoc praestare, quod sit vnuerfalisior, prior ordine doctrinae, inscientiisque communior, potest tamen specifica ipsam excedere, si sit de perfectiori passione per radicem perfectiorem.

Aduerte quae quod licet species claudat genus, demonstratio generica non claudit specificam, tum quia passio passionem non claudit tum quia differentia speciei, quae genus non includit, radix est per quam probatur.

3. Conc. Dico tertio, quando demonstratio nes in idem medium non resoluitur, differunt Physica specie & essentialiter logicē fiat idem: probatur, quia scientiae quarum sunt cause, per eas, modumque procedendi earum specie & essentia differunt: huiusque sunt argumenta facta pro distinctione specifica

scientiarum & ibi dicitur demonstratio vero negatiua qua probatur, verbi gratia, hominē nō esse lapidem, quia nullum animal, est lapis, &c. cuiusdē est scientiē cum ea de qua negatio, verbi gratia, non lapis, infinitanter affirmatur, de omni animalis praestat autem demonstratio affirmatiua, modo loque faciendi logicē est diuersa specie, sicut propositio affirmatiua & negatiua demonstratio que quidditatis & qualitatis, cum illa entitatem sibi conitituat hęc passionis vnionem cum subiecto, illa quid nominis tantum de subiecto supponat, hęc quid rei, illa per causam sibi extrinsecam, hęc per radicem passionis distinguitur specie, videtur tamen incompletē propter subordinationem, quā habet demonstratio qualitatis ad demonstrationem quidditatis & in eo quod addit demonstratio qualitatis, imo tota sumpta est imperfectior demonstratione quidditatis, cum hęc causā afferat essentiae quae praestat absolute passioni, quam addit demonstratio qualitatis.

soluuntur arg. Ad primū respondetur, quod anima tum, quod est regula ad perfectionem inanimatorum cognoscendam est genus.

Ad secundum, illae conditiones supponunt cognosci praemissas, vt tales & ideo cum citantur probabiles tantum, est opinio non scientia, nec demonstratio de alijs modo dicto conclusionē tertia, distingui dicendum est.

ARTICVLVS III.

Utrum omnis demonstratio imperfecta sit vnus speciei imae?

Videtur quod sit vnus speciei omnis demonstratio imperfecta, quia lumen mentis in quo consistit cognitio duas tantum habet differentias, clarū & obscurū. Confirmatur quia cum ef-

fectum discursuum ponat Aristot. scientiam & opinionem, haecque vna videtur specie, praestat demonstrationi imperfecte, scientia enim effectus, est perfectae. Confirmatur secundo, quia potius videtur demonstratio imperfecta, priuatio perfectae, quam species demonstrationis.

Pro solutione notandum est primo, demonstrationē imperfectam dici, cui aliqua conditio perfectae deest, illud enim est imperfectū, cui deest aliquid perfecti, si tamen aliquae conditiones desint, non manebit demonstratio, vt si non sit ex veris, vel necessarijs, aliae tamen si desint syllogismo necessario, vt si non sit a causis proprijs per se, &c. faciunt ne sit perfecta demonstratio.

Secundo notandum est, licet iuniores, & magister Soto, demonstrationem ad impossibile, vel ad absurdum ducunt, dicant aliquādo esse, quia, aliquādo propter quid, tamen cum semper summat pro antecedenti aliquod absurdū, quod sequeretur, semper videtur esse ab effectu, licet fieri possit per eius mutationem, alia demonstratio propter quid, vt dicit Aristoteles capite decimo de demonstratione quia: & vt bene Aueroes ait, non sunt audiendi qui negant eam demonstrationem esse, licet, enim Aristoteles eam redargutionem vocet, est ad distinctionē demonstrationis ostensiuē, quia redarguēdo ad impossibile, & non directē, probat, nec procedit, vt aliqui falso existimant, ex falsis, sed ex necessarijs, vera enim est & necessaria conditionalis hęc, si homo non est sensibilis non est animal, licet antecedens sit falsum, haec quē demonstratione videtur Aristoteles in methaphysica dicens si nō esset prima causa, non esset effectus, sed hō dāri effectus est absurdum, ergo est prima causa.

Tertio notandum est omnes demonstrationes Theologicis reduci ad de-

Nota 1.

Nota 2.

cu, b

Nota 3.

3 Theolo- monstrationem, quia 3 licet enim ali-
gia non quando procedant, ex proprijs rei pro-
est scien- batur, id non attendit Theologia, sed
tia, vt su- procedit ex illis vt reuelatis à Deo, q̄
mit Ari- rei vt sic est extrinsecum, & per conse-
sto. quens non habet euidenciam conclu-
sionum Theologia nec est scientia, vt
ab Aristot. sumitur scientia: sed alia
superiori & communi ratione, vt
scientia ambit omnem certum discursum,
de quo 1. par. q. 1. ad demonstra-

tionem etiam & scientiam sic sum-
ptam, reducitur omnis necessarius di-
scursus, & si est euidens ad eā, de qua
egit Arist. vt omnes illæ necessariæ ar-
gumtationes ex parte materiæ, ab in-
feriori ad superius, &c. & inductio in-
feriorum per se, quamquam rationi
formali inductionis per accidens sit
esse inferiora per se, quia æquè proce-
dit ex impossibilibus: ob quod induc-
tio, nec tantum petit materiam in cō-
muni, vt syllogismus: nec determinat
ad certam. contingentem, vel impos-
sibilem: sed determinat materiam in
antecedenti non particularium pro-
positionum, cum sit hæc inductio, om-
nis homo sentit, omnis equus, &c. ergo
omne animal sentit: sed determinat vt
antecedens sit subiectum inferiorū,
saltem in esse apprehenso, vt lapis hic
est homo, hic, &c. ergo omnis lapis est
homo, quæ rationem formalem ha-
bet inductionis.

4. notan. Notandum est quarto, q̄ licet demon-
stratio imperfecta relata ad perfectā,
imperfecta dicatur, si tamen ad gene-
ricam rationem demonstrationis con-
feratur, simpliciter est demonstratio,
vt syllogismus topicus simpliciter est
argumtatio, & mus licet respectu a-
liorum imperfectū, animal sit, absolu-
tè, perfecteque, respectu generis est
animal, id vero imperfectum, non fa-
cit perfectam speciem, sed partem al-
terius, quod per se est, eius inchoatio,
& pars, vt corpus hominis, quia pars
est: ideo humanæ speciei non est

noua species propriè.

Sit iam conclusio. Varias esse de-
monstrationis imperfectæ species,
physicè loquendo, quod patet, quia
alijs vtitur Physica, alijs Metaphy-
sica, &c. quin etiam logicè loquen-
do sunt variæ species, nam sunt va-
rij modi procedendi mentis, quos do-
cet & attendit Logica, vt demonstra-
re à proprio effectu, vel extraneo pro-
uatiuo, vel causa remota: sunt quidem
in modo probandi diuersi discursus
omnisque demonstratio imperfecta,
huius modi, dicitur, quia, ad differen-
tiam, propter quid, quæ est perfe-
cta.

Ad primū cognitio dicitur lumē me-
taphoricè, & vt distinguitur lumen in
lucem firmum, ab intrinseco, vt in
Sole, & ab extrinseco, vt in stellis,
& in parum firmum facileque tran-
siens, vt in aere, &c. Sic alius est assen-
sus, firmus ex proprijs, alius ex ex-
traneis, alius parum firmus, vt Topi-
cus: licet autem lumina sint idem
specie: non tamen assensus metapho-
ricè dicti lumina, quia eorum essen-
tia, vel esse per talem causam, & an-
tecedens firmum, vel debile, vel ex-
traneum, distinguuntur.

Ad primam confirmationem, opi-
nio est effectus, syllogismi topici,
variasque habet species, scientiaque
à posteriori effectus imperfectæ de-
monstrationis, varias habens etiam
species modo dicto.

Ad secundam, vt mus licet imper-
fectum animal non est priuatio, sed
quid posituum, exiguum habens
perfectionem: ita demonstratio im-
perfecta discursus est, positius mi-
nus perfectus, & hæc de istis duobus
capitibus: hinc autem vsque ad caput
vigesimum sextum, legi non solet, a
eis Aristoteles aliqua docet dicta, a-
liaque dicenda præter aliqua
quæ obiter in-
rit.

AR.

ARTICVL. III.

Verum demonstratio facta in su-
periori scientia, seu subalternan-
te, possit exponere causam de-
monstrationis facta in scientia
inferiori?

Explica-
tur titu.

V T quæstio intelligatur, no-
tandum ex Alberto, tres esse
conditiones communiter re-
ceptas, scientiæ subalternatæ propriè,
de quibus vide sapientissimum magi-
strum zumel 1. par. quæstio. 1. qui o-
primè hanc sententiam dilucidat. Pri-
ma, vt subiectum subalternatæ conti-
near subalternatis subiectum, eique
addat differentiam accidentalem, id
est, per accidens contrahentem, nec in-
cludentem (vt Ly conientis ait) id cui
additio nec sit passio eius, aliter v-
nius esset scientiæ, quidquid Sonzi. q.
9. velit de numero sonoro, & linea vi-
suali, passio enim à scientia de subie-
cto demonstraret. Secunda conditio,
vt subalternans demonstret principia
subalternatæ. Tertia inde illata quod
illa dicat propter quid, subalternan-
ta vero quia, id est, non noscat causam
suorum principiorum, licet eā habeat.

Impug-
nat. pars
affirma-
tiua.

Sed cōtra primam est, primo quod
Medicæ obiectum non continetur sub
obiecto Geometræ, & tamen Grome-
tria dat propter quid Medico, scilicet
vulnus circulare difficultus curari, q̄
latera circuli maximè distant, antee-
dens patet, quia corpus sanabile non
dicit formaliter quantitatem, quæ est
Geometræ. Secundo, quia sic frustra
Theologia subalternaretur viiioni
Dei, consequens est contra commu-
ne in Theologorum, 1. par. q. 1. Tertio,
quia si subalternata addit conditionē
dicto modo per accidens obiecto, sub-
alternata habebit obiectum ens per
accidens. Quarto, quia vana videtur
hæc limitatio, ne additum per se con-

trahat, cum maior videatur dependē-
tia super se contrahatur, maximè si ab
vniōne vtriusque gradus, fluat passio.

Contra secundam & tertiam condi-
tionem est, primo, quia videtur sequi
vtramque scientiam vnius esse speciei,
si principia vnius inferuntur ex princi-
pijs alterius: secundo sequitur sine sub-
alternante, aliam non esse scientiam,
cum non habeat propter quid & euidē-
tiam. Vitiō, quia sequeretur Meta-
physicam esse omnium subalternantē,
cum ex Arist. 1. Post. & alibi, earū prin-
cipia probet.

Notandum, quod licet à Metaph. 4. 1. notan.
Met. c. 1. & doctoribus in prolog. sen-
tentiarū, triplex ponatur subalternan-
tio, scilicet ex parte finis principiorū,
& subiecti: has duas vltimas ad vnā re-
duci, cum in potissima demonstratio-
ne, definitio subiecti, sit passionum ab
eo manantium principium, nec nunc
est disceptatio, de subalternatione ex
parte finis, qualis est in multis practi-
cis, illa enim vt propriè sit, petit, vt sub-
alternans, vtatur subalternatæ subiecto,
vt æqueitris vtitur frenefactiæ obie-
cto, vel largè quando obiectum vnius,
finis est obiecti alteri, sed quæstio est
de alia subalternatione dicta.

Secundo considerandū, obiecta scie-
tiarum poss: esse disparata, quorum
neutrū est sub alio, vt numerus & quā-
titas cōtinua, vel possunt esse subordi-
nata: & hoc quidem per se, vt animal,
& homo, aut accidentaliter, vt linea vi-
sualis: visuale enim non contrahit per
se sed accidentaliter lineā, scientiæ er-
go quarū esse est ab ordine ad obiectū,
si obiecta fiat primo modo, nō habent
subordinationem, bene tamen secūdo
modo, & quæ alteri supponitur subal-
ternata dicitur, illa vero cuius obiectū
est contractum, sub alternans nuncupa-
tur, quādo tamen obiectum vnius: est
per se inferius obiecto alterius, nō est
propriè subalternatio, nisi in lineæ pte
dicamenti: illa vero cuius obiectum
accid-

1. notan.

1. notan.

2. notan.

1. notan.

1. notan.

accid-

accidentalem addit differentiam, cū ex vtriusque vnione manat passio, nō potest eam probare ex principijs addita differentia, nisi accipiat simul principia obiecti, quod accidentaliter contrahitur, in quo est propria subalternatio, & dependentia.

3 notā. Tertio notandum, duplices passiones posse intelligi, ostendi de subiecto addente hanc differentiam: primo, eas que ratione partis alterutrage conueniunt, vt de numero sonoro, quod sit par aut impar, vel aliud ratione soni, quorum quoduis alicuius subalterantis, vt dicitur, est proprium. Secundo probantur alia, ex vtriusque gradus conuenientia, vt ex numero & sono, vel numero in sono: idem enim valere cum sit accidentale numero esse in sono, idem dico de linea visuali.

1. concl. His positis dico primo, scientia demonstrans passionem conuenientem per gradum superioris, de inferiori, (per se, vel per accidens inferiori) nō est distincta specie ab ea quae eam probat de superiori, sed ipsamet extensa ad applicationem ad inferiora: & ita Arist. Metaphysicam, inquit, de omnibus ostendere quod sint idem, vel diuersum, bona, vera, &c licet apprehensionem inferioris, de quo probat eam, mutuo accipiat ab inferioribus. Probatur, quia vnitas scientiae sumitur à medio quod est causa passionis, eamque affert, eiusque est scientiae passio, cuius medium est à quo manat, sed hic, passio communis medio communi probatur, ergo eius scientiae est medium, quo de subiecto communi probatur illa passio.

2. concl. Dico secundo, quādo obiectum est per se inferius, vt homo animali, scientia passionis ex differentia specificae fluentis, est distincta species scientiae, iuxta dicta, non tamen proprie subalternata: quia ex proprijs habet integrum principium, ad eam demonstrandam, nec resoluitur differentia eius,

& passio propria, in differentiam, vel passionem propriam superioris, aliter scientia de genere substantia, omnes specierum differentias probaret.

Dico tertio, quando est noua passio ratione gradus communis, & accidentalis differentiae simul manans, est proprie subalternatio, distinctaque specie habitus patet, quia subalternata eget principijs subalternantis, ad probandam passionem (vt Scot. optimè ait) supponit subalternata à duplici subalternante principia, quae vniant quis ad eius conclusiones, vt patebit primo consuetario, & quomodo distinguantur specie.

Hinc est, perspectiuam & musicam verè esse subalternatas, si vt fertur (ego enim nescio) procedunt modo tertiae conclusionis: quia perspectiuam nō probat passiones lineae secundum se, quod est Mathematicae, nec visualis vt sic, quod est Geometriae, sed huius complexi lineae visualis (vt Musica, cuius obiectum est numerus sonorus, numerus est Arithmeticae sonus Physicae) est ergo sumere vtriusque principia per modum vnus, licet accidentaliter vnita, idque facit subalternata, eas supponens, ac proinde distincta specie ab eis, cum non probet passiones quas aliqua illarum ex principijs proprijs deduceret, sed ipsa ea vnierdo.

Secundo sequitur frustra Caieta. r. p. inducere vt propriissimam subalternationem, cū vnā non habet eundem tiam principiorum, quam alia habet, vt Theologia nostra visioni Dei subalternetur: haec enim differentia non sumitur, vt sumit. Arist. ab obiecto: sed ab imperfectione cognoscentis eademque sunt vtriusque principia, nec vnā demonstrat principia alterius sed quae vnā videt alia non: quod potius est alius modus scientiae quam subalternatio propria: maxime, quia cū ipse Theologiam dicat manere in patria clara (licet falso) cū ibi videat prin-

3 concl.

Illatio.

2. Illatio

principia ex subalternata fiet nō subalternata, de his tamen, prima parte quomodo non est propria sed metaphorica subalternatio.

Ad primum in illa conclusione obiectum scilicet vulnus circulare, subalternatur circulo de quo Geometria, & ita medicina geometriae in illa conclusione subalternatur, vt tamen absolute dicatur subalternata scientia bene monet Aristot. cap. 7. requirit vt in omnibus, vel pluribus conclusionibus subalternetur.

Ad secundum dixi artic. 4. ad 3. factor estque communis sententia etiam Thomistarum non esse proprie subalternata Theologiam visioni, sed Metaphysicam, & quodammodo ex parte finis, vel reuelationis non tam est nostrum, vide de hoc doctores, prologo sententiarum, Durand. q. 7. & alios & 1. part. quest. & S. Thom. in Boetium de Trinitate. q. 2.

Ad quartum patuit notabile. secundo. Ad primum contra secundam & tertiam conditionem, ostendi quomodo non deducatur integra principia subalternata, ex subalternante sed ea vniant sola subalternata.

Ad secundum licet aliqui velint huc esse modum eandem in subalternatis non tractis subalternantibus, quia tamen in naturalibus esset talis tenentia mera opinio, melius Durand. q. 1. prologi numero. 52. inquit subalternatam habere eundem sentium in suis principijs quod Arist. hic vult dū ait vt de demonstratione quia, de tertio nunc sufficit ens in obiectis inferiorum scientiarum intrinsicè claudi, Metaphysicamque, probare à priori aliarum principia, vt potè inde monstrabitur & immediata.

Summa cap. 12. De diuisione ignorantiae demonstra-

tionis, & de prima eius specie, quae est ignorantia positiua circa principia.

Dixit Arist. demonstratione & docuit eius species, nunc eius ignorantia diuidit, cuius etiam species docet, & primo supponit dari principia immediata negatiua, esseque illa in quibus, vel subiectum, vel praedicatum negatur.

Prima conclusio ignorantiae, quaedam est sine ratiocinatione quae non opponitur demonstrationi. Prima, ergo species ignorantiae demonstrationi opposita, est ignorantia positiua circa principia immediata & si principium immediatum sit negatiuum, sit ignorantia in prima figura, vel vna, vel ambabus praemissis falsis, si affirmatiuum, in prima & secunda eodem, sed in secunda figura nō possunt esse, ambae praemissae in totum falsae, id est, secundum omnes singulares.

Summa capi. 13. De ignorantia positiua esse conclusionis.

Docet hic Arist. quo pacto fiat ignorantia esse mediatam affirmatiuam, in prima & secunda figura esse mediatam negatiuam tantum, in prima, & eodem ferè modo procedit quo in superiori cap.

Summa cap. 4. De ignorantia priuatiua, quae est tertia species ignorantiae & vnde proueniat.

Respond, prouenire ex defectu alicuius sensus scimus enim, vel inductione, vel demonstratione neutro scimus deficientem sensu quia demonstratio fit ex vniuersalibus, vniuersalia vero nō sunt, nisi in singularibus, singularia tantum efficiuntur sensu, ergo aliquo deficiente sensu necessario deficit aliqua sciētia & demonstratio, quod est ignorare priuariuē.

Aduertendū est circa hoc caput q̄ deficiente sensu tantum potest haberi scientia illius subiecti ex suppositione, & non simpliciter, cum deficiente sensu non possumus, accipere esse de subiecto, hoc enim tantum accipitur ex acceptis per sensum.

*Summa cap. 15. Vtrum de
tur aliqua propositiones
immediata seu pri-
ma principia.*

Postquā Arist. absoluit tractationē, demonstrationis, tam in genere, quā quoad species, docet modo, quo pacto vnaqueq; cōclusio in sua sit reuocanda principia prima, & probat primo, his cap. dari principia prima, nondū enim id p̄b̄berat) deinde cap. 19. ostēdit propositū, supponit ergo primo hoc cap. predicatio nem rectā fieri cū id quod natū est subijci subijcitur, & quod natum est predicari predicatur. Secūdo, vt respondeat quæstioni mouet. 3. quæstiones, Prima est vtrum dato vno primo subiecto, cui sine modo cōueniat predicatum, de illo predicatur aliud & de illo aliud, & sic in infinitū, an vero istud sit in aliquo supremo de quo nil aliud predicatur. Secūda vtrum dato supremo predicato, detur subiectū illi cui nil, aliud subijcitur. Tertia vtrum inter primū subiectū & supremū predicatum dentur infinita media qui

bus definitis quæstionibus, patebit vtrum dentur infinita principia in affirmatiuis & negatiuis propriis, in terminis aut reciprocationē habentibus nō habent locū hæ quæstiones cum sibi nil sit primū subiectū, nec supremū predicatum, vnumquodq; enim modo fit subiectum, modo predicatum, nisi fortē attēdas, ad naturam predicacionis, ratione cuius etiā in his, vnum natura sua subijcitur aliud predicatur.

*CAP. 16. DISSOL-
uitur. 3. quæstio. supra præ-
cedēti cap. posita. Respon-
sione negatiua.*

*Sūma cap. 17, Dissoluitur
1. & 2. quæst. quo ad demō-
strationes negatiuas.*

Conclusio si est status in affirmatiuis, erit etiā in negatiuis termini enim qui remouētur in præmissa negatiua, affirmantur in affirmatiua, si ergo est status in affirmando, erit etiam in negando.

*Cap. 18. Sūma, dissoluitur
1. et 2. quæst. in affirmatiuis.*

Prima cōclusio in predicatis quidditatiuis est status alioquin nō esset definire.

Secūda conclusio, omnino in subiectis, & predicatis est status, & supponit, vtrum illud esse subiectū, quod secundum naturā subijcitur, & predicatum quod secundū naturā predicatur, alioquin fiet predicatio per accidens, & secundū quid. Secūdo accipitur esse predicatum, dici in quid, vel in quale, vel

vel in quantum, &c. Tunc argumentatur, vel sunt predicata in quid, vel accidentaria de subiecto in quidditatiuis, est status, alioquin non est definire in accidentariis, quia primū subiectum est substantia suprema predicata nouē genera, ergo nō sunt infinita. Dices erunt infinita per circuitū, quia quod nūc est subiectū potest fieri predicatum, & in quidditatiuis quod nūc est species potest fieri genus: contra primā est, quod illa nō est predicatio secundum naturā, accidēs enim nō est subiectum secundum naturam: cōtra secundū est, quod species est id, quod in se continet genus quod continetur in specie, ergo idem respectu eiusdē esset continens & contentum.

Secūda ratio est, quia alioquin nō erit scire, quod facilis est in textu.

Tertia est ratio, ex proprijs, & nō Logica seu communis, in predicatis per se nō est progressio infinita, ergo nec in demonstratione cum demonstratio fiat per medium, quod est de natura subiecti, & non per inferius ad subiectum, si igitur in his statat, etiam in demonstratione, antecedens autem patet, in secundo modo per se. Dato enim vno primo subiecto, vt in isto datur non est progressio in infinitum in predicatis, sed statat, in primo autem planē cōstat, alioquin nō esset definire. Posset quis obijcere rationes Arist. nō probare non dari infinitas passionēs æquales eiusdē subiecti. Respond. Dato primo subiecto & detracta aliqua passione, posse fieri exactā demonstrationē, cum inter detractam passionem & subiectū primum, nō sint infinita media, qua propter illa infinitas non aufer demonstrationem. Obijcies etiam non solum substantiam, sed etiam aliqua accidentia esse subiecta, nō ergo rectē sumit Arist. accidēs nō subijci accidenti. Respond. Solā substantiam esse subiectum quod, accidēs vero rationē subijciendi, & ratio

etiā est quia de accidentibus aliqua demonstramus, vt de subiectis quo.

*Sūma capi. 19. quomodo re-
ducēda est cōclusio affirma-
tiua, vel negatiua in sua pri-
ma principia immediata.*

Prima conclusio, quādo aliqua passio demonstratur de duobus, primo competit alicui communi, quod sine medio illis duobus competit, alioquin esset progressio infinita in medijs.

Secūda illi terminus cōmunis debet esse ex eodem genere, id est, de natura illorum duorum alioquin non dicitur per se de illis.

Tertia, si inter passionē demonstratā & illud cōmune, quod sine medio competit duobus, sit aliquod medium per illum demonstratur passio de illo cōmuni, quousque deueniamus ad id quod huic medio competit, & hoc erit principium primum, quod idem seruetur in conclusione negatiua. Vnde de omnium demonstrationū principia sunt vel immediata affirmatiua, vel immediata negatiua, in demonstratione ergo affirmatiua, accipiatur pro medio ad demonstrandum de illo communi, cui primo competit passio medium, quod primo & per se competit illi cōmuni, & illud medium nō competit immediate deesse medium. Primo interponat omnia quæ desunt, quousque nullum sit medium inter passionem demonstratam & subiectum, in negatiuis vero sumatur medium, quod semper competit subiecto demonstrationis, per se primo, & a quo per se remouetur quod remouere cepimus a subiecto. Siue demonstratio in prima, vel secūda figura fiat, & si secundum est vbi medium sine probatione sumitur de subiecto.

**SUMMA CAPIT-
tis 20. de comparatione, de
monstrationū inter se, &
primo, Vtrum vniuersalis
sit potior particulari?**

Videtur non esse, cum scire in
particulari sit magis scire: de
inde vtile non est, ergo de illo
non scimus.

Ad primum negatur antecedēs, sed
scire rem de eo cui primo competit,
est magis scire.

Ad secundum negatur antecedens,
vtile enim habet esse perpetuum, cum
semper sit in aliquo singulari actu ve-
lut in causa, & est magis causa quam
particularis, quia vtile dicit oēs cau-
sas quas potest habere illa passio de-
monstrata: scilicet omnia singularia,
alias rationes bene in Textu sunt &
claræ;

**SUMMA CAPIT-
tis 21. quod affirmatiua de
monstratio est potior nega-
tiua.**

Probatur quia medium in affir-
matiua est vnus rationis, cum
vbique affirmetur: in negatiua
plurimum, cum in vna affirmetur in
altera negetur, & hoc est quod ait ha-
bet pauciora prædicata, vide alias rati-
ones, præcipue vltimam, & textus
est clarus.

**SUMMA CAPIT-
tis 22. quod ostensiuā demō-**

ambig

*stratio est potior quam quæ
ad impossibile.*

Prima conclusio. Tunc demon-
stramus ostensiuē cum proposi-
tio ex qua ostensiuē sequitur, cō-
clusio est notior: tūc vero ad im-
possibile cum oppositum accidentis:
impossibile est notius

Secunda, nam prior & notior est o-
stensiuā, quia ex vi præmissarum illius
sequitur conclusio, in alia vero non,
quia propositio opposita conclusioni
impossibilis, non se habet ad conclusio-
nem probatam per impossibile, vt ma-
ior vel minor, ergo non sequitur ex vi
illius simpliciter sed ad hominem, &
hoc vult cum ait non se habet, vt totū
ad partem, vel vt pars ad totum, id est,
vt maior vel minor. &c.

CAPVT. XXIII. De certitudine & vni- tate scientiarum.



Scientia autem scientia
exactior, priorque est
ea, quæ eadem & ipsius
esse & propter quid es-
se est, sed non ea quæ est
ipsius esse, sine ea quæ est ipsius pro-
pter quid est, & ea quæ non est de sub-
iecto, vt Arithmetica ipsa musica, &
item ea quæ est ex paucioribus, ea quæ
est ex additione, vt Arithmetica ipsa
Geometria: ex additione autem dico
hoc pacto, vnitatis est substantia posi-
tione vacans, punctum vero cum posi-
tione substantia est, hoc igitur ex ad-
ditione esse dico. Vna autem scientia
est, quæ vnus est generis, quæ compo-
nuntur ex primis, vt sunt partes, aut ef-
fectus horum per se. Diuersæ vero scien-
tiz sunt

Textus.

tia sunt, quarum principia ex eisdem
non sunt, nec ex vnus principijs prin-
cipia alterius proficiuntur, huius au-
tem est signum, cum ad ea quæ non
demonstrantur est ventum, oportet e-
nim ipsa eodem in genere esse, in quo
sunt ea quæ sunt demonstrata: est autē,
& huius signum cum ea quæ demon-
strantur per ipsa eodem in genere sūt
atque propinqua, atque fieri potest, vt
plures eiusdem sint demonstrationes,
non solum si ex eadem serie medium
non coherens accipiatur, vt si inter A,
B nunc, c. nunc. d. nunc, e. medium ac-
cipiatur, sed etiam si ex diuersa sum-
atur. Sit enim, A, mutatur, C. mouetur,
B, voluptate efficitur, verum igitur
dices si. c. de b, & a, de, d, prædica-
ueris, qui namque voluptate efficitur,
mouetur, & qui mouetur mutatur.
Rursum inter eosdem terminos me-
dium, d, ponatur in quo sit, quierem
consequitur: verum igitur identidem
dices, si a, de, b, & b, de, d, prædicaberis
qui namque afficitur voluptate is quie-
tem cōsequitur is mutatur: quare per
diuersa media non ex eadē serie sum-
pta conficitur ratiocinatio non tamē
aleo diuersa, vt neutrum dicatur de
altero, necessum est enim ambo cui-
piam eidem in: se. Considerandum est
quod modis per cæteras quoque figu-
ras eius ratiocinatio fieri potest.

Summa textus.

Prima conclusio, scientia quæ si-
mul docet rem esse & cur sit, cer-
tior est, quam quæ tantum do-
cet rem esse.

Secunda conclusio, scientia superior
est certior quam sibi subiecta, ponit
exemplum in Arithmetica & Musica:

Tertia, quæ est ex paucioribus cer-
rior est, quæ est ex appositione, seu ad-
ditione.

Quarta, vna scientia est, quæ de vno

subiecto sit omnia quæ ex principijs
demonstratur, & quæ sunt partes vel
passiones per se dicta de subiecto.

Quinta, illa scientiæ differunt inter
se, quarum non sunt eadem principia,
nec principia vnus demonstrantur per
principia alterius. Diuersa autē sunt
principia cum in demonstrabilia ad
quæ peruenitur, nō sunt ex eodem ge-
nere: sunt vero in eodem genere, cum
demonstrata per ipsa, sunt in eodem ge-
nere, & propinqua.

Sexto, eiusdem p. sunt esse plures
demonstrationes, non tantum per me-
dia eiusdem ordinis non continua, sed
etiam per media diuersi ordinis: ta-
men diuersa, vt alterum de altero di-
catur, & eidem subiecto insunt.

Hactenus Aristoteles de natura de
monstrationis, & de diuersitate, & cō-
paratione demonstrationum inter se,
nunc agit de demonstratione per com-
parationem ad suos effectus, qui sunt
certitudo, vnitatis, & diuersitas scien-
tiarum.

QVAEST. VNI. De vnitatis, certitudine, & evidentia scientifica.

Quantum attinet ad vnitatem
genericam, specificam, & nu-
mericam satis diximus Proce-
q. 1. arti. 3. de reliquo solum tria se of-
ferunt examinanda: Primo, vnde su-
matur vnitatis entitatiua scientia: Se-
cundo, vnde certitudo & evidentia il-
lius. Tertio, qualiter de ente per acci-
dens dabilis sit.

ARTICVLVS. I.

*Vtrum habitus scientificus sit vna
simplex qualitas?*

Li

Re-

Recolenda sunt quæ. q. 1. pro hoc m. art. 3. dicebam de vnitæ scientiæ eadē enim nunc di- colubritio tñ cōmunis est hæc & dif- ficultas alijs: etiā qualitatibus de quo N^o 3. lib. de Anima, vt dixi in prohemia- libus, q. 1. arti. 3. interim tamen. Nota, intentionem dici à philolopho quan- dō in eadē parte, aliquid qualitas v.g. calor in manu crescit, extensio autē quando in alta parte. v.g. in brachio producit etiam calor, quādo vero subiectū, non habet partes: vt intelle- ctus nostre: iustentio habitus. v.g. dicitur, & est, quando respectu eiusdē cō- munitis crescit facilitas, additione qua si partis: quæ vocatur gradus intēsi- onis: extensio autem est, quādo additur gradus facilitatis respectu alterius cō- munitis sequentis: vnde scientia est vt tūm ethereogenum cuius partes simi- laris, sunt gradus facilitatis respectu eiusdem conclusionis, dissimilares au- tē respectu diuersarum conclusio- num ordinatarū, eiusdem tamen spe- ciei sunt: dictæ partes: quia eisdem pri- mis principijs nituntur, quæ sunt ratio sub qua, sicut partes hominis quia ha- bent eandem animam.

Cōclus. Conclusio, habitus intellectuales, nō sunt qualitates simplices vt punctus, quia habent partes graduales: sed di- cuntur formæ simplices, vt calor, quia non componuntur, vt homo, ex mate- ria & forma.

Rationes autem & autores huius sententiæ, in Physica vbi supra, nunc hæc sit satis, maior facilitas respectu eiusdem conclusionis, vel diuersarum nō est ante secundū actū sed per illum producit, ergo, facilitas ex vtroq; actu habet gradus, eiusdem speciei ta- men, quia per eadem prima principia quæ sunt ratio spb qua.

ARTICVLVS. II.

Virum datur vna scientia cer- tior alia.

Scientia Thom. ex Alberto, scientiæ certitudinē penes maiorem à ma- teria abstractione (ex Arist. hic) pēsan- dam esse: docet: sicq; facilis est distin- ctio in euidētia & certitudine, Methaphy. & Mathematica: quia est ra- dix immutabilitatis carū: Auerro. ve- ro rationē reddit quia, est inquit mixtū ab abstractius obiectū, est minus mixtū prædicatis per accidēs, quæ impediūt necessariorem comprehensionem & certitudinem: vnde: Primo Metha- physica 2. Mathematica. 3. Physica po- nitur: quod fit Aristot. Mathematicam certiores facit, Methaphysica, est quo ad nos cum sit de clarissimis cognitis.

Cōtra hoc tū est primo, quia homo abstractus, tam est seiunctus à prædi- catis per accidēs, quam quantitas, dif- ficultasque abstrahendi, est respectu nostri, rei vero vt scibilis est, per acci- dēs, ergo Physica ita certa est, vt Mate- matica. Secūdo, quia si ab immateria- litate sumitur certitudo & euidētia, sumetur etiā perfectio scientiæ & sic mathematica præstabit Physicæ, quia sunt in materialiores. Cōfirmatur, q a si id rātū attenditur, opinio abstractio- ris obiecti, præstauit scientiæ de minus abstracto, cōsequēs est absurdū ergo & antecedēs. Tertio, quia cum homo vel equus præstet quātitati, & ex Ari- sto. scientia sumat perfectionē à nobi- litate obiecti, præstauit Physica Ma- thematicis in euidētia, & certitudi- ne: quæ sunt scientijs intrinseca, & tamē est min^o abstracta, ergo ab abstractione non sumitur certitudo scientiæ.

Pro solutione notandum est, quod cum duo sint modi contractionis gen- erum, scilicet per nouas differentias limitantes, & secundo per nouum or- dinem rerum, quæ dicuntur differen- tiæ extrahētes. Primi generis sunt dif- ferētiæ Angelicæ, secūdi, rationale re- spectu animalis, certū est 1. in prima cōtractione, inuales futuras debere esse, determinationes, cum per eā ya- ric-

1. senten- tia, San- Thom.

2. senten- tia Aue- rocs.

Notādū

1. Certum per con- clusione

2. Notādū per con- clusione

3. maxime conside- randū.

rietatem differant species. In secunda vero, ex dictis capite, quarto prædi- camentorum ex communi senten- tia de analogia physica, non tantum species præstat speciei, sed ratio ge- nericæ in eis, in vna præstat alteri, ratione tamen differentia: fateor ta- men me non videre rationem conuin- centem, cum enim noui ordinis adda- tur differentia, licet formalitas gene- ris maneret æqualis vt sic: different species v.c. licet duo animalia in ratio- ne corporis quod est radix quātitatis, vel viuētis quod est radix vegetatio- nis forent æqualia, distinguui possent penes varietatē rationū & potentiarū sentiendi, & ita licet euidens certitudo [quæ est generica ratio scientiæ] æqua- lis foret, vt sic, essent distinctæ species scientiæ, penes varia prima principia, iusta materiarū diuersitatē & discursū

Secūdo notādū est, certitudinē nō sumi à materiali cōclusionē, cū hæc medio opinatiuo habita, sit opinio, & quo magis certo principio certior, ob quod diuina fides est certior, quia diu- na veritas cui nititur, est infallibilior omni alio principio scientiæ aut fir- mitas, infirmitate cōnexionis extre- morū cōsistit, & ita principii necessa- riū firmitas est cōtingenti: inter neces- saria verò aliqui volūt: ex parte eorū non esse inæqualitatem: sed cū neutriū possit esse falsum, esse æquē necessa- ria, quia scientia abstrahit ab existen- tia, & cū impossibile denominatio sit, summa potentia æquē erunt necessa- ria, quæ in esse naturali, vel per se con- nexione, aliter nequē fieri, & opposi- ta æquē impossibilia & falsa: tum etiā veritas cōsistit in indiuisibili, cum sit adequatio ad re, ergo necessitas vel in- possibilis etiā in indiuisibili cōsistit

Pro quo tertio notandum est, qd vt dux vltæ arundinis, vel vltæ eris: licet conueniant inæqualitate non tamen inæqualitatis firmitate: ita licet dux propositiones in veritate (quæ est ade-

quatio ad rem) conueniant, non ideo æquantur in necessitate, quæ firmita- tem addit veritati, nec in necessitate vel impossibilitate.

Primo, quia licet homo nec centū nec mille libras possit portare minus esset impossibile ei centū, quā mille ferre, ergo, & Deo, si vtrūq; impossibi- le vnum foret maius alio, ac proinde opposita propositio, scilicet nō potest naturaliter homo ferre cētum: minus est necessaria, quā illa: nō potest ferre mille: & illa duo contradictoria, non sunt simul vera, quoniam hæc duæ cō- trariæ non sunt simul veræ.

Secūdo, quia licet impossibile, sit de nominatio à potētia, vt hoc nomine impossibile exprimitur, tñ repugnan- tia nō est à potētia: sed quia in ipso est sui destructio, & ita à priori ostendūt indetheologi, nō posse à Deo etiā fieri magis aut se destruūt impossibilitate & necesse in veritate, homo, & nō ho- mo, quā impossibilitate & possibiliter, nō homo & nō risibile: ac proinde, af- firmatio quod homo est homo erit fir- mior, quā quod sit risibile. Tertio, quæ aliter nō esset certior diuina reuelatio & fides scientia nāli in se, ergo est neces- sario ponēda inæqualitas incertitudi- ne. Quarto, quæ cū falsum & impossibi- le recedat à vero, vt inæquale ab æqua- li habebūt inæqualē latitudinē: cōmu- niterq; reptatur male sonās aliquid ef- se tā certū quātū Deū esse triū & vnū qd si etiā reputatur male sonās dicere tā esse verū, est quæ sumitur verū funda- mentaliter, pro vero. Et 3 hinc patet ad obiecta contra hoc, notabilis secundū saluaturq; quomodo vnū scibile sit in se firm^o alio. Pro quo etiā quarto no- tandū est, cū alia prædicata vnt de es- sa subiecti, alia id per se subsequen- tia tantum: ex hisq; alia idem re cū eis, alia re distincta. In primo gradu certitudinis sunt essentialia, in secūdo passiones necessariæ idem re cū eis, vt par, cū binario, in tertio distincte re,

3. Soluuntur obiecta.

11. 2. destructi-

destruitur enim magis subiectum, si per impossibile tollatur essentia ab eo, quam in alijs, estque etiam maior vnio passionum idem re, quam qui in vnitatis entitatis non conueniunt, possunt quæ à Deo separari: quod licet sit quo ad existentiam [quam sciētia non attendunt] præcipue tamen posse separari passionem, etiā in primo genere, arguit minore vnionē, quam quæ non possunt separari.

4 ordo certitudinis scientiarum, ostenditur, **Hoc** supposito, patet 4 ordo communis certitudinis scientiarum: quia enim Physica communiter, est passio num re distinctarum, Mathematica passio num re idem cum subiecto, Methaphysica in qua de ente agitur, (de qua communiter est disputatio) habet subiectum essenziale in recto, & non vt additum passionibus positiuis, bene communiter, primo ponitur hæc Methaphysica, secundo Mathematica, tertio Physica, & ante has, ipsa Methap. quæ de Deo agit, in qua quæ de Deo propria monstrantur, sunt de essentia subiecti, & contra: Logica item certissima est, cum passionem idem re semper, velferè monstrat, & sic patet de certitudinum varietate.

5 Euidentiæ scientiarum ostenditur, Euidentiæ vero dicitur comprehensionem veritatis rei: & aliud est agere de intentione euidentiæ, vel certitudinis in gradibus, aliud de ipsa specie, potest enim (vt in virtutibus) esse perfectior specificè vna scientia, vel virtus altera, & habere minus, & pauciores gradus in aliquo quam altera, hic ergo non agitur de gradibus intentionis, sed de specie, qua iusta dictam varietatem principiorum essentialiter est varia, licet ad eisdem gradus intentionis pertingant: & iusta obiecti firmitatem & nobilitatē (modo dicto de certitudine) varia est, nihil enim est aliud scientiæ euidentiæ, quam clara certitudo, ex utroque in se cogitari habita.

Soluatur argumēt. Ad primum Auerrōes, tantum at-

tingit difficultatem inueniendi scientiam, multorum entium Physicorum: quæ sunt mixta pluribus accidentibus, quam quantum necessarium habet in alijs.

Ad secundum, certitudo Mathematicarum nō est ex proprijs proximisque causis, sed vel à remotis, vel à Posteriori, vt dixi in prohemialibus, & proinde minus nobilitate essentialiter, cū minus nobili modo habeatur, licet sit intensior, nobisque clarissima.

Ad confirmationem vincitur opinio à scientia infirmitate, præstatiāque maiori modo cogoscendi.

Ad tertium fateor vt dixi in prohemialibus, præstare Physicam Mathematicis, licet nobis clarioribus.

ARTICVLVS III.

Verum scientia aliquando sit de ente per accidens.

Soncinas 6. Methaphys. quæst. 13. Ia velas, quæstio. 9. negant, inuit. Caietanus, primo Posteriorum, cap. 13. q. de ente per accidens nūquā sit scientia.

Primo, passionem debet esse ordinatē inter se, & cū subiecto, ab aggregato ergo per accidēs quo ordine & collocatione oriētur; ergo de illo nō erit scientia. Secūdo cū ex 7. Metaph. tex. 12. & 13. entis per accidēs nō sit definitio nō erit demonstratio cuius est mediū ergo nec scientia, quia ista demonstratione acquiritur. Tertio & ultimo, qua ratione est scientia de vno ente per accidens, erit de alijs, vt de linea dulci, linea tægibili, &c. ac per consequens in numeræ subalternæ Geometrix erūt scientiæ, quod est absurdum.

Primo notandum est, quæstionē nō esse de eo quod scitur, quia id. v. g. conclusio homo est risibilis, aggregat subiectum & passionem, licet per se vnita: sed solum quæstio est de eo de quo scitur. Duplex est ens per accidens, primo sumitur per ente fortuito

ta primio.

Optima Sonzina & Iab.

Explicatur tit.

& casuali, vt est inuentio Thesauri à fodiente agrum. Secundo pro aggregato ex pluribus non facientibus vtū per se, vt homo albus, & vtrumque sumitur in actu exercitio pro vno, vel altero ente per accidens, vel in communi, in actu signato pro natura entis fortuiti, vel pro aggregato non facientium vnum in communi, quæ significantur per particulā, ens fortuitum, vel vox aggregatū per accidēs.

Secundo notandum est, aliquos velles, vt equiuocum in actu signato, est in exercitio vniuocū, & singulare, &c. ita in quam velle ens per accidens in actu signato: esse ens per se in exercitio, hoc tū esse nequit quia esse ens per se, est predicatum essentialiter: vt esse substantiam esse accidens, & ita cui cōuenit, essentialiter & in actu signato cōuenit, secus est de illis extrinsecis denominationibus, ab extrinseco opere intellectus, in communi intelligētis, conuenientibus.

Tertio notandum est aliā esse perfectiorem alicuius in genere scibilis, aliā in genere entis, vel naturæ, in genere enim entis, si est pluralitas rerum, vt fiat vnum, requiritur & debet esse vnio in entitate: cum vero scientia tantum curet passionem de subiecto per causam ostendere: vt sit vnum in genere scibilis, sufficit vt subiectum ordinē causæ habeat, quod attingit hic Caietan. nec enim minus est demonstrabilis calor à quatuor qualitatibus [quæ nō sunt vnum ens] manantialiter vt virtutes ab earum temperamento (licet non sit vnum ens) fluentes, quam si ab vna qualitate fluerent, imo si scientia est, vt moralis, vel artes, non de ente physico sed morali artificiali, &c. tantum curat passionem vnitatis moralis, vel artificialis vt patet.

Hoc supposito est prima conclusio, de effectu fortuito in particulari non est scientia, hæc est cōmunis cū Arist. 6. Metaph. tex. 4. & 5. quia scientia est

de necessarijs habentibus determinatas causas, fortuna autē eo ipso sunt contingentiā incerta, ergo de effectu fortuito in particulari nō est scientia.

Secunda conclusio, de ente fortuito in communi potest esse scientia, ex Arist. 6. Methaphy. quia demonstratur esse incertam casuque contingēs, in particularibus autem est in certitudo & casualitas licet vt casualia sunt per se sunt in certa, ergo in communi de ente fortuito potest dari scientia.

Tertia conclusio, de ente per accidens in genere scibilis non est scientia: quia si non habet passionem per se conuenientem, nec habet demonstrationem, nec scientiam. v. g. hoc aggregatum auditor albus, &c.

Quarta & vltima conclusio, licet sit ens per accidens in genere naturæ potest esse scientia de illo, ita Arist. 10. Prologi videtur, quæ Caieta. hic & aliorū. 4. Metaphy. cap. & quæst. 1.

Probat, quia veritas propositionis, qua aliquid etiam de ente per accidens prædicatur necessaria esse potest per discursum & causam, ergo cum de ea vt sic, nec sit opinio, nec habitus principiorum, vel fides, erit scientia: Cōfirmatur, quia quatuor primæ qualitates, licet in veriori sententia, manent, nec resolute in quinta qualitate que sit temperamentum, sunt causa caloris, & in tali gradu necessaria, ergo esse aliquid coloratum, de habente eas vt sic, demonstrabile est per earū definitiones: quæ quatuor entia non vnū per se sunt, ergo non requiritur, mediū esse vnum in genere naturæ vel entis, ad hoc vt sit, scientia de illo.

Secundo probatur in artibus, vt fabrilium domesticarum, &c. patet, quarū obiecta non habent Physicā vnitatē, sed artificialem per contingitatem, & in moralibus Politicā de republica, Economica de familia agunt, quæ non sunt vnū per se & tamen sunt scientiæ, vt omnes fatentur.

2. cōclu.

3. cōclu.

4. cōclu.

10. 2. 10. 2. 10. 2.

Optima impugratio quorundam

3. notandum.

1. cōclu.

Confirmatur, in subalternis; cum enim musica non sit de sono secundū se (id enim est Physicæ) nec de numero ut sic) id enim est Arithmetica) patet esse de ente per accidens, in genere naturæ, cū agat de numero sonoro, quod non est vnum eius, sed vna causa passionum quas musica probat, quod est esse vnum in genere scibilis, vt tabulæ clauis funes, &c, nō sūt vnum ens per se: Sed vnum artificium nabis faciunt, nec⁴ Caietanus attendit lectus: hic aliud vult dicere, agere enim de sono musicam, vt est in numero causa talium passionum, nihil est aliud, quam cum eo esse causam, veri quod tribuitur numero, & sic vtrumque simul est radix illarum passionum: attingitque aliquid Soncinas, quarto Merhaphysii. quæstio. 5. adde: quod cum solus numerus nō sit in genere entis propriè vnum per se: sed vnum scibile Mathematicum, expressè multa dicens non vnita, à fortiori nō erit vnum per se numerus sonorus, vt dictum est. c. de quantitate.

Soluuntur argumeta. Ad primum patet non ob stare ens per accidens habere passionem, aliquando illam Physicæ, aliquando in genere moris, vel artis, imo nec obstat inde habere alias subordinatas.

Ad secundum Aristotel. ibi vult in genere naturæ (quod explicat definitio) cum non sit vnum, non habere vnā definitionem, potest tamen esse vna causa passionum vt dixit ad. de, quod definitio moralium, vel artificialium, non exigit vnitatem Merhaphysicam, vt nec ens morale, nec artificiale.

Ad tertium de illis tantum & omnibus erit sciētia, de quibus aliqua passio fuerit demonstrabilis, quomodo eumque subiectum de quo demonstratur fuerit ens.

Summa capi. 24. De per se tate obiecti.

Infert ex dictis, de forruitis nō esse scientiam, quia fortuna non est causa per se, nec scimus per sensum, licet sensus iuuat ad sciendum.

Summa cap. 25. De diuersitate principiorum.

Infert corolariū quod omnes scientiæ non demonstrant ex eisdem principijs, sed habent eadem communia: quibus suppositis, demonstrat per principia propria, quæ diuersa sunt in diuersis scientijs.

CAPVT XXVI. Quod scientia differt ab opinione.

Interest autem inter scientiā, & id quod sub opinionem cadit, nam scientia quidem vniuersalis est cognitio & per necessaria comparatur, necessarium autem aliter se se habere non potest: at sunt quædam vera quidem, & numerantur inter ea quæ sunt: tamen & aliter se habere possunt: patet igitur, circa hæc, scientiam non esse: nam ea non possent aliter se habere, quæ aliter se habere possunt. Ad vero nec intellectus, intellectum enim principium scientiæ dico, neque sine demonstratione scientiæ, quæ quidē est existimatio vacatis medio propositionis. Est autē intellectus verus & scientia & opinio, & id quod per hæc dicitur. Quare restat, opinio nem esse circa id quod verū quidē est, aut falsum: aliter autē se habere potest: hæc autē est vacantis medio, & nō necessariæ propositionis existimatio. Atque hoc consentaneum est etiam ijs, quæ

Textus.

quæ apparent: tam enim opinatio, quæ talis natura incertum & sanè, nemo præterea tum opinari quipiam arbitratur, cum illud putat aliter se habere non posse, sed scire. Sed cum esse quidē sic putat, existimat autē & aliter se habere posse, nihil prohibet illum tum opinari: propterea quod id quidem talis opinio est, necessario vero, scientia, quomodo igitur sit vt idē vnus opinetur, alius sciat, & cur opinio non erit scientia, si quispiam possit fieri posse, vt de eodem omni opinio habeatur quod scit, proficietur enim & hic qui scit, & hic qui opinatur per media, quousque perueniat ad ea quæ medio vocant: quare si ille scit, & qui opinatur scit. fieri enim potest, vt quemadmodum ipsum esse, sic & ipsum propter quid opinetur: hoc autē constat ipsum medium esse. An si existimauerit quidem, ea quæ aliter se se habere nequeunt, per inde atque habent, definitiones se se habere per quas ipsæ demonstrationes conficiuntur, sciet nō opinabitur, sin autem vera quidem esse crediderit, non tamen hæc ipsis putauerit compere ratione substantiæ, atque formæ, opinabitur, non verè sciet: atque si per ea quidē quæ medio vocant processerit, ipsum esse, & propter quid est opinabitur: sin vero non per ea quæ vacant medio, tatum ipsum esse opinabitur. Opinio namque scientia quæ omnino eisdem non est: sed vt est, vera & falsa modo quodam eisdem opinio, sic & scientia & opinio est eisdem. Etenim opinio nem quidem veram ac falsam, vt quidam inquirunt eisdem esse, cum alia absurda, tum hoc secum trahit, vt nō opinetur quispiam quod opinatur falso. Sed cum multipliciter idem dicatur, partim esse potest, partim esse nō potest, nam opinari verè diametrum commensurabilem esse: absurdum est sanè, sed sic est eisdem, quia diametrum circa quem sunt ipsæ opiniones est

idem, vtriusque tamen ratio non eadē est. Pari modo scientia eiusdem esse atque opinio potest. Illa namque sic erit animalis existimatio vt fieri non possit: veluti si illa quidē existimatio sit homini substantiæ ratione competere hæc aut homini, quidē, sed nō illo competere modo, idē est enim id circa quod vtraque sit: est enim homo, sed modus non eadē, vt patet: ex his autē emergit: fieri non posse, vt simul idem opinetur quispiam ac sciat, nam simul existimationem haberet, & aliter, & non aliter idem se habere, quod quidem fieri nequit. Etenim fieri quidem potest, vt in alio atque, alio sit eisdem vtrumque, sicuti diximus: sed in eodē sic hoc pacto fieri nequit: Haberet enim simul existimationem, hominē per se animal esse, & non per se animal esse, quorum primum est non posse, secundum sit, posse hominem non animal esse. De reliquis autem quo nam pacto distribuenda sunt, de mente inquam, de intellectu, de scientia, de arte, de prudentia, de sapientia, alijs in locis per tractabitur, quædam enim ipsorum ad naturalem, quædam ad morum magis pertinet contemplationē.

Summa textus.

CAPITIS. XXVI.

De scientiæ, & opinionis cōparatione.

Rima conclusio, intellectus, scientia, & opinio sunt circa verum. Opinio tamen circa verum contingens aliter habere, cum enim putamus rem liter habere non posse, putamus nō habere scientiam.

Dices ergo idem obiectum est sci-
bile, & opinabile: & idem habitus, sciē-
tia, & opinio: contingit enim opinari
de necessarijs. Respondetur tūc neces-
saria reputari contingentia. De eodē
ergo subiecto haberi potest scientia,
& opinio, sed non per idem medium
secundum rationem, quare fieri non
potest simul opinari, & scire.

Secunda summa capituli differt, ait
primò, scientia & sciibile ab opinione,
& opinabili, quia hæc de contingenti-
bus per media contingentia sunt, illa
de necessarijs per necessaria. Secundo
ait licet de eodem possit esse scientia &
opinio, differunt, quia hæc per mediū
est contingēs vel stimatum tale: negat
tamen scientiam & opinionem de ea-
dem propositione, simul esse posse, lo-
quitur enim de opinione rei necessa-
riæ per medium necessarium non sti-
matum tale.

Secunda conclusio, agere de distin-
ctione habituum intellectuum, par-
tim pertinet ad naturalem, partim ad
moralem.

**SUMMA CAPI-
TIS XXVII. de solertia,
quomodo à scientia distin-
guatur.**

Conclusio, solertia est celerri-
ma inuentio medij. Meminit A-
rist. solertiae & operis, quia ratiocina-
tione fiunt: & ideo oportuit ea distin-
guere à demonstratione. Est autem so-
lertia subtilitas quædam breui tempo-
re inueniendi causam rei, vt viso pau-
pere in ianua diuitis, nosse velle pete-
re elemosynam. Hæc autem pars est
prudentiæ non scientiæ, quia non ex
necessarijs, sed ex suspitione proce-
dit, quæ omnia per duas quæ-

siones examinanda
sunt.

**QUESTIO. I.
De omnibus habitibus in-
tellectualibus simul, & in
communi.**

VT ea quæ toto hoc libro di-
cta sunt plenius intelligatur,
meliusque possit compara-
tio fieri inter habitum scientiæ, &
opinatiuum, horumque comparabi-
litas cum fide videatur, necessarium
dixi nonnulla in hac prima quæstio-
ne de omnibus habitibus in commu-
ni dicere per tres præcipuas dubita-
tiones: prima, an sit quid & ad quid
sint habitus isti: secunda de eorum nu-
mero, & virtutum intellectualium: ter-
tia & vltima de essentiali conuenien-
tia, & distinctione eorundem.

Diponi-
tur quæ-
stio.

ARTICVLVS. I.

*An sint quid & ad quid sint ha-
bitus intellectuales?*

Primo considerandum quod licet
aliqui, & D. Tho. species intelli-
biles vocent habitus, hic non sumitur
habitus pro eis, licet eas necessario po-
nendas sit certum (de quo libris de ani-
ma): sed sumitur per alia qualitate, quæ
potentia determinatur ad aliquam o-
perationem, sic quæ patet etiam ex pe-
riencia: dari habitus cum videamus
multos qui habentes rerum apprehen-
siones, non habeant scientias, vel ar-
tes, & diuturno vsu cum volunt, tam
mechanica faciunt, quam alia specu-
lantur.

Explica-
tur uia

Quod ne-
cessario
datur ha-
bitus

Secundo, quia cum potentia ad bo-
nas vel malas operationes, consonas,
vel dissonas naturæ, natura sint indiffe-
rentes, habitu egent determinante.

Con-

2
Diffini-
tur ha-
bitus.

3
Quid sit
subiectū
habitus.

Senten-
tia Durā
di & Sco-
ti suade-
tur variè

Confirmatur, quia quod difficul-
ter pri^o fit, postea fit faciliter, datur er-
go, habitus, ex hisq; maxime ex secū-
da ratione patet causa, ob quā sunt ha-
bitus. Secundo suppono varias esse de-
finitiones habitus, quas ex Arist. Auer-
roe, & D. Augustino, bene colligit, de-
fenditq; Medina 12. q. 49. ar. 2. Sed hic
cum de habitu in communi agatur,
nūc de illis definitionibus, & commo-
data definitio nostris est: esse qualita-
tem, qua disponitur subiectum ad bo-
nam vel malam, id est, verā vel falsam
intellectionem, & de hoc habitu est
noiter sermo.

Tertio suppono, cum habitus co-
gnoscitiui, sint ad intellectionem quæ
est actus intellectus, in intellectu subie-
ctari, cuius sunt dispositio, de quo D.
Tho. 1. 2. q. 30. art. 4. ad primum, licet
Physici aliqui quorum sententia est
error, intellectum vnum numero sub-
stantiæ separatæ in omnibus homini-
bus ponentes hos habitus in sensibus
internis posuerint: aliquid in toto cō-
posito: animæ negantes substantiam.

Hoc supposito Durandus in 2. dist.
23. negat habitum a lectiue concurrere
ad actum, & Scotus in primo dist.
17. reputat probabile.

Primo, quia si est habitus partialis
causa actus, posset solus parte actus
efficere, aliusque perfectior habitus
totum. Vel si sunt causa intrinsecæ sub-
ordinatæ intellectus & habitus, non
posset intellectus sine habitu habere
actum quod est falsum.

Confirmatur, quia habitus ex Arist.
7. Physicorum qui sunt relationes ne-
queunt esse termini moris sed relatio-
non est principium operationis, ergo.

Secundo, quia habitus fit ab actu,
ergo non contra actus ab habitu effe-
ctiue.

Confirmatur, quia habitus in vna
potentia, facit vt recta fiat operatio al-
terius, vt iustitia in voluntate rectum
iudicium facit, nequit autem effecti-

ue id agere, ergo habitus nō concurrat
effectiue ad actum.

Tertio, quia si aliquid faceret ma-
xime intentionem actus, cum minus
intensus fiat æquē facile sine habitus
id tamen dici nequit, quia cum gradus
intentionis sint de substantiæ rei, qui
facit intentionem, posset facere ali-
quid solus: vt agens quod intendit ca-
lorem, solum produceret aliquid ca-
loris, idque est intendere.

Confirmatur, quia cum habitus hō
habeat libertatem, si esset operatiuus
necessario semper eliceret actū quod
est falsum.

Confirmatur secundo, quia non es-
set ratio cur habitus non esset potē-
tia, si est principium operatiuum: cum
tale principium sit in secunda specie
qualitatis.

Non tamē negarent hi auctores for-
tē, habitus supranaturales, vt fidem,
& c. efficere actus supranaturales, cum
sine eis esse nequeant tales actus, sed
de his non est quæstio nunc: sed solum
de naturalibus acquisitis.

Melius tamen Arist. multis in lo-
cis 2. & 3. Ethicorum, quos affert Me-
dina supra art. 3. & D. Tho. Caetera, cō-
muniore sententiæ, quam etiam de-
fendit Soto, asserit, habitus effectiue
concurrere ad productionem actus:
& ita Arist. in Metaphy. artificem, cau-
sam efficientem, ait, esse per se, ipsum
subiectum vero, vt homo, per accidēs,
rationeque maxime in intellectu pro-
batur: nam nequit intelligi quod aliud
in intellectu faciat habitus, aut quo-
modo aliter facile & expeditē cōcur-
rat, cum vult homo operari, quod an-
tea non habebat, nisi cum intellectu
concurrente ad operationem.

Confirmatur, quia cum habitus sit
quasi complexus potentiam im-
perfecte potentis operari: etiam se re-
net ex parte potentie concurrente ef-
fectiue ad actum.

Confirmatur secundo ex Arist. 2.

unlo2
s 107

1072

4
Conclu-
sio tenē-
da.

Physicorum, & 2. de anima, vbi sine habitu, ait, animam esse in essentiali potentia: & cum eo, in accidentalī operationis actiue debet concurrere, ergo & habitus.

Soluuntur arg.

Ad primum idem argumētum fiet de actu quomodo producat habitum, & de fide, habitibusque supranaturalibus, quomodo efficiant actus, quod sit de naturalibus habitibus. Facileque responderetur habitum cum sit perfectio complens potentiam, ei intrinsecē subordinari, licet sine ea, vt nec species, nec si des vllum habeat actum, sed cum potentia concurrere, vt fiat perfectior actus, & facilius quā sola potentia eodem conatu fieret.

4 Dubium

Virum autem hęc maior intentio sit in substantia vel modo reali? dubium est: de primo infra patebit cum de cōpossibilitate scientiæ & opinionis dicamus: de secundo vero cum modus nequeat fieri, vel esse sine re cuius est modus, facilius patet cum habitus sine potentia nequeat habere actum, quod ex parte habitus, se tenet.

Ad confirmationem habitus relationes sunt transcendentes, quæ ex Aristot. supra qualitates sunt operatiuæ, 7. autem Physicorum tantum vult habere se, vt relationes, in hoc quod eorū productio alterius rei productionem sequatur, actus, scilicet intellectus, vel post sensum actus, de quo D. Tho. 12. q. 52. art. 1. ad tertium.

Ad secundum argumentum, id nihil obstat, pluuia enim causa est vaporum sequentium, & hi alterius pluuie: sic actus præcedentes causa habitus, & hi causa aliorum actuum postea, maxime cum præterquam quod, vt bene Scot. sunt causæ parciales, habitus est, vt perfectiorem actum cum eo, faciat potentia: quam facit prior actus, à quo ipse habitus factus est. Cuius ratio est, quia cum habitus sit quid consequens ad actum, sit ad mensuram actus, cum

autem actus fiat ab habitu & potētia potest esse intensior habitu: habitus enim solum actum consequitur.

Ad confirmationem, id non est in vilo actu cognoscitiuo eorum, de quibus agimus. Vtrum autem & quomodo in aliquo morali in materia de moralibus virtutibus, debet dici.

Ad tertium argumentum concluderet: si vna pars actus esset à solo habitu, sed nulla est quæ non sit à potentia licet cum habitu prodeat, intensior actus, secus est de calore qui solus aliquid produceret calor, quia non subordinatur in operatio, essentialiter alteri parti caloris. Ad confirmationem satis est vt pendeat in actione, altera potentia vt non operetur necessario, sed Arist. definitio, communiter recepta, ait, habitus est quo vtimur cum volumus, vt licet nostra vis impellēdi, sit forma operatiua, & non libera, quia pendet in applicatione à voluntate libera, non temper habet actum.

Ad secundum vt species non est potentia, ita nec habitus, quia sunt complementa potentia: de quo bene Scotus supra, licet ab Arist. adducto in vltima cōfirmatione, vocetur operatiuus potentia accidentalī, vt notet, esse principium effectiuū: potentia tamē, principium est naturale ei suppositū: dans actui communem rationē, actus vitalis vel non vitalis iuxta naturā potentia, species autem vel habitus eum determinant.

ARTICVLVS II.

Virum habitus intellectuales sint tantum habitus principiorū, scientia & fides, & quid sint, & discantur virtutes intellectuales?

Videtur esse plures, quia præter hoc ponitur ab Arist. sapientia, tum quia prudentia cum sit habitus in

Definitur habitus ex Aristot.

Pars negatiua suadet: quia prudentia cum sit habitus in

intellectualis, necessario videtur cognoscitiuus: tum etiam quia artes sunt habitus intellectus, & nullus horū scilicet nec scientia, nec fides, &c. & etiā habitus erroneus, suspiciosus, &c. nullus est horū, ergo sunt plures. Secundo quod sit pauciores, quia omnis veritas certa est vel contingens, ergo duo tantum sunt eius habitus. Confirmatur, quia diuisio in duo mēbra quantum fieri potest faciēda est, ergo nō sunt tot habitus, principiorū scientiæ fidei, &c. Confirmat. 2. quia fides opinio quādā est, ergo saltem fides & opinio non distinguūt. Vltimo, quia habitus principiorū videtur esse lumē intellectus: ipse enim intellectus de se est determinatus ad principiorū assensum, vt visum ad visionem, & grauitas motui deorsum.

Notandum pro explicacione tituli.

Pro solutione notandum est, nos nō agere de specificā ima distinctione, sed ad quot capita omnes hi habitus cognoscitiuū reducuntur, & cum de eadem veritate (vt quod Deus est) alius habeat fidem, alius demonstrationē, alius opinionem, alius visionem, res contingens etiam per scientiam cognoscatur esse contingens, non est horum habituum distinctio sumenda ab obiecto materiali, sed ex modo tendendi ipsorum, quod dicitur obiectū formale, est enim habitus, se tenens ex parte potentia, qua tendit in obiectum: vt bene D. Thom. 12. q. 10. art. 4. ad primum argumentum.

Conclusio respō sua.

Iam dico, omnes habitus cognoscitiuos comprehendit sub habitu principiorum, habitu discursiuo & fide.

Probat hęc conclusio, ex tribus varijs modis tendendi intellectus, vel enim in assensu vitur aliquo medio discursu, ab vno ad aliud tendens, qui firmus sit, dicitur scientia, si sine firmitate opinio, vel non vitur discursu, sed immediatē assentitur: & tunc si per connexionem extremorum dicitur habitus principiorū certus, si sunt

principia necessaria, vel opinatiuus, si probabilita, quod si æternæ auctoritati nititur, fides est, firma vt diuina, vel infirma, vt humana, nequitque alius esse tendendi modus: imo si placet ad dua capita reduci possunt, scilicet, ad discursiuum habitum, & immediatum sine discursu, qui subdividentur ex dictis in inferiores.

Aduertendum tamen primo est, per habitus principiorū ime intelligere, quidquid est ad aliquid, non per aliud, sed per se cognoscendum, licet nullius conclusionis sit principium, Etymologiaque nominis intellectus, ipsi habitui etiam tribuitur, quia in ipsis principijs videtur veritatem non in alio, vt conclusio videtur in principijs, de quo tamen nomine infra.

Secundo notandū pro conuoxione.

Secundo notandum est Aristot. 6. Aethicorum capit. 3. ex his vocare virtutes intellectuales, habitum principiorum, scientiam, sapientiam, prudentiam, & artem: opinionem vero & suspitionem non, quia potest his subesse falsum: eademque ratione fidem humanam quam nouit, omisit, & solertiam. Aristotele vt patet articulo 2. quæstione proœmiali, fundamēto tertio, licet ex 6. Aethicorum, capit. 4. sit circa contingentia, non est de veritatibus, quæ possunt esse falsæ: sed de artificijs, quæ de consuetudine omitti possunt: prudentia item quo ad sibi proprium non potest subesse falsū: vt bene Magister Soto, 1. Posteriorum, quæstione vltima ad vltimum, quia eius veritas nō pensatur ex euentibus, vel ex obiecto in se, sed ex conformitate iudicij ad circumstantias attendendas vnde illud, caret successibus opto, quisquis ob euentu fata mutanda putat.

Ad primam rationem respondeatur sapientiam esse præstantissimam scientiam, vt dicitur articulo, tertio, vel esse nomen id, comprehendens habitum principiorum & conclusionū, de quo ibi.

Ad

Ad secundā partē prudētiæ præcipuē actus ponitur à D. Thoma, q̄ est, non cognoscere, sed imperare, & quia imperij actum qui non est cognoscere, facit actus intellectus eam vocat virtutem intellectualem: quod si actus imperij negetur intellectui (de quo a. libi) vel negandum est illam esse intellectuale, vel faciendā sciētiā practica moralis: de quo Scot. 3. distin. 36. art. 2 & distin. 33. quouis tamen modo non est contra nos, agentes de habitibus præcipuis cognoscitiuis: si vero proprius eius actus est cognitio reducitur ad scientiam, ob dictā notabili secundō. Quod si Arist. negat esse scientiam & ait esse de contingētibz, dicit quis pro Scoto comparari tunc, ad obiectum in se, quo pacto fallax est aliquando, & tamen ad dictas circumstantias, infallibilem habet veritatem per discursum modo dicto.

Ad tertiam partem responderetur, artes cum habentur vt vnum deducendo ad aliud, ad discursum spectant: cū vero regulæ traduntur, si auctoritate creduntur, est fides: ob extremorum connexionem habitus principiorum est.

Ad quartam partem, error per discursum opinio est falsa discursiua, ob auctoritatem creditus, falsa fides, ob connexionem extremorū falsus principiorum opinabilium habitus, idem que de suspensione.

Ad secundum argumentum, patet ex primo notabili, non sumendam habituum distinctionem, à materiali obiecto.

Ad confirmationem iam reduimus diuisionem ad duo membra, nec obstarēt esse plura, dum non esset confusio.

Ad secundam, aliqui dicunt fidem esse opinionem, sed de diuina certum est distingui, & de humana ostenditur articu. 3. patetque ex modo vario tendendi intellectus in eis.

Ad vltimum quæstioni sequenti.

ARTICVL. III.

Verum habitus intellectuales esse distaliter distinguantur, in quibus que conueniant?

Primo, de scientia & habitu principiorum, patet distingui, quia scientia est discursiuus habitus ad inferendam conclusionem: habitus principiorū non scientiā n. est effectus illius, & quia ex modo tendendi differūt specie, dicitur habitus principiorum, causa æquinoca scientiæ, & inde est, vt licet habitus principiorum, sit supra naturalis [vt fides diuina in principijs Theologiæ] ipsa possit fide supposita, naturaliter exquiri, eodemque modo distinguuntur habitus discursiuus opinionis probatæ, & habitus principiorum in opinatæ veritatis.

Secundo, patet distinctio scientiæ ab opinione, cum hæc incerta, illa certa sit: patet etiā distinctio habitus principiorum à fide, quia ille connexionē rei in se attendit, fides auctoritatem dicentis, scientiæ etiam ab vtroque, ab habitu principiorū vt dixi, & à fide differt eadem ratione, cum non sit fides vt scientia discursiua, immediati assensus: & si est diuina, sit infusa: scientia vero adquisita si est fides humana, incerta, scientia vero certa. Pro distinctione vero scientiæ à sapientia aduertendum est Arist. 6. Aethicorum cap. 3. videri facere eas distinctas habitus, cum scientiam ad conclusionem, habitum principiorum ad principia, sapientiam ad vtrumque reuocet (vide tabulas Thomæ verbo sapientia) & de acceptionibus sapientiæ magistrū zumel, 1. p. q. 1. nosque non agimus de sapientia supernaturali, qua beati omnia in Deo cognoscunt, sed de humana

1. Conc.

2. Conc.

1. Distinctio scientiæ à sapientia.

mana quæ per altissimas causas ordine cognitionis supremas, vt sunt ratio entis, actus, &c. præcedit alijs, præest, de eis iudicat, recondita que agnoscit, ex libro 1. Metaph. licet etiam sapientia in tali genere dicatur, quæ in eo (licet sit ars mechanica) per supremas causas sui generis procedit.

Cōck. Quo supposito dico, sapientiam simpliciter non distingui contra omnem scientiam, sed contra inferiores: esseque Metaphysicam sapientiam, & ita Arist. 6. Aethicorū, ait, quod propter altissima scientiarum est sapientia, manifestum est. Et lib. 1. Metaph. Philosophus ait, esse scientiam simpliciter, & est sententia Caietani, 2. Posteriorum, cap. 10.

Probaturque, quia Metaphysica verfatatur circa conclusiones, & principia aliarum, reductione ad impossibile ea probando prædicatā, dat, sine quibus inferiorum principia, nec consistere, nec plane cognoscere mus: vt hominis essentia, sine ratione substantiæ, & entis, quæ eius sunt, & ita dicit sapientiam præstare scientiæ, quia scientia sumitur pro alijs inferioribus: sapientia vero pro altissima scientia: scientiæ vero in communi præstantissimam addit differentiam. Hæcque videtur sententia D. Tho. 1. 2. q. 57. articu. 2. vide eius tabulam verbo sapientia: hocque dico stando lumine naturæ, præstare enim ei Theologia, ex fidei principijs deducta, meritis sineque; dicta sapientia, vt optime magister zumel vbi supra.

Illatio. Ex quo patet quomodo Metaphysica præter proprias conclusiones verferetur circa principia conclusionesque sapientiæ habeat: alij tamen volunt sapientiam non esse vnum habitum, sed nomen duorum, scilicet, habitus scientiæ & principiorum: estque conforme Arist. lib. 1. maiorum moralium cap. 33. Melior est tamen prima solutio Arist. S. Tho. communique lo-

cutioni conformior: Vtrum aut dicta habitus fiant vnus: in articulo vltimo quæstionis sequentis dicetur.

Secundo, hic difficile est, vtrum fides humana sit idem cum opinio: nam de diuina patet distingui, cū hæc sit certissima & infusa, illa que incerta, & adquisita. De humana tamen volunt aliqui esse idem cum opinione: ita magister Soto capite hoc 26. articulo, 1. Et probat quia vtrique potest subesse falsum. Alij probant. Secundo, quia sicut eadem abstractionis in re, physice, & metaphysice, fides, & opinio de eodem.

Cōfirmatur, quia incertitudo vtriusque, videtur eiusdem rationis.

Tertio, quia credo alicui quod existimem esse veracem: hoc autem si quia alius dixit existimo, cum sit eadem ratio, dabitur processus in infinitum, ergo demū reducitur in opinionem si fides humana, vt eius conclusio.

Distinguantur tamen aliqui, dicuntque opinionem per discursum idem esse cum assensu fidei humanæ, ex alio assensu fidei deducto, opinionem vero immediatam sine discursu, esse idem eam si se immediata: videturque Arist. fidem vocatē vehementer opinionem.

Dico tamen primo, vt Theologia non est fides, licet sit deducta ex principijs fidei: nec in humana fide (par enim est ratio) conclusio ex actu fidei est fides: vnde nulla fides est per discursum, cumque aliqua ratio de dico aliquid esse verum, alquem veracem, non est actus fidei, sed opinio: vnde opinio discursiua, non erit idem cum fide, quæ non habet discursum.

Dico secundo, opinio etiam mediata propositionis probabilis, differt essentialiter à fide.

Probatur, quia ratio formalis vtriusque est diuersa, opinio enim attendit probabilitatem connexionis extremorum propter eam quæ assentitur: fides

Dubiū difficile.

Opinio quorumdam de fide humana.

4. Conc.

1. 2. 3. 4. 5.

des vero dicentis auctoritatem, ob quod formalissime dicitur esse de nō visis, quia ipsa, veritatem in se non cōspicit, sed alijs credit.

nericam consequitur rationem, vt. g. carentia rationis brutum.

si habeant contrarium, & obliuione corrumpantur. Sexto & vltimo, si sciētia, fides, & opinio sint composibiles de eodem.

Auicenuam est, quia videbatur ponere scientiam esse habitatem recipiendis speciebus ab intellectu agente: alij etiam non male explicant diuim Thomam cum species, ait, ordinatas, esse habitum scientiæ: non loqui intrā striuē, id est, esse habitum qui est scientia, vel tractiui, id est, esse habitum, qui est causa scientiæ: nec tantum est scientia ad hanc dispositionem in demonstratione, sed sic euidens est apprehensio, & determinatio ad iudiciū, speciesque solæ, vnionem hanc non haberent: habita autem ea, & euidētia illationis habitu logico, non opus est alio modo concursus ad iudiciū.

Ad vltimum dixi, sentire aliquem aliqua ratione, esse veracem, & inde in ferre nunc dicere verum, nō est actus fidei humanæ, sed opinionis, vt non est actus fidei diuinæ per miracula & discursus dicere, & sentire, Neum aliquid dixisse, sed fidei actus est immediatus assensus, seruiuntque discursus vt prudentis velit homo præstare assensum: non per illos inferēdo actum, sed habita stimulatione auctoritatis dicentis, sine syllogizatione conclusionis immediatē credere.

Dices, si ex assensu fidei humanæ elicio conclusionem, illa non erit rei in se, ergo.

Respondetur dupliciter aliquis assensus esse opinionis. Primo (ex dicto secundo) opinionis immediatē, vel cōclusionis ex ea deductæ, vel alia ratione rei in se attingentē, & sic data conclusio non est opinio. Secundo quia assensus incertus discursiuus dicitur opinio, vt Theologia: quia vero est discursus certus, dicitur scientia, licet propriē & formaliter non sit, vt alia scientiæ rerum in se ita dicta opinio, licet huius & Theologiæ principia sint fidei humanæ, vel diuinæ. Arist. ipse dicitur ferre ait specie, sed opinionem vocat genus ad fidem & opinionem propriē dictam: videturque firmiorem facere fidem opinionem.

Replic:

ARTICVLVS. I.

An sit quid & propter quid sit, habitus scientificus?

Explicatur titu

EX Aristot. de modo sciendi & experientia, quæ ostendit nos discursu habituali aliqua nosse, patet de an est, & ex capite 2. posteriorum alijsq; dictis patet essentia scientiæ, quæ magis declaranda est, ad quid sit ostendēdo: difficultasque pene est eadem, quæ fuit de habitu principiorum, ad quod sit. Dicoque esse determinationem, vt intellectus promptus sit habitualiter ad ordinandas præmissas: vt enim habitus principiorum qualitas est, ad vtendum speciebus, & extrema nestendo & apprehendendo, modo ibi dicto, quo pacto determinat ad iudiciū: ita scientia qualitas est principia debite ordinans, talique euidētium principiorum ordinatione, ad euidens iudiciū conclusionis ex ijs illatæ determinans, iuxta eorum varias euidētias variē. Hæcque est mens D. Tho. dū scientiam vocat ordinatas species quæ alibi, vt 1. 2. q. 54. ar. 4. vnam qualitatem esse docet Caiet. ibi etiam, & alij Thomista, quæst. 2. artic. 3. Capreo. q. 7. in principio questionis, & ad primum & vltimum contra primam conclusionem: fingi enim, nequit, quomodo sit ordinatio specierum, cum species sint anima simul loco & tempore, nisi sit habitus ad eas ordinandas: non inteligo enim quod Sonzinas fingit 6. Metaphysicæ, quæst. 9. maxime in ipsarum præmissarū inter se ordinatione. Cum autem D. Thomas reprehendat,

Dicet tamen, Logica sola hæc dabit, superfluetque alia scientiæ. De hoc ramentum supra dixi articulo illo tertio de modo, quo acquiritur scientia per inuentionem, dixi sufficere experimentum illius. Et ita Aristot. Posteriorum, capite 14. de scientiæ à natiuitate sensu, dehcere, ait, scientiam obiecti proprii, id est, sensu illo tantum adquisibilem ex secundo enim Phisicorum, textu. 6. cæcus de coloribus disputans, rem non intelligit, sed de nominibus agit: de angelis vero, licet sensu non percipiatur habemus scientiam: quia sentimus effectus, ex quibus principia sumimus ad discursum circa eos: Aristoteles præterea loquitur, quando principia illo tantum sensu, quo quis à natiuitate caruit, percipiuntur, vnde si omnibus caruit nihil sciet, licet aliquo modo aliquos habens, inueit a. aliquo modo cognoscendum aliquid de obiecto aliorum.

Quando vero doctrina acquiritur scientia, vide S. Thomam, secundo cōtra gentes cap. 79. Abulen. Matth. 23. q. 57. D. August. de cognitione veræ vitæ cap. 36. breuiterque, cum sint vt colligitur ex 7. Meta, textu. 23. duo artium Genera, primū in quatuor materia nō est prin-

Replicat

Notat

6. Cōcl. valde cōsiderāda

Soluuntur Arg.

QVAESTIO. II.

De scientia, fide, & opinione, inter se comparatis.

DE quo inquiruntur sex primo, de habitu scientifico: secundo, si assensus scientiæ sit circa conclusionem: Tertio, si omnis opinio, vel fides sit vnius speciei: Quarto, si opinio & fides requirant eandem affectionem: Quinto, si ha-

Ad confirmationem, non est vtraque exigua firmitas eiusdem rationis, sed opinionis est rei in se, fidei humanæ rei in se non attendit est per auctoritatem, priuatioque illa certitudinis gener-

principium effectiuum effectus artis
et dominicatoria: secundum in qua est
tale principium effectus, vt medicina,
in illis artificium non sit effectiue à
subiecto artificij, vel à sola natura ali
quando, vel simul ab arte naturam iu
uante, nunquam tamen à sola arte: hu
ius secundi modi est ars docendi, ad
quiritur enim scientia inuentione sine
magistro, licet obiecta sint vt ma
gister aliquando inuenit, obscura de
clarando, rationes & principia pro
ponendo. Supponitur autem intel
lectus effectiue produciens actus & ha
bitus scientiæ, Deo concurrente, vt
vniuersali causa eorum effectiua, quæ
non possunt alij magistri, & ideo ipse
solus, vtpote verissime talis antono
maticæ vult dici magister in Euan
gelio.

Notan
dum. 2.

Notandum tamen est in prima ac
quisitione scientiæ, primum actum
principiorum non fieri ab habitu, sed
contra: habitus tamen principiorum
etiam postea immediate non efficit ac
tum scientiæ, sed principiorum, qui
est causa scientiæ, & quia intellectus
ad conclusionem, vt sic tendit per ac
tum circa principia, euidencior est
ex cap. 2. independentior & nobilior,
habitus principiorum quam conclu
sionum, & quia eadem continet, & in hoc
bene dicunt, & Gabriel, q. 3. prologi.

ARTICVL. II.

Verum assensus scientiæ sit tan
tum circa conclusionem?

Explica
tu r ticiu.

Suppono scientiam immediate non
esse ad assensum conclusionis, licet
id sit finis: sed ad dispositionem præ
missarum, illationemque conclusionis,
cum cognitione materiæ (vt dicitur)
quam apprehensionem consequitur
habitus scientiæ, quia ea habita, satis

est intellectus assensui determinatus,
cum negari nequeat verum, quia me
dia hac apprehensione sit assensus, pro
pter quem ponimus scientiæ habitum,
de hoc assensu questio est, circa quod
versetur? D. Tho. 12. q. 57. artic. 2. ad
secundum dicere videtur, ad scientiæ
pertinere considerare principia simul
cum conclusionibus, vt ab eis scilicet
deducuntur. Sonz. 6. Metaph. q. 10. ad
primum, vtrumque sentit probabile,
actum, quo principia & conclusiones
noscuntur esse habitus principiorum,
vel scientiæ: est etiam dissentio, vtrum
sit vnus habitus circa principia & cō
clusiones? Sonz. 6. Metaph. q. 10. con
clusio. 3. D. Tho. vbi supra affirmant:
alij duos dicunt esse re distinctos, D. Th.
1. par. q. 58. art. 7. ad secundum, innuit
Gabriel, q. 3. prologi. & in simili de ac
tu voluntatis esse medium & finem:
fauet Caietanus 2. q. 8. arti. 3. Alijque Tho
mistæ dissentio tamen non est de re,
vt patebit.

Pro solutione ergo notandum est
primo, discursum nostrum ad assen
sum conclusionis ita esse, vt primo ha
beamus assensum principiorum tan
tum, qui proculdubio non est scientiæ,
sed habitus principiorum, licet ea prin
cipia, scientia, in forma antecedentis
disponat. Deinde cognoscitur conclu
sio, siue id fiat extensiuè primi actus
productione alterius partis, siue vt
babilius duxi, capite & articulo pri
mo, productione alterius actus: vtroque
autem modo quod prius erat, distin
gui debet à posteriori realiter, vt bene
citati dicunt, quia vnus est causa, aliud ef
fectus eius, siue effectus, & posterior
actus, sit tantum conclusionis, siue et
iam principiorum.

Secundo notandum est triplici mo
do posse intelligi fieri actum postero
rem, actu circa sola principia: primo,
ita vt sit solius conclusionis, v.g. homo
est risibilis, sit tamen euidentis non
scilicet,

Opinio
D. Tho.
& alio
rum mul
torum au
ctorum.

Nota 1.

Nota 2.

se, sed intellectus, quia habet alium
actum principiorum, habeat eius eui
dentiam, quia videt eius causam. Se
cundo, potest intelligi actum poste
riorem, fieri ita, vt in ipso actu sit co
gnitio causæ, vt exprimitur hac pro
positione, homo est risibilis, propter
rationalitatem, & sic, per ipsum actum
habet euidentiā, cum afferat causam
vniuersalis, passionis cum subiecto. Ter
tio, potest intelligi fieri illum actum
posteriorem ita vt actus sit, vt expr
mitur hac voce, quia homo est ratio
nalis est risibilis: inter quos est differē
tia, quia primus non avertit causam, nec
euidentiā, vt alij. Secundus forma
liter est categoricus, vnum formale
iudicium rei per causam habens. Ter
tius hypoteticus duos habens assensus
expresse, scilicet hominem esse ratio
nalem & ideo risibilem: quos secun
dus habet virtute tantum.

Notad. 3

Tertio notandum est, Gregorium
q. 3. Prologi, nec vnum actum, nec ha
bitum ponere circa principia & con
clusionem. Ocham tamen & alij po
nuunt vnum habitum & actum circa
principia tantum, alios circa conclu
sionem tantum, alios circa principia
& conclusionem simul, quos vocat ac
tum & habitum sapientiæ.

2. Conc.

Breuiusque quouis modo dictorum
tertio, vel secundo fiat actus, est vnus
causalis: est enim vna veritas, & vna co
gnitio, qua percipio vnus esse causam,
quare aliud sit, vt conditionalis & dis
iunctio, & c. vno coniungunt actu, ali
ter erunt dissolutæ categoriæ. Præ
terea vt bene alij aliud est dicere, amo
patrem, quia amo eius parentes, aliud
amo Petrum, quia est filius tantum, hic
est vnus actus, ille cum actus quo amo
eius patrem, est causa amoris, quo eū
amo, duos explicat actus: ita hæc pro
positio, quia assentior præmissis, assen
tior conclusioni, duos dicit actus, quo
rum vnus causa est alterius. Hæc ve
ro iudico hominem esse risibilem, quia

est rationalis, vnum dicit actum, quo
video vnum esse causam alterius in ef
fendo (vt patebit libris de anima) est
simplex qualitas, licet significet duos
partiales assensus, à quo tamen ha
bitus sit isti assensus, dubium est?

1. Cōclu.

Sic prima conclusio, si actus fiat pri
mo modo cum non sit circa principia,
non elicitur ab habitu principiorum,
si fiat tertio modo, cum versetur & ha
beat principium, & conclusionem, &
ab utroque habitu: nec inconuenit
presertim cum dicat duos partiales
respektus vel assensus. De secundo ve
ro modo.

2. Cōclu.

Sic secunda conclusio. Hic actus ho
mo propter rationalitatem est risibi
lis immediate & proprie, est habitus
scientiæ & non principiorum, quæ est
mens D. Thomæ & Caietani supra.

Probat, quia scientia est quæ as
sentitur vniuersi passionis cum subie
cto per causam, cum sit actus demon
strabilis.

Confirmatur, quia ille discursu sic
cum demonstratur, ergo elicitur ab
habitu discursiuo scientiæ, & non prin
cipiorum.

Confirmatur secundo, quia sic dabi
tur actus in se euidentis scientiæ, quod
non esset, si causam non videret.

Tertio, quia ille actus est conclusio
vt sic ergo habitus scientiæ, maxime,
cum ad eum requiratur dispositio an
tecedentis, cum per eam habeatur, quod
non habet actus elicitus ab habitu
principiorum mediare.

3. Cōclu.

Tertia conclusio, quouis modo triū
fiat actus conclusionis: seruat ratio
discursus cum fiat ex præmissis co
gnitione: iuxta cap. 1. post. & 2. art.
5. tamen, in primo modo in hac cōclu
sione, v.g. terra est rotunda, nihil ma
gis haberet Physicus, quàm Mathema
ticus, aut Theologus: nec dici posset
eius esset conclusio: non tamen obsta
ret: cum enim non sit conclusio æ
quatus actus scientiæ, sed habeat præ
missa

ordinacionem, iuxta earum varietatē, tribueretur physice vel metaphysice, &c. & tamen secundus actus, propter dicta, proprius est scientiæ, nec eget scientiæ actus formalitate, tertia, cum scientia nō habeat assensum circa principia, vt ille habet.

Conclu- Ex dictis patet ad titulum quæstionis, scilicet, scientiam non veritari circa principia, cum hæc immediatē noscantur: at assensum eius esse conclusionis: quæ tamen causam asserit (quæ attulere principia) vt rationem vniuersalis subiecti cum passione: loquorque de assensibus, in hocque actu, fructus est totius demonstrationis: ob quod aliqui scientiam præferunt habitui principiorum, licet magis certo: tamen cum in principijs firmiter & independentius de medio cognoscatur, quod in conclusione de subiecto, melius est, vt sentit Aristo. & communis cap. 2. Posteriorum, præferre habitum principiorum scientiæ.

ARTICVLVS. III.

Virum omnis opinio, vel fides sit vnius speciei?

Pars affirmatiua.

Quod sic, videtur aliquibus: primo, quia omnes opiniones actusve fidei humanæ, de quibus loquimur, sunt incerti, eodem modo deficientes à scientia similiterque se habent opiniones oēs inter se, vt fidei actus tendentes in obiecta, ergo omnes sunt vnius speciei.

Secundo, quia scibile videtur proprium rebus: opinabile autem vel credibile defectu nostri: nam etiam contingentia in sua contingentia sunt scibilia: ergo non est sumenda opinio- num distinctio à distinctione rerum, vt sumitur in scientijs, scilicet à nostro de scienti modo procedendi, qui videtur idem semper specie.

Pro solutione aduerte quod non comparo fidem opinioni, de quo q. 1. sed opinionem opinioni, fidei fidei, loquor que de humana fide.

Pro quo nota: ad idem ex 1. Topi. cap. 8. alias propositiones probabiles dici immediatas, alias mediatas: hæcque aliarum probabilitati nituntur sunt, illæ vero quæ secum afferunt probabilitatem, vt in necessarijs alia demonstratur, alia sunt per se nota. Licet autem aliqui eas quæ inductione noscuntur, immediatas dicat: ex modo tamen cognoscendi, si argumentatione probantur, mediatæ sunt, & ille etiam quæ ex necessarijs non cognitis, vt talibus, vel sine euidencia illationis inferuntur, & per consequens alius est habitus immediatarum, alius mediatarum propositionum.

Secundo notandum est, Arist. 1. Posteriorum, cap. 16. definire opinionem sic, opinio est assensus propositionis immediate contingentis, immediatamque tantum definit, quia in ea clarius patet distinctio opinionis, à scientiæ discursiua, quæ non est de immediatis, vt aliqua opinio, quod tantum intendebat Arist. & quia eo ipso quod datur opinio immediata ostenditur posse dari mediatam, cum ex illa inferatur aliquid.

Hoc supposito est prima conclusio, opiniones mediatæ & immediatæ differunt specie, quia hæc non sunt discursiua, vt illæ, quod distinguit habitum principiorum à scientiæ. Vnde quæstionem primam. Secunda conclusio, nec omnes opiniones mediatæ, nec omnes immediatæ sunt vnius speciei. Probat, vt de scientijs & habitibus, quæ enim ibi de euidentijs variatæque, principiorum, vel mediorum, hic de probabilitatibus, eorundemque varietate mediorum, &c. dicendum est, vt patebit ad vltimum.

Secundo probatur, quia opinio vna contrariatur alteri, cum sint de opposi-

Nota

2. Nota

2. cōcl.

2. Com.

2. cōcl.

Soluunt arg.

postis, ergo non sunt eiusdem speciei.

Tertia conclusio, licet fides diuina & humana differant specie, cum hæc sit acquisita & incerta, & naturalis illa infusa certa, & supernaturalis, quia tamen veritas humana eiusdem est rationis, fides humana eam attendens vnius est completæ speciei, cum enim, vt sic attendimus veracitatem alicuius: loquimur consequentius distinguentes species completas, quoque modo fidei actus distinxerim, opinionum conclusionum inde deductarum distinguemus: forte tamen distinguetur specie, fides habita ab angelo quia veritas angelica alterius est completi ordinis, tamen non iuxta varietatem specierum angelorum, quia eadem est ratio veritatis: si quis vero eidem credat diuerso tempore opposita distinctio est in materiali obiecto, non in ratione formali, vt in fide diuina nunc distans resurrectionem futuram, vel esse Eucharistiam, quæ dicitur oppositum, si Deus oppositum decreuisset & reuelasset, quia fides non attendit res, in se, sed dicentis auctoritatem.

Ad primum, vt scientiæ differunt specie, licet certæ & euidentes, quia materiarum diuersitatem attendunt, ita opiniones licet incertæ.

Ad secundum, cum noster intellectus per varia media fertur in diuersas conclusiones: habet vnde distinctos actus immediatarum opinionum, ob varietatem materię quam attendit, diuersas habet rationes formales assensusum, nec refert vnitati habitus, an id sit debitum rebus (res enim sunt obiecta materialia) sed modus tendendi, qui cum ratio assensus, & medium est diuersum, differt, tam in opinione quam in scientiæ: verum est tamen ob eam differentiam argumenti conclusiones opinionis, vel scientiæ, non perfectæ: & à priori per idem medium probatas eiusdem esse speciei com-

pletæ, licet passiones ab eo non manent, quod scientia perfecta esse nequit, cum requiratur propria causa,

ARTICVLVS IIII.

Virum opinio, vel fides requirant dubitationem, vel piam affectionem?

De dubitatione affirmat Gregorius, quæst. 2. prologi, artic. 3. tribuitque Auicennæ, & Lyconienfi, & in hoc distinguit opinionem à fide diuina (fidem enim humanam non possit vllam) conaturque id ex D. Augustino, Aristotele, & Hugo de sancto Victore, sed ponit iste opinionem, ad quam Scotus in 3. distin. 2. ait requiri dubitationem, de fide etiam humana innuit D. Thom. 1. 2. quæst. 66. artic. 3. vbi Caietanus & alij, quia opponitur opinio scientiæ, non ex parte obiecti vel medij, cum de eodem obiecto per idem medium possint esse: sed ex parte subiecti, ergo hæc subiectum reddunt dubium, vt scientia certum. Quod vero pia affectio requiratur, est ratio, quia intellectus, cum non conuincatur ab obiecto in opinione, vel fide, cum id non videat, opus est vt inclinetur à voluntate piè affecta.

Confermat, quia experimur multum facere in opinabilibus piam affectionem D. Tho. D. August. D. Hierony. Scoti, &c. & ita D. Thom. 2. 2. quæstio. 4. artic. 2. licet habitus fidei in se intellectus, inquit, subesse voluntati, quatenus ex voluntatis imperio credibilis assentimur. Pro solutione primo notandum est, formidinē vel dubitationē dupliciter sumi, primo strictè profectione intellectus incertitudo largius vt dicitur a sum, vel habitum incertum, & expositum falsi-

Nota

tati vt sic, quod prouenit, vel quia est obiectum contingens, vel licet necessarium, non cognoscitur vt tale, pia vero affectio dicitur, actus vel inclinatio voluntatis, vt quod dicitur sit verū vel dicens verax, quia amicus, &c.

1. cōclu. His positus est prima conclusio, opinio vel fides non requiritur formidinem primo, sed secundo modo: experimur enim nos aliquando in opinionibus non fluctuare, & vt Arist. ait, aliqui nō minus non fluctuant in suis opinionibus, quam alij in scientiis, & hæretici in suis hæresibus non dubitant aliquādo: nec nos in dictis probatissimi viri, imo aliquando reputamus medium opinionis, quod est contingens necessarium: tunc que (vt patet) est opinio sine fluctuatione: quod vero sit secundo modo dubitatio in omni opinione fideique humana, patet, quia non est plena firmitas sed ex modo saltem cognoscendi exposita falsitati, diuina vero fides certissima est, & infallibilis.

Ante secundam conclusionem notandum est, circa obiectum in euidens, qua dupliciter nos posse habere: primo, vt nullum sit motuum assensus vel dissensus tantum: secundo, quod ad assensum vel dissensum tantum sit aliquod motuum: tertio, quod tantum sit probabile motuum ad assensum quam ad dissensum, vel e contra: quarto vtrūque probabile. Nunc ergo Almaynus tract. 2. moralium, c. 4. Cite. 12. q. 65. ar. 4. Ocham in 2. d. 27. sentiunt, etiam sine motuum probabili posse voluntatem determinare intellectum ad oppositum, cum sit indifferens intellectus.

2. cōclu. Sit tamen secunda conclusio, voluntas nequit facere vt intellectus absque ulla probabilitate alicui propositioni assentiat. Ita enim Arist. 2. de anima, inquit, non est in potentate nostra opinari quoties volumus: bene tamen imaginari quoduis, estque Scot. in 3. d. 2. q. 2. magister Sorō hic. Probat

quia obiectum intellectus est verum, saltem apparet: idque requirit, ergo nisi videat apparentiam, nō potest magis à voluntate determinari, quam visus ad non colorem videndum.

Tertia conclusio, cum intellectus habeat motuum assensum tantum, vel dissensum tantum, aut probabilius ad alterum: præter voluntatem habendi actum, non est opus pia affectio. Probat, quia cum intellectus habeat suum obiectum, scilicet verum apparet, in id potest ferri, & cum apparet verius sine pia affectio, imo aliquando intelligit esse verū, quod vellet esse falsū.

Quarta conclusio, cum non est æquē probabile motuum etiam imperio voluntatis, nequit determinari intellectus.

Probat, quia se habet sicut quando non erat motuum vllum, cum enim quis vnum iudicat verum, virtute iudicat oppositū falsum, sed in hoc casu non habet intellectus motuum, quod faciat apparere verius vnum, & alterum falsum, ergo cum determinetur à vero apparenti ad assensum, non est per quod ad alterum potius determinetur.

Vltima conclusio, pia affectio inclinat ad maiorem aduertentiam eius, quod amatur & rationum illius: redditque in apparentia saltem, maioris fidei dicentem: facitque oppositorum ratio minus aduertatur: & sic facit apparere verius, & determinat ad assensum eius, ad quod est pia affectio, si tamen qui odio habetur adhuc verior appareat, si habeatur actus, actus potius ei habebitur fides.

Ad primum tantum probat in opinione fluctuare subiectam, secundo modo, non tamē primo modo semper.

Ad secundum, non in omni assensu cōiunctus est intellectus, sed satis est quod probabiliter suadet. Ad confir. pia affectio (dicta concl. vlti.) facit quod adhuc appareat verius quod defendit.

3. concl.

Notanda probatio.

4. cōclu.

Vltima conclusio.

A R.

ARTICVLVS. V.

Vtrum scientia fides, & opinio habeant contrarium, & obliuio ne corrumpantur?

Scientia nequit esse contraria scientia, cum verum vero non contradicat: cum tamen de eodem obiecto possit esse opinio, fides vè humana erronea, quæstio est vtrum hæc inter se & cū scientia contrarietur? quod autem scientia non contrarietur opinio fides, &c.

Probat, primo, quia nō sunt sub eodem genere, cum error sit sub genere opinionis fidei vè humana, scientiaque illa sub genere scientia. Confirmatur quia cū scientia sit euidetior (etiā falsitatis oppositi) nequit oppositus assensus esse quo expellatur, cum appareat euidenter falsum.

Secundo, quia aliter habitus principiorum haberet contrarium, scilicet falsam opinionem earum propositionum quarū expellereturque ab ea, contra S. Thom. 12. q. 53. art. 1. ergo. Pro solutione notandum est, primo nō esse quæstionem de Metaphysica contrarietate, cum enim scientia & opinio vel fides sint species generis habitus, patet ex capite de oppositis, esse Metaphysice contraria, largius tamen quia opinio vel fides falsæ, & scientia nullius generis sunt immediate species, quæstio ergo est de contrarietate Physica, qualia sunt quæ ab eodē subiecto mutuo se expellunt, tumque perfectius sunt contraria quādo est mutua expulsio, minusque perfectius, si alterius vi non sit mutua.

Secundo notandum est aliud esse dicere in communi loquutione an maneat entitas habitus, & an maneat sub ratione habitus: dicitur enim nō manere sub ratione habitus, cum potentia aliqua alia entitate, ita est fortis, vt sine difficultate magna superet ne ab illo habitu ducatur, vt. 3. part. q.

83. arti. 5. dicit D. Thom. de habitibus vniuersis cum homo infirmitatur, manere potius per modum dispositionum, quam habituum, estque communis locutio in materia de virtutibus: & ita cum est habitus scientia, licet manerent habitus opinionis fideique humana, de opposito, nō dicerentur manere per modum habitus, sed dispositionis, cum facile homo scientia videat se possit, esse euidenter falsa, nec eis assentire.

Sit prima conclusio absolute, licet minus perfecte, contrariatur, errores actus actui scientia, vt bene S. Tho. supra.

Probat, quia sunt incompensabiles vt patet.

Secundo, quia virtus castitatis & luxurie sunt sub diuersis generibus, proximis, virtutis & vitij & contrariatur, ergo non opus est absolute contraria habere idem proximum genus: ad didi licet minus perfecte, tum quia non sunt in eodem genere proximo, tum quia nō est mutua expulsio, licet enim aduentu actus scientia, desinat esse actus erroris, tamen habenti actui scientia nequit aduenire error oppositi (ex confirmatione primi argumenti) quo desinat esse actus scientia. Vtrū autem in habitibus sit hæc incompensabilitas: Gregorius & alij dicunt, quia actus est regula habitus non se compati habitus quoties actus non se compatiuntur, quod vero cum alijs nominibus se compatiuntur habitus videtur, quia si obliuio actus demonstrationis, alicuius ratione apparenti, vel alicuius dicto credat oppositū, nō amittit scientia, cū medijs demonstrationis recordatur postea, multo facilius quā si non haberet habitū scientia: demōstrat videturque veritatem ergo: hæc ratio pariter probat manere scientia cū intensa opinione, vel fide oppositi, si hæc sæpe, magnoque conatu potentie repetitur, dū est obliuio demonstrationis, & præterea respectu vniuersi

3. cōclu.

1. cōclu.

Dubiū.

Mm 3 nis

nis cōclusionis, veritas quę destruitur etiā à remisso habitu oppositi cōsistat indiuisibili, eadem vidntur non repugnantia, cum remisso, & intentio habitu, vt etiam in actibus est.

1. cōclu.

Certū est tñ nō esse incompatibiles habitus, contra cōmunem, & S. Tho. supra, & 1. par. q. 39. art. 5. & Arist. quę ibi refert qui ponunt corrupti à cōtrario, maximē quę id erit cum est per medium oppositum. Et ita admitto habitus de opposito, vt scientia opinio, vel fides oppositorum, esse oppositos, & incompossibiles, vt etiam opinio opinioni, vel fidei humanę de opposito & cōtra. Probatur quia in habitibus supernaturalibus vi fide diuina Deus non cōseruat eos cum hęc si oppositi, propter repugnantiam rationis formalis quę cum destrueret si esset naturalis.

Secūdo, quia aliter qui plures actus virtutis efficeret non pelleret habitū oppositū vicij, & tamen in virtutibus quas sentimus, sentit se quis post actū virtutis minus facilem ad oppositū vicij nulloq; modo dicēdū est nō d̄rui.

Ad argumentū cū obliuio, erroris oppositi, sic demōstratio, generatur sciētię habitus cum expulsiōe habitus erronei, quod si postea dum obliuiscitur demōstrationis, repetatur motuum erroris pręteriti, crederet, sed non intensius, quam si tunc primo proponeretur, idemq; obliuio demōstrationis suadet error erit, quando postea repetatur demōstratio.

Verū est tamen & hoc probat argumentum, in viro; casu, magis firmatam esse puram memoriam actus repetiti prius, quia memoria pura oppositorū, nec actu, nec habitu habet oppositum, vt nec pura apprehensio, nisi apprehendatur, vt sciētię faciūt apprehendere vñ, vt vera causa determinando ad iudicium talis veritatis, ob quod errori ad oppositum determinanti cōtrariatur.

Ad argumēta parer, primū enim tātum probat, non esse perfectissimē, scilicet eiusdem generis contraria & cōfirmatio probat non esse mutuā actū expulsiōem.

So luntur argumēta.

Ad secundū, idē dico de habitu principiorum, si autē Theologicē loquatur de communissimis principijs quę nec apparet fallā, & ita oppositorū nec est fides, nec opinio pręter modū corruptionis à cōtrario Gabriel 3 d. 23. ponit habitus cessatione corrumpi, vt impetus & alia entia, videturq; Arist. & aliorū primo Posterio, dicentiū sciētiās amitti obliuione, idē que est de opinione & fide. Oca in 4. q. 12. ponit habitus, in hac vita pendentes, à quadam qualitate corporea qua corrupta desinunt esse. Verum congruentius. S. Thomas. 1. p. vbi supra, vbi Crictanus, & communior sententia explicat Arist. de amissione sciētię quo ad actum & exerciciū, non quo ad entitatem habitus, quia snbictum est intellectus incorruptibilis, sed habitus eidem inherens desinit esse cessatione, vadē aliter probandum est non cessare habitum. Primo, quia in anima separata desinerēt esse qñ eis vteretur longo tempore, quia videtur in commodum, vt etiam quod cum quis mane surgit remissiores habeat habitus eadē enim est ratio parui temporis, ad paruam dimiutionē, quę magni ad magnam.

Notā solutio.

Secūdo quia de fide, & habitibus supernaturalibus, esset id maledictū, cū fides tota vel nihil amittatur, & tamē eos Deus cōseruat inlita naturaliu.

Aduerte tamen q cum adquiretur scientia in intellectu, cum simul operetur imaginatiua, aliquam in ea adquirenti facilitatem ordinationis specierum, vt ad ordinē pulsuum cytharę, memorię, in surdis, &c. Hęc quę qualitas, vt & species sensitiuę (de quo alibi) corporali transmutatione pręsertim maximi morbi amentię, &c. vt

ait

ait Aristotel. amittitur, & cum ab ea qualitate sciētię pēdeat quo ad vsum vt species intelligibiles ab speciebus imaginatiuę, cum illa non est, non potest intellectus vti sciētię: non tamen vt vult Ocam, quia in intellectu inhærens habitus in suo esse ab ea pēdeat. Et licet nostra sententia non sit demonstrata, posset enim quis firmitatem illam in anima separata, tribuere illi statui vel speciali cōcursui cum Ocam, tamen nec hęc oportet fingere, nec proportio ad habitus supernaturales congrue negatur.

Durand. 3. d. 24. q. 1 Aureolusq; id negent, quia priuatio claritatis cum sit ens rationalis, nequit esse de essentia entis realis, qualia sunt fides & opinio: sed quod verum est, vultq; D. Tho. ad fidem & opinionem (quia non habent euidentiām) cōsequitur obscuritas & priuatio claritatis, quod vero Cāiera. addit 1. 2. supra, fidem petere subiectū in statu imperfecti, ea scilicet dispositione, vt non videat, nec aliunde quod ipsa dicit, vt motus petit, ne habeat terminum fictum, est, vt patebit petitiō principij. De motu enim est alia ratio cum enim sit acquisitiō termini, non debet pręesse terminus per eum adquirendus.

ARTICVLVS VI.

Vtrū scientia, fides, & opinio, sint de eodē compossibiles, & de alijs totam materiam concernentibus.

Q Væstio est, non de eodem subiecto in complexo, possunt enim esse, vt de Deo, sed vtrū simul & actu sint in eodem de eadem propositione, vel habitu salutem, sint compossibiles?

Opia.

Prima sententia est, nec actu, nec habitu esse simul, ita Gregorius, quæst 2. prologi.

Probatur quę, quia euidentis vt scientia, & in euidentis, vt fides & opinio repugnant actu, & consequēter habitu, ad quem habitualiter expectat quod actualiter ad actum, & ad hoc reducuntur omnes rationes.

Volunt tamen aliqui, mediū opinatiuum, vel si dei iuuare actum sciētię. Gregorius vero negat concurrere habitus, hoc simul ad actum vnum vel plures, & Durandus, in 3. d. 31. q. 4. opinionis & sciētię actus negat compossibiles, quia sunt inquit, sub eodem genere proximo.

Pro solutione, primo notādum est, licet obscuritātē Capreolus innuat esse de ratione fidei, id tribuens D. Tho

Secundo notandum est, fidem esse assensum ob auctoritatem: sciētię autē est, vt etiam principiorum cognitionem, ambit etiam euidentis cognitio rei, opinio probabilis cognitio: inaneque est, quod Cāiera, 3. p. q. 9. artic. 3. ad secundum, ait, cum non fluctuat intellectus, licet sit tantum probabilitas ex connexionem extremorum non esse opinionem, sed habitum Dialēcticum, cum opinio vocetur ab omnibus cognitio probabilis, & c. cum est per auctoritatem immediatē: & oppositum, est quæstio de nomine.

Sit prima conclusio, opinio vel fides nequeunt intendere gradus euidentię vel certitudinis actus sciētię.

1. Conc.

Probatur, quia opinio vel fides nullam habent euidentiam, ergo nequeunt intendere euidentiam: & cum certitudines earum & sciētię, sint diuersę rationis, nequeunt dare gradus certitudinis sciētię. Secundo, opinio & fides nequeunt reddere intensiōem habitum sciētię, ergo nec actu cum ab eo intendatur habitus, & sola demōstratio eū augeat. Confirmatur, fides & opinio nō subordinantur sciētię in operando, ergo cum nequeant remissam sciētiā producere, nequeunt intendere eam, quia eadem est ratio.

Hinc est id quod communiter aliquid dicunt medium probabile intendere actum scientiæ, nõ intelligi, quod dicitur gradum evidentie, vel certitudinis scientiæ, sed reddi actum certiorum, &c. quia assensus ille, pluribus tunc nititur fãdamentis, nouamque habet certitudinem, scilicet, diuinam à fide diuina, vel humanam & opinatiuam à fide humana, vel opinione, & Philosophum Christianum non habet ex vi scientiæ magis intentum actum si dei, vel è contra, sed habet actum duplici certitudine, scientiæ scilicet, & supranaturalis, firmum.

2. cõclu.

Secunda conclusio, opinio quæ putatur obiectum contingens nequit esse de eadem propositione cum scientia, & de hac opinio quædam explicat Arist. & sic loquitur D. Thom. est quæ clara ratio, quia scientia assentitur credens esse necessarium: opinio vero hæc, putans non esse necessarium quæ repugnant.

3. Cõclusio respõ sua directè.

Tertia cõclusio, tota entitas, actus, & habitus scientiæ, opinionis, fidei humanæ, atque diuinæ, simul possunt esse in eodẽ de eadem propositione. Ita Alex. 3. p. q. 79. membro. 3. Altisiodorensis, lib. 3. tract. 3. q. 45. D. Bonauentura in 3. dist. 24. ar. 2. q. 2. Gabriel q. 1. ar. 2. D. Tho. 3. p. q. 9. arti. 3. ad secundũ. & Durand. q. 1. prologi, dicit verum esse si duõ actus (quod ipse male negat) possent esse simul, sed libris de anima, ostenderetur posse esse, y. g. dum plura nõ vñtim considero, amoque duos sine ordine, & in patria sunt plures actus, scilicet, visio Dei & naturales cogitationes. Nunc ergo probatur conclusio, quia si les licet non afferat claritatem, nec opinio certitudinem, non implicat, vt hæc suam probabilitatem, illam suam certitudinem cum evidentia scientiæ certè iungant.

Secundo, quia cum priuationes nõ sint eis intrinsecæ, si medio probabili diuina auctoritate, vel humana, aut

demonstratione ductus quis assentiat huic, Deus est infinitus, non est cur non sit illorum quatuor habituum actus, cum concurrat mediã propria illorũ, nec ipsi dicant in sua essentia negationem aliorum.

Tertio, quia si Christiano rustico, demonstratione probetur Dei vnitas, habet scientiam, vt probat experientia facilitas in demonstrando, nec est dicendum amittere aliquid fidei diuinæ, quæ aut tota vel nihil amittitur, ergo habet fidem & scientiam, idemque argumentum fiet de opinione cum ratione probabili. De fide vero diuina & visioni Dei: sentio etiã intrinsece non repugnare, sed de lege æqua & ordinaria Dei, imperfectum habitum, ipse via & statu imperfecto, conseruantis, sicut cum causis naturalibus, vt alibi ostenderetur, ignè supra, aquã infra, &c. ad naturales actiones statuitur concurrere hæc mundi harmonia prestante. vnde est, bene Theologos multos asserere, non oportuisse, vt Paulus in rapto, licet, vidisset diuinam essentiam cum lumine gloriæ, amiserit habitum fidei.

Pro tertia etiam cõclusionem est experientia, quia fides humana incerta est, cum fide diuina, vt patet in eo qui per hæresim diuinam fide amissa, facilius credit aliqua mytheria fide humana, quam qui is nullam habuit.

Ad argumenta patet ex dictis, nam licet fides & opinio non sint euidentès, non obstant, quominus alio medio & habitu possit intellectus habere euidentiam rei. Ratioque Durandi nihil probat, cum, quia multæ species, generis scientia immediatè sunt simul, & actu, & habitu in eodem: tum quia tũ opinio quæ habetur, & scientia sunt in aliqua specie, non sunt nisi in duobus proximis generibus, scientia, scilicet & opinio.

Dubitari tamen hic potest, vt rum cum quis scientiam, fidem, & opinionem

nem, de eadem propositione habet, sit vna numero substantia habitus cũ tribus modis, vel triplex. Pro quo videndum est, nam habitus concurrant ad substantiam, vel modum actus, quod quia non est Logicum.

Breuius sentio primò, habitum qui est lumen gloriæ concurrere ad substantiam actus visionis Dei, qui sine eo habitu, aut speciali concursu pro eo, fieri non posset à potentia: & ita D. Tho. hunc habitum præintelligit speciei, quæ concurrat etiam ad eius actum substantiam, nec tamen est potentia, quia non est naturale principium, dans rationem communem etiam vitalis actus, sed complementum potentia ad actum substantialiter supernaturalem, ipsiq; te potentiz in operando subordinatum, sine qua nihil efficeretur.

Secundo dico, alios habitus etiam supernaturales, vt fidem, &c. concurrere ad modum, non ad substantiam actus, vt qui variè figurat ceram sigillando, & ad certitudinem supernaturalem, vt fides vel claritatem, vt scientia, &c. quia idem actus, eiusdèq; veritatis, apprehensio & assensus, fieri potest sine eis, modique hi, intendi, & remitti possunt in eodẽ habitu & actu: vnde patet clare, hos habitus sine concursu potentia operari non posse cum modus nec fieri nec esse possit sine re cuius est modus, qui hic est substantia actus à potentia facta.

Nec D. Tho. & Caietanus aliud volunt, quam hos actus concurrere ad aliquid reale actuum, nec esse denominationem extrinsecam, esse actum fidei, &c. quia fidei habitus sit in ipsa potentia. Hinc habetur eandẽ posse esse substantiam actus, ad cuius varios modos concurrant fides, scientia, & opinio. Sed hinc, aliqui volunt, etiam hos habitus, saltem naturales, in vno habitu vniri, vt in vno actu, non quod singuli inuicem non distinguantur re, vt

gradus qualitatum, sed quia vniantur inter se, vt rationes eorum actuales, in vno actu.

Secundo, quia ratio habitus perfectior est ratione actus, ac proinde magis vna.

Tertio, quia minus videtur coarctata, vt cum vnus numero habitus sit ad plures actus.

Quarto, quia cum habitus sequatur pro mensura actus, debet esse vnitas habituum & actuum.

Melius tamen est cum rationes actuum horum habituum, modi sint substantia, vnus actus qui est rei cognitio, vel iudicium posse vniri in eo, vt duo modi, scilicet figura, & in hærentia quantitatis, in vna quantitate: habitus vero cum modi sint, vel potius forma intellectus, ei quidam vniri, quod est inhærere, possunt: non tamen inter se, vt nec modi suorum actuum, magis quam figura & inhærentia quantitatis inter se, nisi quis omnia accidentia vni subiecto vnita, vniri dicat inter se quod est absurdum, aliud enim est, esse idem vni tertio, aliud illi vniri, quæ enim sunt idem tertio, sunt inter le que vero vni vniantur tertio. non ideo proprie vniantur inter se, Et per hoc patet ad primum: nec obstat huic rationi habitus esse perfectiores, vt bene D. Tho. 12. q. 9. artic. 3. ad primum, vbi Caietanus sensus, actus esse perfectiores, ad quos ordinantur habitus, nec habitus sunt, nisi causa instrumentaria illorum. Et sic patet ad secundũ, quod si plures numero actus facit vnus habitus est, quia est permanens habitus: per quod patet ad tertium: consequiturque habitus mensuram nõ substantia, sed varij modi actus variari: ne variatur, per quod patet ad vltimum.

De habitu autem principiorum, & conclusionis quem Ocham, & Gabriel citatus vult esse vnũ, quando postea de nouo vnico actu cognoscitur

Solutur arg.

præter alios duos distinctos quos ponunt principiorum & conclusionum seorsum, satis supra: de quo bene Durandus quæstio. 4. prologi, nec est vnus assensus ille posterior, nisi causalitatis & illationis principiorum ad conclusionem, qui est scientiæ, vt dicebam articulo secundo huius quæstionis.

Hæc quæ satis sint Logico de habitibus intellectualibus, & de materia posterioristica, vtrum enim sint in cor

pore, vel etiam in Angelis, & de modo augmenti illorum, & alia de formalitate virtutum, & habituum supernaturalium non est Logici, nec hic oportet omnium diuisionem facere, sed in Metaphysica (Deo dante) latius dicam, interim videndi sunt auctores supra in præfatione generali ad Logicam citati, si dicta non sufficiunt.

SECUNDI LIBRI POSTERIORVM ANALYTICORVM ARISTOT.

SVMMA TEXTVS

Vbi obiter nonnulla dubia literalia solvuntur.

CAPVT. I.



Totus hic liber de ratione inueniendi medium demonstrationis agit, medium autem quærimus, vt quæstionem definiamus, & ideo capite primo, proponit Aristoteles genera quæstionum quæ in scientia fieri possunt: docet quæ quatuor esse quæstiones: Prima, an sit res simpliciter & in se. Secunda, quid sit. Tertia, an hæc res sit illa: quod non est quærere, an sit simpliciter in se, sed an sit aliud à se: & propter quid hæc res est illa? Dux primæ quæstiones dicun-

tur non ponentes in numero; quia non quærunt aliud à re, sed ipsam rem: reliquæ dicuntur ponentes in numero, quia non quærunt ipsam rem: sed de ipsa re aliam rem, quare nunquam quærunt prædicatum quidditatum contra Cætanum, quia iam supponunt quid rei, & quærunt aliud de illa. De significatione autem nominis nulla est quæstio, nec de veritate principiorum, nec etiam an sit subiectum scientiæ: nemo enim perquirat particularem scientiam, si omnino ignoret de quo debet inquirere: possumus

mus tamen quærere, an principia subiecti sint: vt de materia & forma, & de vna prima causa entis. Quæstio etiam est de subiecto quid sit, de passio ne vero an sit, & propter quid sit, quod est quærere definitionem passionis, quæ semper definitur per propriam causam.

Capit. 2. Docet Aristoteles posse medium inesse, vel ad probandum rem esse, vel propter quid sit: cum autem medium sit causa per suam naturam quærere medium propter quid res est: est quærere quid sit medium: & ideo Aristoteles dicit quod prima & tertia quæstio quærit an sit medium, secunda & quarta quid sit medium.

Cap. 3. Quærit, vtrum omne quod diffinitur possit sciri demonstratione: & contra vel saltem aliquid, & arguet nullum posse ita se habere.

Capite 4. quærit secundo, vtrum possit demonstrari hoc esse quidditatem illius, & arguit non posse, neque enim potest demonstrari syllogismo ostensiuo, vel diuisiuo, nec ex hypothesi.

Cap. 5. 6. & 7. vtiliter probat id esse impossibile: primo, quia demonstratio accipit quidditatem rei pro medio, hæc vero supponitur esse. Secundo, quia demonstratio semper demonstrat quod res sit aliquid: ens vero non dicit essentiam rei, ergo nunquam demonstratur essentia: demonstraretur etiam sine esse: nec satis est sumere declarationem nominis: si non sumas esse: ita enim diffiniertur non entia: & omnis declaratio nominis esset definitio.

Qua ratione ens non dicat essentiam dicemus in Metaphysica, præter dicta supra, nunc satis est dicere ens, dicere etiam substantiam, & rationes accidentales, prædicatū vero quidditatum tantum dici: essentiales.

Cap. 8. docet aliquo modo quidquid est demonstrari, quia medium est quidquid est passionis, & demonstratur a-

liquando per priorem causam: non tamen demonstratur, esse quidquid est, nisi syllogismo probabili, & logico.

Cap. 9. Declarat amplius, posse aliquid quidquid est demonstrari, & supponit: primo, quod non potest haberi quidquid est rei, nisi præciamus esse: secundo supponit quod rem esse non scitur simpliciter, nisi quando scitur esse per propriam causam: ab effectu enim non scitur simpliciter. Tunc arguit, alicuius quidquid est, tantum habetur per demonstrationem, ergo & ipsum quidquid est.

Caput. 10. Ex dictis soluit primam quæstionem, quantum ad primam partem, dicit enim: aliquid quidquid est esse omnino indemonstrabile, de quo supponitur an sit & quid sit. Dicitur vero aliquid esse demonstrabile: quando medium alicuius passionis habet priorem causam, sed non demonstratur, vt quidquid est, sed quantum ad esse: & per hæc ad omnia argumenta in oppositum respondetur, similiter ad quæstionem secundam respondetur negatiue, & colligit triplicem esse definitionem. Prima est oratio, vnum de vno significans, non secundum accidens, id est, sine modo, & hæc dicitur positio & principium demonstrationis. Secunda est oratio, demonstrans propter quid est illud, cuius est definitio: & hæc aptum differat à demonstrationis positione, quia in demonstratione ponit, vt causa essendi, in definitione vero vt quidditas: vt si quæras propter quid est tonitruum? respondetur, propter extinctionem ignis in nubibus: vero quæras quid est tonitruum? respondetur sonus extinctionis ignis in nube: ecce vbi in demonstratione & definitione idem ponitur, in vna vt causa essendi, in alia, vt quidditas, rei.

Tertia definitio est passionis, vt est conclusio demonstrationis: ita enim definitur sine causa, quia medium non

ingre-

ingreditur conclusionē, vt si ita cōcludatur: omne quod est ppter extinctionē ignis in nube, est, in nube, tonitruum fit ppter talē extinctionē: ergo de hac definitionem supra meminit Aristo. libro primo, cap. 7.

Cap. 11. probat non tantum demonstrari quod quid est, quæ est causa formalis: sed reliquas etiam causas de e cuius sunt causæ. Vt si quæras propter quid angulus semicirculi, est rektus? Respondetur, quia habet medietates duorum rektorum: quod est reddere causam materialem: partes enim respectu totius habent rationem materialem: demonstratur autem hoc pacto, quia aliquid habet medietatem duorum rektorum, habet angulum rektū semicirculi, angulus habet, &c. ergo, propterea habet angulum rektum. Si quæras propter quid fuit Medorum bellum contra Athenienses? Respondetur, quia Athenienses prius pugnarunt contra Sardos. Quod est dicere propter prius pugnantem contra Sardos, bellum mouetur contra Athenienses, &c. ergo. Si quæras propter quid deambulatur post cœnam? respondetur, vt sanetur, probatur, propterea quis vult nō eminere sibi cibos super os stomachi vt sanetur: sed ambulans post cœnam, ambulat vt non emineant cibi, &c. ergo vt sanetur. Et aduertit Arist. quod medium ad demonstrandam efficientem est id, vbi res habuit primā originem: ad finalem vero id ad quod cum ventum fuerit, statim est consecutio finis: & addit quod per idem medium quo probamus has esse causas probabimus has fuisse vel fieri, vel futuras esse causas.

Cap. 12. Quærit, vtrum in his quæ successiuè sunt possit demonstrari causa per medium? Ratio dubij est quia in his sunt media infinita, & indeterminata, vt in diuisione continui, ergo non est certum medium. Respondetur in his à posterius facto demonstratur

causa eius, quod prius factum est, sed non e contra quia posterius factum, petit necessario causā eius quod prius fit, sed non e contra. Ad rationem dubij respondetur medium non sumi, vt diuiditur in infinitum, sed vt immedia tē iungitur extremis, scilicet principio & fine: vt motus sumitur medium, inter instans inceptions eius & decisio nis, licet possit diuidi in infinitum.

Cap. 13. ostendit, idē posse esse medium & rem demonstratam, si res ipse circulo quodam fiant, non tamen respectu eiusdem.

Cap. 14. docet inuenire definitionē rei indemonstrabilis, & supponit illā esse definitionem, quæ continet prædicata quæ simul sumpta recurrunt cum re definita, & si quodlibet eorum seorsum eam excederet. Hoc supposito docet primo inuenire definitionem rei indemonstrabilis per diuisionem: accipiat genus primum seu supremū rei, & diuidat indifferentias immediatas, sub quibus concluduntur omnia contenta sub diuersa, & accipiat differentiam quæ prædicatur de re, & diuidat per alias differentias, quousque deueniat ad differentiam, non amplius diuisibilem: sed reciprocam cum re cuius quæritur definitio, & ex hac & omnibus rationibus prius acceptis confurget definitio rei, & poterit probari hanc esse definitionem, primo per loca topica de simplici inharētia probando hæc prædicata conuenire ei. Secundo per loca probatiua generis, probando quod prædicantur in quibus proprios rei inueniet quærendo proprios generum, & proprias differentias. Omnis enim proprietatis conuenit ratione generis, vel differentie. Quod autem sit optima methodus, patet, quia per illa accipiuntur omnia genera & differentie rei, vsque ad vltimam, non amplius diuisibilem: cōtineret enim sub se plures species. Secunda via est compositionis, sic accipere multa

multa singularia illius cuius definitio quæritur, quæ nullo discrepēt prædicato essentiali, & verè in quo conueniunt: accipe etiam sub genere supremo illius rei alia singularia quæ nullo discrepant inter se prædicato essentiali, discrepant tamen ab alijs aliquo prædicato & vide in quo conueniunt illa singularia inter se, & abstrahe rationes vtilis, vtriusque proprias, & post ea illa vtilia compara inter se, & erunt species, si vero dicantur talia eadem ratione, illa ratio erit genitum ad ambas species: si vero non dicantur talia eadem ratione, illa ratio erit æquiuoca ad illas species. Si ergo inuenientur genera omnia inter media, & definitio integra specierum quæ continentur sub supremo genere inuenietur: id enim in quo singularia non discrepant

aliquo prædicato essentiali, erit differentia, relique rationes genericæ, est autem bona methodus. Primo quia omnis definitio est vtilium vtili vero habetur in spectu similitudine singularium. Secundo, quia facilius sumitur ratio singularium: sine æquiuocatione ascendimus ad magis vtilia comparando ea ad inuicem: si verò vtili aliter sumeretur contingeret æquiuocatio, quia continet sub se multa quæ si fiat incognita efficient æquiuocationem. Dices tantum docemur per vtramque viam inuenire definitionem speciei sensu. Respondetur sola illa habet simpliciter definitionem generalem enim tam dicentur habere, quam esse de definitione alicuius, facile tamen accommodabitur vtraque via.

SUPER OCTO
LIBROS TOPICORVM
ARISTO

Commentaria, vnà cum quaestio-
nibus.

AUCTORE P. F. PETRO DE
Oña Burgenfi, in sacra Theologia
Præsenteo.

PRÆFATIO.

De auctore, Ordine, modo procedendi, & alijs.

Auctor.



Omnis sententia Arist. facit horum librorum Auctorem, imo ipse idem asserit. 2. Perihermen. & primo Priorum, diciturque tractatus iste Topica, hoc est, loca, quia in eo docentur sedes & loca argumentorum. Alij vero conantur probare ex multis locis Aristot. vnum tractatum fieri ex Elenchis, & libris octo, quos Latini tantum faciunt Topicorum. Et quidem præter loca quæ adducuntur videtur esse ad id coniectura, quia cum defectus & fallacia rariore sint, vt docet Aristot. 1. Post. ex parte materiz necessariz, Elenchi annectuntur syllogismo Topico qui est probabilis, potissimum namque in Elenchis, defectus ex parte materiz attenditur, nõ ex parte formæ syllogisticæ: nam aliter anecti deberent, libris Priorum, ponique ante Posterior. libros.

Sed quidquid sit de hoc, ad maiorem distinctionem, peculiarẽ tractatũ de illis

facimus, simul cum questionibus vt integer ordo per vniuersam Logicam eruetur.

De ordine verò, Boetii, Cicer. & Rodolph (quos referunt Lobaniens.) præponunt Topica Posterioribus, cõmuni vero sententia, vt supra nos præfatione ad Priora diximus, sentit oppositum, cum huic arti tribuatur inuentio, loquorque de ea parte quæ dat loca argumentorum, de ea namque quæ tradit syllogismi Topici naturã, eadem ratio est, quæ de Posterioribus. Obiectũ horũ librorum, ab omnibus ponitur syllogismus Topicus, Dialecticus seu probabilis ex Arist. hic cap. 1.

De diuisione autẽ, si vera esset sententia aliquorũ certũ est, quod fieret in quatuor partes, in prima agitur de huius syllogismi partibus, quam solem, per capita annotationesque circa illa apperiemus, in secunda de locis vnde argumẽta ad eum sumuntur, in tertia instruit Aristotel. argumentan-

Ordo;

Diuisio;

tem & resopndente, ob quod pars hæc dicitur Dialectica, id est, arguitiua vel à secunda parte quæritur facultas illa probabiliter disputandi, quæ Dialectica dicitur vtẽs (de qua in Prohemial) in quarta tãdem agitur de syllogismo Sophistico, ratione dicta, Topicis annexo obiecto: Vtilitas maxima, & horũ lib. de qua fecit Arist. cap. 2.

probabilibus aut ex his quæ videntur probalia est apprens. Non enim omne quod videtur probabile, etiam est probabile, nihil enim eorum quæ dicuntur probabilia in superficie, omnino habet phantasiam, velut circa litigiosarum disputationum principia accidit se habere, statim enim & sæpius etiam eis qui parua videre possunt manifesta est in his falsitatis natura. Ergo prior quidem eorum qui dicti sunt litigiosi syllogismi etiam syllogismus dicitur. Reliquis vero litigiosus quidem syllogismus, syllogismus autem non eo quod videtur quidem ratiocinãti, ratiocinatur autẽ minimẽ. Amplius autem præter omnes qui dicti sunt syllogismus ex his quæ sunt circa aliquas disciplinas peculiaris sunt paralogismi: quemadmodum in Geometria & huic cognatis accidit se habere. Videtur autem hic modus differre à dictis syllogismis, nam neque ex veris & primis colligit Pseudographus, neque ex probabilibus. Nam sub diffinitione non cadit, neque enim quæ omnibus videntur, sumit: neque quæ pluribus, neque quæ sapientibus: & his neque omnibus neque pluribus, neque probatissimis, sed ex conuenientibus quidem disciplinæ sumptis non, veris autem syllogismum facit nam eo quod aut semicirculos describit nõ ut oportet, aut lineas aliquas ducit non vt ducendæ sunt paralogismum facit. Species igitur syllogismorum, vt figuratim sit completi dictæ sunt. Summatim autem dicendo de omnibus prædictis, & de his quæ postea sunt dicenda in rãtum nobis determinatum sit, eo quod de nullo eorum exactam rationem assignare desigimus, sed aliquatulum figuratim de his volumus per transire, omnino sufficiens arbitrarẽ non esse secundũ propositam methodum posse cognoscere quo quomodo vnumquodque illorum.

Summa

CAPVT. I.
De intentione & diuisione syllogismi.

Textus.



Repositum quidem negocij est methodum inuenire per quã poterimus syllogizare de omni problemate ex probabilibus, & ipsi disputationes sustinentes, nihil dicemus repugnans. Primum igitur dicendũ quod sit syllogismus, & quæ eius differẽtia: vt sumatur Dialecticus syllogismus. Hunc enim quærimus secundum propositũ negotium. Est itaq, syllogismus oratio in qua positis quibusdã, aliquid aliud appositis ex necessitate accidit per ea quæ posita sunt. Demonstratio vero est: quãdo ex veris & primis, syllogismus erit: aut ex talibus quæ per aliqua prima & vera, eius quæ circa ipsa est cognitionis principium sumpserunt. Dialecticus autem syllogismus est qui probabilibus est collectus. Sũt autem vera: & prima: quæ nõ per alia sed per seipsa fidem habeant. Nõ enim oportet in disciplinalibus principijs inquirere propter quid, sed vnumquodque principiorum ipsum per se esse fidem. Probabilia autem sunt, quæ videntur omnibus, aut plurimis, aut sapientibus, & his vel omnibus, vel plurimis vel maxime familiaribus & probatissimis. Litigiosus autem est syllogismus, qui ex his, quæ videntur probabilia, non sunt autem, & qui ex

Summa textus.

Primo (inquit) se velle dare methodum probabiliter disputandi: Secundo, posita definitione syllogismi & demonstrationis, ait dialecticum syllogismum esse, qui fit ex probabilibus, quæ scilicet omnibus, vel pluribus vel maximè sapientibus videntur: litigiosum vero syllogismum esse, qui procedit ex his quæ apparent: non tamen sunt probabilia. Tandem Falsigraphum esse qui est ex materia aliqui scientiæ falso sumpta: hæc q̄, iudi calamo docet, quia hic sufficit.

Annotationes circa litteram.

Primo considerandum propositiones esse quadruplices, scilicet necessarias, probabiles, apparentes necessarias, sed falsas: vel tandem apparentes probabiles sed falsas: ex primis constat demonstratio, ut supra latè dixi: ex secundis fit syllogismus Topicus, siue etiam vna tantum sit probabilis, & altera necessaria, quia conclusio sequitur debiliore partem: ex tertijs fit Falsigraphus: ex quartis Sophisticus, vel litigiosus: finis primi est facere scientiam: secundi, opinionem: tertij, falsam æstimationem in modum scientiæ: quarti, decipere cum apparentia probabilitatis.

Secundo, sciendum Arist. tres afferre modos syllogismi litigiosi, scilicet peccans in materia, vel in forma, vel in utroque, quique peccant in forma, non sunt simpliciter syllogismi, sed analogicè in apparentia tantum, qui vero peccat in materia, species est argumentationis, ut syllogismus topicus, de cuius diuisione argumentationis, vide 2. cap. Poster.

Sed dices res sic destruitur materia eius ablata, sicuti ablata forma, ergo litigiosus peccans in materia, non est etiam syllogismus.

Respondetur, materiam intrinsecam syllogismi, tantum esse tres terminos in suis propositionibus: veritas vero vel contingentia est ei per accidentem, & ita quando habet hanc materiam simpliciter est syllogismus, non vero cum peccat in forma, quia non infert, licet id appareat, propter quod bene dicitur, nego sequi, hoc est inferri conclusionem.

Tertio aduertendum, non distingui ab Arist. Pseudographum, vel Falsigraphum, in peccantem ex parte formæ, quia id erat commune cum litigioso, quos etiam non comparauit, quia eadem differentia patebat ex eius doctrina, quæ posui notabili primo.

CAPT V II.

De vtilitate Topico- rum.



Consequens autem

erit his quæ prædicta sunt, dicere ad quod, & quæ vtile sit hoc negocium. Est autem ad tria, ad exercitationes, ad colloquia, ad eas quæ secundum Philosophiam sunt disciplinas. Quia ergo ad exercitationes est vtile: ex his perspicuum: methodum enim habentes, facile de proposito argumentari poterimus. Ad colloquia vero, eo quod multorum annumerantes opiniones non ex extraneis, sed ex proprijs doctrinis sermone abitur: ad eos transmutantes quidquid videntur, non bene nobis dicere ad secundum Philosophiam autem disciplinas, quod potentes ad utramque dubitare, facile in-
singu-

Textus

singulis. speculabimur verum & falsum. Præterea autem ad prima eorū quæ in vnaquaque disciplina sunt propria. Nam ex conuenientibus secundum propositam disciplinam principijs: impossibile est dicere aliquid de eis, eo quod prima principia sunt animum, per ea vero quæ sunt circa singula probabilia, necesse est de illis transigere. Id autem propriū, vel maxime conueniens est dialecticæ. Cum enim sit inquisitiua ad omnium methodorum principia viam habet: habebimus autem perfecte methodum, quando perinde habebimus, ut Rhetorica & Medicina, & huiusmodi facultatibus: hoc autem est ex contingentibus facere quæ eligimus, nam neque Rhetor omni ex modo persuadere debet, neque Medicus sanabit, sed si ex his quæ contingunt nihil omiserit sufficienter cum disciplina habere dicemus.

S V M M A textus.

Ad tria Arist. dicit esse vtilia topica, ex exercitationibus scilicet colloquijs communibus, & scientijs in disputando, namque in utramque partem mens acuitur & crescit, falsaque refutantur. Secundo docet quod licet aduersarius non conuincatur: ars Topica perfecta est si afferat necessaria ad fidem faciendam.

Annotationes circa litteram.

Particulare caput fecit Philosophus vtilitatis artis disputatur, quia tunc habebatur vili, eiusque si-

nis est persuadere, non excitando affectus eloquentia, ut Rhetorica, sed probabiliter argumento suadendo intellectum, & licet aliquando non suadeat: non ideo ars est insufficientis, quia eius munus tantum est efficere argumenta ad id: suasio autem pendet ab intrinseca voluntate nolenti attendere rationibus, &c. quæ cum pendeat ab extrinseco non propter hoc insufficientes reducuntur.

CAPT V III.

Ex quibus constet Dialectica disputa- tio.



Rimum igitur con- Textus

siderandum ex quibus est methodus, siquidem sumptis perimus ad quod, & quæ & ex quibus syllogismus, & quomodo his attendemus: habebimus sufficienter propositum. Sint autem numero æqualia, & eadem ea ex quibus orationes, & de quibus syllogismi: sunt enim orationes ex propositionibus, de quibus autem syllogismi sunt, problema- ta sunt. Omnis autem propositio, & omne problema, aut proprium aut genus, aut accidentem indicat: etenim differentia cum est genus, cum genere ordinanda est. Quoniam autem proprii hoc quidem quid est esse significat, illud autem non significat: diuidatur proprium in utrasque dictas partes, & vocetur illud quod quid erat esse significat, terminus: reliquum vero secundum communem de ipsis assignatam nominationem nuncupetur proprium. Manifestum igitur ex his quæ dicta sunt, quod secundum præsentem diuisionem: quatuor omnia accideri fieri, aut proprium aut terminum, aut genus,
No aut

aut acciden. Nemo autem non opinetur dicere, quod unum quodque horum per se dictū propositio, vel problema est. Sed quoniam ab his & problemata & propositiones fit, differunt aut problema & propositio hoc modo nam cum sic dicitur: putas ne animal gressibile bipes definitio est hominis? & putas ne animal genus est hominis? propositio, fit si autem, vtrū animal gressibile bipes definitio est hominis, vel non? problema fit, similiter aut in alijs, quare merito equalia numero problemata & propositiones, nam ab omni propositione problema facies, transmutans modum.

Summa textus Cap. 3.

Primo inquit hęc ars Topica, cōstat tribus, scilicet propositionibus Dialecticis vt materia proxima, prædicatis, vero vt remota problematis autem vt materia circa quā est: secundo ait tot esse problemata quorū propositiones, differunt enim solo modo, quia propositio simplicē habet tātū interrogatiōē, problema vero geminatā, tertio docet propositiōē & problema, constare vel proprio, vel genere, vel accidente, differentiā nāq, comunem ad genus reducit, definitio nem ad proprium, quod diuidit indidentem essentiam, vocatq, terminum, & in non dicentem sed ei conuertibilem, quod absolute ait dici proprium communiter, vnde quatuor esse prædicata, genus, definitio vel terminus, proprium, & accidens.

Annotationes circa literam.

Primo aduertentū q Lobani. pag. 387. bene dicūt omnia problemata Dialectica, constare ex dictis prædicatis, affirmatiuē, vel negatiuē,

quia in omnibus inquiritur, verū aliquid conueniat, quod est aliquod horū modorum, vel an non cōueniant, idq, explicitē, vt vtrum animal genus hominis, & c. uel implicitē quando prædicatum est genus, & c. extenditurque nomen generis ad analogā, & incompleta, proprium etiam, ad negationes & definitio ad cuiusuis descriptionē vnde bene Lobaniens. defendunt Aristot, à reprehensione Rodolphi, cum vero rogatur, cur magnas attrahit ferum? & c. Niphus. num. 48. & alij benē negant esse problemata Dialectica, sed illius scientiæ cuius est obiectum. Dialectica, enim non querit causas, sed cōclusionem probabiliter suadet, si vero modo Dialectico rogetur, vt vtrum hoc sit causa illius, reducitur ad problema proprii, videtur enim esse se propriā rei, hoc q est esse causam.

Secundo aduertendū quod nō erat opus numerare subiecta, numero atis prædicatis, cum istis respondeant illa: quomodo autem eadem ratio sit prædicati & prædicabilis, dixi cap. de genere. q. 1. vbi speciē dicebā esse prædicatum non tū positū hic ab Arist. cū hic agere de prædicatis subiectorum cōmuniū, de quibus sunt nostra problemata in scientijs & artibus: Dixi etiā cur differentiā subalterna generi sit annexa, vltima vero differentia & ima definitioni, eius tū hic non meminit, vel quia in definitione intellexit, vel potius, quia vix ullam cognoscimus differentiam imā, de propositione vero & problemate, infra dicitur: vltimo & penultimo capite.

Summa textus Cap. 4.

Terminus, hoc est definitio, est oratio explicans rem, cum vero nomen vnum alio explicatur. nō est definitio, licet ad eā reducatur, propriū est, quod nō est de essentia, sed cum ea conuertitur, quod enim non con-

uertitur non est proprium, nisi quando est ad aliquid, genus est quod inquit prædicatur de speciebus: cui annectit problemata. quid sit idem ver diuersum genere? Accidens dupliciter de finit, primo quod non est proprium, definitio nec genus in est autem rei, secundo, & melius inquit ipse, est prædicatum quod eidem potest in esse, & non inesse, eiq, annectit problemata comparationum: quæ ab accidentalibus fiunt.

Annotationes circa literam.

In secunda parte Summularū: agēs de modo sciendi dixi, cur definitio dicatur terminus, poniturque primo loco, vt nobilior: propriūq, in secundo, ante genus qui adijcitur, vt definitio, cum eaque conuertitur, & ab ea manat, quomodo autem genus, & non differentia, & definitio ratione generis dicatur in quid: & cur proprium conuertibile dicatur absolute tale: & alia etiam circa definitiones accidentis, dixi in prædicabilibus.

Secundo considerandum ex Nipho, nō poni ab Arist. annexa proprio, quia non erant: si enim aliquid inest accidentaliter, nec conuertitur, est problematis accidentis secundum Aristot. si conuertitur, sed est essentialē, est definitio: stand enim est conuertibile accidentale, non reducitur ad proprium, sed est propriū. Sed dubitabis forsā quomodo cognoscatur, cui prædicato annectatur problema. Respondeo, quod cum rogatur an sit genus, & c. talis prædicato annectitur, cum vero non rogatur sic: ei annectitur cuius est determinatio addita, vt vtrū homo sit animal risibile: proprio: quod si absolute purē rogatur prædicatum, vt homo animal sit? & c. ab Alexandro dicitur problema accidentis quo admodum, quia

propositio est de simplici inherentiā, accidentisq, est inesse. Sumitur enim nomen accidentis largē ab Arist. scēpē pro eo quod quouis modo conuenit: proprie tamen ei prædicato tribuitur, quod est interrogatum.

Summa textus Cap. 5.

Conclusio est, omnia prædicata quodammodo annecti definitio nisi: quia scēpē ex locis quibus genus, proprium, vel accidens, destruitur, destruitur etiam definitio, quia tamen non semper, non sufficit vna methodus, & licet esse possit, profecto esset parum clara, ita de singulis prædicatis seorsum tractat.

Annotationes circa literā.

Videntur est Niphus, qui ex Alexandro bene docet quomodo non sit vna methodus, ad problemata quatuor prædicatorum: quod si Arist. c. 1. vnam promittit methodum, intelligit genericē, scilicet, seuelle dare methodum ad problemata, plures tamen in specie.

Summa textus Cap. 6.

Primo, distinguit idem, in idem numero, speciē, & genere. Secundo, obicit duas aquas vnus fontis, minus differre, quam duorum fontium, quæ tamē sunt idem speciē, & illæ priores non sunt vnum numero, ergo deest alia identitas. Respondet esse, magis idem accidentaliter. Tertio, diuidit idem numero in tres acceptiones: prima cum res est vna, nomina plura, vel est vt definitio & definitum: secūda, cum est vt subiectum, & passio: Tertia cum est vt subiectum & accidens.

Annotationes circa literā.

Quia supra mentionem feceram eiusdem, nūc meminit acceptionum, & quia vt veni ex aliant, huic arti est vtilissimū de diuerso autem, quia patebat inde nō meminit speciatim, fusiusq; agit, s. Metho. c. 6. de supradictis acceptionibus, intenduntque aliqui modos aliquos esse omittos, vt idem analogia, idem natura, item accidentaliter agebat, sed quidem idem analogia ad idē genere reducitur quod hic ad analogia extendi potest, alij verō tres modi, ad tertium modum pertinent, &c.

Secundo certum sit, magis esse idem definitionem & definitum, quam subiectum & passionē, & hæc duo quam subiectum. & commune accidens propter quod, problemata de eodem, potius annectit Arist. de definitioni modo vsu vero, quo Petrus est idem sibi, sub primo modo eiusdem numero intelligitur, quia licet modo significandi sit magis idem quam definitionem & definitū, in significato eadem est idetitas, cum res est vna & habet vnum nomen, nec est distinctē numeratus hic modus, quia colligitur ex illo, si enim cum plena sunt nomina est vnum numero, à fortiori etiam cum tantum est vnum tantum impositum.

Tertio ex hoc cap. iude duæ eliciuntur maxime, prima quæ sunt idem numero sunt idem specie, & quæ specie idē genere, non tamen e contra, secunda quæ differat genere differat specie, & quæ specie numero, nō in e contra, intelligiturq; de identitate numerica essentia, de quo latius infra,

Summa textus Cap. 7.

Prima conclusio, omnis disputatio Dialectica consistit in propositionibus

& est circa problemata, quatuor prædicatorum, quod probat primo inductione. Secundo, quia si dicitur de specie essentialiter & conuertitur, est definitio cui iungitur vltima differentia, si non, est, genus cui iungitur subalterna, si vero est accidentale & conuertitur est proprium, si non conuertitur est accidens.

Secunda concl. hæc quatuor prædicata inueniuntur in eodem prædicamento, quod vt magis intelligatur nūmerat omnia prædicamenta.

Annotationes circa literā.

Circa secundam conclusionem aduertendum, illa quatuor prædicata esse in eodem prædicamento, directe, vel reductiue, vt dicebamus nos in prædicamentis, definitio verō secundum suas partes etiam in eodem prædicamento reperitur: Tribuetur autem problema directe illi prædicamento cuius fuerit prædicatum, quia præterquam quod ratio prædicati est nobilior ratione subiecti prædicatum est id quod queritur: similiter genera accidentium in concreto sunt notiora nobis, quamuis vt supra in arte prædicamentis dicebam minus directe ponantur quam abstracta.

Summa textus Cap. 8.

Propositio Dialectica est interrogatio probabilis, reijctique eidenter vera, vel falsa, secundam diuidit in per se probabilem, & secundario probabilem, quæ simili ratione ad illam, id est, deductione ab eadem quia est recepta à peritis in facultate, probabilitatem habet.

Anno-

Annotationes circa literā.

Notandum primo, quod propositio Dialectica cum interrogatione non simpliciter sed secundum quid & cum addito, est propositio, scilicet, in interrogata, & quia ex Arist. i. Topico. licet interroganti, id est, dum quis rogat sit interrogatio, syllogizati, id est, cum postea inde syllogizat, sumptio est partis viæ probabilis, & sic vult Arist. esse materiam ex qua, supra, c. 3. cum enim est sub interrogatione potius videtur, vt Problema, materia circa quam.

Secundo sciendum, quod licet aliqui cum Alexandro, velint id quod est clarum sine dubitatione esse propositiōnem Dialecticā, & non Problema tamen cū Arist. sup. c. 3. dicat esse æqua, lia numero, soloq; modo interrogandi, simplici, vel geminata interrogatione distincta, cōgruentia est, strictē etiam propositiōnem Dialecticā, simplici interrogationis aliquā habere veram dubitationem, large, vero etiā esse problemata sine dubitatione, vt ait Niph. nu. 34. Aristotq; vult stultū esse rogare ea Problema, sed id etiam est stultū per propositiōnem Dialecticā simplicis, interrogationis: pro quo.

Tertio sciendum, c. sequenti, dicere Arist. stultum esse pœna, vel sensu dignum, cum oritur ex deprauata voluntate, vel dubitatione, interrogatio: secus est quādo vt Theologi, rogantes Vtrū Deus sit? & vtrū colendus id facimus, vt problemus omnibusq; pateat, certi tamen de eorum veritate.

Summa textus Cap. 9.

Primo diuidit Problema ex parte rei, in conferens ad electionē, vel fugam & ad sciendum, & ad iuuandas scientias: & ex parte considerantium, in problema neutra, de quibus, vel qua

non est motuum ad alteram partem, vel æque efficax, inopinamur, & in ea in quibus sapientes vulgo contradicunt, vel sapientibus, vel ipsi vulgares vulgaribus. Secundo, ait positio est opinio Periti, in arte, cōtra communem. de quouis tamen contradicente rationem habere stultū est. Tertio ait Dialectico non proponenda problemata clara vt sensu, vel pœna egeat, vt vtrū nix sit alba, vel Deus colendus nec etiam difficilima in alij sciētijs, quia excedunt captum Dialectici, mediāq; non suppetunt probatiua;

Annotationes circa literā.

Advertendum quod Arist. non diuidit propositiōnem Dialecticā vt problema, vel quia eadē est ratio, sufficiebatque sensu ponere, vel quia cap. 2. vbi de propositiōne egit, ponit, eiusque, cap. 8. primo meminit, quia simplicior problemati.

Secundo aduertendū ad problematelectionis, vel fugæ, iungi omnia etiā mechanica, quæ sunt de aliquo faciendo vel non faciendo, ad ea verō quæ sunt ad sciendum, omnia speculabilia Physica, mel Methaphysicā, ad ea vero, quæ sunt iuuanti scientijs, omnia etiam Grammatica, & Rethoricæ, quæ sub nomine Logicæ latet, & instrumenti sciendi comprehenduntur.

Vltimo dices, positio vt sit, est opinio quæ non habet interrogationem in se, ergo male ponitur species problematis. Respondeo licet dicatur opinio ab ea propositiōne viri docti quæ interrogatur, & pro cuius auctoritate fit problema, tamen cum duplici interrogatione debet poni, vt sit species problematis, de quo Lobanienf. pag. 400. & hæc dicta sunt statim, de his nouem capitibus quæ & solent tantum legi & in Bachalauricis anime rogari;

Secunda partis huius tra-
ctatus de Argumentorum
locis, Summa.

Proter Aristi. Boet. Cicer. Philo-
soph. & horū interpretes in To-
picis sunt alij, vt Rodolph. lib. de
inuentione, Titelmā, & iunio-
res in Summulis egerunt de hoc, de
quibus omnibus, summā quandam hic
apponam, de inde vero altiori modo
(pro alijs forte qui etiā alio stilo gau-
dent) differant.

Interim, argumentū Dialecticū di-
citur à Cicer, probabile inuentum ad
facienda fident saltem, hoc est proba-
bile in extimatione licet in se sit ne-
cessariū, sunt enim vt cōstat ex Arist,
supra cap. 9. inter loca Todica aliqua
demonstratiua, quia aliquibus tantū
sunt probabilia.

Secūdo considerandū q̄ hic sumi-
tur argumentum, vel pro antecedenti
solo, aut cum consequenti, vt dixi sē-
pē de syllogismo, vel potius pro ipso
medio cuius vnione cum extremitate
sit antecedens, & in conclusione hu-
ius vnionis virtute vaiantur extrema
inter se, dicitur etiam medium argu-
mentū, quia radicaliter in eo videtur
esse lux veritatis, si certa aere lux so-
lis, ob quod dicitur etiā hęc ars inue-
niēdi medium, quia dat loca vbi erit
focus est de illa cōmuni & parū vtili
arte inueniendi medium, ad affirma-
matias, vel negatiuas propositiones,
de qua summulit̄ cū de syllogismo.
vbi liberè dixi quid sentiam etiā ego,
illæ enim regulę potius sunt ad iudicā-
dam de medio inuento, sufficit que re-
gula ibi posita à nobis pro hoc.

Tertio notandū locū dici ab Arist.
elemētū, q̄ cū sit simplex, multorū est
origo, dicitur etiā argumētū sedes, ali-
ter desinit Boetti. & aliter Viues aliter
etiā iuniores, sed ad quid tanta?

Quarto, locus est duplex, scilicet ma-
xima & differētia maximæ, locus
maxima est, propositio probabilis cui
multæ nituntur argumentationes ob
quod vniuersalis dicitur, vt cui conue-
nit definitio conuenit definitum, dif-
ferētia maximæ est receptaculū plu-
rium differentium maximarum, vel lo-
cus definitionis in quo est dicta maxi-
ma & aliæ, & de hoc secundo nō tam
plenē, agit Arist. vt Matiz, ait, & pro-
bat cap. 3. In locorum autem nume-
mero, ordine, & nominibus, vnusquis-
que ferē suam sequitur methodum,
de quo latius infra.

Quinto aduertendum, quod hęc lo-
ca siue differentia maximæ siue ma-
xima, posse summi, & vt propria, & vt
cōmuniā: cōmuniā cum nulli ge-
neri determinātur, vt sic, locus defini-
tionis tātum, vel hęc maxima de quo
cunq̄. dicitur de definitio, &c. Secūdo
do, vt propria cum alicui materiæ de
terminantur, vt locus definitionis na-
turæ vel virtutis, vt hęc definitio na-
tura est primum principium motus &
quietis, &c. quidquid non dicitur de
speciebus nō est genus, licet autem lo-
ci cōmunes nil dicant determinate
alicuius materiæ, sciri debent, vt pro-
prios arte teneamus in hac autē arte
Topica cōmunes traduntur, ex pro-
priis autem hij qui ad Dialecticam
spectant, licet aliquæ aliæ maximæ,
vt in quæstionibus patebit afferantur
ad pleniorē materiā suppeditan-
dam locorū cōmuniū hic summam
apponam, priorum vero postea
quia multi sunt.

Primus locus est à definitione, des-
criptione, vel interpretatione, affir-
matiuè, vel negatiuè, ex parte subie-
cti, vel prædicati, vel vtriusque, lo-
coque ab interpretatione, iungitur
locus à transumptione quo ad primā
partem de quo statim, similiter à de-
finito descripto & interpretato ad de-
finitionem, &c.

Secun-

Secundus locus, à toto ad partem,
vel e contra, à toto inquam superiori,
vel distributo, vel integranti: Physi-
co, aut Methaphysico, cui pertinent
modi argumentandi distincti. part. Sum-
mularum, cap. de diuisione similiter à
toto in tempore, vel loco, vel modo,
vel cum ponitur, aduerbium vniuer-
sale temporis, vel loci, vel aliqua re-
strictio.

Tertius locus est, à causa ad effe-
ctum, & e contra, siue sit efficiens, ma-
terialis, formalis, vel finalis, quibus an-
nectitur locus, à generatione, corrup-
tione, & vsu, qui locus maximè pate-
bit 2. lib. Physicorum in intellectu.

Quartus locus est, ab antecedentibus
rem & consequentibus, & concomi-
tantibus.

Quintus locus est, ab oppositis vel
disparatis, de modo huiusmodi de ar-
guēdi satis dicta sunt. c. de oppositis.

Sextus locus est, à maiori, vel magis
probabili, vel à minori, vel minus pro-
babili, & locus à paribus, id est, æque
probabilibus, similiter locus à cōpa-
ratiuo, & locus ab illa maxima pro-
pter vnum quodq̄, tale, &c.

Septimus locus est à simili, cui per
oppositum iunge à dissimili, cuius nec
Arist. nec alij iuniorum meminere,
quia patet ex loco à simili, cui etiam
iungitur secūda pars à transumptione,
& locus à cōmutata, vel transmutata
proportionē, de quibus infra.

Octauus locus est, à cōiugatis, vel
à casibus, vel à denominatiuis, ad de-
nominatiua, ex parte vocis & rei, vel
rei tantum, quæ dicuntur coniugata,
quia ferē semper sub vno iugo vocis
deuincta, id est simul iugata sunt, vbi
cauenda denominatiua sola voce, vt
caueatur æquiuocatio, & quidem ad
uitanda Sophismata semper teneatur
sentus fixus.

Vltimus locus est, ab auctoritate di-
uina, vel humana.

Pro quibus omnibus dictis, aduertē

dum aliquos eorum esse ab altero ex-
tremo quæstionis, vt quinq; priores &
octauus, alij autem tres potius à tota
quæstione, qui omnia præter vltimū
sunt artificiosa, quem vocat Aristot.
ex iudicio, maximæ autem omnium
locorum statim ponatur, quæ mul-
tum profert, concionibus declama-
tionibus & scientijs vsu autem potius
quam longa magistri explicatione.
Iam ad quæstionem veniamus.

QUAEST. VNICA.

De syllogismo Dialectico,
eiusq; locis in communi.

Vniuersam latamq; huius di-
sputationis tractationem, tri-
bus explicatis, comprehendā
Disponi-
tur. quæ-
stio.
primo ergo de syllogismo Dialecti-
co, & de eius locis in cōmuni, in secū-
do, de singulis in particulari quibus
propositio simplex: tandē in tertia de
quibus quæstio comparata probatur
agam. De primo inquirenda sunt septē
primo an necessaria sit cognitio syllo-
gi, mi Topi. quid sit iste syllogismus
tertio, propter quid, quarto quæ nam
sint sedes & loca: quinto quotuplex sit
locus: vltimo quomodo horū conside-
ratio ad Logicum spectet.

ARTICV. PRIMVS.

Vtrum cognitio syllogismi Topici
sit necessaria?

Syllogismus Dialecticus, sumpto no-
mine Dialecticæ pro Topica, vt sæpe
dixi, ille est qui ex probabilibus, cōclu-
sionē probabilē colligit, qui etiā vo-
cari solet, vt patet 8. Topi. 4. Epique re-
ma, id est, aggressio, eo quod ad dispu-
tationem, cum altero aggrediendam,
est promptus maximè & idoneus.

Np 4 Secun-

Probabile quod sit. Secundo, considera quod (vt dictum est) probabilia ea dicuntur, quæ videntur omnibus, aut sapientibus, atque his, vel omnibus, vel pluribus, vel spectatissimis, dummodo non sint Paradoxa, id est, præter omnium opinionem, omnibus, vt Deum colere omnes plurimis, vt honores magno studio esse inquirendos, omnibus sapientibus: vt animi bona præstare corporis bonis plurimis, vt animam esse immortalem, spectatissimis, vt mundum incepisse, quod defendit Plato, quæ tamē ita probantur his, vt fiat contra omnium cōmunē opinionem, quale est illud Parmenidis & Melisi, omnia esse vnum, de quo vide quæ diximus in 1. lib. Physic. q. 2. in probabilibus non numerantur, & hæc dicuntur paradoxa, vel potius errata.

Probabile multiplex. Tertio sciendum, quod probabilia aut sunt per se, aut per alia talia, quem admodum dixi, quædam esse per se nota, quædam per alia: vnde suo modo etiam dantur principia probabilia, & conclusiones probabiles: per se probabilia illa, voco quæ non egent confirmatione: sed simul atque proponuntur, solent probari, & in plurimum demonstratio, quam supra dixi, non æstimatam talem, cadit sub hoc genere probabiliū: & in simplicibus v.g. melius Republicam gubernari à sene quam à iuvene imperito, per alia vero dicuntur probabilia, quæ verè indigent alijs per quæ approbentur, vt melius Reipub. regi ab vno Principe solo, quam multorum placitis.

4. notan. Quarto sciendum, syllogismum dialecticum, seu topicum, quamuis non consistat: vtraque præmissa probabilis, sed vna tantum licet altera sit, necessaria, ratioque est clara, quia ex dictis in prioribus, conclusio sequitur partem debiliorem antecedentis, v.g. qui carpit mores odium sibi parit, qui furra & sacrolegia carpit, carpit quidem vitia, ergo talis sibi odium parat:

maior est tantum probabilis, & hanc sequitur conclusio non minorem quæ est necessaria, idem dico si vtraque sit necessaria, dummodo altera non æstimeretur talis.

Iam certum sit quod cognitio syllogismi topici necessaria est ad veritatem indagandam. Hanc conclusionem probant eadem argumenta quæ fecimus ad suadendum demonstrationem esse necessariam, mutatis mutandis: nā sicuti demonstratio necessaria est ad sciendum: ita ratio topica ad opinandum, cumque nos paucissimarum veritatum possimus habere sciētiā (vt late dixi, q. 2. super c. de specie) id est, euidētē & certam cognitionem, saltem est appetitus veritates quomodo cū que attingere, & vero similia concipere, præsertim de altissimis, vt docuit Philosophus quod quidem nobis ratio topica præstat.

Conclu. respons. uaq.

ARTICVL. II.

Quid sit Topicus syllogismus?

Difficultas hæc solum versatur circa materiam tam remotam quam proximam syllogismi Dialectici, quia penes hanc attendi debet eius differentia tã distinctiua quam constitutiua, cum ex dictis in prioribus, imo etiam in Post. & Top. syllogismi topici, & demonstratiui, eadem omnino sit forma.

Dico primo, materia remota huius syllogismi sunt tres termini, quorum alter, id est, mediū, vel cum extremo utroque, vel cum altero probabiliter tantum, hoc est, vero similiter, & non necessario connectitur. Medium syllogismi ex dictis patet quod dicatur argumentum, licet aliquando quælibet præmissa, præcipuè maior, imo & totum antecedens, dicatur argumentum: medium autem syllogismi Dialectici,

Explicatur titu.

1. Cōcl.

dicuntur, vt dixi in Summa, 2. p. notab. 1. dicitur argumentum dialecticū, quod est probabile inuentum ad faciendā fidem: non quod assensus productus ex vi argumenti topici, sit semper actus fidei: hoc enim vltimū dicemus) falsum est, sed quod prædictus assensus nō est omnino necessarius, ideo appellatur fides, ex eo quod sicut ad assensum fidei, non conuincitur intellectus, vt dixi quæst. vlti. 1. Post. sed ad illum prærequiritur aliqua libera motio voluntatis, & pia affectio, sic etiam nec ad assensum opinatiuum, & hæc est ratio cur possit contingere, vt ex affectu voluntatis, intellectus assentiatur conclusioni minus probabili, probabiliori prætermittit & oblita.

2. Cōcl.

Dico secundo, materia proxima syllogismi probabilis, & dialectici est quælibet propositio probabilis eo modo quo dictum est articulo præcedenti, syllogismum topicū procedere ex probabilibus: vnde huiusmodi propositionibus semper deest aliqua conditio ex requisitis, ad hoc vt propositiones reliquæ sint materia proxima demonstrationis, quia malum & obliquum ex quo cunq; defectu contingit & coalescit: quare illis omnibus cognitio, & his, facile erit iudicare quæ propositio dicatur probabilis tantum, quæ ita definitur, 1. Top. 8. supra: quod sit interrogatio probabilis, id est, quæ aperte interrogatur id quod videtur omnibus aut plurimis, &c. vt nonne diligunt parentes suos natos? Dicitur autem interrogatio, quia cum nō sit propositio necessaria, aut certe non videatur, tenetur his qui cum altero disputationem iniit petere ab illo, an verā propositionem existimet, nec frustra laboret si ex non concessis argumentetur: similiter dicitur aperte interrogare omnibus aut pluribus, quia vnā dumtaxat interrogationis notam exprimit: eamque solam contradictionis partem expresse proponit, quam

desiderat sibi concedi, vt patet indictō exemplo, quamquam virtute, alteram etiam rogandi notam, id est, necne, vel quid simile, tunc contradictionis alteram partem contiuet. cum hoc tamē licet Dialectica propositio, quærenti sit interrogatio rotius contradictionis, ratiocinanti tamen & persuadenti est sumptio illius partis. assoluta quam probare contendit, vt ait Aristot. Epicurus sic niteretur probare omnem voluptatem esse bonam: an non putas quicquid secundum naturam est esse bonum? Nonne omnis voluptas est secundum naturam? Quæ si alius admisisset tunc sic concluderet, quid quid est secundum naturam est bonū, sed omnis voluptas est secundum naturam, igitur omnis voluptas est bonum. Huiusmodi etiam interrogatio solet etiam appellari quæstio Dialectica, siue problema dialecticum, quādo expresse continet vtramque partem contradictionis, aut saltem vtramque notam vt fuerit ne mundus ab æterno, necne? sed tunc maximè quædo de ea neutra de parte homines sentiunt, vt sintne stellæ pares, vel impares? aut de qua contendunt sapientes cum plebsi que, vt vtrum sol sit maior multis partibus toto terrarum orbe (quod Ptolemæus in Almagesto demonstrat) necne? aut plerique inter sese, vt si honores præferendi sint opibus vel & cōtra? aut de qua disident sapientes inter se, vt sintne cæli ex eadē materia horū inferiorū necne? & ideo dicitur theorema, id est, consideratione dignum, quam per iram breuitatis gratia altera interrogationis nota siletur.

3. Cōclu.

Dico tertio, cum omnis interrogatio categorica, roget num prædicatum aliquod alicui conueniat subiecto, & omne prædicatum (quod scientiæ prædicant intellige modo explicato, c. de specie) sit definitio aut propriū aut genus, aut accidens, eius subiecti, cui conuenit, aut ad horum aliquod

reducatur sit, vt omnis ppositio, omnisque questio Dialectica, aut sit definitio, aut proprii, aut generis, aut accidentis, aut ad aliquod horum reducatur.

Confidendum. Vbi recolendum, quod supra dixi has questiones siue propositiones duobus modis rogare posse id quod querunt, aperte videlicet, vt estne animal rationale, definitio hominis, vel non aperte, vt estne homo id ipsum quod animal rationale: si vero neutro modo horum querant, sed simpliciter, vt vtrum aliquid alicui conueniat, v.g. vtrum cœlum sit animatum? Reducenda sunt ad prædicata accidentis, sumpta vox, accidens, pro quouis quod quomodocunque alicui inest, & tales solent appellari interrogationes simplicis inherentiæ, id constat ex 1. Top. 5. & 2. Topicor. 2. & 4. Top. 1. & 7. Top. 3. vnde immerito Rodolphus redarguit prædictam diuisionem proprii, quia non continet questionem simplicis inherentiæ, quia præterquam ad illam reuocatur, indigna, est & aliena à modo interrogandi scientifico, cum querat quid indeterminatum, & inde finitum indefinitè: similiter 1. Top. 3. Arist. ad questionem generis reuocat, questionem differentie generalis de specie minus latè patente, vt sitne differentia, qua differant homines, ab aliis quibus quæ sunt sensus capaces, questionem vero differentie specialis, ad definitionem, reducit, sicut questionem speciei de indiuiduo, ad questionem generis de specie, vt sitne Plato homo? quia quemadmodum se habet genus ad speciem, ita se habet species ad indiuidua. Rursus questionem analogi, vt dixi, reuocat ad genus, quia in eodem dicuntur latere æquiuocationes.

Replie. Præterea, questio comparatiua reducitur ad questionem accidentis, vt vtrum hoc sit magis tale quam illud: v. c. album magis coloratum quam nigrum: nam solum accidens suscipit ma-

gis & minus. Sed dices, vtrum homo sit excellentius animal ceteris hominibus? est questio comparatiua, & tamen non queritur de accidentibus. Dicendum ad hoc quod de excessu in perfectione substantiali, loquimur cum quadam proportionem, ad accidentia quæ recipiunt magis & minus, quo pacto, in perfectione substantiali, & essentiali concipimus quosdam gradus, admodum quo gradus extensionis in accidentibus intelligimus.

Tandem notandum, quod alia diuisione diuiduntur propositiones questionesque Dialecticas ex 1. Topic. 1. 2. in tria genera, scilicet in morales, naturales, & Logicas: morales, inquit Arist. sunt quæ pertinent ad vitam & mores, vt estne obediendum potius regibus quam legibus si inter se dissideat? Naturales, quæ ad naturæ obscuritatem spectant: vt sitne contingui cœli an non? Logicæ quæ spectant ad rationem differendi, vt sitne tantum quinque prædicabilia: & ad hæc tria quæ attingunt materiam omnes tam questiones quæ dialecticæ propositiones reuocandæ sunt.

ARTICVL. III.

Propter quid sit syllogismus Topicus?

B Reuiter dico, quod sicuti effectus, & finis demonstrationis est scientia, sic etiam effectus & finis syllogismi topici est opinio, vel etiam fides: sunt enim quedam argumenta topica, quorum effectus est actus fidei, vt infra patebit: ratio ergo conclusionis, est quia sicuti natura sua demonstratio ordinatur ad conuincendum intellectum, vt velit, nolit, conclusioni assentiatur (salcim quatuor ad specificationem, vt dicebamus in posterioribus) ex præmissis evidenti-

Côclat.

bus, euidenter illatæ: sic etiam syllogismus topicus ordinatur, ad inclinandum quasi suauiter intellectum, vt propendat magis in vnam quam in alteram partem contradictionis, non necessario, sed (vt dictum est) dependenter quodammodo à libera motione voluntatis, & pia affectione illius. Quæ autem sit materia scientiæ, fidei, & opinionis, satis superque dictum est in posterior. q. vlti. super cap. 26. tam habitualis quam actualis, & vnde specificentur, & num inter se pugnent in eodem subiecto, de eodè obiecto? quidquid dicant aliqui codices, quod est hæc tractatio librorum de anima, cū tamen Aristoteles, ipse ex professo in posterioribus de illis agat.

ARTICVL. III.

Vtrum & quæ sint sedes, & loca vnde Topica argumenta sunt elicienda?

Explicatur titu.

Q Via ex dictis supra demonstratiua argumenta sunt per pauca, & in questionibus dirudicandis, vt inur probabilibus rationibus. Fateor quidem tractationem hanc, non modo concionatoribus, valde vtilem [quibus ex omnibus Logicæ partibus nulla alia contingit utilior] sed & alijs omnibus, qui scientias alias, vel docere, vel inuestigare contenderint, propter quod Arist. per octo libros istos latissimè, & clarè disputat. Quem etiam nos imitantes aliquantulum latius solito erit sermo, vt obiter è suscepto labore, longoque itinere non nihil orti, quasi assumamus.

Locus quid sit.

Locus ergo ex Cicerone argumentis est sedes: vt enim, inquit, ille rerum quæ abscondita sunt, demonstrato & notato loco, facilis est inuentio, sic cū argumenta inquirimus, locos nos debemus, & ideo, vt dixi supra Arist. li-

bro istos inscripsit Topica, id est, loca, topus enim locum significat, vnde eius adiectiuum est topicos. Similiter Arist. locum elementum vocat, 2. Rhetor. ad Theodectè vlti. rationem dedi supra, Bot. 1. lib. de definit. Top. locus inquit, id vnde ad propositam questionem, conueniens tradit argumentum: aliter Rodolp. 2. de inuent. c. 2. & Cypria. 1. suæ Rhetor. c. 12. & aliter & melius his, Didacus Vallades Franciscanus nouissimè in sua Rhetorica Christiana, lib. 2. sed dicta sufficiant.

Locidiciuiso.

Rursus, locus in communi alter dicitur maxima, alter differentia maxima, maxima est propositio per se probabilis, fidem alijs subministrans quæ Boet. Alex. & Theoph. vocat per se notam topicè loquendo: dicitur alijs fidem faciens, quia est aliarum probatiua, vel etiam sic dicitur, quia quælibet illarum continet plures alias, v. g. id verum est quod maior pars eorum que in quavis arte versantur, dicunt si cætera sint paria: quæ quidè maxima fidem subministrat pluribus alijs, vt huic elementa sūt quatuor: primæ qualitates, quatuor, prædicaméta decem, quia id asserunt omnes ferè Philosophi & Logici, idem de alijs, vel appellatur maxima, quia non habet aliam maiorem per quæ probetur. Imo profectò istæ propositiones, & similes non tam sunt, vt quibus constare debet dialecticus syllogismus: quam quedam principia extrinseca, quibus quasi innituntur argumentationes ipsæ qualia dicebatur & docer in prioribus Arist. esse illa duo, dici de omni & dici de nullo respectu consequentiarum probationis.

Secundo considerandum, quod non conuenit inter omnes quid sit differentia maximæ. Quidam (vt nos supra) bene dicunt esse receptaculum plurium maximarum, v. g. locus auctoritatis alij differentia maximæ appellant, propositionem intrinsecè & seipsa probatiuam questionis, ita vt in tres syllogismum

110

mum dialecticum, cuius quidem veritas ideo recipitur, quia veritas maxima recepta est, ita quod maxima sit principium quoddam vniuersalissimum topicum, complectens plura alia vniuersalia quae appellantur differentiae maximae: quae est de nomine, sed posterius modus dicendi est conformius his nominibus, maxima, & differentiae maximae: sic enim facile erit intelligere, cur minus vniuersalia principia, dicantur differentiae illorum quae dicuntur maximae, contra hunc enim illa.

Dubita-
tio. Dubium tamen est, vnde sumenda sit locorum diuersitas à maximis ipsis, vel potius à differentiis maximarum. Lobanienf. 2. Topico. à differentiis maximae esse sumendam diuersitatem dicunt, alij vero oppositum docent. Dicendum tamen iuxta primam conceptionem harum, maximae & differentiae maximae, sumendam esse à differentiis maximae non à maximis: plures enim maximae habent eandem vim specificam concludendi, vnde ex maximis non potest sumi locorum distinctio: at secundum posteriorem acceptionem sumendam distinctionem specificam locorum à differentiis maximae: generica vero ex ipsis maximis: quod quidem facile erit intelligere, dum ad subsequenda venerimus.

ARTICVLVS. V.

Quotplex sit locus.

Explica-
tur titu. **D**vo sunt locorum genera, vt supradictum est, artificiosa alia, quae scilicet Dialectica arte, & diligentia ex ipsa quaestione eliciuntur, id est, ex ipsis rebus, de quibus est quaestio, vt est definitio rei quae in quaestione praedicatur, aut subiicitur, quae à Cicerone in partitionibus insita & externa, id est, artificiosa,

sa, vocantur: alia sunt aeterna, artisque expetita, & remota, quae in qua ex rebus ipsis non erunt, de quibus est quaestio, sed extrinsecus assumuntur, vt auctoritas, quae libet illa sit.

Iam certum sit, quod loci artificiosi sunt viginti, vt viginti vero expertes tantum sunt duo, & consequenter sunt viginti & duo. Probatur eorum sufficientia, nam argumenta artificiosa, aut significant id ipsum ex quo assumuntur, & de quo est quaestio, aut ea quae id certa aliqua ratione respiciunt, quae id ipsum significant, sunt definitiones, descriptiones, notiones, seu vocabulorum interpretationes, quae autem ad id respiciunt & affecta sunt, aut sunt illi coniuncta, aut ab eo disiuncta: coniuncta vero, aut sunt connexa, aut circumstantia. Voco connexa ea quae ita sunt coniuncta cum aliquo, vt illud ex ipsis necessario pendeat, aut è contra ipsa ex illo, quo pacto se habent coniugata inter se, partes cum toto, totum cum partibus, causa cum effectibus, & contra effectus cum causa: antecedentia cum consequentibus, & contra. Circumstantium nomine intelligo ea, quae ita cum re coniuncta sunt, vt non necessario cum illa cohaereant, quae quidem sunt vel praecedentia, sive antecedentia, vel concomitantia, vel subsequenda. Distincta vero aut sunt consentanea, vt similia, maiora, minora, paria: aut dissentanea, vt dissimilia, opposita, & aliquo modo repugnantia. Tandem artis expertia sunt auctoritas diuina & humana: patet ergo duos & viginti esse huiusmodi locos, si qui vero alij loci sunt ad assignatos reducere necesse est. Maximae autem sive vt alij dicunt pronuntiatia communia quae ad singulos locos numeratos pertinent. statim quod in singulorum explicatione tradentur: aliter Boet. ex Themistio, & alijs, & Cyprina. s. sup. Rhetor. cap. 14. Didacus Valades, ibidem, aliter numerant, sic in ordine sicuti in numero, sed quidem

Conclu.

assignatus magis facilis est, naturaeque conformior: & Neotherici iam sic conueuerunt tradere de his.

ARTICVLVS. VI.
& vltimus.

Virum horum locorum consideratio ad Logicum spectet?

Explica-

Breuiter ex dictis supra in summa huius 2. p. constat quod hic loci assignati, & vt communes, & vt proprii assignari possunt: primo modo considerantur, cum sic intelliguntur, vt ad omnes scientias, & artes accommodari possunt, quia ad nullum certum genus adstringunt, his vocibus significantur, locus definitionis, locus descriptionis, &c. secundo modo vero intelliguntur cum ad propriam & peculiarem materiam alicuius artis contrahuntur sive ad aliquod certum genus: vt si hoc modo enuncietur, locus definitionis motus, naturae, &c. quae auis autem loci commune, nisi per se in nullo genere rerum faciat hominem doctum peritum, vt docet Arist. 1. Rhetor. ad Theodect. c. 2. sunt tamen summa cura dignoscendi, quia nunquam proprios tenebimus, nisi prius communes radicibus teneamus, qui etiam vltimum propriorum tradunt, & viam illos inuestigandi. Iam ergo cum Dialectica sit ars disserendi, id est, quae communem methodum omnibus artibus disserendi pra-

Conclu.

bet, necessario loci communes ad Dialecticam pertinent. Ex proprijs autem tantum hi ad hanc artem spectant, qui propriam materiam Dialecticam continent: sicut etiam vniuersiuique scientiae proprii sunt, qui propriam illius materiam continent, & ita locus definitionis generis, etiam ratione materiae, proprius est Dialecticae, idem de alijs. Dialectica namque ex dictis in Praemialibus, non tantum est aliarum instrumentum, sed & sui ipsius, ipsa enim vtitur suis proprijs praecipis in propria materia. Vnde falso quidam dicunt, Arist. 2. & 3. Topicorum, et adesse communes locos, proprios autem huius artis exposuisse in reliquis libris, falso inquam & sine ratione isti ponunt, cum ad finem vsque 7. lib. tradat methodum ad tractandas quaestiones accedentis, proprie accepti, generis etiam proprii, & definitionis; qui quidem loci communes sunt, omnibusque scientijs deseruiunt, imo non est aliquis locus in Topicis, qui solum deseruiat Logicae materiae, nec talis locus debuit constitui. Praecipua enim Dialecticae docentis debent esse communia, sicut & ipsa instrumentum commune est, omnium scientiarum, & artium: & haec de hac quaestione Reliquae vero duo quae in initio quaestionis proposui examinanda, scilicet de singulis locis in particulari, quibus propositio simplex probatur: & de locis quibus quaestio coparata probatur. Pronuntiatia omittimus, temporis praesens & breuitate coacti: ne etiam haec in parte molesti essemus.

slvi

SVPER LIBROS
ELENCHORVM ARISTOTELIS COMMENTARIA,

vnà cum quaestionibus.

AUCTORE P. F. PETRO DE
Oña Burgensi, in sacra Theologia
Presentato.

PRÆFATIO.

De auctore, Ordine, modo procedendi, & alijs.

Finis & scopus horum librorū.

Sicut moralis Philosophia, quæ ad dirigendos actus voluntatis in suū obiectum ordinatur, nō modo docet eos, quibus in bonum tendimus, & illud amplectimur, sed etiam illos quibus à malo fugimus, & illud vitamus: vnde dirigit actus non modo prosecutionis, sed etiam fugæ: ita Dialectica quæ, vt ducatur intellectum in suum obiectum inuenta est (vt præfatione Summularum dicebam) nō modo docere debet quomodo verum, cui intellectus assentitur, sit inuestigandum & inueniendum: sed quomodo falsum cui dissentiat sit dignoscendum, & respiciendum: vt enim quod malum est solet nonnunquam apparere bonum, vt lib. 2. Physicorum, quæstione penultima, dico: vnde fit, vt voluntas specie boni decepta illud amplectatur, sic quæ quod falsum est, speciem veri solet inducere, atque ita inclinare intellectum in sui

assensum: vnde Aristoteles hic statim in principio ait, perspicuum esse alias assertiones, quæ verè ac propriè dicantur tales, alias quæ illarum specie, & similitudinem imitentur, id, inquit, in cæteris etiam rebus solent contingere: in quibusdam enim hominibus est vera corporis constitutio, in alijs eius imago, & species tantummodo, & illis quidem elegantem, honestamque forma vera facit, his fucus largitur, & sic in alijs que numerat Aristoteles. Iam ergo in his libris (vt omnino teneamus Dialecticæ obiectum, explicatè sunt captiones, quibus ignotis, veritatis inuestigatio, & inuentio facile impediretur, aut saltè retardaretur. Est enim disputatio, alia doctrinalis, alia Dialectica, alia tentatiua, alia litigiosa, siue contentiosa, ex Aristotele hic: doctrinalis eadem est quæ demonstratiua, vnde eius instrumentum est demonstratio. Appellaturque doctrinalis, quia huiusmodi vtitur magis

gis erga discipulos, illos instituens ex proprijs principijs scientiæ. Dialectica eadem est ac Topica, vt sæpè dixi, cuius instrumentum est syllogismus topicus. Tentatiua vero constat ex his quæ videntur respondentis, & quæ necesse est cum scire, qui se simulat habere scientiam: vnde procedit ex communibus, vt melius fiat periculum de scientia respondentis, qui si communia quæ passim sciuntur, aut quæ ex his inferuntur ignoret, argumentum est, illū in disciplina non magnum progressus fecisse. Hæc disputatio vtitur syllogismo tentatiuo, qui secundum rem non differt à litigioso (vt principio Topicorum dicebam) nisi ex parte finis: vnde appellatur tentatiuus, quatenus ordinatur ad sumendum de alicuius scientia experimentū: Sophisticus vero, quatenus ad decipiendū, litigiosus dicitur quia syllogizat ex his quæ videntur probabilia non tamen sunt: de litigioso ergo nunc est agendum. Et ita intentum Aristotelis est hic agere de erroribus, qui ex parte materiæ oriuntur, non formæ, aliter, vt supra dicebam ante Poster. essent hi libri collocandi, vt illos vitemus, & fugiamus. Dices tamè, omnis captio in modo sciendi procedit ex ignorantia ne alicuius principij, aut conclusionis Logicæ, ergo sciendi illā frustra traduntur hi libri. Respond. Si omnino verū comprehenderet facile falsum à vero distingueretur. Nam vt (inquit Arist.) cognitio veri perfecta solutio est omnium argumentorum, quæ contra verum fieri possunt, at noster intellectus nisi singula distinctè quasi manibus traſtauerit, facile capi potest, idque maxime contingit hominibus tardioris & habetioris ingenij, qui vix aliquid suo Marte possunt inuenire, vnde omnia illis distinctè & sigillatim sunt proponenda. Imo & qui acutioris ingenij sunt, debent ad artem reduceri has omnes captiones, vt facilius illas cognoscant,

quæ cum oriri soleant, tum ex ignorantia rectæ formæ argumentandi, tum etiam ex ignorantia eorum quæ diximus in communi de materia necessaria, & probabili, tum etiam ex ignorantia singularium materialium, siue rerum, ad speciales artes, seu scientias pertinentium, de captionibus primi & secundi generis tractabit Logicus, de alijs agent reliquæ scientiæ, singulæ, de ijs quæ propria illarū concernunt materia. Obiectum igitur horum librorum, est argumentatio philosophica, ita sentiunt fere omnes Arist. expositores, Herm. Phylaxe. & Niph. sed hic obijcit sibi, syllogismum sophisticum esse non studetium, sed ludetiū: licet hic ludus soleat esse in usu apud sapientes, vt in Euthydemo tractat Plato. Respondet & rectè syllogismum philosophicum si referatur ad utentes esse quidem ludetium (vt ait Plato sup.) at si referatur ad eos qui norunt illum, vt se defendant ab his, qui non vt ludant, sed vt deludant, eo vtuntur, non est ludetium, sed scientium. Hinc præfatio inscriptionis horum librorum, quæ vt intelligatur, sciendum est, Platonem vbi sup. & Arist. in Proæ. vbi sup. asserere eundem esse syllogismū litigiosum, & sophisticum: sophisticum aut qui tantū peccat in materia, syllogismum nominant, eū vero qui peccat in forma, non syllogismū simpliciter, sed sophisticum appellant Philoxenus ait, litigiosum syllogismum dici, qui peccat tantū in forma: sophisticū vero qui tantū in materia. Hanc distinctionem merito refellit Alex. Arist. enim eundem appellat litigiosum, & sophisticū, Quod ergo sibi vult sup. in scriptio libri, quæ Arist. appellat hos libros? Respō. Arist. id declarasse. 2. Prio. est v. Elenchus redargutionis syllogismus, & quæ redarguimus maxime cōcludendo cōtradictoriū: cōcessi ab aduersario. Ideo elenchus definitur soler quæ sit cōtradictionis syllogismus, licet aliquando nō imediata

Obiectū horum librorū quod

Replie.

OM
19
..5

te contradictoriū, sed contrariū, quæ ratione dicitur habere duas species. Vox autem Græcè idem est quod Latine redargutio. Alexander dicit significare contradictionem, Elenchus autem est duplex, alter est dialecticus qui ex probabilibus in rebus figuræ redarguit respondentem: alter est sophisticus, qui ex falsis, vel si ex veris, non tamen recte connexis redarguit eundem, merito igitur Arist. inscripsit hos libros Elechorum.

Dicitur autem sophisticus secundū Arist. 1. Elenc. 2. quia ad ostentandam sapientiam, non ad veritatem indagandam adhibetur.

Replie:

Dices, etiam agit Arist. (vt ipse statim fatetur) de alijs videlicet litigijs, & contentijs.

Respondeo Arist. vt synonyma constituit hæc nomina solet etiam appellari syllogismus contentiosus, siue litigiosus, quatenus ad contentionem à Sophista ordinatur, vocatur Pseudographus, quasi dicas mendacis descriptionis, vnde in Geometria nomen obtinuit, sed iam in omnibus scientijs hæc vox usurpatur. Differt tamen ab alijs, qui hæc ex propria alicuius scientiæ materia non veris tamen præmissis, sed quæ veræ & necessariæ videntur, colligit conclusionem: ita docet Arist. 1. Top. & 1. Elenc. 8. & 10. cur autem hi libri subsequi debeant reliquos de dialecticæ obiecto, scriptos ab Arist. diximus initio prior. Licet Hermianus & Philopponus posuerint Dialecticum & Sophisticum negotium esse sciendum ante demonstratum. Alexander refellit etiam hanc opinionem, quod falsum veritatis oppositæ arguitur, ergo oportuit prius verum & necessarium discere, post probabile quod veritati quasi umbra est. Præter ea obliquum non cognoscitur, nisi per cognitionem sui recti.

Modus procedendi.

Methodus à nobis eadem seruabitur.

tur, quæ in alijs seruata est.

Quæstio prima, an cognitio syllogismi sophistici sit necessaria? constat ex nuper dictis.

Quæstio secunda quid sit? colligi potest ex sæpe repetitis, id quæ nunc breuiter explicabitur. Syllogismus fallax qui sophisticus solet etiam ab Arist. appellari, vt comprehendit tamen qui peccat in forma, quam qui in materia, iste qui ex his quæ videntur probabilia, nec tamen sunt, colligit conclusionem, aut ex probabilibus, his vè quæ videntur probabilia colligere videtur, nec tamen colligit. Hæc definitio colligitur ex 8. Top. 4. & 1. Top. 1. de captiōibus quæ possunt contingere ratione formæ, nihil noui superest dicendum, nam quando propositionū connexio non fuerit qualis perscripta est in libris priorum, talis syllogismus erit vitiosus ratione formæ, vt qui procedit ex modo non distributo, qui ex puris particularibus, &c. vnde de locis tantummodo harum captiōrum, & quomodo his obuiadum sit, latè dicendum erit. Locis autem ita tuentur ad argumenta ratione materia: sed primo agamus de diffinitionibus, quas si bi sophisticæ proponunt post de medijs, quibus hos fines consequi nituntur. Quæ media nihil aliud sunt quam argumenta ex locis sophisticis desumpta, & tandem quomodo hæc sophisticata dignoscenda, atque dissoluenda sint.

QVÆSTIO I. De fallatijs quæ in dictione coningunt.

Vniuersam hanc de fallatijs materiam, in duas partimur partes, secundum quod fallatiæ alie contingunt in dictione: alie vero extractionem de primo videnda sunt, sequentem. Primo quot fines sibi proponat

Disponitur tractatus.

sophi

sophista: Secundo, quot sint loci argumentorum fallatium. Tertio, de loco æquiocationis, & ambiguitatis. Quarto de loco compositionis & diuisionis. Quinto de captione accētus, & de loco figuræ dictionis.

ARTICVLVS. I.

De finibus quos sophista sibi proponit.

Explicatur titulus.

De hac materia tractat Arist. 1. Elench. 3. & alij label. ibidem, Meta. finis, seu scopus sophistæ est, vt videatur victoriæ consequutus: ad quinque autem in cōmoda vi argumentationis aduersariū redigere conatur. Hæc sūt redargutio siue reuinctio, aut reprehensio: falsū paradoxon, hoc est inopinabile, seu incredibile, aut inspectatum, solecismus seu barbarum, & nugatio, seu eiusdem verbi inutilis repetitio, siue inutilis ingeminatio.

Redargutio quid.

Redargutio est prænegati concessio, vel præcōcessi negatio in eadem disputatione, id est, redargutio est cū respondens eò adducitur vi argumenti sophisticæ, adducive videtur, vt concedat in eadem disputatione contradictorium formale, vel virtuale, q̄ antea dixerat, v. g. negasti te nunc deā bulare. Sophista sic arguit, quisquis heri cras nunc est, sed heri ambulasti ergo & nūc. Falsum accipitur pro eo quod aperte falsum est, id est, quod eare ipsa falsum est, & ab omnibus circumstantibus cognitum tanquam falsum, v. g. habes quod non amisti, non amisti alas, ergo habes alas.

Incredibile quid.

Incredibile sumitur latè pro eo quod est præter opinionem omnium vel sapientium, vel certè eorum, quorum placita ipse respondens, aut qui disputationi intersunt, libenter sequuntur,

v. g. bonum non parit malum, sed veritas bona est, & odium malum, ergo veritas non parit odium: Similiter si coram iustis cogit sophista concedere, e solem esse maiorem terra, cū hi putet esse sicut molarem lapidem, aut si coram hominibus vitijs debitis concluderet regem posse esse infelicem.

Solecismus est quoduis vitium in orationis contextu, i. securdū regulas Grammaticas, verbi gratia, omnis homo est studiosus scientiæ, mulier est homo, ergo est studiosus scientiæ.

Nugatio est eiusdē in eadem parte inutile repetitio, v. g. desumum est nasus simus, aliquis nasus est simus, ergo aliquis nasus est nasus nasus. Dixi inutile, quia aliquando repetitio utilis est, vt apud Poetā me me adsumt qui feci, &c. in exemplis sophisticatū sepe plures videbis complicatas argumentationes quod sit ad commodius fallendum.

Nugatio quid.

Hæc omnia sub vna vniuersali includuntur, quæ dicitur nō ens, quia respondens cogitur concedere quod non est, vel non apparet esse, ideo fallacia in communi ex parte finis ita definitur, est error faciens credere non ens esse ens, vel ens esse non ens. Porro argumentatio qua primum finem contendunt sophisticæ, eodem nomine quo ipse finis appellatur. Reprehensio videlicet seu redargutio, quæ tamen quia apud sophisticas sæpè magna ex parte vitiosa est, non est appellanda redargutio simpliciter, sed sophisticæ redargutio, & ideo eam appellat Aristoteles fallam imaginem, &c.

ARTICVLVS. II.

De locis argumentorum fallatium.

Quis

Quia sophistæ hūc finem maxime experunt, vt videatur videlicet redarguere respondentem, quod docet Arist. 1. Elench. 3. primo demōstramus locos ex quibus argumenta de promuntur ad redarguendum,

Fallacia quid.

Fallacia aliquando sumitur pro errore & deceptione proueniente ex ipso argumento sophistico, aliquando pro iplomet argumento & loco, quemadmodum autem Dialectici habent locos ex quibus argumenta necessaria aut probabilia desumunt ad generandam sciētiam, opinionem, seu fidem, ita etiam sophistæ ex eisdem locis extrahunt argumenta, tantum modo apparentia ad faciendam deceptionem v.g. sic argumentatur Dialecticus à toto vniuersali vniuersè sumpto, ad quāuis eius partem subiectam hoc modo. Omne animal sentit, omnis homo est animal, ergo omnis homo sentit. Sic sophista ab apparenti quodam toto vniuersali hoc modo, omnis canis latrat: sydus celestis est canis, ergo sydus celeste latrat. Vnde in quavis fallacia duo reperiuntur, alterum similitudo veri quæ deceptionis est occasio, & dicitur causa apparentiæ, alterū dissimilitudo inter ipsum & verū, quod dicitur causa non existentis, vt in posito argumento causa apparentiæ est vnitas illius vocis canis quo ad materialem sonū, causa vero non existentis est pluralitas rei significatæ. Iuxta has apparentiæ causas distinguuntur captiones, quædam dicuntur indictiones, seu in verbis, illa nempe quæ sua apparentia, causā in ipsis dictionibus habent, quædam dicuntur extra dictionem, quæ causam apparentiæ non in vocibus, sed in rebus significatis habent. Erunt ergo hi loci tredecim vt docet Arist. 1. Elench. 3. & 4. sex in dictione, septem extra dictionem captiones in dictione hæ sunt, æquiocationis, ambiguitatis, compositionis,

Fallacia multiplex.

diuisionis, accentus, & figuræ dictiones. Extra dictionem, hæ numerantur eius quod simpliciter dicitur, & eius quod secundum quid, ignorationis, Elenchi, consequentis, petitionis, principii: non causæ, & plurium interrogationum vt vnus.

ARTICVLVS III.

De loco fallacia æquiocationis.

Captio ista prouenit ex vnitate vocis plura significantis, & nuper diximus vnitatem vocis in ea esse causam apparentiæ pluralitatem significatorum immediate esse causam non existentis. Huius captionis triplex est species, prima quando vox simpliciter est æquioca. v.g. omne corpus est substantia, trina demensio est corpus, ergo trina dimensio est substantia. Idem contingit in synchathegorematc, vt omne quod est in hoc vase est vinum, color est in hoc vase, ergo color est vinum, vbi in vox esse in capitur diuersimode in maiori & minori, in maiori enim significat esse, vt contentum in continente, & minori vt in subiecto in hensionis. Huiusmodi est captio illa secunda species est cum vox est analogica v.g. omne quod currit pedes habet, Tiberis currit ergo Tiberis pedes habet. Homines sancti sunt Dei, ergo sunt ab æterno. Tertia species est cum variatur appellatio, ampliatio, & genus, aut alia proprietates Logicalis, vt quod surgebat stat, sedens surgebat, ergo sedens stat vbi vox sedet accipitur in minoris dictione pro eo qui seder, aut sedebat, in cōclusionē pro eo dūtaxat qui sedet, variatur genus in hoc exēplo, omne animal est coloratum, mulier est animal, ergo est coloratum.

Dubitatio appendix.

De loco ambiguitatis seu amphibologiae.

Conclud

Præ

Precedens captio nascitur ex voce simplici, hæc autem ex oratione, & ita prouenit ex varietate orationis facientis plures sensus de qua agit Arist. 1. Elench. in ea apparentiæ causa est vnitas orationis, causa non existentis est multiplicitas sensuum habet triplicem speciem. Prima contingit eadem orationis constructione manente, vt quidquid est Arist. possidetur ab Arist. sed tuus liber est Arist. ergo possidetur ab Arist. vbi ille genitius, potest habere habitudinem possidētis ad rem professam, & ordinem causæ & effectus.

Secunda species quando mutatur constructio, vt quod quis videt, hoc videt, sed quis videt lapidem, ergo lapis videt, vbi dubium est an vox hoc, sit innoxiatio, & tunc est falsa illa minor an in accusatio, & tunc nihil valet consequentia, sed esset in ferēdum ergo lapis videtur: huiusmodi deceptio contingit ex illo responso Apollinis cōsulto à Pirro Rege Pirotarum Aio. Te Eacia Romanos vincere posse. Tertia species est quando vna oratio plura significat vnum præcipue, alterum similitudine quadā, id est, cum alium sensum, significatur proprium, alterū impropriū v.g. quisquis arat litus terrā aratro sulcat, sed qui operā perdit litus arat ergo terram aratro sulcat, ecce litus arare proprie significat, litus vomere subigere improprie vero ludere operam ac perdere.

ARTICVLVS. IIII

De loco fallacia cōpositionis & diuisionis.

Explicatur titulus & hæc seorsum, cōcludimus cōuenire simul materia v.g. qui nō scribit potest scribere ergo potest quis nō scribēdo scribere, captio diuisionis est quando ea quæ rei tantū conueniūt coniunctim, concludi

mus cōuenire seorsum, v.g. septē sūt quatuor & tria, ergo septē sūt quatuor & septē sunt tria; ad hæc captionē reuocatur oēs variationes, appellationis & defectus ab, &, diuisiue, sumpta, ad &, copulatiue suprà, & cōtra, similiter à vel diuisiue, à vel disiectiue, vel cōtra v.g. omnis propositio est vera vel falsa, ergo omnis est vera, vel omnis falsa, nihil concludit, argumentamur enim à vel disunctim, ad vel disunctiue, siue diuisiue, oculus dexter, vel sinister est necessarius ad videndum ergo dexter est necessarius, vel sinister est necessarius.

Quidam huiusmodi loquuntur inquit, ergo, tria esse genera sensus cōpositi & diuisi, ad quæ reuocatur siquæ sūt alia, primū in modalibus enūciationibus, & tūc, vel ex parte dicti, vel ex parte modi, compositus ex parte dicti cum copula dicti necit formalia significata extremorū, diuisus ex parte dicti, cum necit significatū formale prædicati cum materiali significato subiecti, v.g. cum dicimus pessibile est prædestinatum damnari, & reprobū salutem consequi, si distiones hæc reprobū & salutem cōsequi, prædestinatum & damnari inter se iungantur secundum formalia significata sensus est falsus, significat enim fieri posse, vt hæc duæ inter se iungantur simul prædestinatus & damnari, & hæc reprobū, & salutem cōsequi formaliter sumpta, sed hæc de cōtra facta, est aliter intelligēda. Aliter enim hæc est vera, album potest esse nigrum, aliter hæc, prædestinatus potest damnari: illa enim ita est vera quod formale significatum prædicati, potest sine vilo inconiuncti, de facto componi, & coniungi cū materiali significato subiecti: ita vt quod modo album est, relinquēdo albedinē recipiat de facto nigredinem, at non ita in illis propositionibus de prædestinato & reprobū, sicut semel prædestinatus non potest de fa

Sensus compositus & diuisus multiplex.

Quo non esse prædestinatus (similiter loquor de reprobo) ita ex suppositione non potest de facto, nec materiale significatum huius vocis prædestinatus, componi, cum dominatione ista, ergo in hoc tantum modo sensu vera sunt, scilicet prædestinatus habet potentiam scilicet liberum arbitrium, & omnia requisita ut possit damnari, tamen de facto nunquam damnabitur, & ita ego distinguere duplicem sensum compositum, unum formalem, alterum materiale, ita ut hæc album potest esse nigrum in sensu composito materiali sed non in formali, qui ut diximus sumitur ex parte subiecti. Hæc autem prædestinatus potest damnari in nullo sensu composito nec materiali ex suppositione, nec formali vera est, sed in eo tantum modo in quo à nobis exposita est. Hæc autem prædestinatus potuit non esse prædestinatus, & reprobatus potuit non esse reprobatus, potest admittere illum duplicem sensum compositum, ita ut licet in formali falsa sit, nec enim prædestinatus manens prædestinatus potuit non esse prædestinatus, tamen in materiali sensu vera est eadem enim persona, quæ fuit de facto terminus diuinæ prædestinationis potuit etiam non esse terminus diuinæ prædestinationis.

Sensus diuinus. Docet præterea, quidam sensum diuini huius generis non habere locum nisi quando dicta consistat subiectis connotatiuis, sola enim habet significatum materiale, in quo verum dicit sed non reddit veram rationem, quia etiam concreta absoluta habent significatum materiale, alias hæc esset falsa, Deus mortuus est, homo redemit homines, de toto rigore iustitiæ, virgo peperit. Deum & alia similes. Ratio huius est, quia solum subiectum connotatum, idem permanens in se mutari potest ex una forma accidentali in alteram, ut quod ex calido sit frigidum, non ita est de concreto absoluto, quia ut alibi diximus concretum abso-

lutum habet esse id quod, ab ipsa forma, quia substantialis est, & ita remota forma non manet id quod.

Sensus compositus ex parte modi (inquit) est cum modus simul & semel iungitur cum omnibus dictis quibus reale dictum exponitur, diuinus cum sygilatim adiungitur singulis. v.g. hæc propositio contingens est, aliquod corpus moueri si ita exponatur, contingens hoc corpus moueri, vel illud, vel illud, erit sensus compositus, ita aut cum omnibus simul exponentibus semel iungatur modus, si vero exponatur hæc formula contingens est hoc corpus moueri, aut contingens illud corpus moueri erit sensus diuinus, quia singulis exponentibus modus seorsum adiungitur & proposita enunciatio in priori sensu falsa est, & in posteriori vera, aliquod enim corpus, ut sol necessario mouetur, atque adeo aliquod corpus moueri non est contingens, sed necessarium. In secundo sensu non asseritur tota disunctionem esse contingentem, sed aliquam eius partem. Hoc dictum maiori indiget explicatione, dico igitur quod vox contingens potest cadere super totam hypotheticam, & tunc sensus est, hypotheticam esse contingentem, & ideo in hoc sensu falsa est propositio illa, nam hypothetica in qua cadit vox contingens ut hypothetica est est in materia necessaria, scilicet aliquod corpus necesse mouetur, potest etiam cadere vox contingens in singulari categoricas, & hæc est vera propositio, equalet enim huic aliquam ex categoricis, quibus constat hypothetica, esse contingentem. Ex priori genere sensus compositus, est hoc sophisma, quæcumque, possibile est ambulare, possibile est ut ambulet, sed possibile est sedere ambulare, ergo possibile est ut sedens ambulet, ex posteriori genere sensus compositus, hoc modo, contingens est aliquod corpus moueri, ergo calum moueri est contingens. Ex priori genere sensus diuinus sic quemcumque impos-

impossibile est ambulare nam ambulare non potest conuenire sedenti, & c. ergo ex posteriori sic, ad videndum necesse est habere alteram oculum, ergo aut dexter est necesse, aut sinister. Alterum genus sensus compositus & diuini reperitur in orationibus ratione coniunctionis & vè, aut vel, aliarum similiarum de quo genere rem dixi.

Alius sensus compositus & diuinus.

Tertium genus reperitur in his quibus aliqua dictio potest diuersis vocibus iungi, quæ si copuletur cum ea voce, cum qua potius videtur iungenda, sensus est compositus, si cum qua minus videtur conuenire erit diuinus. Ex plurimum sensus compositus sit, qui scit literas nunc didicit eas, ecce maior est falsa, sed hi magister qui docet nunc scit literas, ergo didicit eas, ecce maior est falsa in sensu composito, copulata nimirum particula, nunc, cum verbo dicit cum quo videtur potius iungenda, quam cum verbo sunt, conclusionis autem falsitas, nascitur ex sensu composito maioris. Exemplum Sophismatis ex sensu diuino sit: qui nunc natus verè dicitur, hæc hora natus est, sed iste senex nunc verè dicitur natus, ergo hæc hora natus est, ecce particula nunc videtur aptius coniungi cum verbo dicitur, in maiori & minori, quam cum participio natus, quo fit ut sensus diuinus minoris (ex quo perperit falsa conclusio) sit falsus. quæ autem dictio cum qua aptius copuletur iudicio aurium peritorum in loquendi arte standum est, si quando autem æquè bene cum hac voce, ac cum illa videtur coniungi vterque sensus admitti potest.

ARTICVLVS. III.

De loco fallacia captionis accentus?

conclu. 1.

Hæc captio provenit ob alium atque alium pronuntiationis modum ita enim late accipiuntur hæc vox accentus, cuius quinq; po-

ssimum feruntur genera. Primum cum nomen accentus accipitur, pro accuto, graui, & circumflexo, unde est illud sophisma de lipore, & leperò, secundum cum accipitur pro quantitate syllabarum, inde est illud de edo habere priorem breuem, & edo habente illam longam. Tertium complectitur diuersitatem aspirationis & non aspirationis. Quartum diuersitatem proferendi syllabas al cuius dictionis, nunc conuenit sub uno accentu nunc separatim sub diuersis. Quintum diuersitatem pronuntiationis ironice, ac serie interrogatorie, & assertorie, & si quæ sunt alia huiusmodi, quorum omnium rationem retulimus lib. per horum pro sophismatum quædam ex scripto decipiunt, quædam vero cum voce proferuntur.

Dubitatio appendix.

De loco fallacia figura dictionis.

conclu. 2.

Hæc nascitur cum colligitur similitudo significatorum, vel quæ voces eodem modo desinunt ut pons & frons, vel quia sæpe pro eadem accipiuntur ut animal & homo. Huius tria sunt genera. Primum cum diuersis vocalibus quia similia sunt eadem affectio Grammatica tribuitur ut si colligas, pontem esse feminini generis quia frons est feminini generis, aut qui colligeret Eufthochium esse sanctum quia finitur in um, itemque vocem animal esse masculini quia sæpe accipitur pro homine, sed captiones huius generis non nisi rudibus proponuntur. Secundum est cum verba pertinentia ad diuersa prædicamenta, videtur ad idem pertinere, vel quia eodem modo desinunt, ut peius & scelus, valere & docere, vel quia sæpe pro eadem accipiuntur, ut homo & sanus, & prioribus verbis leuia texuntur sophismata. Ex posterioribus autem sic, quemcumque.

hominem vidi heri, vidisti hodie, sed heri vidisti hominem sanum, ergo & hodie vides sanum. Ecce fit transitus à substantia ad qualitatem. Debuisset argumentum vt rectū esset, ita fieri qualem hominem vidisti heri: vides hodie, &c. sed notat D. Tho. in fallatijs, quod hic censentur prædicamenti substantiæ omnia vocabula absoluta, cōnotatiua vero conijci in prædicamento accidentium, licet significent substantiam, vt aureum, vnde hic non distinguuntur prædicamenta secundum rem significatam, sed secundum modum significandi, ideo in hac argumentatione, quidquid heri vidisti, vides hodie, &c. nulla est fallatia, nec creditur fieri transitus à substantia ad qualitatem.

Tertium genus est cum dictio quæ significat quale aliquid, hoc est rem vniuersalem, videtur significare, hoc aliquid, id est, rem singularem & contrarium: ex eo quod sæpe pro eadem re accipiuntur, vt homo & Socrates. Quo fit, vt quid de altero affirmatur, vel negatur, videatur etiam de altero affirmandum, vel negandum, v.g. homo est species, Socrates est homo, ergo Socrates est species. Idem dico de vocibus rerum magis vniuersalium, v.g. animal est genus, homo est animal, ergo homo est genus, sed hæc & alia huiusmodi ad captionem sequentem pertinent.

QUESTIO II.

De fallatijs extra dictionem.

IN qua inquiruntur quatuor. Primo, de loco accidentis, & de eius quod simpliciter dicitur & secundum quid: & de ignorantia Elenchorum. Secundo, de loco petitionis principij: & de loco non causæ, vt causæ, & de loco plurium interrogationum vt vnus. Tertio de alijs locis sophistarum, & quomodo

do sunt soluendæ prædictæ captiones. Vltimo, quomodo soluenda sophismata dicta insolubilia:

ARTICVL. I.

De loco accidentis.

OMnium captionum hæc est deterrima, hæc enim (vt ait Arist.) sapientes etiam capiunt, nascitur enim ex diuersitate accidentis, & subiecti, quia existimamus quidquid conuenit aut non conuenit accidenti, conuenire aut non conuenire subiecto, & vice versa quidquid conuenit subiecto & accidenti, accipitur nomine accidentis, pro prædicato quod aliquo modo diuersum est à subiecto, cui conuenit verè vt his in enunciationibus homo est animal, homo est disciplinæ capax, homo est albus. Tria genera sophistarum ex hoc loco ducuntur, primum quando prædicatum est essentiale: secundum quando est accidens proprium: tertium quando est accidens commune, vnumquodque horum completitur octo species, aut enim deceptio contingit affirmando de subiecto, & de prædicato, aut negando, aut vice versa, quod de prædicato id de subiecto, aut de quouis affirmatur, vel negatur prædicatum: similiter subiectum, aut contra, de quocumque subiectum similiter & prædicatum, exemplum patet ex dictis. In his captionibus non rectè concluditur, eo quod accidens & subiectum non accipiuntur, quæ ex parte sunt idem, sed qua modo aliquo sunt diuersa, v.g. cum sophista dicit animal est genus, homo est animal, &c. non accipit in maiori nomine animal, qua parte est idem cum homine, sed quatenus intellectus opere est abstractum ab homine & bestia, & si dicatur homo est homo, vestis est indumentum, homo est animal rationale, prædicata horum enunciationum, (inquit auctor quidam) non dicuntur accidentia subiectorum, quia nulla ratione

1. Cōcl.

2. Cōcl.

tione quæ ex natura rerum ducuntur, sunt diuersa à subiectis, ex quo fit (inquit) vt nemo fallatur, si existimet quid quid conuenit, aut non conuenit huiusmodi prædicatis conuenire aut non conuenire subiectis, & vice versa. Sed certè in prædicatis secundæ & tertie enunciationis similiter possunt continere huiusmodi captiones, vt si ita colligas animal rationale est definitio homo est animal rationale, ergo homo est definitio, vestis est feminini generis, sed indumentum est vestis, ergo est feminini generis. Huc refertur à qui busdam illud sophisma propositum Dionigeni (vt refert Aulus Gellius) quod ego sum, tu non es, &c. sed hæc potius est fallatia in forma à medio non distributo deberet ita formari syllogismus nihil quod ego sum es tu, sed ego sum homo, ergo tu non es homo.

Dubitarur primò de loco fallatiæ eius, quod simpliciter dicitur, & secundum quid, quando eueniat?

3. Cōcl.

Hæc captio, aut ex dicto simpliciter colligit dictum secundum quid, aut contra & secundum quid simpliciter, idque affirmando, siue negando, exemplum primæ est albus simpliciter, ergo habet albos capillos: exemplum secundæ habet albos capillos, ergo est albus, non habet albos capillos, ergo non est albus: vtraque hæc forma argumentandi, tam late patet, quam multa sunt adiectionum genera quædam enim tollunt omnino significata vocum, quibus iunguntur, v.g. hoc cadaver est homo mortuus ergo est homo: est bonus latro, ergo est bonus, quædam non omnino tollunt, sed ponunt quodam modo, vel in mente dumtaxat, v.g. domo est in hominum memoria, ergo est, vel solū in causis suis, v.g. hoc

semen est arbor in potentia, ergo est arbor, vel in ea parte dumtaxat subiecti à quo totum denominari non potest, v.g. habet dentes candidos, ergo est candidus, concluderet tamen rectè si esset in ea parte, à qua totum denominari non potest, v.g. habet nasum simum, ergo est simus: vel quodam loco aut tempore, aut respectu cuiusdam & alijs modis.

Dubita. 2. de loco fallatiæ ignorantie Elenchi, quando contingat?

Hæc deceptio prætermittitur conditionum Elenchi dialectici, de quo quid sit dixim⁹ in Proemio, captio huius generis vno modo est generalis, ob prætermittionem cuius conditionis requisitæ ad Elenchum dialecticum, altero specialis, quæ videlicet prætermittitur aliqua conditio requisita ad contradictionem conclusionis, quia non infertur conclusio verè contradicens enunciationi propositæ, & admittit ab auctore, quæ conditiones quatuor numerantur ab Arist. 7. Elench. 4. videlicet secundum idem ad idem, similiter & in eodem tempore, ad quam reuocatur conditio in eodem loco, primam prætermittit qui hominem audientem Aethiopem non esse album quo addentes, quo argueret non esse albam simpliciter, secundum qui adolescentem non esse paruam cōparatione infantis, ostendat eum esse paruam cū cōparatione hominis procectæ ætatis. Tertium qui dicentem cælum non moueri deorsum, refellat ostendendo cælum moueri quantum qui dicentem non oportere hominem comedere cum saturus est, aut in media via refutaret ostendendo oportere hominem comedere.

ARTICVL. II.

De loco fallatiæ petitionis principij.

HAec oritur ex eo quod conclusio probanda accipitur ad probationem sui: conclusio autem dicitur principium, quia initio proponitur, vt eadem propositio dirigatur, quæ videm dicitur peti, cum sub alijs verbis exigitur, qui enim sub eisdem peteret neminem falleret, sed potius ab omnibus irrideretur, huius fallatiæ quinque modos ponit Arist. 8. Top. 5. primus est si synonymum sumatur ad confirmationem synonymi, erit definitio ad confirmationem definitionis. Secundus, si res vniuersalis vniue. se accepta petatur ad probationem particularis, vt qui peteret sane omnium oppositorum, eadem est ratio, vt concluderet, ergo omnium contrariorum. Tertius, si contra petat omnes particulas ad probationem vniuersalis, v.g. qd omniū contrariorum eadē est disciplina, vt probet omnium oppositorum esse eandem disciplinam. Quartus, si conclusio per partes sumatur in præmissis: vt si dicas Petrus est magnus & est Logicus, ergo est magnus Logicus. Quintus si alterum relatorum sumatur ad probandum alterum ad quod refertur. vt si probet Socratem esse filiū Sophronici, eo quod Sophroniscus fuit eius pater.

Omnibus his modis conclusio probanda quodammodo sumitur in antecedenti, cum nō magis notum videatur, quod hoc modo accipitur, quam quod concluditur.

Replic.

Dices in demonstratione accipitur definitio ad confirmationem definiti in argumentatione topica ex toto partis, ex partibus totum, & ex altero relatorum, alterum concluditur, ergo hi modi petitionis principij non efficiunt syllogismos sophisticos.

Respondeo t̄rum primo modo petitur principium ex natura rei. In reliquis autem non nisi ad hominem, id est, ad reprehendentem, apud quem se pe datur vitio, quod etiā reliqui qua-

tuor modis conclusio probetur, tunc videlicet cum ipse sibi significat, notam sibi esse rei definitionem, totumq; &c. hinc enim efficitur, vt cum Dialecticus ex datis ab alio argumētari debeat, merito dicatur petere principij qui ex negatis argumentatur.

Dubitabis primo, de loco fallatiæ captionis consequētis quando contingat.

HAec prouenit ex eo quod antecedens videtur effici ex consequenti, aut ex opposito antecedentis, oppositum consequentis, sicut consequens efficitur ex antecedenti & opposito consequentis oppositum antecedentis, nomine autem oppositū intellige contradictorium, v.g. si tu es equus & animal, at est animal, ergo est equus, vel sic, at non est equus, ergo non est animal: hoc pertinet sophisticum illud: qui ait te esse animal, verum ait, sed qui ait te esse equum, ait te esse animal, ergo verum ait: vel si qui ait te esse equum, falsum ait: sed qui ait te esse equum, ait te esse animal, ergo falsum ait, commutatis enim præmissis remanet syllogismus, qui positus ante fuerat. Vbi nota quod docet Arist. 1. Elench. captionem consequentis contineri quodam modo sub captionem accidentis: nam quidquid consequitur ex re aliqua, vt animal ex homine, est eius accidens (ea videlicet accidentis significatione, qua in captionem accidentis acceptum est) non tamen quidquid est alicuius rei accidens est eius consequens. Nam a b um cur sit v.g. accidens hominis, non est consequens hominis, vnde omne sophisticum consequentis, alia ratione spectatum, est sophisticum accidentis, non tamen e contra.

Dubi-

Dubitabis secundo. De loco captionis nō causæ vt causæ, quādo eueniat.

HAec captio ex eo prouenit qd absurditas aut falsitas conclusionis adscribitur alicui propositio, quasi ex ea efficiatur, ex quæ tamē verē nō efficitur, nec enim nomē causa hic pro causa rei dumtaxat, sed pro quavis illationis causa, licet significet effectū rei quæ concluditur, aut aliquid aliud, ideo hæc captio solet etiam vocari nō propter hoc accidere falsum v.g. auari pecuniæ causa iura violantur, ergo vsus pecuniæ est exterminandus, dicendum potius erat, exterminandos auaros, quia pecunia abutitur, hi enim & non pecuniæ vsus sunt in causa vt iura violentur.

Dubitabis tertio. De loco captionum pluriū interrogationum, vt vnius quando accidat?

HAec fallimur, quia plures interrogationes, vt vna dumtaxat proponitur, vnde qui simplicem responsum reddit capi potest, v.g. quærit sophista, sit ne Socrates & Plato homo, si respondeat est, colligit sophista, ergo qui illos percipit percipit hominē si vero dicas, nō est, concludit sophista, ergo Socrates est non homo, & Plato non est homo.

Tria sunt genera huius captionis, primum cum vnum de pluribus queritur vt in exemplo tradito, secundum cum plura queruntur de vno, vt est ne Socrates homo & equus? si dicas non colligit, ergo Socrates non est homo, si dicas est, colligit, ergo Socrates est equus. Tertium cum plura queruntur

de pluribus, vt est ne Socrat. & Bucefallus homo & equus? si asseras, colligit ergo Socrates est equus & Bucefallus est homo, si negas concludit ergo Socrat. nō est homo, aut Bucefallus,

ARTICVLVS VIII.
Qui sint loci quibus sophista intendunt consequi reliquos quatuor fines?

AD falsum in pellunt curando, vel nulla initio proponatur questio de qua disputetur vt temere, ac nullo proposito disputationis finitæ respondens facilius labatur vel multitudine interrogationū onerant dicantque se id dicēdi studio face re & eō te trahunt, vt magis ipsis sup petit argumentorum copia.

Ad incredibile impellunt etiam perites admirabiliores sententias cuiusque sectæ philosophorū, quin imo eas sine interrogatione accipiūt quæ pertinet ad eam sectam, quam respondens maxime probat, quasi dubium nō sit, quin eam libenter accipiet, interrogat etiā ea in quibus aliud loquitur homines, aliud sentiunt vt sit, re optabilior gratiosa mors pro patria, quæ vi a voluptatibus affluēs? & ea in quibus realiter habet, aliter communis hominum opinio & sermo, vt num qui strictissime degunt, sint felices, & ea quo huiusmodi sunt ad neutram partem inclinari posse videaris, sed mirabili aliquid, & præter opinionem respondeas, vt sit ne potius parendum sapientibus, aut legibus, quæ patriæ? sophista quo dicit ad negationē & sollicitum puerilia sunt, & quo modo destruantur patet ex dictis.

Dices tamen & merito, Quomodo omnes prædictæ captiones sunt solvendæ?

3. cōclu.

Vera solutio (vt docet Arist. 1. Elench. 4. est vitij explicatio, decem prius patefecimus nos, iam nunc illos expediamus dissolues ergo prædicta sophismata ea quidem quæ solius materiæ vitio laborant, negando eam propositionem quæ probabilis videtur nec tamen est: sophismata petitionis principij negando eam propositionem in qua petitur principium, etiam si probabilis videatur, vt ait Arist. 2. Elench. 5. reliqua vero si ex æquiuocatione, ambiguitate, compositione, diuisione, aut accentu dicta fuerint, solues multiplicem orationem, distinguendo toties quom fuerint significationes quo quomodo multiplices quin etiã cum ventum fuerit ad multiplicem cōclusionem, ea erit prius distinguenda, quã de consequenti iudiciũ feratur. Sophismata ex figura dictionis ex accidenti ex eo quod simpliciter dicitur, aut cū adiectione ex sequenti, aut ex non causa, vt causa, admissis præmissis negatione consequentiz erunt eludenda, qua in re præcipit semper Arist. vt parata semper habeatur argumentatio, aliqua aperte vitiosa cui similem ostendas esse causam, quã affert sophista. Sophismata ignorationis Elench. dissolues negando illã esse contradictoriam vt dictũ est supra sophismata ex pluribus interrogationibus quasi vna solues, si tot responsiones interrogationi reddideris, quot in ea implicite sunt, possunt tñ nonnunquã distinctione dissolui, vt si querenti, sitne Plato & Socrat. homo respondeas verũ id esse accepto vox & copulatiue, falsũ, accepto copulatiue, tñ veniedum ad consequentiam. Sophismata negationis & sollicitissimi spernenda magis sunt, quam dissoluenda.

ARTI. iiii. & VLTIM.
De captionibus insolubilibus, &c

communiter dictis, & qua
liter soluantur.

Questionem hæc de insolubilibus quas vulgus vocatio hæc extremam Logicę partem reiecit, quod re vera nihil aliud sunt quam sophismata quædam, ideoque apud antiquos sophistas maximè fuerunt in vsu.

Cicero lib. 4. academię, quæstiones inextricabiles appellat, ab alijs dicitur reflexiue, quod illas reflexio hoc est profunda quædam consideratio ad inuenerit à Græcis appellantur.

Primo, vt testis est Cicero primo de inuentione, & primo de oratore, quod ita vtrumque præmant vt ex altera saltem parte capiant aduersariũ, quæ de causa cornuti etiam syllogismi dicuntur, sic enim argumentis cornua disponitur, vt qui alterum effugerit, alterum incurrat Cicero vbi supra, etiam appellat complexiones, forte quia ita vadique circumdant, vt nullũ reliquant euadendi locum, vnde merito possunt appellari pericula scilicet &c. - Soto ad calcem Summularum, & alij afferunt multa sophismata quæ videntur insolubilia, sed non sunt nec possunt esse, ad ducam ego deficiiora, quibus solutis non erit difficile & reliqua dissoluere, & quidem hæc & alia huiusmodi nimis augeti solent cum tamen parum habeant vtilitatis nos quantum perspicuitas & vtilitas paciatur minimus.

Primum exemplũ sit id de quo agi solet. 3. part. in materia de Baptismo, sint Petrus & Paulus cæci simul ac semel baptizantes infantem, ac dicentes formam baptismi sub cōditione hoc pacto ego te baptizo, si alter te non baptizat, tunc sequitur primo nullam harum propositionum scilicet Petrus baptizat, Petrus non baptizat. (Et idẽ di-

Insolubilia cur
sic dicta.

Decept.
M. Soto
nendo in
solubilia

Primum
quod di
citur in
solubile

dico de Paulo) esse determinatè veras, nec falsas, sequitur secũdo dari duas contradictorias simul veras, aut simul falsas. Probantur hæc sequellæ, nã peto quæ nam illarum sit vera, si dicas quod hæc Petrus baptizat, contra hæc non potest esse vera nisi adimpleta conditione quod Paulus non baptizat, sed non est maior ratio cur Paulus non baptizat quam Petrus, ergo etiam hæc est vera Paulus baptizat, vel neutra est vera, præterea si admittatur vt vera, vt à te admissa est, tunc sic est etiam falsa, quia non baptizat, cum non sit adimpleta conditione Pauli, ergo est vera & falsa, imo sequitur etiam quod sua contradictoria est, etiam vera Petrus non baptizat, ergo dantur duæ contradictoriae simul veræ.

Respondeo illas propositiones conditionales apponere conditiones quarum adimpletio in infinitum protrahitur per quandam circulum qui in illis admittitur. Nã Vtrũ Petrus baptizat, neque in dicto casu ex eo pendet quod Paulus baptizat, vel non baptizat. Hoc autem ex eo quod Petrus baptizat: vel nõ baptizat, vnde est recur sus circularis infinitus à Petro in Paulum, & à Paulo in Petrum, & ita illæ Propositiones sunt in perpetua suspensione quasi spectantes vt adimpleatur conditio.

Vt hoc intelligam ponamus quod Petrum esse Patrem Pauli penderet, omnino, ex eo quod Paulus prius extiterit filius Petri, nullus enim effectus potest poni, quin prius saltim natura sit eius causa. Cum ergo actionem Petri esse veram baptizantem, vel non esse pendeat ex eo quod sit vera, vel nõ baptizatio qua baptizat Paulus ita quæque pendet vna ab alia, & altera ab altera, neuter baptizat. Dices si Paulus non baptizat adimpleta est conditio quam posuit Petrus. Respondeo licet ille tantũ posuerit expresse hanc con-

ditionem scilicet si Paulus non baptizat adimpletio tamen huius pedit ex eo quod Petrus baptizat cum autem hoc pendeat ex altero nunquam conditio adimplebitur.

Secundum exemplũ sit quod affert Cicero libro citato ponamus te proferre hanc propositionem ego mentior, tunc ita confurgit sophista. cõtra cte, vel mentiris; vel non mentiris, si primũ ergo dicis verũ, cum asseras te mentiri, & per consequens nõ mentiris ergo mentiris, & nõ mentiris, si secundum, scilicet quod non mentiris, ergo profers falsum cum asseras te mentiri & per cõsequens mentiris, ergo similiter sequitur, quod mentiris & nõ mentiris. Respondeo cum dicit quis ego mentior, si loquitur tantum de alijs enunciationibus quas dixit, & non de hac quam modo profert, tunc si in alijs quas protulit mentitus est modo diceudo ego mentior, verum dicit, si vero in alijs non mentitus est, modo etiam mentitur, dicendo modo ego mentior mentitur: dices si cũ dicit ego mentior, verum dicit, ego nõ mentitur. Respondeo nego consequentiã, quia veritas huius, propositionis non sumitur ex his verbis materialibus, ego mentior, sed ex re significata, si vero dicendo ego mentior loquitur de hac sola propositione, ita quod velle quod res significata sit tantũ hæc propositio, nec est vera, nec falsa, quia nõ est propositio, nec enim additur in quo mentitur.

Dicos mentitur in hoc quod dicit ego mentior, Respondeo hæc propositio significat mediũ in actu signato, si vero cum dicit ego mentior sit sensus in alijs omnibus & in hac etiã, quã modo profero mentior, tñ. simili aliqua alia ab hac distincta mentitus est, tunc dicendo modo, ego mentior, falsum dicit quia vel è poterat dicere, quod aliquando mentitus est, scilicet, modo dicto si semper mentitus sunt.

Ter-

Tertium exemplum sit, si quis dicat hæc propositio est falsa, ita ut vox hæc demonstrat, prædictam propositionem, & non aliam: tunc ita obijcit sophista, prædicta propositio aut est vera aut falsa, si primum ergo ita est sicut per illam significatur, sed significat quod sit falsa, ergo est falsa, ergo simul est vera & falsa. Eadem est ratio de his, omnis propositio se falsificat, aliqua propositio est falsificans (ex hypothesi quod sola hæc existat) hæc est implicatio in prædicto casu, ponit enim quod tantum existat illa propositio quæ dicitur falsificans, ex alia autem parte afferuntur alia: ad probandum quod alia se falsificat: tam incommodum quod per alias propositiones infertur ex illa falsificante, non ponitur tunc, sed manifestatur, atque adeo antequam manifestetur per illam iam erat, nec enim per has quæ de nouo adducuntur fit, ut illa se falsificet, sed ostenditur quod erat se falsificans, huiusmodi est etiam illud sophisma quod strui solet. Petrus proferat hanc propositionem, v.g. Deus est: & Paulus hanc, solus Petrus dicit verum: tunc ita insurgit sophista, vel illa secunda propositio est vera, vel non: si est vera, ergo non solum Petrus dicit verum, sed etiam Paulus, ergo hæc est vera non solum Petrus dicit verum, quæ est contradictoria admittitur ut vera, scilicet solus Petrus dicit verum: tunc sic, ergo alius à Petro dicit verum, sed pono quod nullus sit alius præter Paulum, ergo Paulus dicit verum, & pono quod nihil aliud dicat, nisi quod solus Petrus dicit verum, quæ contradicit alteri ante admittitur.

Opinio
Soti re-
ijcitur.

Soto, reiectis multis multorum opinionibus in his relexiuis admittit dari duas contradictorias simul falsas, & antecedens verum & consequens falsum in bona consequentia, & aliquam copulatiuam esse falsam, cuius utraque pars sit vera, & alia mirabiliora, quæ tamen videntur contra

principia communissima, & per se notissima, quale est illud 1. Perhier. & 4. Metaphysi. quod ex duabus complete contradictorijs necesse est alteram esse veram, alteram falsam, & contra illam, dici de omni; & dici de nullo iam à nobis explicata, quæ nullis argumentis conuicti negare debemus. Sed potius fatendum est nos ignorare solutionem, ut ergo hæc alia plura sophismata huiusmodi diluantur. Nota veritatem & falsitatem propositionis esse conformitatem vel deformitatem ad rem significatam: res autem significata potest esse qualis significatur duplici modo, primo in essendo, secundo in significando, v.g. hæc propositio Deus est vera, quia conformis est significando in actu signato alteri propositioni in actu exercito, id est, sicut hæc, Deus est, est talis in significando in actu exercito, qualis est in essendo ipsa res significata, similiter illa, hæc est vera, id est vera est, quia talis est in significando in actu signato, qualis est in significando in actu exercito, illa, Deus est, & veritas huiusmodi propositionum significantium in actu signato immediate sumitur ex conformitate ad rem, qualis est in essendo: vnde si quæras cur verum dicat, qui demonstrando hanc propositionem Deus dicit, hæc est vera. Respondebo, quia est in essendo, ut significatur per illam: vnde de primo ad vltimum, ideo prima est vera, quia hæc res in essendo ita est, cui omnis propositio saltem vltimata debet esse conformis, ut dicatur vera, vel falsa Respondeo quod illa secunda propositio Pauli, scilicet, solus Petrus dicit verum, si sumatur, ut significat etiam seipsam, est falsa: ad relictam concedo Paulum dicere verum, quod ut intelligatur. Nota in illa propositione Pauli, quæ videtur, vna duplicem esse inclusam, alteram quæ significat tantummodo reliquas alias ab illa distinctas esse veras, & ut hic hæc non significat

Veritas
explicatur.

se, sed reliquas tantum, & hæc est vera, quia inter aliquos à Paulo distinctos, nullus præter Petrum dicit verum, & ita patet quomodo Paulus dicat verum in sua propositione, quatenus non significat seipsam, & quomodo dicat falsum in illa eadem, quatenus signifi-

cat seipsam: ad reliqua autem sophismata adducta dicendum est, eo modo quo respondimus ad illud de ego mentior, de quo non parum acurate, 3. p. Summularum c. 6. argumento etiam sexto, & alibi multoties, ut legenti patebit, dicebam.

Hæc sunt (prudens lector) quæ mihi simpliciter necessaria hæc in parte visa sunt, & quæ pro Bachalaurei examine, Aristotelis quæ in Logica plenissima intelligentia, satis superque sufficiunt, plura alia, verum est quod sileo, quæ loquar aliquando, dabit enim Deus, ut cum hæc rursus prælo mandentur, nonnulla latius fere repetantur, & communi vtilitati offerantur, proficiendo namque scribimus, ut August. dixit, & scribendo nobis & alijs proficimus.

Omnia subijcio sanctæ matris Ecclesiæ
correctioni.



INDEX QVAE STIONVM ET AR- ticularum quæ in isto opere continentur.

Q uæstio 1. Proœmialis.	Ar. 3. vtrum præexistat in re ali- quod ens rationis antequam co- gnoscatur. 22
Ar. 1. cuius sciētiae sit has quæstiones tractare. fol. 2.	Ar. 4. qd sit relatio rationis. 23
Ar. 2. vtrū Dialectica sit sciētia. 3	Ar. 5. quomodo ens rationis ab intellectu cognoscatur. 23.
Ar. 3. vt: Dialectica sit vna scien- tia. 5	Quæstio 2. vniuersalis.
Ar. 4. vtrum Dialectica sit practi- ca, vel speculatiua: 8	Ar. 1. an sit, quid & quotuplex sit vniuersale. 24
Ar. 5. vtrum obiectū Logicæ sit ens reale, vel rationis. 10	Ar. 2. vtrum vniuersalia sint in solo intellectu. idem.
Ar. 6. quæ sit dignitas, & finis dia- lecticæ. 13.	Ar. 3. vt. ante opus intellectus de- tur natura cōs in rebus. 26
Ar. 7. de diuisione dialecticæ in suas partes. 14	Ar. 4. vt. ante opus intellectus in rebus detur vnitas formalis. 28
Quæstio 2. Præambula.	Ar. 5. vtrum vniuersale fiat per comparationem, vel per abstra- ctionem. 31
Ar. 1. vtrum Dialectica ab alijs scientijs distinguatur. 15	Ar. 6. per quam operationem in- tellectus fiat comparatio 33
Ar. 2. vtrum Dialectica sit prior ordine alijs scientijs. idem.	Quæstio 3. vniuersalis.
Ar. 3. vtrum Dialectica sit neces- saria ad alias scientias. 16	Ar. 1. de passionibus vniuersa- lis. 34
Ar. 4. vtr. sit necessaria Dialecti- ca simul cum alijs scientijs, & post alias. 18	Ar. 2. quid & quotuplex sit præ- dicatio. idem.
Ar. 5. vtrum & quomodo Diale- ctica subalternet alijs sciētijs. idē	Ar. 3. vtrum vniuersalia in con- creto, vel in abstracto prædicen- tur de suis inferioribus. 35
Quæstio 1. vniuersalis.	Ar. 4. vtrum secundæ intentio- nes de primis & secundis præ- dicentur. 36
Ar. 1. cuius sit scientiæ has quæ- stiones tractare. 20	Quæst.
Ar. 2. an sit quid & quotuplex sit ens rationis. 21	

INDEX.

Quæstio 4. vniuersalis.

Ar. 1. vtrum vniuersale sit obiectum huius tractatus. 38.

Ar. 2. vtrum prædicabilia sint tantum quinque. idem.

Ar. 3. vtr. vniuersale sit genus ad quinque prædicabilia. 39

Quæst. 1. circa caput de genere.

Ar. 1. vtrum materiale vel formale generis sit definitum in eius definitione. 42

Ar. 2. vtrum genus in communi habeat vnum significatum materiale. 44

Ar. 3. vt. relatio generis sit vnius speciei imæ. 45

Ar. 4. vtrū relatio generis habeat tm̄ pro termino species. 46

Quæstio 2. de Genere.

Ar. 1. vtrum definitio generis sit descriptiua. 47

Ar. 2. vtrū dicta descriptio recte assignetur. 48

Ar. 3. vtr. per prædicari in quid differat genus à differentia. 49

Ar. 4. vtrum genus simul sit totum & pars speciei. idem.

Ar. 5. vtr. genus actu, vel tantum in potentia species cōtineat. 50

Ar. 6. vtrum genus prædicetur de specie, vt pars vel vt totū. 51

Quæst. 1. circa cap. de specie.

Ar. 1. vtrum species subijcibilis sit intrinsece relatiua generi. 56

Ar. 2. vtrum species subijcibilis sit intrinsece vniuersalis. 56.

Ar. 3. vtrum species sit subijcibilis, sit etiam prædicabilis. 57

Quæst. 2. de specie prædicabili.

Ar. 1. vtrum definitio tertia speciei sit bona. 58

Ar. 2. vtrum genus possit conseruari in vna specie, & species in vno indiuiduo. 59

Ar. 3. vtr. de vno indiuiduo possit esse scientia. 60

Ar. 4. vtrum prima definitio indiuidui sit bona. idem.

Ar. 5. vtrum secunda definitio indiuidui sit bona. 62

Quæstio 1. circa caput de differentia.

Ar. 1. vtrum bona sit prima diuisio differentiarum. 65

Ar. 2. vtrum hæc diuisio differentiarum sit vniuoca. 67

Ar. 3. vtrum differentia propriissima per se diuidat genus, constituat & distinguat speciem. 67

Ar. 4. vtrum differentia inferior per se subijciatur differentiarum superiori vel generi quod diuidit. 68

Ar. 5. vtrum ratio differentiarum sit per se perfectior ratione generis quod diuidit. 70

Quæstio 2. de differentia.

Ar. 1. vtrum differentia prædicabilis secunda definitione definitur. 71

Ar. 2. vtrum relatio differentiarum subalternarum, & imæ sit vna specie. 72

Ar. 3. vtrum detur aliqua differentia infimi generis cōstitutiuæ. 73

Ar. 4. vtrum detur aliqua differentia simplex speciei imæ constituta.

INDEX.

constitutiuæ. 74.

Quæst. vnica circa ca. de proprio.

Ar. 1. an tres primæ acceptiones proprii sint huius prædicabilis. 76

Ar. 2. quæ sit ratio cōstituens proprium quartum prædicabile. 77

Ar. 3. vtrum propriū solum manet à substantia rei. 78

Ar. 4. vt. subiectum proprii sit cōpositum ex materia & forma. idem.

Ar. 5. vt. vniuersaliter propriū ratione speciei cōpetat indiuiduis. 79

Quæst. vnica circa c. de accidenti.

Ar. 1. qualis sit 1. defi. accidētis. 80

Ar. 2. qualis sit defi. 2. accidētis. 80

Ar. 3. qualis sit 3. defi. accidētis. 81

Ar. 4. per quid cōstituitur accidētis in ratione quinti prædicabilis. 82

Ar. 5. vt. accidens constituitur per prædicari de multis speciebus, vel in diuersis tantum. 83

Ar. 6. de quibusdā dubitationi. 84

Quæst. 1. circa cap. de æquiuocis.

Ar. 1. quid & quotuplex sit analogia, & primo de Physica. 94.

Ar. 2. de analogia Logica attributionis. 95

Ar. 3. de anal. pportionalitatis. 96

Quæst. 2. de analogia entis.

Ar. 1. vtrū enti reali & rationis sit aliquid analogum. 98

Ar. 2. vt. ens reale sit analogum substantiarum & accidenti. 99

Ar. 3. vtrum Deo & creaturis ens sit analogum. 100

Ar. 4. vtrū ens prædicetur in quid de omnibus rebus. 101

Ar. 5. vt. accidens ad nouem prædicamenta sit vniuocum. 102

Quæst. 3. de diuisione entis.

Ar. 1. quomodo ens in sua inferiora diuidatur. 103

Quæst. vni. an. vt. essentia distinguatur ab existentia. idem.

Ar. 2. an sufficienter ens in decem genera sit partitum. 110

Arti. 3. de his quæ collocantur in prædicamentis. idem.

Ar. 4. quomodo naturæ ponantur in prædicamentis. 111

Ar. 5. vtr. prædicamenta inter se realiter distinguantur. 112

Quæst. 1. circa c. de substantia.

Ar. 1. quæ sit diuisio substantiarum in primam & secundam. 116

Ar. 2. vt. bona sit definitio primæ & secundæ substantiarum. 117

Ar. 3. vt. prima substantia sit magis quam secunda. 118

Ar. 4. vt. vna species imæ, vel vnum indiuiduum sit magis substantia quam aliud. 119

Ar. 5. vt. sex proprietates substantiarum bene assignet Arist. idem

Quæst. 2. de substantia.

Ar. 1. vt. Deus sit in prædicā. 120

Ar. 2. vtrum Angelus & celi ponantur in prædicamento. 122

Ar. 3. vtrum partes substantiarum directe ponantur. 123.

Quæst. 1. circa c. de quantitate.

Ar. 1. vtrum substantia habeat partes sine quantitate. 125

Arti. 2. de essentia & passionibus quantitatis quæ est corpus. 127

Ar. 3. vt. quantitas realiter distinguatur à substantia. 128

Ar. 4. an linea superficies & corpus sint

INDEX.

sint tres species quantitatis. 130
 Ar. 5. vtrum pódus sit species quã
 titatis continuã. 132
 Quæstio 2. de quantitate.
 Ar. 1. an oratio sit quid distinctum
 à numero. 132
 Ar. 2. vtrum oratio sit ens per se,
 & species quantitatis. idem
 Ar. 3. quid & cotuplex sit vnitas
 prædicamentalis. 133
 Ar. 4. vtrum numerus sit species
 quantitatis. 134
 Quæstio 3. de quantitate.
 Ar. 1. vtrum sub eadẽ ratione tra-
 ctetur in Logica, & Metaphysica
 de quantitate. 136
 Ar. 2. quæ sit essẽtia quãtitatis. 137
 Ar. 3. de numero & ordine passio-
 num quantitatis. idem.
 Ar. 4. si diuisibilitas sit passio quã-
 titatis. 138
 Arti. 5. de mensura & alijs duabus
 passionibus. idem.
 Quæstio 1. circa cap. de relatione.
 Ar. 1. an relatio sit ens reale & v-
 num. 142
 Ar. 2. an omnis relatio sit in hoc
 prædicamento. 143
 Ar. 3. an relatio terminetur ad ab-
 solutum. 144
 Ar. 4. an vnum relatiuum definitur
 per aliud. 145
 Ar. 5. vt. relatio realis requirat ter-
 minum realem. 146
 Ar. 6. vt. relatio sit distincta reali-
 ter à suo fundamento. 147
 Ar. 7. de specie & indiuiduatione
 relationis à termino. 148
 Ar. 8. de proprietatibus relatio. 149

Quæstio 2. de relatione.
 Ar. 1. quæ & quot sint relationis
 fundamenta & species. 150
 Ar. 2. vt. prædicta genera relationũ
 oĩa sint mutua, & huius prædica-
 menti. 152
 Ar. 3. vt. aliqua relatio immédia-
 diatè possit fundari in substantia,
 vel in alia relatione. 153
 Ar. 4. vtrum relatio Dei ad crea-
 turas sit realis ex tempore. idem.
 Quæst. 1. circa cap. de qualitate.
 Ar. 1. v. definitio qual. sit bona. 157
 Ar. 2. vt. habitus & dispositio disti-
 guantur specie 158
 Ar. 3. vt. naturalis potentia & im-
 potentia distinguantur specie. idẽ
 Ar. 4. vtrum passio & possibilis
 qualitas differant specie. 159
 Ar. 5. de 4. specie qualitatis. 160
 Ar. 6. de distinctione, sufficientia,
 & ordine harum specierum. 161
 Ar. 7. de proprietatibus qualitatis. idẽ
 Quæstio vnica circa cap. de sex vl-
 timis prædicamentis.
 Ar. 1. quæ sit actionis essentia 162
 Ar. 2. vtrum actio immanens eius q̃
 passio sint huius prædicamenti 163
 Ar. 3. de passionis essentia. 164
 Ar. 4. de vbi essentia. 165
 Ar. 5. de situs essentia, 166
 Ar. 6. de habere essentia. idem.
 Quæstio circa c. de oppositis.
 Ar. 1. vtrum species oppositionis
 distinguantur. 170
 Ar. 2. an oppositio vniuoca sit qua-
 tuor speciebus. idem.
 Ar. 3. vt. contradictio sit maxima
 oppositionum. 171
 Ar.

INDEX.

Ar. 4. vt. à priuatione adhibitum
 sit regressus. 172
 Ar. 5. vtrum vera sint quæ Arist.
 docet de contrarietate. 173
 Ar. 6. vtrum species vnus gene-
 ris opponantur contrariã. 174
 Quæstio vnica, de his quæ omni-
 accidenti conueniunt.
 Ar. 1. vt. accidens possit esse sine
 subiecto. 176
 Ar. 2. vt. accidens spirituale pos-
 sit esse in subiecto materiali. 178
 Ar. 3. vtrum aliqua accidentia idẽ
 tificentur cum substantia. 180
 Liber 1. Perhieremias. 181
 Quæstio 1. circa istum librum.
 Ar. 1. q̃ sit neces. cõsti. verbũ. 184
 Ar. 2. v. verbũ mentale eadẽ actio-
 ne qua pducitur intelligatur. 185
 Ar. 3. vtrum verbum distinguatur
 ab intellectu. 186
 Ar. 4. vt. in cognitione singulariũ
 dentur verbum. 190
 Ar. 5. vtrum per actus appetitus pro-
 ducatur terminus. 191
 Ar. 6. vt. per actus sensuũ extero-
 rum producat terminus. 192
 Quæstio 2. de veritate.
 Ar. 1. quid sit veritas transcend. 194
 Ar. 2. quid sit veritas formalis. 196
 Ar. 3. vt. veritas formalis sit tantũ
 in iudicio intellectus. 198.
 Ar. 4. vt. veritas fiat per operatio-
 nem reflexam intellectus. 199
 Ar. 5. v. verũ sit obiectũ intel. 200
 Ar. 6. v. in se lib. reperiatur ver. 201
 Quæst. 3. de futuris cõtingentibus.
 Ar. 1. vtrum aliqua entia necessa-
 rio sint. 222
 Ar. 2. v. oĩa entia necessar. fiant. 223
 Ar. 3. quæ sit radix necessitatis &
 contingentia. 226
 Ar. 4. quæ sit in effectibus neces-
 tas & contingentia. 227
 Ar. 6. si detur potentia ad presens
 & futurum. 229
 Ar. 7. quomodo propositiones in-
 cipiãt & definãt esse verę, h. fal. 230
 Ar. 8. vt. ppositiones de futuro cõ-
 tingẽti sint determinatę verę. 231
 Libri Priorum. 234
 Quæstio vnica circa istos libros.
 Ar. 1. quomodo propositio de cõ-
 tingenti conuertatur. 246
 Ar. 2. quid sit dare terminos in qui-
 bus omni, & in quibus nulli. 247
 Libri Posteriorum.
 Quæst. vni. circa c. de præcognitis.
 Ar. 1. an sit vera 1. conclusio. 251
 Ar. 2. vt. sit vera 2. conclusio. idẽ.
 Ar. 3. vt. 3. & 4. con. sint verę. 253
 Quæstio vnica circa caput 2.
 Ar. 1. v. def. scientiã sit bona. 254
 Ar. 2. vtrum definitio demonstra-
 tionis sit bona. 155
 Ar. 3. de causis demonstrationis. 256
 Ar. 4. vt. vera sint quæ Arist. do-
 cuit de principijs. 257
 Quæstio vnica circa cap. 3.
 Ar. 1. si 1. p̃cipia cognoscãt. 258.
 Ar. 2. vt. detur habitus principio-
 rũ & sit naturalis vel adq̃situs. 259
 Ar. 3. vtrum habitus principiorum
 sit vnus specie. 260
 Ar. 4. vtrum detur aliqua propo-
 sitio per se nota. 261
 Ar. 5. vtrum circulus sit vitium in
 demonstratione. 261

Quæ

I N D E X.

Quæst. vnica circa cap. 5.	Ar. 3. vtrum omnis opinio, vel fides, sit vnus speciei. 283
Ar. 1. vtrum prædicatum de omni bene assignetur. 263	Art. 4. vtrum opinio vel fides requirant dubitationem. 284
Ar. 2. de modis per se. 263	Ar. 5. vtrum scientia, fides, & opinio habeant contrarium. 285
Ar. 3. vtrum bona sit definitio vniuersalis & cui competat, 265	Ar. 6. vtrum scientia, fides, & opinio sint de eodem compossibiles, & de alijs totam materiam concernentibus. 286
Quæstio vnica circa cap. 10.	Libri Topicorum. 286
Ar. 1. vtrum demonstratio immediata in quia & propter quid diuidatur. 269	Quæstio vnica circa istos libros
Ar. 2. vtrum omnis demonstratio perfecta sit vna specie imæ. 270	Art. 1. vtrum cognitio syllogismi Topici sit necessaria. 294
Ar. 3. vtrum omnis demonstratio imperfecta sit vni ⁹ speciei imæ. 271	Art. 2. quid sit Topicus syllogismus. 294
Ar. 3. vtrum omnis demonstratio imperfecta sit vni ⁹ speciei imæ 271	Ar. 3. propter quid sit syllogismus Topicus. 295
Ar. 4. de subalternatione scientiarum. 272	Ar. 4. de locis Topicis. 296
Quæstio vnica circa cap. 23.	Ar. 5. quotuplex sit locus. idem
Ar. 1. vtrum habitus scientificus sit vna simplex qualitas. 275	Ar. 6. vtrum horum locorum consideratio ad Logicum spectet. 297
Ar. 2. vtrum detur vna scientia certior alia. 275	Libri Elenchorum. 297
Ar. 3. vtrum scientia aliquando sit de ente per accidens. 276	Quæstio 1. circa istos libros. 297
Circa c. 26. q. 1. de omnibus habitibus in communi.	Art. 1. de finibus Sophistæ. 299
Ar. 1. an sint & quot sint habitus intellectuales. 278	Ar. 2. de locis argumentorum fallatij. idem
Ar. 2. quot sint habitus intellectuales. 279	Art. 3. de loco fallatiæ æquiuocationis. idem
Ar. 3. vt habitus intellectuales essentialiter distinguantur. 280	Ar. 3. de loco fallatiæ compositionis & diuisionis. 300
Quæstio 2. De comparatione habituum.	Ar. vlt. de loco fallatiæ captionis accentus. 301
Art. 1. an sit quid & propter quid sit habitus scientificus. 282	Quæst. 2. de fallatij extradictione
Ar. 2. vt assensus scientiæ tantū sit circa conclusionem. idem.	Art. 1. de loco accidentis. idem
	Art. 2. de loco fallatiæ petitionis principij. 302
	Ar. 3. de alijs finib ⁹ Sophistæ. 303
	Ar. 4. de caption. insolubilib ⁹ 308

Finis.

